Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
University of Toronto

http://archive.org/details/scripturaesacrae09mign

UNIVERSITAS
O. M. I.
OTTAWIENSIS

UNIVERSITAS
O. M. I.
OTTAWIENSIS

Don
de l'Institut Catholique
DE PARIS

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

SANCTIUS.

In primum Regum librum commentarium.

CALMET. — SACY. — CORNELIUS A LAPIDE. — DUCLOT.

Variæ annotationes.

SANCTIUS.

In secundum Regum librum commentarium (septem prima capita).

CALMET. — SACY. — CORNELIUS A LAPIDE. — DUCLOT.

Variæ annotationes.

INDEX RERUM.

Excudebat Migne,
in viâ dictâ D'AMBOISE, hors la barrière d'Enfer.

SCRIPTURÆ SACRÆ
CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS,
ET A MAGNA PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM
EUROPÆ CATHOLICÆ,
UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,
UNICÈ CONFLATUS,

Plurimis annotantibus presbyteris
ad docendos levitas pascendosve populos altè positis.

ANNOTAVIT VERO SIMUL ET EDIDIT

J. P. M****.

EDITIO NOVISSIMA.

TOMUS NONUS.

IN PRIMUM ET SECUNDUM SAMUELIS, SIVE REGUM, LIBROS
COMMENTARIUM.

VARIÆ ANNOTATIONES.

Universitas
BIBLIOTHECA
Ottaviensis

ANNEXE DE LA BIBLIOTHÈQUE
uOttawa
LIBRARY ANNEX

PARISIIS,
APUD EDITORES,
IN VIA GALLICÈ DICTA:
RUE D'AMBOISE, BARRIÈRE D'ENFER.

1840.

UNIVERSITAS
O. M. I.
OTTAWIENSIS

Don
de l'Institut Catholique
de Paris

BS
670
.L3M5
1837
N.9

SANCTII VITA.

Sanctius (Gaspardus), natione Hispanus, patriâ Centumputeolanus, annos septemdecim natus, adjunxit se Societati Jesu, et annos triginta humaniores litteras docuit. E tenebris tandem in lucem eductus, videlicet à traditione grammaticæ ad sacrorum voluminum in Complutensi collegio interpretationem, tantâ gloriâ huic incubuit muneri, ut Compluto Madritum accitus fuerit, in Academiâ Regiâ Scripturam sacram princeps expositurus. Paucis verò post septimanis, nondùm facto legendi studio, morbo repentè oppressus et extinctus est, die 16 novembris, anno salutis 1628, ætatis 75.

Scripsit Sanctius commentaria 1° in quatuor libros Regum, quæ nunc edimus, et quæ, doctorum sententiâ, inter alia omnium interpretum his de libris commentaria, primum facilè locum occupant; 2° in libros Ruth, Esdræ, Nehemiæ, Tobiæ, Estheris et Machabæorum; 3° in librum Job; 4° in Cantica canticorum; 5° in Isaiam; 6° in Jeremiam; 7° in Ezechielem; 8° in Danielem; 9° in duodecim prophetas minores; 10° in Actus Apostolorum.

GASPARDI SANCTII
IN QUATUOR LIBROS REGUM
Prolegomena.

§ 1. *Quis horum librorum scriptor.*

De auctore horum librorum nihil habemus certum ex Scripturâ; neque auctores, qui variis ducuntur conjecturis, quidquam afferunt, nisi divinando. Sed illorum plerique in eo consentiunt, quòd non ab uno, sed à pluribus longum illud opus contextum esse putant. Ita sanè Gregorius in Prologo ad lib. 1 Regum; Athanasius in Synopsi; Abulensis super Prologum Hieronymi Galeatum q. 59. Est autem communis omnium fermè sententia, à Samuele scriptum esse librum primum, ad caput usque 25, ubi de illius agitur interitu. Ab eo loco, usque ad finem libri secundi, Nathan et Gad videntes, id est, prophetæ, scriptores existimantur. Argumento est illud lib. 1 Paralip. cap. 29, in fine : *Gesta autem David regis priora, et novissima scripta sunt in libro Samuelis videntis, et in libro Nathan prophetæ, atque in volumine Gad videntis, universique regni ejus, et fortitudinis, et temporum, quæ transierunt sub eo, sive in Israel, sive in cunctis regnis terrarum.* Quod diximus de Samuele, docet etiam Isidorus lib. 6 Orig. cap. 2, ubi etiam addit, ab eo loco, in quo desiit Samuel, historiam pertexuisse regem ipsum David. Cùmque à variis libri illi conscripti fuerint, redacta tamen illorum scripta dicuntur in ordinem, et eo modo digesta, quem nunc habemus, sive à Jeremiâ (1), qui ultimam regum ætatem consecutus est, sive ab Esdrâ, qui, ut alia plurima, sic etiam regum historiam ab aliis acceptam et conservavit ipse, cùm penè cum civitate et templo periisset, et confusam ante, et ex variis scriptis concinnatam, in meliorem ordinem coegit. Neque deest, qui id factum esse putet ab Ezechiâ rege, cujus ætas ad regum penè extrema tempora pertinuit. Scripsisse autem plurima, et ab aliis scripta collegisse docet

(1) Grotius prodit ab Judæorum doctissimis Jeremiam credi, cujus se stylum in opere subodoratos confidunt, ejusque nomine laudari testimonia in concilio Francofordiensi (*). Idem etiam auctor alibi observat mensium nomina, quæ in libris Regum leguntur, auctoris recentiorem ætatem prodere.

(*) Nil tale invenitur in geminis conciliis Francofordiensibus.

Sixtus Senensis, lib. 2 Bibliothecæ, verbo *Ezechias*. Quâ de re nos etiam aliquid in nostris Commentariis in Isaiam in fine capitis 38. Vide Sixtum Senensem, verbo *Samuel*, et Isidorum lib. 2 Orig. c. 2; Joannem Driedonem de Scriptoribus ecclesiasticis l. 1, c. 3 (1).

(1) Sed futiles horum omnium sunt conjecturæ; quin et totum opus unius esse auctoris creditur, non quidem coævi, sed qui relictis aliorum commentariis usus fuerit, ita tamen ut iis in unum corpus digestis, nihil addiderit nisi latiores quasdam explicationes, de reliquo vel ipsis primigeniis vocibus servatis. Constans ubique stylus, elogia Samuelis, rerum connexio atque perpetua series, testimonia quædam aliorum laudata, annotationes historiis quibusdam adjectæ, apertissima sunt hujus rei argumenta : sæpè phrases quædam occurrunt, quæ auctorem coævum produnt, aliæ verò quæ recentiorem. Ita legitur sub Heli summo sacerdote : *Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta.* Quâ igitur ætate scriptor operis vivebat, prophetiæ donum erat frequentius; quemadmodùm frequentissimum fuit post Samuelem sub Davide cæterisque deinde regibus. Ejusdem historici ætate urbi *Bethel* nomen erat *Bethaven*, seu, *domus iniquitatis*, quod urbi nomen inditum est per contemptum, post constitutum in illâ à Jeroboamo vitulum aureum. Tandem narrans auctor, excurrisse Davidem regionem Gessuri et Gerzi, notat : *Hi pagi habitabantur in terrâ antiquitùs, euntibus Sur usque ad terram Ægypti.* Ex quo intelligimus, diù ante auctoris ætatem totam illam regionem eversam in solitudinem redactam fuisse. Alibi etiam prodit, arcam Domini ad ætatem usque suam mansisse in agro Josue Bethsamitæ; et paulò infra de Samuele loquitur tanquàm de viro fatis functo, cujus ipse laudes in regimine Israelis prosequitur. Quis autem in animum induxerit talia de se Samuelem scribere vel cogitâsse, vel potuisse? Hæc planè sunt, quæ auctorem coævum, quæve recentiorem produnt. Alibi insuper narrat, urbem Siceleg semper in potestate regum Juda mansisse, ex quo, munere Achis regis Philisthæorum, David urbem illam in sedem obtinuerat : quæ scriptoris observatio satis insinuat, indictam jam inter regna Juda et Israelis divisionem; et quanquàm tribus Simeonis regno Israelis accenseretur, urbem tamen Siceleg in eâ tribu sitam ad reges Juda pertinuisse.

Paria etiam animadvertere licet, cùm, narratâ Davidis lege, quâ æquam prædæ portionem constituerat militibus, qui ad impedimenta remanserant, cæterisque qui in prælio decertârant, tandem concluditur : *Factum est hoc ex die illâ, et deinceps..... quasi lex in Israel usque in diem hanc.* Hæc planè nec Samueli, per hæc tempora jam vitâ functo, nec Nathano et Gado, sub Davide viventibus, conveniunt. Notat etiam idem scriptor, Dagonis sacerdotes, ne ambulent in limine templi, religione prohiberi, memores quid idolo acciderit coram arcâ Domini constituto : id autem, inquit, servant sacerdotes illi *usque in hodiernum diem.* Scribebat igitur diù post eam ætatem. Addit : *Olim in Israel sic loquebatur unusquisque... Venite et eamus ad Videntem; qui enim Propheta* (Hebr. *Nabi*) *dicitur hodiè, vocabatur olim Videns.* Porrò Videntes appellabantur Prophetæ, Saülis et Samuelis ætate; utitur autem scriptor altero, quod ipse Samuelis ætate recentius nomen agnoscit, nempe *Nabi*, sive *Propheta*. Erat igitur scriptor Samuele recentior. Tandem *librum Justorum* laudat; ita enim de Davide habet : *Et præcepit ut docerent filios Juda Arcum* (cantici funebris titulus erat pro Saülis nece à Davide exarati), *sicut scriptum est in libro Justorum.* Quis, rogo, coævus auctor synchronum opus testem laudaret; cùm maximè opus illud neque majorem quàm ipse auctor habere posset auctoritatem, neque res illas magis haberet exploratas?

His ita constitutis, tria colligere posse videmus : 1° Quatuor hosce libros ex originalibus authenticis, et coævis monumentis fuisse digestos. 2° Operis auctorem coævum quidem non esse, ac seriùs, incertum tamen quo tempore, scripsisse. 3° Quis potissimùm auctor ille fuerit, latere. (Calmet.)

Ego de regum gestis, regnorum, aut temporum statu, conversioneque multiplici, sic censeo, et scriptam antea, et postea digestam sacram Historiam. Primùm non puto regum temporibus, eo saltem in statu, quo res erat regia composita, et inducta publicarum rerum administratio, defuisse, quibus id esset datum negotii, ut quæ diebus singulis historiâ viderentur non indigna, commentariis, id est, posterorum memoriæ commendarent, quod curârunt posterioris memoriæ, quibus mandata fuit publica cura, et communium rerum administratio. Sic sanè Fabianus Papa septem designavit subdiaconos, qui res gestas martyrum à totidem notariis scriptas colligerent. Apud Persas id in usu fuisse satis indicat Persarum princeps maximus Assuerus, qui acceptum à Mardochæo beneficium, et in regium caput eunuchorum insidias, in commentarios retulit. Sic autem Esther cap. 2 : *Mandatumque est historiis et annalibus traditum coram rege.* Quæ porrò historiæ illæ, sive annales fuerint, explicuit postea cap. 6; ubi enim Vulgatus habet : *Jussit* (Assuerus) *sibi afferri historias et annales priorum temporum*, græcè est, γράμματα μνημόσυνα ἡμερῶν. Quod Latinus reddidit : *Litteras memoriales dierum.* Hæ verò litteræ sunt, quæ ephemerides vocantur, id est, singulorum dierum observationes, quæ diaria, sive commentarii dicuntur, quales Julius Cæsar scripsisse proditur, qui Commentarios edidit, in quibus rerum gestarum, memoriæ gratiâ, capita notavit, et quædam minuta, ut deinde ex illis, cùm à rebus bellicis aliquid esset otii consecutus, historiam texeret, ex quibus resecuisset aliqua, quæ

fortassè historica ratio, aut leges non requirerent. Idem porrò fecisse traditur Tiberius Cæsar, de quo Suetonius in ejus Vitâ. Ex talibus porrò Commentariis alii materiam assumpserunt, quam ordine historico posteritati traderent. Habuisse Augustum Cæsarem diurnos commentarios tradit in ejus Vitâ Suetonius. Extat apud Lucianum in Demosthenis Encomio colloquium Philippi Macedonis cum Antipatro, quod se descripsisse dicebat ex Commentariis domûs regiæ. Cùmque hoc principibus aliis familiare fuerit, ut Budæus docet in lege *Abesse, ex quibus caus. major.*, ubi aliquot adducit exempla, non est verisimile id ab Hebræorum regibus omissum esse. Et quidem crebrò audimus in libris Regum aliquos fuisse à commentariis, quod aliquid indicat institutum, ne rerum gestarum excideret memoria. Quod etiam aut probat, aut indicat titulus præfixus libris Paralipomenon, qui sic habet, *dibre ha-iamim,* id est, *verba dierum,* quasi dicas, *diaria,* seu *singulorum dierum observationem,* ubi minutim notantur plurima, quæ in historiis omitti plerùmque solent. Ideò autem Septuaginta converterunt, *Paralipomenon,* id est, *Relictorum,* quia in duobus illis libris multa dicuntur, quæ in quatuor libris Regum omissa sunt, quæ in commentariis, seu diariis notata fuerant. Quasi diceret scriptor ille, seu compilator sacer : « Ista quæ dicuntur, sunt ex il-
« lorum numero, quæ omissa sunt ex illis ver-
« bis, seu gestis (nam *verbum* apud Hebræos
« idem valet quòd *res* seu *opus*) quæ *in dibre*
« *ha iamim,* id est, in ephemeridas, seu Com-
« mentarios relata sunt. »

In tempore Saül non puto aliquem regi fuisse à commentariis, quia et brevi vixit in regno, duobus nimirùm annis, ut in Commentariis nostris super Acta probavimus, ad illud cap. 13, v. 21 : *Dedit illis Saül filium Cis, virum de tribu Benjamin annis quadraginta.* Et postea pluribus ad cap. 13, v. 1. Et illa tempora neque pacata fuerunt, neque à turbationibus aut periculis vacua, ita ut rex ille de rerum suo tempore gestarum memoriâ laborare debuerit. Scripsit tamen Samuel quidquid est ad cap. 25 lib. 1 Regum, sicut historiam Judicum et Ruth communiter scripsisse traditur.

Quod attinet ad David, prima illius tempora scripsit Samuel; novissima verò Nathan et Gad, ut constat ex lib. 1 Paralip. cap. ultimo, in fine. Quis autem Davidi fuerit à commentariis, id est qui res aut regis, aut regni referret in acta, dubium est. Habuisse à commentariis Josaphat filium Ahilud, et Saraiam scribam, habes lib. 2 Reg. cap. 8, in fine. Ad alterum illorum pertinuisse videtur rerum gestarum in Commentariis conservare memoriam. Sed hanc sibi curam à rege demandatam assumpsisse videntur duo prophetæ Gad et Nathan qui, ut paulò ante diximus, Davidis gesta novissima, quæ Samuel non potuit, monumentis ipsi prodidisse dicuntur. Certè Nathan familiariter vixisse cum David, et ipsius consiliorum fuisse conscium, ipse indicat lib. 3 Reg. cap. 1. Cùm enim rex à populari turbâ salutatus esset Adonias, dixit, quasi id sibi celatum ferret molestè : *Numquid à Domino meo rege exivit hoc verbum, et mihi non indicâsti servo tuo?*

Post Davidis tempora, *verba dierum,* id est, diaria, sive ephemerides Salomonis scripserunt Nathan, qui eamdem operam scriptoriam Davidi parenti navaverat, et Ahias Silonites, et Addo, de quibus lib. 2 Paralip. cap. 9 : *Reliqua operum Salomonis priorum, et novissimorum scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, et in libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque Addo videntis contra Jeroboam filium Nabath.* Hæc porrò scripta illa esse videntur, quæ l. 3 Reg. 1, dicuntur : *Liber Verborum dierum Salomonis.* Quod putat Theodoretus q. 37 in l. 3 Reg. et Abul. in l. 3 Reg. c. 11.

De aliis regibus idem puto esse existimandum, tametsi de illis, à quibus eorum *verba dierum,* sive ephemerides, aut diaria scripta fuerint, ex Scripturâ non constet. Hoc certè de Roboam legimus lib. 2 Paral. c. 12, v. 15, quorum opera prima atque novissima notata dicuntur à prophetis. *Opera,* inquit, *Roboam prima et novissima scripta sunt in libro Semeiæ prophetæ, et Addo videntis, et diligenter exposita.* Et de Ahiâ cap. 13, v. 22 : *Reliqua autem sermonum Ahia, viarumque et operum ejus, scripta sunt diligentissimè in libro Addo prophetæ.* Quòd autem Oziæ opera, sive *verba dierum* Isaias scripserit, habes eodem libro cap. 26, vers. 22; item Ezechiæ cap. 32, vers. 32, et Jehu filius Hananan Josaphat regis, ibidem cap. 20, vers. 34.

Hæc porrò, quæ dicuntur *verba dierum,* seu singulorum dierum observationes, quæ etiam aliquando dicuntur, *Libri Regum Israel,* sive *Juda,* aliquid esse diversum à quatuor libris Regum, quos nunc habemus, et est communis scriptorum consensus, et probat Sixtus Senensis lib. 2, verbo *Regum liber;* adducitque inter alia, quæ eo loco videri possunt, illud 2 Paralip. 24, in fine, quod sic habet: *Porrò filii Joas,*

et summa pecuniæ, quæ adunata fuerat sub eo, et instauratio domûs Dei, scripta sunt diligentiùs in libro Regum. Et addit : « Quæ certè verba « referri nequeunt ad historiam Regum canonicis Scripturis insertam, in quâ tantùm abest, ut ea quæ præsenti Paralipomenon capite narrantur, fusiùs et exactiùs referantur, ut nonnulla etiam in ipsa prætermissa sint ex his quæ in hoc capite vel commemorantur, vel saltem indicantur. »

Cùm constet igitur, aut valdè sit certè verisimile, reges Israel et Juda habuisse, qui quod singulis diebus dignum videretur publicâ memoriâ, in annales referret, explorandum nobis est, quis ex illis Commentariis ea quæ nunc in libris Regum habemus, historico stylo concinnaverit. Quidam Esdram existimant, quia ille aut restituit plurima, quæ temporum et bellorum injuriâ ex Scripturâ sacrâ perierunt, aut certè quæ dissoluta erant, et ordine planè confuso dissipata, in suum locum et ordinem redegit (1). Alii Jeremiam, eo adducti argumento, quòd iisdem penè verbis suam prophetiam terminavit, quibus libri Regum finiuntur. Unde non sine gravi fundamento conjectant, ab eodem auctore libros Regum, à quo extremum vaticinii caput, fuisse aut compositos, aut compilatos. Sed si hæc ratio quidquam valet, potiùs ego dicerem ab Isaiâ quatuor Regum libros in ordinem illum fuisse digestos. Nam primùm eodem penè modo scripta sunt tria capita lib. 4 Reg. 18, 19 et 20, quo quatuor ex Isaiæ vaticinio, nempe 36, 37, 38, 39. Adde quòd, quemadmodùm paulò ante observavimus, Isaias scripsisse dicitur gesta Oziæ, 2 Paralip. 26, et Ezechiæ ibidem 20, 32. Quare hoc opus historiæ sacræ contexendæ ad suum tempus, id est, ad regnum usque Manasse, Isaiæ ego potiùs quàm Jeremiæ tribuerem. Sed quando hic conjecturis agimus, et per vestigia cæca horum librorum auctorem indagamus, non pu-

(1) Non levibus tamen argumentis creditur Esdras historiam hanc scriptis tradidisse : nam unius ejusdemque scriptoris opus esse, multis argumentis demonstratur. I. Stylo exarata est constanti, ac perpetua rerum gestarum series per totum opus regnat. II. Scriptori ad manus erant veteres commentarii, quos et laudat frequenter, et lectores non rarò ad illos remittit, professus se compendio retulisse, quæ fusiùs ibi narrantur ; unde phrases non rarò occurrentes : *Reliqua verborum*, etc., *scripta sunt in libro sermonum dierum regum Juda*, vel *Israel*. III. Scribebat vel ipsâ stante captivitate, vel post, quippe qui in postremo capite quarti Regum illam apertissimè exprimat. Alibi etiam narrat, suâ ætate adhuc decem tribus in Assyriâ captivas teneri, pœnas luentes criminum, et oracula prophetarum eâ de re implentes. IV. Nonnulla observat quandoque, et repetit summatim; quæ omnia indicia sunt auctoris non coævi, sed qui veterum monumentorum fidem secutus, priùs meditatur, quæ scribat. Vide 4 Regum 17, 6, etc., usque ad 24, ubi narratâ eversione regni decem tribuum per Salmanasarem, et translatione in Assyriam earumdem tribuum, ubi suâ etiam ætate captivæ tenebantur, docet, populum illum refractarium jam inde à factâ ex Judâ secessione, nunquàm ab idololatriâ cæterisque criminibus cessâsse ; frustra missos identidem à Deo prophetas, quorum persuasionibus ad saniora consilia revocaretur. Quare, inquit, cùm in impietate animum obfirmatum haberent, neque sceleri modum aliquem imponerent, id commiserunt, ut tandem rejecti à Deo, in potestatem hostium permitterentur : hinc unum tantùm in Palæstinâ regnum Juda Hebræis mansit. Sed, addit, neque Judæ melior fuit in Deum fides ; pessimum enim Israelis exemplum secutus meruit tandem ut simili pœnæ subjiceretur; ex quo factum est, ut Israelitarum genus omne Deus tandem abjecerit. Hæc sanè omnia animadversiones sunt auctoris, post captivitatem Judæ et decem tribuum scribentis, cui tota rerum catastrophe sub oculis versaretur. V. Scriptor munus sacerdotis omninò gessisse videtur : quare historiam politicam non satis accuratè narrans, ac breviter ea tradens quæ rerum et expeditionum granditatem, militum virtutem, atque penitiorem politices artem commendant, fusiùs prosequitur ea quæ ad templum, religionem, cæremonias, solemnia, cultum Domini, pietatem principum, constantiam prophetarum, pœnas criminum, et præmium justorum pertinent. Gloriæ domûs Davidicæ studet in primis. De regibus Israelis veluti aliud agens et in decursu locutus, curas suas omnes vertit rebus regni Judæ narrandis. Hæc animadversione digna in eo opere occurrunt, quod ad capiendam de scriptore conjecturam pertinet.

Porrò characteres hi omnes nemini meliùs quàm Esdræ conveniunt ; cui sanè nullus non congruit ; quare operis scriptor probabiliter haberi potest. Fatemur quidem, occurrere quædam ab ætate Esdræ aliena, uti quæ narrantur de arcâ Domini adhuc in templo manente ; quæ leguntur de separatione duorum regnorum Judæ et Israelis, quasi utraque adhuc subsisterent ; uti et duo mensium nomina Zif et Bul occurrunt, neque Hebræa, neque Chaldaica, ac tandem à sermone Esdræ ætate vernaculo aliena. Tandem auctor suæ ætatis historiam scribere videtur, ac rarò personam coævi scriptoris deponit. Quid hæc porrò ad Esdram ?

Sed hæc facilè conciliantur, si ita digestum opus ab Esdrâ dixerimus, ut non rarò ex veteribus monumentis non historiam modò, sed et verba desumpserit, atque in suum commentarium transtulerit. Quæ indoles est sinceri scriptoris, et veracitatis argumentum apertissimum ; tantâ enim religione fidem historiæ in veteribus monumentis narratæ servavit, ut ne verba quidem mutaverit. (Desumptum ex Calmet.)

tarem illum a verò procul aberrare, qui collectorem putaret Ezechiam regem, aut eo jubente alios, quibus id negotii rex ipse mandavit, si verum est quod dicitur, ab eo fuisse in ordinem digesta, quæ invenit non tam aptè composita, quàm confusè dispersa plurima Scripturæ loca. Sic sanè habemus Proverb. 25, v. 1 : *Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Juda.* Hunc etiam nonnulli putant auctorem fuisse libri Judicum, imò apertè et librorum Regum. Ita sanè Historia scholastica in præfatione lib. Judicum, à quâ sumpsit Hugo ; quæ tamen in Prologo librorum Regum, collectorem, aut compactorem illorum dicit Jeremiam. Quòd si demus ab Isaiâ, vel Ezechiâ quatuor hosce libros fuisse compactos, cùm hi duo tantùm ad Manasse regnum vitam produxerint, dicendum est, quidquid ad finem usque compactum est, ab alio fuisse elaboratum, à Jeremiâ puta, vel ab Esdrâ, aut ab alio quovis, de quo nihil est certum.

§ 2. *De horum librorum titulo.*

Hebræi duos priores libros nomine Samuelis inscribunt ; cur ita fecerint, videndum nobis est. Quidam putant ab scriptore habuisse nomen, quia uterque à Samuele conscriptus est : sicut à Gad et Natham, qui novissima Davidis tempora scripturæ mandârunt, sui etiam libri nomen acceperunt, 1 Paralip. cap. ultimo, in fine : *Gesta,* inquit, *David regis priora et novissima scripta sunt in libro Samuelis videntis, et in libro Nathan prophetæ, et in volumine Gad videntis.* Hæc tamen sententia facilè suam sibi falsitatem prodit ; duo enim libri non potuerunt à Samuele componi, cùm in libri primi 25 capite decesserit. Quare novissima tempora Davidis duo alii prophetæ monumentis mandârunt. Dicti autem sunt libri Samuelis, quia in utroque aliquid est, quod ad Samuelis nomen opusque pertineat. Nam in primo agitur de sacerdote Heli, in cujus ipse societate vixit, et de Saül, quem regno præfecit Israel ; in secundo, de David, quem ipse unxit, et abjecto Saüle ad regni gubernacula vocavit. Quare in utroque libro est aliquid, quod suum sibi Samuel possit agnoscere.

Latini à materiâ *Libros* appellant *Regum*, quia de regum gestis regnorumque sive administratione, sive conversione instituti sunt. Septuaginta *Regnorum* vocant *libros ;* quod non probat Hieronymus, quia non de pluribus regnis, sed de uno Israelitico texitur historia. Et quidem cùm duo posteriores libri de Israelitico populo jam diviso, in quo duo jam spectabantur regna, loquantur, quibus aptius erat *Regnorum* nomen, hebraicè non inscribuntur מלכות, *Melachoth,* id est, *Regnorum,* sed מלכים, *Melachim,* id est, *Regum.*

§ 3. *Quæ tempora regum historia complectatur.*

Libri hi Regum res continent gestas duorum judicum Israel, Heli, videlicet et Samuelis, et omnium regum Israel et Juda ad illud usque tempus, in quo excissa fuit ab hoste Chaldæo Hierosolyma, et templum exustum, et regium nomen in populo Judaico ad longum tempus prorsùs extinctum. Hæc verò historia ad annos fermè quingentos et quadraginta porrigitur, quæ incidet, si annos Heli à principio numeres, anno mundi 2900, ut putat Torniellus, et finita est in captivitate populi, quæ in annum incidit ab orbe condito, eodem auctore, 3446. Sixtus Senensis. tom. 2, aliter numerat ; putat enim duos priores libros annos complecti centum et viginti, et omnes simul 537. Sed modicum est discrimen.

§ 4. *De horum librorum divisione* (1).

« Quatuor libri Regum in Hebræo duo tantùm sunt libri, nempe liber Samuelis, et liber Regum; quod quidem suo tempore fuisse animadvertit S. Hieronymus. Utrumque verò librum Septuaginta interpretes in duos distinxerunt libros, quos primum, secundum, tertium et quartum *Regnorum,* Latini verò, *Regum,* inscripserunt.

« *Samuel* est tertius liber eorum quos vocant Judæi, *Prophetas priores,* quorum primum *Josuam,* secundum *Judices,* tertium *Samuelem,* et quartum *Reges* faciunt. Samuelis autem gemini, ut nunc habemus, libri, sive duo priores libri Regum in unum olim in Bibliis hebraicis continuabantur. Unam textûs seriem constituebant in versione S. Hieronymi ex hebræo ; hinc fit, ut in veteribus ejusdem exemplaribus titulorum omnium utriusque libri capitum indiculus priori libro præfixus legatur : tum et marginales numeri, varia textûs membra distinguentes, perpetuo ductu usque ad calcem secundi libri regnent. Sed brevi in exemplaribus Latinis vetus ordo, bipartiti scilicet operis, rediit, manente cæterùm versione S. Hieronymi. Nonnulli putant in editione bibliorum Hebraicorum Bombergianâ, primùm apparuisse

(1) Hic et duo sequentes paragraphi curâ Editorum Sanctii prolegomenis additi sunt.

distinctionem primi et secundi libri Samuelis; item duo postremi Regum libri olim apud Hebræos perpetuâ serie juncti in unicum coalescebant; sed cùm prolixior videretur liber, idcircò successu temporis Judæis ex unico duos efficere, bipartito opere ad nostram imitationem visum est. Priori parti nomen mansit, *Primus Regum;* alteri inditum, *Secundus Regum;* apud Septuaginta verò inscribuntur, *Tertius et quartus Regum.* Ab Origene laudantur sub nomine *librorum Regnorum;* quanquàm à Judæis in fronte operis posita animadvertit priora verba textûs tertii libri : *Vehammelech David.* Ex quâ Origenis relatione duo colligimus : 1° ambos hosce libros unum adhuc tum constituisse in exemplaribus Hebræis ; 2° nondùm apud Judæos inscriptum fuisse opus, *Libri Regum.* Ipsâ etiam S. Hieronymi ætate, ex quatuor libris Regum Judæi duos tantùm constituebant; uti et in hodiernis Hebraicis Bibliis duo hi prostremi perpetuâ textûs serie junguntur; quanquàm ad initium quarti novæ marginales notæ capitulis recensendis appositæ sunt, et in supremâ paginarum orâ scriptum legitur, *Primus Regum,* et deinde, *Secundus Regum.* In Græcis vetustis Scholiis animadvertitur, correctissima Septuaginta exemplaria eumdem, quem nos, terminum, secundo Regum libro constituere, ducto tertii exordio ab historiâ Abisag Sunamitidis; sed Diodorus et Theodoretus post Davidis obitum instituunt. » (*Calmet.*)

§ 5. *De excellentiâ et utilitate librorum Regum.*

« Hoc sedulò animadvertendum multa allegoricè, multa tropologicè narrari in Regum libris. Nam, ut ait S. Hieronymus (Epist. 103 ad Paulinum), « Samuel (1), in Heli mortuo et « occiso Saül, veterem legem abolitam mon- « strat. Porrò in Sadoc atque David, novi sa- « cerdotii novique imperii sacramenta testa- « tur. *Melachim,* id est, Regum tertius et quar- « tus liber à Salomone usque ad Jechoniam, « et ab Jeroboam filio Nabath usque ad Osee, « qui ductus est in Assyrios, regnum Juda et « regnum describit Israel. Si historiam respi- « cias, verba simplicia sunt; si in litteris sen- « sum latentem inspexeris, Ecclesiæ paucitas « et hæreticorum contra Ecclesiam bella nar- « rantur. »

« Omnes enim reges Juda fuêre typi Christi ex eis nascituri, qui est Rex regum et Dominus dominantium, ut ait hic S. Gregorius; unde S. Augustinus (lib. 22 contra Faustum cap. 24) : « Dico, inquit, illorum hominum « non tantùm linguam, sed etiam vitam fuisse « propheticam, totumque illud regnum gentis « Hebræorum magnum quemdam, quia et « magni cujusdam, fuisse prophetam. »

Audi S. Gregorium (hic in Proœmio) : « Historia Regum, quia eo spiritu condita quo « et cætera Scripturæ sanctæ volumina co- « gnoscuntur, non debet credi eis esse minor « sacramentis quibus non est inferior titulo « auctoritatis. Nam omnes scriptores ejus « fuisse prophetæ referuntur, qui cùm histo- « rica narrant, spiritalia signant; exteriora « loquuntur, et intima innuunt; terrena pro- « ponunt, ut cœlestia exequantur, » etc. ; et post nonnulla : « Suavis est historia Regum in « superficie litteræ, altior in typis allegoriæ, « moribus instruendis utilis, lucida in exem- « plis exhibendis. » Et D. Augustinus (lib. 17 Civit. cap. 1) : « Ipsa Scriptura quæ per ordi- « nem reges eorumque facta et eventa diri- « gens, videtur tanquàm historicâ diligentiâ « rebus gestis occupata esse narrandis, si ad- « juvante Spiritu Dei considerata tractetur, « vel magis vel certè non minùs prænuntian- « dis futuris, quàm præteritis enuntiandis « invenietur intenta. » (Cornel. à Lap.)

Multa in hanc sententiam habet Sacy, quæ, ut putamus, summâ cum voluptate legentur :

« L'Écriture-Sainte, selon la remarque de saint Augustin, n'est pas seulement admirable dans cette profondeur de sagesse et de vérités qu'elle renferme; mais encore en ce qu'elle diversifie en plusieurs manières ses instructions, pour les proportionner à l'intelligence et même aux goûts différents de l'esprit humain.

« On y peut distinguer, selon la pensée de ce saint, trois genres d'écrire : les livres de la sagesse, les prophètes, et l'histoire.

« Les livres de la sagesse touchent de grands sens en peu de mots; et ce sont des règles pour toute la vie.

« Les ouvrages des prophètes sont des discours suivis qui, sous des expressions figurées, nous apprennent à craindre les ennemis invisibles, et à révérer la majesté de Dieu par la haute idée qu'ils en traçent dans l'esprit et dans le cœur.

« Les livres d'histoire ont un caractère très-différent les uns des autres. C'est une représentation simple et naturelle des choses passées, dans laquelle Dieu fait voir clairement

(1) Id est, primus ac secundus liber Regum.

qu'encore que toute sa conduite soit comme couverte du voile des causes secondes, c'est lui néanmoins qui est l'arbitre souverain des rois et des peuples, et qui ordonne dans le ciel tout ce qui se passe sur la terre.

« Les livres des Rois, comme nous l'enseigne saint Augustin, sont tout autres dans la vérité qu'ils ne nous paraissaient d'abord ; « car à ne « les considérer que par les premières vues « qui se présentent à ceux qui les lisent, on « n'y trouvera qu'une histoire de plusieurs « rois, qui décrit les principales choses qui « se sont passées sous leur règne. » Mais si l'on entre par l'esprit de Dieu dans les mystères qui y sont cachés, on trouvera que cette histoire n'est pas moins une prophétie des merveilles futures de la loi nouvelle, qu'une représentation des choses passées.

« Saint Grégoire a confirmé ce principe par la manière pleine de piété dont il a expliqué les seize premiers chapitres du premier livre de cette Histoire. Théodoret a fait aussi quelques réflexions générales sur quelques endroits des quatre livres des Rois.

« Si l'on considère les deux premiers livres des Rois par rapport aux instructions morales qui en naissent naturellement, il est difficile d'en trouver dans toute l'Histoire sainte qui soient, ou plus admirables pour les marques de la Providence et du doigt de Dieu qui s'y fait sentir de toutes parts, ou plus utiles pour la beauté des exemples et des instructions qu'elle renferme. Les particuliers, et tous ceux qui sont en autorité, y trouveront non seulement des règles, mais des images excellentes de ce qu'ils doivent faire pour servir Dieu selon l'état où il les a mis.

« Anne, dont il est parlé d'abord, est un modèle admirable pour les mères chrétiennes ; elle est long-temps affligée et humiliée ; elle n'a recours qu'à Dieu dans ses peines : elle lui demande un fils, et il la rend mère de Samuël. Aussitôt qu'il est hors de la mamelle, elle le porte dans le temple pour y demeurer toujours. Elle se prive de ce qu'elle avait de plus cher au monde, afin que ce fils qui était le fruit de sa prière, fût consacré uniquement à Dieu qui le lui avait donné. Et cet enfant né et élevé de cette sorte, devient la gloire du peuple de Dieu, et l'un des plus grands prophètes qui fut jamais.

« Abigaïl apprend excellemment aux personnes engagées dans le mariage, avec combien de sagesse et de circonspection elles doivent se conduire envers ceux à qui Dieu les a unis par un nœud sacré, lors même qu'ils n'ont pas toute la lumière et toute la prudence qui serait à désirer pour soutenir la qualité de chef que Dieu leur a donnée dans leur famille.

« Le grand-prêtre Héli est un exemple terrible pour tous ceux que Dieu a appelés à la dispensation des choses saintes : ils doivent apprendre de lui à veiller sur ceux que leur ministère divin rend leurs enfants, et à punir leurs désordres avec une charitable sévérité, au lieu de les dissimuler par une indulgence cruelle, qui ne pourrait qu'attirer la vengeance de Dieu et sur ceux qui leur sont soumis et sur eux-mêmes.

« Saül est une image sensible du néant des grandeurs de la terre, et du péril extrême qui les environne. D'un particulier peu considérable, il est choisi par un ordre du ciel pour être roi du peuple de Dieu. Cette gloire qu'il n'avait point cherchée lui élève le cœur. Il désobéit à celui qui l'avait comblé de biens, et un bonheur si grand en apparence, devient pour lui la source d'une infinité de maux.

« David est un miracle de la grâce et de la Providence qui règle le monde. Ce qui lui arrive dans toute la suite de sa vie est si extraordinaire, qu'il semble que la sagesse de Dieu ait pris plaisir de confondre par la beauté et par la vérité de cette histoire, les merveilles fabuleuses et les héros imaginaires que l'esprit de l'homme a inventés pour satisfaire la curiosité de ceux qui se repaissent de chimères et de songes.

« Tant que cet homme de Dieu demeure particulier, c'est un modèle pour toutes sortes de personnes d'une parfaite vertu. Il est sacré roi en secret lorsqu'il était encore tout jeune, et occupé à conduire des brebis. Il reçoit par cette onction une si grande force, qu'il déchire les lions et les ours, et il ne s'en élève point. Il combat ensuite sans armes, il tue ce géant si fameux qui seul faisait fuir toute l'armée d'Israël ; et il demeure aussi humble après cette victoire, qu'il l'avait été auparavant. Saül conçoit contre lui une haine mortelle : et David l'ayant eu deux fois entre les mains, lui sauve la vie par une générosité qui est admirée de celui-là même qui ne pensait qu'à le perdre.

« Mais comme cette Histoire est l'histoire des rois, Dieu l'a composée par son esprit, afin qu'elle servît aux princes et aux souverains. Et il serait digne de leur piété, qu'ils y cherchassent les règles de la conduite que Dieu veut

qu'ils gardent dans le gouvernement de leurs états, et qu'ils ne refusassent pas d'y écouter, comme leur maître, celui qui doit un jour être leur juge.

« Saül et David sont deux modèles bien différents, qui sont proposés à tous ceux qui tiennent les premières places dans le monde. Dans l'un, on peut voir la laideur du vice, et dans l'autre, l'excellence de la vertu. L'envie et la cruauté de Saül servent à rehausser davantage la bonté et la générosité de David. Et le Saint-Esprit mêle avec une admirable sagesse les actions si différentes de ces deux princes dans le tableau qu'il nous veut tracer d'un roi véritable, afin que les grandes qualités qu'il demande de lui éclatent davantage par l'opposition de celles qui leur sont contraires : comme l'art d'un peintre se sert avantageusement des ombres et des couleurs les plus noires, pour donner plus de force et plus d'agrément aux figures qui doivent être les plus éclairées.

« Mais ce qu'il y a de plus extraordinaire dans cette histoire, et qui surprend plus l'attente et les pensées des hommes, qui sont souvent bien différentes de celles de Dieu ; c'est que bientôt après que David a été élevé à la souveraine puissance dont il avait paru si digne, il ne peut porter cette grandeur à laquelle il avait été destiné depuis tant d'années, et il succombe sous le poids de sa gloire.

« Un saint, un prophète, un homme dont la vertu ayant été exercée par de si rudes épreuves, semblait hors d'atteinte à tous les artifices du démon, tombe en un moment, et il devient adultère et homicide. Mais cette chute même, comme remarque excellemment saint Ambroise, nous rend cette histoire sans comparaison plus utile. « Dieu pouvait faire aisé-« ment que David demeurât toujours dans « l'innocence, et que, continuant comme il « avait commencé, à marcher dans la voie de « la justice, il s'élevât jusqu'au comble d'une « vie parfaite, mais alors son élévation aurait « paru en quelque sorte inaccessible à notre « faiblesse ; et nous contentant d'envisager son « exemple avec une admiration stérile, nous « l'aurions jugé inimitable. »

« Dieu donc, par une conduite pleine de sagesse, a abaissé ce saint jusqu'à nous, afin de nous faire monter jusqu'à lui. Il a permis qu'il soit tombé dans l'abîme du péché, afin que l'en relevant ensuite par une grâce toute puissante, il apprît à tous les hommes que, comme il n'y a point de vertu stable si sa main ne la soutient et ne l'affermit, il n'y a point aussi de plaies si profondes qui ne puissent être guéries, comme l'ont été celles de David, par une foi vive, et par l'humilité et la sincérité de la pénitence.

« Ce sont même les jugements que Dieu exerce sur ce prince pour venger le sang d'Urie, et pour lui faire sentir le poids de son crime, qui rendent cette histoire non seulement plus avantageuse pour notre instruction, mais encore plus agréable par la variété des événements dont elle est remplie.

« Les sujets de ce roi pénitent se soulèvent contre lui ; son propre fils se déclare chef de cette révolte ; il est obligé de fuir devant lui, et de lui abandonner la capitale de son royaume : mais comme il ne perd point Dieu de vue, et qu'il le considère comme la première cause de tous ces maux qu'il sait avoir si justement mérités, il demeure calme et intrépide dans un si grand trouble. Il attire sur lui la protection de Dieu, par l'humble soumission qu'il rend à ses ordres ; et cette tempête qui se dissipe en peu de jours, ne sert qu'à lui procurer de nouveau l'admiration et l'affection de tous ses peuples.

« On peut remarquer encore dans la suite de cette histoire, et principalement sous le règne de David, divers exemples qui peuvent nous instruire de ce que nous devons, ou faire, ou imiter dans le règlement de notre vie.

« On voit dans Jonathas un modèle d'un prince parfait, qui cède de tout son cœur à David la couronne, qui semblait lui être destinée par sa naissance, et qui se tient plus heureux d'être l'ami d'un homme si grand et si saint, que d'être le fils et le successeur d'un souverain.

« Miphiboseth, son fils, imite parfaitement la modération et la générosité de son père ; et il paraît plus grand dans son malheur, que les autres ne le sont dans le comble de leur gloire.

« Absalom est un redoutable exemple de ce que peut une ambition démesurée dans l'esprit d'un prince, qui avait d'ailleurs de très-grandes qualités. Et Dieu le punit d'une manière si effroyable, qu'il sera pour jamais un monument du profond respect que les enfants doivent à leurs pères.

« Joab est un homme rare selon le monde : il sert David dans la bonne et dans la mauvaise fortune, avec une inviolable fidélité : il prend des villes, et il gagne des batailles, mais il ne travaille que pour sa propre grandeur ; et il la

soutient en assassinant des princes et en se rendant redoutable à David même.

« Achitophel est un parfait politique. C'est le plus sage de tous les hommes; il est infaillible dans ses conseils. Mais parce qu'il n'a pour règle que son ambition et son intérêt, et qu'il emploie toutes ses lumières pour favoriser la révolte d'un fils contre son roi, et contre le meilleur père qui fut jamais, Dieu se joue de sa sagesse; il fait retomber contre lui-même la malignité de ses desseins concertés avec tant d'artifice : et il périt malheureusement.

« Berzellaï est un excellent modèle d'un homme zélé pour les intérêts de son roi et de l'état; il prodigue ses richesses pour secourir l'armée de David, qui se trouvait dans un extrême besoin. Et lorsque ce prince a pacifié toutes choses, et qu'il le conjure de venir avec lui à Jérusalem, pour jouir du fruit de sa victoire, à laquelle il a eu tant de part, ce vieillard illustre ne lui demande pour toute grâce, que la permission de vivre et de mourir dans la maison de ses pères, et il ne prend de lui d'autre récompense que la gloire de l'avoir servi.

« Dans les deux derniers livres des Rois, on verra aussi des événements qui peuvent être d'une grande instruction pour tous ceux qui s'appliqueront à les regarder avec les yeux de la foi : car, comme dit saint Grégoire, pape, il y a une différence très-grande entre l'Ecriture sainte et les autres choses dont le prix dépend en quelque façon de la manière dont les beaux esprits ont l'art de les relever, et de les rendre estimables. L'Ecriture sainte, au contraire, étant inspirée de Dieu, surpasse autant toute la pénétration des beaux esprits, que ces esprits, quelque grands qu'ils soient, sont eux-mêmes au-dessous de Dieu, et qu'ils ne sauraient rien découvrir dans cette élévation toute spirituelle des livres saints, que ce que celui qui les a inspirés à ceux qui les ont écrits daigne lui-même leur révéler.

« Il ne faut donc pas se contenter de lire ces événements comme historiques. Mais il faut encore y chercher avec la lumière de la foi ce que l'Esprit-Saint, lorsqu'il les a fait écrire, a eu dessein principalement de nous y faire remarquer. Ainsi toutes les circonstances du sacre de Salomon, la construction si magnifique du temple de Jérusalem, la sagesse surnaturelle qui parut dans les premières années du règne heureux de ce prince, sa chute effroyable après de si beaux commencements; la division de son royaume après sa mort; l'idolâtrie et les excès des rois d'Israël; ce renversement général de la vraie Religion parmi un peuple que Dieu avait élevé et si magnifiquement protégé contre tous ses ennemis; l'inutilité des remontrances et des miracles des plus saints Prophètes, tels qu'étaient Elie et Elisée; et enfin la dure captivité, qui fut la juste punition du dernier endurcissement de ceux qui s'étaient glorifiés si long-temps d'avoir Dieu pour leur Seigneur, nous fourniront des sujets très-amples pour faire plusieurs réflexions sur nous-mêmes, si nous avons soin d'élever un peu nos esprits pour envisager ce qu'il y a de spirituel et de moral dans tous ces faits historiques, et pour profiter de ces exemples des siècles passés, en faisant l'application de ce que nous y lisons à ce qui se passe en nous. »

§ 6. *De interpretibus librorum Regum.*

« Ad litteram scripsit Quæstiones in libros Regum S. Hieronymus; sed de iis meritò dubitat Bellarminus et alii, an sint S. Hieronymi, quia S. Hieronymus (lib. de Script. eccles.) testatur se scripsisse Traditiones sive quæstiones Hebraicas in Genesim, Loca hebraica et nomina Hebraica, sed de Traditionibus, sive quæstionibus Hebraicis in libros Regum nihil dicit; præterea in Quæstionibus Hebraicis in Genesim adscribit idem S. Hieronymus passim verba Hebraica; in Quæstionibus autem in libros Regum non nisi semel aut iterùm id facit. Denique gravior videtur scriptio illa in Genesim, quàm ista in libros Regum; sed cujuscumque sit hoc opus, non magni refert. Quæstiones has esse S. Hieronymi pernegat Serarius; sunt tamen antiqui auctoris. » (Corn. à Lap.)

« Angélomus, écrivain du neuvième siècle, les cite quelquefois. Raban Maur, qui vivait au commencement du même siècle, vers l'an 820, les cite aussi, et dit que ces Traditions sont d'un auteur hébreu qui vivait alors, et qui était fort savant dans la loi. *Hebræi cujusdam modernis temporibus in scientiâ legis florentis capitula traditionem Hebræorum habentia.* (Præfat. in libb. Regum). Au reste, ces traditions sont peu considérables en elles-mêmes, mais il est toujours important de savoir les sentiments et les traditions des Juifs. Le P. Martianay remarque que l'écrivain de ces Traditions croyait en Jésus-Christ. C'était apparemment un Juif converti. » (Calmet.)

« S. Augustinus scripsit librum ad Simplicianum, in quo quinque quæstiones ex libris Regum resolvit. Item in Canticum Annæ (lib. 17

de Civit. c. 4). Ad hæc in varios Regum locos sermones decem de Tempore, et primum inter homilias 50.

« S. Eucherius ex monacho Lugdunensis episcopus, anno Domini 441, tempore Leonis primi, pontificis, et Theodosii Junioris imperatoris, scripsit in libros Regum, quem hisce elogiis ornat Claudianus Mamertus episcopus Viennensis illi coævus (lib. de Statu animarum) : « Eucherius viridis ævi, maturi animi, terræ « despuens, cœli appetens, humilis spiritu, « arduus merito, ingenio subtilissimus, scien- « tiâ plenus, eloquio profluus, magnorum sui « seculi pontificum longè maximus, » etc. Verùm, ut rectè advertit Bellarminus (de Script. eccl. in Eucherio) : « Hi commentarii nequeunt « esse Eucherii, eò quòd auctor sæpè S. Gre- « gorium citet, et ad finem expositionis libri « primi Regum lectorem invitet ad Moralia S. « Gregorii perlegenda ; sanctus autem Grego- « rius plus centum annis fuerit Eucherio poste- « rior. Fortasse qui hos libros Eucherio tribue- « runt, ex eo permoti sunt, quòd Gennadius « testatur scripsisse Eucherium ad Solonium « et Uranium de obscuris sanctarum Scriptu- « rarum capitulis. »

« Porrò auctor horum Commentariorum videtur fuisse anglus, et vixisse paulò post tempora S. Gregorii. Nam in tertio libro Commentariorum in libros Regum, c. 22, sic loquitur: « Nostris « nuper temporibus, sanctus Gregorius Papa « evangelicis roboratus eloquiis, romanam rexit « Ecclesiam, et reverendissimi Patres, Augu- « stinus, Paulus et alii socii eorum, jubente « illo, venerunt in Britanniam, » etc. Atque ab auctore multa iisdem penè verbis descripsit Beda in suis Quæstionibus super libros Regum, unde doctores Lovanienses et Sixtus Senensis suspicantur hos Commentarios non esse Eucherii, sed Bedæ.

« Venerabilis Bedá, qui floruit anno Domini 730, scripsit Quæstiones in libros Regum, quæ incipiunt : *Post librum Judicum.*

« Angelomus, Gallus monachus ordinis D. Benedicti, congregationis Lexoviensis, vir in divinis Scripturis nobile sortitus ingenium, jussu Drogonis episcopi Metensis, filii Caroli Magni imperatoris, collegit è commentariis veterum Patrum opus in quatuor libros Regum. Claruit anno Domini 830. Porrò Angelomus primò sensum litteralem, deinde allegoricum prosequitur, idque ferè ex Quæstionibus D. Hieronymi in libros Regum.

« Posterioribus seculis scripsêre in hos libros Lyranus, Hugo, Tostatus, fusè et exactè. Post hos Cajetanus, Vatablus, Mendosa, Serarius. »

(Corn. à Lap.)

« Origène a fait une longue homélie sur le commencement du premier livre des Rois. Théodoret et saint Grégoire-le-Grand ont aussi travaillé sur les livres des Rois.

« Outre le commentaire tiré des œuvres de ce saint Pape par saint Paton, son disciple, nous avons sur les livres des Rois un commentaire suivi qui porte son nom dans les éditions de ses ouvrages. Il y a toutefois sur cela quelques difficultés entre les savants, les uns l'attribuant tout entier à saint Grégoire, les autres soutenant qu'il n'est point de lui ; mais le sentiment qui paraît le mieux soutenu, est que Claude, abbé de Classe et disciple de saint Grégoire, l'écrivit après quelques explications que ce saint Pape en avait faites en sa présence de vive voix, en conservant, autant qu'il lui fut possible, non seulement le sens et les pensées, mais aussi le tour de la phrase de saint Grégoire.

« Toutefois, ce saint docteur, quelques années après, se fit apporter tous les exemplaires de cet ouvrage qui se trouvaient au monastère de Classe, afin qu'à son loisir, il pût le retoucher, et le mettre en tel état qu'il pût l'avouer pour le sien. Mais on ne sait pas s'il exécuta ce dessein, et il n'a pu empêcher que les copies de ce livre ne se répandissent dans le monde. Voyez la préface qui est à la tête de ce commentaire : au reste, cet ouvrage est tout moral.

« Angélomus a composé des commentaires sur les livres des Rois imprimés à Rome en 1565, in-fol. seconde édition. Le père Le Long attribue cet ouvrage à Angélomus et à saint Eucher. Ces commentaires ne sont que des tissus de passages des Pères, et des explications mystiques et figurées selon la méthode de Raban Maur, maître d'Angélome. Il y cite souvent les Traditions hébraïques sur les livres des Rois. Cet auteur était pieux et savant pour son siècle.

« Saint Ambroise a écrit deux apologies de David, et quatre livres intitulés : *De Interpellatione Job et David.* Il a aussi écrit sur Elie, Naboth et Achab, dans le premier tome de ses ouvrages de la nouvelle édition. Ce n'est autre chose qu'une morale édifiante selon sa manière d'interpréter l'Ecriture.

« Les Annotations de Hugues de St.-Victor sur les livres des Rois, sont courtes et assez littérales ; mais on sait qu'en ce temps-là, l'étude des langues et la critique n'étaient pas ce qui occupait les théologiens.

« Richard de St.-Victor a donné une description du temple de Salomon, et une manière de concilier les années des rois de Juda et d'Israël, mais alors la chronologie sacrée n'était pas assez débrouillée pour pouvoir réussir comme il faut dans un tel ouvrage.

« On a imprimé à Paris en 1691 un ouvrage sous ce titre : *Concordia librorum Regum et Paralipomenon cum annotationibus et variis indicibus,* qui peut suffire pour concilier les variétés et les contrariétés apparentes des dates, qui se trouvent dans les Rois et dans les Paralipomènes. L'auteur est un ecclésiastique de Chartres ou plutôt de Rouen, selon le père Le Long, et se nomme Jean-Baptiste Lebrun des Manettes.

« Dans cet ouvrage, il n'a rien omis ni retranché du texte des quatre livres des Rois et des deux des Paralipomènes ; celui qui contient le récit le moins étendu est en plus gros caractère, si bien que le lecteur peut reconnaître d'une même vue ce qui est des livres des Rois, et ce qui est de ceux des Paralipomènes ; en quoi les livres s'accordent, et en quoi ils semblent ne se pas accorder.

« L'argument est au commencement non seulement de chaque chapitre, mais de chaque page ; à la marge sont les années de la création du monde, d'avant la naissance de Jésus-Christ et du règne de chaque roi, tirées presque toutes des annales d'Ussérius. Il y a aussi des notes fort courtes pour éclaircir les endroits les plus obscurs, et trois tables dont la première est une liste des sentences les plus remarquables répandues dans cette histoire ; la seconde est une explication des mots les plus difficiles ; et la dernière un recueil des choses les plus importantes.

« Sérarius n'a pas suivi dans son commentaire sur les rois la même méthode qu'il a gardée dans son commentaire sur Josué et sur les Juges. Sur les rois, c'est un commentaire succinct, où il ne propose que peu de questions qu'il résout en peu de mots. Il explique la lettre, mais il y mêle peu de critique sur le texte. Ce n'est que comme le canevas d'un grand ouvrage qu'il méditait apparemment sur ces livres. Il n'a pas eu le loisir de le publier, ayant été prévenu par la mort ; et on l'a imprimé à Lyon en 1613 et à Mayence en 1617 in fol.

« *Francisci de Mendoça Commentaria in libros Regum.* 3 vol. in fol. Lugduni an. 1622, 1625, 1631. — Mendoça était natif de Lisbonne en Portugal. Il mourut à Lyon en revenant de Rome en 1626, âgé de 54 ans. Son Commentaire sur les livres des Rois est fort diffus. Il y fait de longs extraits des Pères, et y propose diverses questions. Dans ces trois volumes in folio, il n'explique que les quinze premiers chapitres du premier livre des rois. S'il avait achevé cet ouvrage, il aurait laissé peu de chose à désirer sur ce sujet, au moins quant aux sens moraux et aux questions qu'on forme sur l'histoire.

« Pour le règne de Salomon et pour tout ce qui regarde Salomon, il faut lire Jean de Pinéda, qui a écrit *de Rebus Salomonis ;* qu'on a imprimé à Mayence en 1613 in fol. troisième édition. Cet ouvrage est très-estimé et vaut un bon commentaire : il est diffus, mais on peut dire qu'il est méthodique. Pinéda était de Séville, il se fit jésuite en 1572, et est mort en 1637. Nicolas Molles a écrit contre lui touchant la Sagesse de Salomon, à Kiel en 1703, in 4°.

« Claudius Reugolius, Ordinis minimorum, in lib. Regum, 2 vol. in fol. à Paris 1621. Il y mêle plusieurs questions de théologie et de discipline ecclésiastique, où il se propose d'attaquer particulièrement Pierre Martyr, et d'opposer à ses erreurs les véritables dogmes de l'Eglise catholique. Son style, quoique simple, n'est point rebutant ; il est assez clair et peu embarrassé. Il est fâcheux que l'auteur n'ait pas eu tous les secours nécessaires pour perfectionner son ouvrage, comme il s'est plaint dans sa préface. Il était de Crépy en Valois et est mort en 1625.

« Nicolas Caussin a fait des disputes sur les quatre livres des Rois, touchant l'éducation des princes, imprimées à Paris en 1650, in fol. Il vint au monde à Troyes en Champagne, l'an 1570, se fit jésuite en 1596, et mourut en 1651, âgé de 81 ans (1). » (Calmet.)

Inter Gallos librorum Regum interpretes cæteris præstare *Calmet* et *Sacy* non dubium est. Sensum litteralem Calmet maximè, Spiritualem verò Sacy maximâ cum laude prosequitur, ita ut, si quis alterum alteri conjunxerit, perfectissimum profectò commentarium habuerit. Et id nos quidem fecimus, et, ut speramus, cum magno lectorum profectu, qui non *litteram quæ occidit*, sed *spiritum qui vivificat* in sacris Scripturis se quærere profitentur.

Supra memorati interpretes catholici sunt. At inter Protestantes reperiuntur Drusius, Amama, Petrus Martyr, Clericus, Strigelius, Schmidius, Sarcerius, Lambertus, Wellerus,

(1) Nominandi sunt adhuc Crommius, Véra, Bonfrérius et Haxera.

Steuchius, Bugenhagius, Mencus, Leonhartus, Osiander, Borrhaus, Villetus.

Inter Rabbinos numerantur Levi Ben-Gerson, Kimhi, Jarchi, Isaac Ben-Samson, et Cahen Gallus qui, his temporibus, Biblia Hebraico-Gallica edit tot impietatibus referta, ut inter suos apostata non immeritò habeatur.

Pauca habet Iahn in libros Regum (introd. in lib. vet. Fœd.), in quibus ita disserit ut quæpiam miracula vera parùm Deo digna sibi videri dicat, proindeque quasi effectus naturales haberi velit. Incredulis igitur non parùm favere videtur : quo nomine in scholis catholicis cautè legendum censemus (1).

Volney historiam quamdam Samuelis scripsit, aut potiùs excogitavit. Nam quæcumque exponit adeò sunt à Scripturâ aliena, ut non historiam, sed librum hujusmodi qui *Romans* dicuntur, composuisse videatur. Nomina tantùm Biblica servata sunt : cæterùm res omninò fictæ, et in id unum inventæ, ut sanctissimi viri scelestissimi pessimæque fraudis rei habeantur. Hujus igitur auctoris impia mendacia redarguendi non unus erit nobis locus.

Sic autem monet Volney quâ mente ad hanc historiam conscribendam accesserit : « Le « récit de son élévation (de Samuel), de sa « haute influence, puis l'obligation où il fut « de se substituer un roi, de le consacrer, « enfin le caprice qu'il eut de le changer pour « lui en substituer un autre plus à son gré, « tout cela m'avait dès long-temps donné le « soupçon d'un jeu de causes naturelles, diffé- « rent de celui que présente le narrateur ; « j'avais soupçonné des passions humaines et « même sacerdotales là où l'historiographe « nous présente des volontés mobiles, irasci- « bles, vindicatives dans la Divinité.

« En relisant ma Bible, j'ai été frappé de « voir mon soupçon se convertir en parfaite « évidence ; je me suis amusé à faire à ce « sujet un travail *nouveau*, en appliquant au « fond du récit les règles de notre critique « moderne, et les calculs de probabilité raison- « nable déduits des mœurs du temps, du carac- « tère des témoins, des intérêts apparents ou ca- « chés du narrateur; il en est résulté un tableau « piquant de naïveté et de vraisemblance. »

« Catholici porrò interpretes quos nominavimus non eodem commentandi genere usi sunt : nam mysticum sensum maximè tradit Commentarius Eucherii, S. Augustinus nonnulla variis in locis tetigit, quæ collegit Germanus quidam in opere Lucubrationum S. Augustini in Biblia; collegit etiam Godefridus Tilmannus, Carthusianus parisiensis, in hos libros æquè ac in cæteros, sensus mysticos in variis auctoribus, sed ferè ignotis. S. Gregorius tropologicè scripsit in sedecim capita libri I. Regum; Origenes homiliam unam in prima capita. Exstat venerabilis Bedæ Expositio allegorica in Samuelem prophetam, in quatuor libros distincta, ad Accam. Nonnulla quoque allegoricè ex his libris explicat S. Prosper, lib. de Promiss. et prædict. Denique in libros Regum scripsit Procopius Gazæus, cujus manuscripto Serarius testatur ex bibliothecâ Marii Velseri usum fuisse. » (Corn. à Lap.)

(1) Quapropter auctor ille, quem introductionis more singulis ferè libris vet. Testamenti præmittendum primùm intendebamus, è cursu nostro plerùmque posthàc excludetur.

IN LIBRUM I. REGUM COMMENTARIUM.

In primo libro, in quo Samuelis (1) et Saülis gesta, et Davidis prima tempora continentur, anni numerantur octoginta, si modò hùc referas tempus, quo Heli sacerdos et judex præ-

(1) Samuel hoc libro est quasi choragus, et regni regumque institutor, unde ipse expressus fuit typus Christi. Nam primò, sicut Samuel natus est ex Annâ sterili, sic Christus ex B. Mariâ Virgine. Secundò, Anna nato Samuele, cecinit canticum eucharisticum Deo ; sic B. Virgo, concepto Christo, cecinit : *Magnificat*. Tertiò, Anna ex voto Samuelem obtulit Deo; sic B. Virgo eidem obtulit suum Jesum. Quartò, Annæ filius dictus est *Samuel*, id est, *nomen ejus Deus;* B. Mariæ Virginis filius vocatus est *Emmanuel*, id est, *nobiscum Deus*. Quintò Samuel fuit propheta magnus et sanctus; Christus fuit prophetarum sanctissimus et maximus. Sextò, Samuel fuit judex et vindex Israelis contra Philistæos; Christus fuit judex et vindex omnium fidelium et sanctorum, profligans dæmones, mortem et gehennam, cæterosque

fuit Israeli, quod fieri omninò debet cùm hoc uno in loco Heli nomen, et quod illius filiis atque familiæ acciderit, audiatur. Et quia de hoc Israelis judice hìc inducitur historicus

eorum hostes. Septimò, Samuel instituit regnum ac primum regem Saülem, deinde Davidem auctoravit et creavit; Christus instituit regnum sacerdotale et sacerdotium regale, omnesque Christianos creavit reges, ut scilicet dominentur suis cupiditatibus, itàque fiant cives, imò reges cœli juxta illud (1 Petr. 2, 9): *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis*, etc. Denique Samuel omnibus suis dictis et factis prælusit iis quæ dicenda et facienda erant à Christo, æquê ac cæteri judices et reges. Unde S. Hieronymus (Epist. 103 ad Paulinum): *In Judicum libro*, inquit, *quot principes populi, tot figuræ sunt Christi.* Quo circa Clemens Alex. (lib. 1 Strom.) judices et reges qui post Mosen Israeli præfuerunt, Prophetas nuncupat, non quòd omnes ore prophetârint, sed quòd factis et regiâ dignitate Christum in æternum regnaturum præfigurârint. Idem asserit S. Gregorius et S. Augustinus. *Finis* enim *et scopus legis*, ut ait S. Paulus, *et prophetarum totiusque sacræ Scripturæ, est Christus, Ipse* enim *est rex, salvator, redemptor mundi; ipse est honor, timor et amor noster; ipse salus nostra, ipse centrum cordis nostri, ipse portus, quies et saties nostrorum desideriorum, ipse vita, gloria, felicitas omneque bonum nostrum,* ad quem proinde ut Solem justitiæ omnes reges, omnes patriarchæ, omnes prophetæ, omnes fideles et sancti, seu stellulæ *ab eo lumen gratiæ et gloriæ emendicantes respiciunt, ipsumque demissis ad pedes ejus coronis suis prostrati in terram reverenter adorant,* Apoc. 4 et 5.

(Corn. à Lap.)

Voltaire se plaint que « l'auteur du premier livre des Rois laisse ignorer l'état où était la nation sous le pontificat d'Héli; il ajoute qu'alors il « y avait quelques tribus esclaves vers le nord de « la Palestine, et que d'autres vers le midi étaient « seulement tributaires, et qu'il semble que les « Juifs n'avaient pas encore une seule ville en « propre. »

Si l'historien sacré *ne nous instruit point de l'état où était la nation* sous le pontificat d'Héli, où donc Voltaire a-t-il puisé qu'il y avait alors *des tribus esclaves* et d'autres *tributaires*? Était-il nécessaire que l'auteur du premier livre des Rois répétât tout ce que les écrits de Moïse, de Josué, des Juges avaient dit touchant l'étendue du pays de Chanaan; la conquête que les Israélites en avaient faite: les peuplades chananéennes qu'ils avaient laissées subsister au milieu d'eux; les superstitions et le culte idolâtre dans lequel ces restes de Chananéens les avaient engagés; les suites malheureuses de la tolérance qu'ils leur avaient accordée, et des alliances qu'ils avaient contractées avec eux? Les Hébreux étaient, sous le pontificat d'Héli, dans l'état où ils se trouvèrent à la mort de Samson; le midi de la Terre promise était alors tributaire des Philistins. Mais il n'est écrit nulle part qu'alors *les tribus qui étaient vers le nord fussent esclaves.* Ces tribus qui avaient été, non pas esclaves, mais vexées et opprimées par les Ammonites, avaient été dé-

sermo, non erit abs re brevi narratione complecti quidquid de illius aut genere, aut vitâ, tum à sacrâ Scripturâ, tum ab aliis auctoribus proditum est.

livrées par Jephté. Depuis ce temps, elles jouirent de la paix sous ses trois successeurs.

« L'auteur ne nous dit point où résidait le « grand-prêtre Héli. »

Voici ce qu'on lit au premier chapitre du premier livre des Rois: *Un homme de Ramathaïm-Sophim, situé dans les montagnes d'Ephraïm, qui se nommait Elcana.... venait de sa ville aux jours marqués, pour adorer le Dieu des armées* à Silo; *là étaient deux fils d'Héli, Ophni et Phinées, qui y faisaient la fonction de sacrificateurs.* Anne, épouse d'Elcana, après avoir pris quelque nourriture *à Silo*, vint au tabernacle du Seigneur, tandis que *le pontife Héli était assis à la porte du sanctuaire.* Dans les trois chapitres suivants, et dans les deux derniers du même livre, Silo est marqué comme le lieu *de la résidence du grand-prêtre Héli.*

« Silo n'était qu'un village. »

Quoi! Ramathaïm-Sophim, demeure d'Elcana, était une ville, et *Silo*, le siége de la religion, où toute une nation se réunissait plusieurs fois l'année, n'était qu'*un village!*

« Les Juifs ne possédaient pas même ce village « en propre. »

Cependant, Voltaire vient de dire que ceux d'entre eux qui habitaient cette partie de la Terre promise étaient *seulement tributaires.* Or, les tributaires ne sont-ils pas propriétaires des biens dont ils paient tribut?

« L'auteur fait entendre que les Juifs étaient « si misérables que Dieu ne leur parlait plus « comme autrefois. »

L'auteur sacré ne dit pas ici un seul mot de la misère des Juifs; il insiste seulement sur les prévarications et les excès scandaleux des deux fils d'Héli, faisant entendre que c'étaient leurs désordres, auxquels le pontife indolent ne remédiait pas, qui étaient cause que Dieu ne rendait plus ses oracles dans le sanctuaire de Silo, aussi fréquemment qu'auparavant. Cependant c'est sur un énoncé aussi faux et aussi hasardé que le sophiste établit cette maxime: « que selon l'idée de toutes ces na« tions grossières, quand un peuple était « vaincu, son Dieu l'était aussi, et lorsqu'il « se relevait, son Dieu se relevait avec lui. »

On ne peut pas calomnier avec plus d'impudence que d'imputer aux Juifs ce préjugé ridicule. Certes, n'étaient-ils pas *vaincus* lorsqu'Antiochus, après s'être rendu maître de Jérusalem, les persécuta si cruellement? Voici cependant ce que deux jeunes Hébreux disaient au pied même du tribunal de ce tyran, tandis qu'il les faisait tourmenter: *Vous exercez votre pouvoir sur des mortels comme vous; mais ne pensez pas que Dieu ait abandonné notre nation. Encore un peu de temps, et vous éprouverez son pouvoir.* Leur mère disait au plus jeune d'entre eux: *O mon fils, levez les yeux vers le ciel, tournez-les sur la terre, comprenez que Dieu a fait de rien tout ce que vous y découvrez; ne craignez donc pas ce tyran.*

Les Juifs n'étaient-ils pas vaincus lorsque Nabuchodonosor les transférait à Babylone?

Constat inter omnes, Heli sacerdotem in administrandâ republicâ successisse Samsoni, illamque quadraginta annos fuisse moderatum: et hoc posterius constat ex lib. 1 Reg. 4, v. 18. In ejus porrò præfecturâ tam longâ quid acciderit præter illa quæ hoc libro narrantur in principio, nihil habemus certum.

Quidam in hoc tempus referunt historiam, de quâ Judic. cap. 21, ubi propter vim allatam à Gabaitis uxori Leviitæ, penè tota Benjaminica tribus extincta est. Alii in hoc tempus conjiciunt historiam Ruth; quod minùs quidem est improbabile, cùm tempus id admittat non difficilè, cùm Ruth avia fuerit Isai, à quo genitus David, quem Samuel, qui Heli ducatui proximè successit, unxit in regem. Quid præterea in tempus inciderit Heli, ex Scripturâ sacrâ, neque conjectando, sanè suspicari possumus.

Observat autem Rupertus lib. 4, cap. 10, de Victoriâ Verbi, Heli inter judices numeratum non esse, licet non minùs quadraginta annis populo præfuerit, quia indignus visus est homo iners et inglorius, qui inter præclaros populi duces locum obtineret. Quare quo tempore judicavit Israelem, nullus dicitur habuisse illius tanti imperii gubernacula. Putat autem, ut apparet, illius præfecturam in illud tempus incurrisse, in quo propter Gabaitarum nefarium ac crudele facinus, tribus Benjamin ad internecionem penè redacta est. Sub illud enim tempus dicitur: *In diebus illis non erat rex in Israel, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur hoc faciebat.* Quotiescumque enim talia in Scripturâ audiuntur verba, quod accidit non rarò, sacerdotum ac judicum accusatur vecordia. « Idem namque est, inquit, ac si « dicat: Qui in diebus istis judicabat Israel, et« si secundùm nomen, personamque aliquis « erat, secundùm rem, meritumque, nullus « erat. » Et aliquantò post: « *Cecidit Heli de sellâ « retrorsùm juxta ostium, et fractis cervicibus « mortuus est.* Nimirùm cadendo de sellâ re« trorsùm, et fractis cervicibus, moriendo « palàm fecit, quòd neque sedile nec coro« nam auream mereretur habere inter judices « alios. »

Sic quidem Rupertus. Sed licet in imperii administratione nimis esset Heli dissolutus et iners, non tamen ideò nomen illius in judicum censu prætermissum est. Eodem enim modo quoties in illo libro, quod frequenter accidit, audimus non esse regem, aut judicem in Israel, dicendum esset fuisse quidem regem, aut judicem, ignavum tamen, quique non tam judex posset, aut rex, quàm regis inane quoddam simulacrum vocari. Sed planè Judicum cap. 17, vers. 6, et 18, vers. 1 et 31, et cap. 21, vers. 25, ubi legimus nullum esse regem in Israel, ut ex ipsâ rerum sub eo tempore gestarum narratione non obscurè colligitur, nullus erat judex, qui moderaretur populum, et illum in officio contineret. Neque ullus est, qui dubitet, judicum tempore fuisse aliquot interregna, ex quibus orta est in annorum numero tanta confusio, cùm magna pars illius seculi, in quo reipublicæ cura penès judices fuit, quia judices aliquando non fuerunt, certo aliorum numero notata non est.

At dices: Cur Heli nomen in illorum judicum censu non invenitur, quibus summa rerum commissa fuit?—Respondeo, non defuisse causam justam et gravem, cur Heli nomen in Judicum libro non legatur. Nam cùm Samuel, qui libros Judicum scripsit, ut est communior interpretum opinio, librum quoque Regum primum esset scripturus, non meminit Heli in priori, quia in posteriori statuerat de illius præfecturâ ac vitâ agere copiosiùs. Quia cùm eo tempore inducta fuisset nova imperii administrandi ratio, sublato judicum, et inducto regum ad illud usque tempus penè inaudito nomine, necessarium videbatur ostendere, unde mutationis illius ductum esset exordium. Unde etiam sese nobis causa prodit, cur cùm Samuel et Heli ad regum tempora atque ordinem non pertineant, in libris tamen, et monumentis regum inveniantur; neque enim aliter nôsse plenè possemus, cur cum novâ administrationis formâ regium nomen, et novum etiam institutum, et leges essent inventæ.

Porrò Heli non solùm administrationi profanæ ac publicæ, ut judex, sed ut sacerdos

Or, dans cette circonstance précisément Jérémie leur disait: *Ne craignez point les signes du ciel qui inspirent de la terreur aux nations... Jehovah est le véritable Dieu, le Dieu vivant, le Roi éternel; sa colère fait trembler la terre; les nations ne peuvent résister à son courroux.... Périssent à jamais de dessous le ciel les dieux qui n'ont pas fait le ciel et la terre*, etc.

Dans le temps même du pontificat d'Héli, les Juifs nommaient le Dieu qu'ils adoraient *le Dieu des armées*, le Dieu de cette milice céleste, de ces astres, à qui les Chananéens leurs oppresseurs rendaient un culte idolâtre. Et comment les Hébreux auraient-ils regardé leur Dieu comme *vaincu* quand ils l'étaient eux-mêmes, eux qui, dans tous leurs livres, ne parlent de leurs défaites que comme d'un châtiment dont Dieu punissait leurs prévarications, et dont leurs ennemis n'étaient que l'instrument?

(*Duclot.*)

summus rei etiam sacræ, ac tabernaculo præfectus erat. Fuit autem primus, qui ex familiâ Ithamar summum iniit sacerdotium, cùm ad illud usque tempus, qui ex genere erant Eleazari, Aaroni parenti in sacerdotio successissent. Ita Josephus lib. 5 Antiquit. cap. 12, cujus sententiæ interpretum plerique subscribunt. Ita Abulensis in lib. 3 Reg. cap. 2, q. 30; Theodoretus, Historiâ scholaticâ, Angelomus, et communiter alii. Fuit quidem Aaron sacerdos summus, et omnium primus, qui certo aliquo atque legitimo ritu consecratus est. Exod. 21, Levit. 8. Huic successit Eleazar, Num. 20, v. 26, et huic Phinees, Numer. 25, cui Dominus perpetuam concessit sacerdotii gloriam: et reverà ad tempus usque Heli, id est, usque ad exactam Samsonis præfecturam, ex genere Eleazari primogeniti Aaron (illos excipio, qui propter violatas sacrificii leges perierunt, Levit. cap. 10). Cùm autem post aliquot secula Eleazari filii sacrum illud munus obirent negligenter, et res divina illorum incuriâ aliquid quotidiè detrimenti caperet, tràslatum est sacerdotium ad posteros Ithamar, è quorum numero fuit Heli. Sed cùm Heli suum quoque munus minùs tractaret diligenter, quàm tanti negotii gravitas atque religio postulabat, ablatum est illius quoque posteritati sacerdotium à Salomone; et expulso Abiathar, qui ad Adoniam, qui regnare pro Davide parente cupiebat, declinârat, rediit ad Eleazari genus sacra illa atque suprema dignitas, assumpto Sadoc, qui redivivum in suâ familiâ sacerdotium primus obtinuit.

Quæ fuerint Heli peccata, propter quæ tam est severè primùm reprehensus, deinde tam graviter à Domino mulctatus, dicemus suo loco. An verò propterea sit à Deo in æternum damnatus, dubitant interpretes. Gregorius lib. 2, cap. 3, et Pastor. p. 2, cap. 5, damnatum esse indicat æterno supplicio. Priori loco ait: «Magnus nobis timor incutitur, quia Heli filiorum « culpâ damnatur, cujus peccata nulla refe- « runtur. Nam bonis subditis benè vivere ad « salutem sufficit; prælatis verò propria vita « non sufficit. Valdè etenim senex est, qui vi- « vere irreprehensibiliter semper studet. Unde « etiam scriptum est: *Senectus enim venerabilis « est, non diuturna, neque annorum numero « computata; cani enim sunt sensus hominis, et « ætas senectutis vita immaculata.* Sed quidam « benè vivendo præeminent, qui auctoritatem, « quam prælatio exigit, nullam habent. Nam « etsi ad agenda bona excitare subditos sata- « gunt, tamen contraire delinquentes per ze- « lum rectitudinis erubescunt.» Posteriori verò: «Quia falsâ pietate superatus ferire Heli « delinquentes filios noluit, apud districtum ju- « dicem semetipsum cum filiis crudeli damna- « tione percussit. Hinc namque divinâ voce « ei dicitur: *Honorâsti filios tuos magis, quàm « me.*» Eucherius: «Heli sacerdos pro filiorum « iniquitate damnatus est, quòd eos peccantes « minùs severâ animadversione plectebat. « Equidem coercuit, equidem corripuit, sed « lenitate, et mansuetudine patris, non severi- « tate et auctoritate pontificis. Quâ sententiâ « discant sacerdotes, quomodò filiorum etiam « propter scelera puniantur, quique quamvis « sancti sint, culpa tamen subditorum eisdem, « si non coerceant, imputetur.» Idem penè Beda: «Adde hùc, quòd hoc idem non obscurè « indicat cap. *Licet Heli*, de Simoniâ: Licet « Heli summus sacerdos in se bonus existeret, « quia tamen filiorum excessus efficaciter non « corripuit, et in se pariter, et in ipsis ani- « madversionis divinæ vindictam excepit, « dùm filiis ejus in bello peremptis, ipse de « sellâ corruens fractis cervicibus expiravit. Ad « corrigendos igitur subditorum excessus, « tantò diligentiùs debet prælatus assurgere, « quantò damnabiliùs eorum offensas desereret « incorrectas.» Et Augustinus lib. 17 de Civitate, cap. 4, eodem modo reprobatum dicit esse Heli, quo Saül. Sed de Saülis damnatione quis dubitat?

Neque deest aliquod in Scripturâ sacrâ fundamentum, unde hæc cogitatio aliquid ponderis et firmitatis assumat. Primùm, quia à viro Dei, ipsius Dei nomine, Heli sacerdoti peccatum objicitur, quod nullo modo censeri potest non gravissimum, quia multa passus est à filiis patrari contra pietatem, contra religionem, contra quàm et sanctitas templi, et sacrificales ritus exigebant. Denique, quia non tam curabat, ne Deus esset, violatâ tam graviter et impudenter lege, violatus, quàm ne filiorum animos severâ aliquâ reprehensione corrigeret; in quo filiorum maluit, quàm Domini revereri faciem. Ad quem ita propheta legatus à Domino locutus est: *Quare calce abjecisti victimam meam, et munera mea, quæ præcepi, ut offerrentur in templo, et magis honorâsti filios tuos quàm me?* Quòd si verum esset, quod historia prodit scholastica, et alii non pauci, ut tradit Abulensis in 1 cap. Ruth q. 2 (quod tamen ego non invenio) usurpâsse sibi Heli sacerdotium summum, cùm tamen ad illum non pertineret,

cùm ipse tamdiù retinuerit, neque ab illo se tunc forsitan abdicâsset, cùm mortuus fuit; certè cùm tradidisset filio suo Phinees, necessariò dicendum esset, decessisse illum in culpâ mortali, atque ideò supplicio addictum esse sempiterno. Accedit, quòd cap. 3, vers. 14, æternum aliquod supplicium audimus. Sic enim Dominus ad Samuelem de Heli: *Idcircò juravi domui Heli, quòd non expietur iniquitas domûs ejus victimis et muneribus usque in æternum.*

Sed alii plures illum ab æternâ vindicant damnatione. Ita Lyra et Dionysius, quod etiam placuit Serario; quod mihi quoque semper visum est. Quod, ut sentiam, hæ mihi præsertim rationes persuadent. Primùm, quia, ut putat hic Theodoretus quæst. 12, et Abulensis in lib. 1 Reg. cap. 4, quæst. 19, vir fuit eximius, et cujus toti Israelitico populo fuerat explorata probitas. Cùm enim aliquandiù, Samsone vitâ et magistratu defuncto, longum intercessisset interregnum, ad illum communi, ut apparet, conspiratione, suprema illa publicaque potestas delata est; cùm neque ad illum, neque ad ipsius familiam nisi virtutis ergo pertineret; imò cùm ex Leviticâ tribu nullus unquàm ad nomen illud et munus esset advocatus. Quod idem credo dicendum de sacerdotio summo, ad quod ille, contra quàm existimâsse nonnullos dicit Abulensis, nisi jubente Deo, aut consentiente, et advocante populo, nunquàm aspirâsset, qui non videbatur tamdiù futurus judex et sacerdos, nisi in illo perspecta foret et vitæ probitas, et in administrandâ re tam publicâ, quàm sacrâ, fides et integritas. Si quid ab illo peccatum est, tunc planè fuit, cùm ad illam ætatem provectus, in quâ neque rem curare sacram, neque publicam posset. Retinuisse autem extremo illo vitæ suæ tempore antiquam pietatem et modestiam, multa persuadent, quæ loco nuper adducto probat Theodoretus. Primùm, quia vir tantus senili auctoritate gravis, judex et sacerdos, non tamen despicit pueriles voces et admonitiones, licet suspicaretur, ut apparet, nihil se gratum et optabile, nihil ad voluptatem auditurum. Imò quia Samuelem puerum instructum arbitrabatur à Deo, illum severâ adjuratione cogit, ut nihil celet eorum quæ accepisset à Domino, paratus videlicet præstare quidquid sibi ab illo per Samuelem foret injunctum. Cùm verò sibi suæque familiæ durum accepisset vaticinium, neque queritur, neque molestum sibi accidisse significat, sed tantùm dicit à Domini se voluntate pendere, cui liberum est de se rebusque omnibus suo arbitratu decernere. *Dominus,* inquit, *est; quod bonum est in oculis suis, faciat.* Quam aliam à Job aut à viro sanctissimo vocem expectares? Deinde, cap. 5, vers. 17, cùm audîsset cæsum fuisse Israelem, et filios duos occisos à Philistæis, tulit hoc moderatè; at cùm captam audivit arcam testamenti, de sellâ cecidit præ dolore, ut apparet exanimatus, quod argumentum est nihil habuisse pietate ac religione charius, quæ plus habuit in pontificis animâ ponderis, quàm in parentis pectore filiorum charitas, quos uno tempore sublatos agnovit.

Quæ verò contra hanc cogitationem ab aliis opponuntur, non sunt usque adeò gravia, ut cogant in oppositum; neque Patres, quorum nos premere videbatur auctoritas, ita loquuntur, ut in Heli damnatione aut reprobatione aliquid ab illis audiamus æternum. Reprobatus enim est, ne ipse, aut ipsius filii supremum in judicando populo locum obtinerent; quod brevi accidit, cùm alienus ab illius familiâ Samuel præfecturam obtinuit; et sacerdotium non multo post tempore sub exordium regni Salomonis ad Eleazari familiam revocatum est.

Fuit quidem peccatum non leve, cùm pro pontificiâ, aut judiciariâ potestate, atque adeò paterno ac naturali jure filiorum nimis profusam intemperantiam frenare debuisset. Peccavit sanè, non quia non doleret violari religionem, et malo filiorum exemplo rem turbari atque corrumpi publicam; sed quia minùs fuit in reprehendendo strenuus et acer. Quod quidem licet probandum non sit in personâ et magistratu publico, at certè mirandum non est, neque inusitatum in his etiam quorum vitam et mores Scriptura sacra commendat. Admisit Ammon violatâ sorore immane flagitium; non tamen illum corripuit pater, aut non nisi levi reprehensione, qualem ab Heli audierunt scelerati filii, lib. 2 Reg. cap. 13, vers. 21: *Cùm audîsset rex David verba hæc, contristatus est valdè, et noluit contristare spiritum Ammon filii sui, quoniam diligebat eum.* Video non eamdem esse in utroque causam; fuit tamen in utroque similis animi mollities. Adde quòd quo tempore à filiis ingentia illa flagitia patrabantur, jam erant eâ ætate, ut non facilè à parente jam senectute extremâ confecto revocari possent ad officium, cùm ætatem parentum jam deficientem, aut decrepitæ proximam, neque timere pravo ingenio filii, neque revereri soleant. Quare non alio modo putabat aut nimiùm simplex aut parùm seve-

rus bonus ille senex filios jam grandes esse tractandos. Quòd si jam aut judex, aut pontifex propter ætatem esse desierat, quod nomen et munus filii à parente relictum obtinebant, levior videtur hærere in parente culpa. Sed utcumque sit, neque enim leve videtur esse peccatum, quod tam acerbè Deus reprehendit et punit, certè satis habuit otii, ut dolere de peccatis, et vivendi rationem accusatam à Deo corrigere potuerit. Quod fecisse maturè ac diligenter probat, quòd patienter, imò et libenter audiit vir tantus, tamque grandis ætate tantillum puerum, et quòd arcâ in Palæstinorum potestatem adductâ, propter magnam plagam quam inde accepisse videbatur Hebræorum religio, exanimis cecidit è sellâ, et fractis cervicibus pietatis plenam mortem oppetiit.

Illud videtur levitatis atque proditæ religionis damnare Heli, quòd magis filios suos, quàm Deum honorare voluerit; id enim illi in peccatis objicitur. Sed in quolibet peccato reperitur; dùm enim quis, quò suæ vel alienæ voluntati serviat, divinam legem contemnit et violat, suæ aut alienæ voluntati potiùs obsequitur quàm divinæ; imò tum Deum sibi constituit, quem vero Deo præfert, et opponit. Hic est veterum Patrum sensus, et frequens dicendi modus. Unus pro omnibus sit in præsentiâ Hieronymus ad illud Psalm. 80 : *Non erit in te Deus recens :* « Cui Deus, inquit, venter est, « Deus ei recens est. Quotcumque vitia habe- « mus, quotcumque peccata, tot recentes ha- « bemus deos. Iratus sum, ira mihi Deus est. « Vidi mulierem, et concupivi, libido mihi « Deus est. Unusquisque enim quod cupit et « veneratur, hoc illi Deus est. » Eodem modo, si quispiam præcepta Dei contemnit, ut hominis obsequatur imperio, aut ut hominem opibus aut honoribus augeat atque nobilitet, ille hominem magis quàm Deum respicit et honorat. Quare nihil hic novum objicitur Heli, quòd in aliis peccatis non deprehendatur, maximè cùm quis sic est alterius voluntati et commodis addictus, ut illius studio atque libidini omnibus in rebus obsequendum putet.

Neque plus urget, quòd cap. 3 dicitur scelus illud in æternum expiandum non esse; nam præter quàm quòd *æternum*, *sempiternum*, et similia non significant *semper*, quod scholastici statuunt doctores, id est, quod nullis definitur spatiis, sed aliquando quod diuturnum est, et certis spatiis undecumque concluditur; hic non agitur de supplicio, quod unus subiit sacerdos Heli, sed quod familiæ toti ipsius impositum est. *Idcircò*, inquit Dominus, *juravi domui Heli, quòd non expietur iniquitas domûs ejus victimis et muneribus usque in æternum.* At quis credat domum totam, id est, familiam Heli in æternum periisse? Quare hujus loci hanc opinor germanam esse sententiam, propter iniquitatem Heli et filiorum ejus, ablatum iri ex illorum familiâ sacerdotium et præfecturam judiciariam in æternum, id est, hæsuram iniquitatem, supplicium videlicet pro iniquitate decretum; id enim valet iniquitas. Et reverà ita accidit : nam à domo Heli judiciaria potestas in æternum excidit; et non multò post sub initium regni Salomonis, depulso Abiathar, qui ex domo Ithamar et Heli postremus sacerdotio summo functus est, ad domum Eleazari rursùs pontificiale nomen revocatum est.

Quod verò Abulensis dicit, auctorem Historiæ scholasticæ sentire, usurpâsse sibi Heli sacerdotium, ego in historiâ illâ non invenio. Sed illud, utcumque sit de illâ sententiâ, falsum esse ipse docet ibidem Abulensis, et meritò; Deus enim sacerdotium summum à domo Eleazari transtulit ad domum Ithamar, cujus tum princeps videbatur Heli. Sic enim Dominus ad Heli, 1 Reg. cap. 2, vers. 30 : *Loquens locutus sum, ut domus tua et domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus : Absit hoc à me; sed quicumque honorificaverit me, glorificabo eum.* Et quidem si pontificis locum vi aut fraude sibi vindicâsset Heli, non credo, siluisset sacer historicus, neque sublatis eodem die Heli, qui sacerdotio defunctus fuerat, et Phinees, cui sacerdotii nomen et munus pater legitimâ successione tradiderat, sacerdotium ad tempus usque Salomonis et Abiathar in illâ domo per annos plus quàm octoginta hæsisset; toto videlicet tempore, quo Samuel, Saül et David rem Israeliticam cum imperio tenuerunt. Quare non est cur ex hoc capite quisquam existimet Heli in peccato decessisse mortali, atque ideò pœnis addictum esse sempiternis.

CAPUT PRIMUM.

1. Fuit vir unus de Ramathaim-Sophim, de monte Ephraim, et nomen ejus

CHAPITRE PREMIER.

1. Il y avait, dans la montagne d'Ephraïm, un homme *de la ville* de Ramatha, *surnommée*

Elcana, filius Jeroham, filii Eliu, filii Thohu, filii Suph, Ephratæus.

2. Et habuit duas uxores : nomen uni Anna, et nomen secundæ Phenenna. Fueruntque Phenennæ filii; Annæ autem non erant liberi.

3. Et ascendebat vir ille de civitate suâ statutis diebus, ut adoraret et sacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni et Phinees, sacerdotes Domini.

4. Venit ergo dies, et immolavit Elcana; deditque Phenennæ uxori suæ et cunctis filiis ejus et filiabus partes;

5. Annæ autem dedit partem unam tristis, quia Annam diligebat; Dominus autem concluserat vulvam ejus.

6. Affligebat quoque eam æmula ejus, et vehementer angebat, in tantum ut exprobraret quòd Dominus conclusisset vulvam ejus.

7. Sicque faciebat per singulos annos cùm redeunte tempore ascenderent ad templum Domini, et sic provocabat eam. Porrò illa flebat, et non capiebat cibum.

8. Dixit ergo ei Elcana vir suus : Anna, cur fles? et quare non comedis? et quam ob rem affligitur cor tuum? numquid non ego melior tibi sum quàm decem filii?

9. Surrexit autem Anna postquàm comederat et biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi Domini,

10. Cùm esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum flens largiter.

11. Et votum vovit, dicens : Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, et recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque servæ tuæ sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, et novacula non ascendet super caput ejus.

12. Factum est autem, cùm illa mul-

Sophim, *parce qu'elle était habitée par les enfants de Suph, l'un des descendants de Caath. Cet homme* s'appelait Elcana, et était fils de Jéroham, fils d'Eliu, fils de Thohu, fils de Suph, *de la tribu de Lévi, et il demeurait dans la tribu* d'Ephraïm.

2. Il avait deux femmes, dont l'une se nommait Anne, et l'autre Phénenna. Phénenna avait des enfants, et Anne n'en avait point.

3. Cet homme allait de sa ville à Silo aux jours solennels, pour y adorer le Seigneur des armées et pour lui offrir des sacrifices. Les deux fils d'Héli, Ophni et Phinées, prêtres du Seigneur, y étaient alors.

4. Un jour donc Elcana, ayant offert son sacrifice, donna à Phénenna sa femme, et à tous ses fils et à toutes ses filles, *chacun* leur part *de l'hostie.*

5. *Au contraire,* il n'en donna qu'une à Anne, *car elle n'avait point d'enfants,* et *en la lui donnant* il était triste, parce qu'il l'aimait; mais le Seigneur l'avait rendue stérile.

6. *Phénenna,* sa rivale, l'affligeait aussi, et la tourmentait excessivement, jusqu'à l'insulter sur ce que le Seigneur l'avait rendue stérile.

7. Elle en usait de même tous les ans lorsque le temps était venu de monter au temple du Seigneur; *elle lui insultait,* et la piquait ainsi de jalousie. Et Anne se mettait à pleurer, et ne mangeait point.

8. Elcana, son mari, lui dit donc : Anne, pourquoi pleurez-vous? pourquoi ne mangez-vous point? et pourquoi votre cœur s'affliget-il? Ne vous suis-je pas plus que ne vous seraient dix enfants?

9. Après qu'Anne eut mangé et bu à Silo, elle se leva. Et dans le même temps que le grand-prêtre Héli était assis sur son siége devant la porte du temple du Seigneur,

10. Anne, qui avait le cœur plein d'amertume, vint prier le Seigneur, en répandant beaucoup de larmes;

11. Et elle fit un vœu en ces termes : Seigneur des armées, si vous daignez regarder l'affliction de votre servante, si vous vous souvenez de moi, si vous n'oubliez point votre servante, et que vous donniez à votre esclave un enfant mâle, je vous l'offrirai pour tous les jours de sa vie; *il ne boira ni vin ni rien de ce qui peut enivrer,* et le rasoir ne passera point sur sa tête.

12. Comme Anne demeurait ainsi long temps

tiplicaret preces coram Domino, ut Heli observaret os ejus.

13. Porrò Anna loquebatur in corde suo, tantùmque labia illius movebantur, et vox penitùs non audiebatur. Æstimavit ergo eam Heli temulentam,

14. Dixitque ei : Usquequò ebria eris? digere paulisper vinum quo mades.

15. Respondens Anna : Nequaquàm, inquit, domine mi ; nam mulier infelix nimis ego sum, vinumque et omne quod inebriare potest non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini.

16. Ne reputes ancillam tuam quasi unam de filiabus Belial, quia ex multitudine doloris et mœroris mei locuta sum usque in præsens.

17. Tunc Heli ait ei : Vade in pace, et Deus Israel det tibi petitionem tuam quam rogâsti eum.

18. Et illa dixit : Utinam inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis ! Et abiit mulier in viam suam, et comedit, vultusque illius non sunt ampliùs in diversa mutati.

19. Et surrexerunt manè, et adoraverunt coram Domino, reversique sunt, et venerunt in domum suam Ramatha. Cognovit autem Elcana Annam uxorem suam, et recordatus est ejus Dominus.

20. Et factum est post circulum dierum concepit Anna, et peperit filium, vocavitque nomen ejus Samuel, eò quòd à Domino postulâsset eum.

21. Ascendit autem vir ejus Elcana et omnis domus ejus ut immolaret Domino hostiam solemnem et votum suum.

22. Et Anna non ascendit ; dixit enim viro suo : Non vadam donec ablactetur infans, et ducam eum ut appareat ante conspectum Domini et maneat ibi jugiter.

23. Et ait ei Elcana vir suus : Fac quod bonum tibi videtur, et mane donec ablactes eum ; precorque ut impleat Do-

en prière devant le Seigneur, Héli observa le mouvement de ses lèvres ;

13. Car Anne parlait dans son cœur, et l'on voyait seulement remuer ses lèvres sans qu'on entendît aucune parole. Héli crut donc qu'elle avait bu avec excès;

14. Et il lui dit : Jusqu'à quand serez-vous ainsi ivre? laissez un peu reposer le vin qui vous trouble.

15. Anne lui répondit: Pardonnez-moi, mon seigneur, je suis une femme comblée d'affliction ; je n'ai bu ni vin ni rien qui puisse enivrer, mais j'ai répandu mon âme en la présence du Seigneur.

16. Ne croyez pas que votre servante soit comme l'une des filles de Bélial, *dans la débauche et dans la dissolution;* car il n'y a que l'excès de ma douleur et de mon affliction qui m'ait fait parler jusqu'à cette heure.

17. Alors Héli lui dit : Allez en paix, et que le Dieu d'Israël vous accorde la demande que vous lui avez faite *avec tant d'ardeur.*

18. Anne lui répondit : Plût à Dieu que votre servante trouvât grâce devant vos yeux, *et que vous daignassiez prier pour elle!* Anne s'en alla ensuite retrouver son mari, prit de la nourriture, et ne porta plus comme auparavant un visage abattu, *parce qu'elle demeura pleine de confiance que le Seigneur lui accorderait sa demande.*

19. Après cela *Elcana, ses femmes et ses enfants*, s'étant levés dès le matin, adorèrent le Seigneur, se remirent en chemin, et arrivèrent à leur maison à Ramatha. Elcana connut sa femme, et le Seigneur se souvint d'elle.

20. *Ainsi*, quelque temps après, elle conçut et mit au monde un fils qu'elle appela Samuël, parce qu'elle l'avait demandé au Seigneur.

21. Elcana, son mari, vint ensuite avec toute sa maison pour immoler au Seigneur l'hostie ordinaire et pour accomplir son vœu.

22. Mais Anne n'y alla point, ayant dit à son mari : Je n'irai point *au temple* jusqu'à ce que l'enfant soit sevré, et que je le mène afin que je le présente au Seigneur, et qu'il demeure toujours devant lui, *comme je l'ai promis.*

23. Elcana son mari lui dit : Faites comme vous le jugerez à propos, et demeurez jusqu'à ce que vous ayez sevré l'enfant; je prie le Seigneur qu'il accomplisse sa parole *sur vous et*

minus verbum suum. Mansit ergo mulier, et lactavit filium suum donec amoveret eum à lacte.

24. Et adduxit eum secum postquàm ablactaverat, in vitulis tribus et tribus modiis farinæ et amphorâ vini, et adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus.

25. Et immolaverunt vitulum, et obtulerunt puerum Heli.

26. Et ait Anna : Obsecro, mi domine, vivit anima tua, domine : ego sum illa mulier quæ steti coram te hìc orans Dominum.

27. Pro puero isto oravi, et dedit mihi Dominus petitionem meam quam postulavi eum.

28. Idcircò et ego commodavi eum Domino cunctis diebus quibus fuerit commodatus Domino. Et adoraverunt ibi Dominum. Et oravit Anna, et ait :

sur l'enfant. Anne demeura donc au logis, et nourrit son fils de son lait jusqu'à ce qu'elle l'eût sevré.

24. Lorsqu'elle l'eut sevré, elle prit avec elle trois veaux, trois boisseaux de farine et un vaisseau plein de vin, et amena son fils à Silo en la maison du Seigneur. Or l'enfant était encore tout petit, *n'ayant que trois ans.*

25. Ils le présentèrent à Héli, après avoir immolé un veau.

26. Et Anne lui dit : Il est vrai, mon seigneur, comme il l'est que vous vivez, que je suis cette femme que vous avez vue ici prier le Seigneur.

27. Je le suppliais de me donner cet enfant, et le Seigneur m'a accordé la demande que je lui ai faite *avec promesse de le lui consacrer.*

28. C'est pourquoi, *l'ayant reçu de lui,* je le lui remets entre les mains, afin qu'il soit à lui tant qu'il vivra. Ils adorèrent donc le Seigneur en ce lieu ; et Anne, *pénétrée de reconnaissance,* fit sa prière en ces termes :

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Fuit (1) vir unus de Ramathaim Sophim de monte Ephraim. Quia in libro hoc primo multus futurus est de Samuele sermo, ideò, juxta aliarum historiarum aut legem, aut morem, de illius genere atque natalibus aliquid præmissum oportuit. Quod ad genus attinet, fuit ex tribu Levi, ut ex lib. 1 Paralip. constat, cap. 6, v. 33, ubi illi iidem commemorantur parentes Samuelis, quos hoc loco legimus. Natalis verò locus fuit in Ramathaim Sophim. Sed planè incertum est, ubi sit, aut quæ civitas ista, ubi prima Samuelis incunabula. Hebraicè est מן הרמתים, *emin ha Ramathaim,* quod optimè convertit Interpres, *de Ramathaim.* Ex quo non constat, an ibi Samuelis parentes habitârint, vel inde certè traherent genus suum, quasi non tam ibi orti quàm inde oriundi. Ego utrumque credo : ille enim dicendi modus locum indicat, ubi quis natus et suum etiam domicilium habet. Sic David lib. 1 Reg. cap. 12, dicitur esse de Bethlehem ; sicut etiam Ruth, cap. 1, v. 1, *Elimelech,* quod perinde est, ac si diceretur, *Bethlehemites* quo modo Hispanus, quem Toletanum vocamus, eum esse dicit *de Toledo.* Est autem Ramathaim in duali numero ; neque mihi dubium est, quin duæ fuerint ejusdem nominis civitates, quarum quælibet diceretur *Ramah,* quæ excelsum aliquid sonat, quia sita erat in sublimi loco : altera erat in monte Ephraim, ubi fuerunt prima nascentis Samuelis incunabula, altera in tribu Benjamin, per quam existimantur transiisse captivi, cùm ex Hierosolymâ abducerentur Babylonem. De quibus dixit Jeremias cap. 31 : *Vox in Ramah audita est, ploratus,* etc. Cùm autem duæ istæ civitates proximæ essent, dualem sumpserunt terminationem, quasi propter vicinitatem in unum penè corpus coaluerint. Quomodò duæ civitates propter similitudinem vocatæ fuerunt Oronaim, cùm illarum quælibet diceretur Oron, ut diximus in nostris Commentariis in Isaiam, ad illud cap. 15 : *Et in viâ Oronaim, clamorem contritionis levabunt.* Ut autem apud Hispanos oppida non pauca, quia in montium jugis sunt ædificata, à montibus sibi nomen acceperunt, sic etiam civitates, quæ excelsis insedêre locis, à situ apud Hebræos *Raman* vocatæ sunt. Sanè Saligniacus cap. 3. tit. 6, quinque dicit esse civitates, quæ vocantur Ramah.

Sophim, hebraicè צופים, *speculam* significat, quare nomen adjectivum esse arbitror quia

(1) Textus hebræus, Septuaginta, et Chaldæus ferunt : *Et fuit vir unus,* quasi scilicet continuatio hæc esset præcedentis historiæ. Librorum historicorum S. Scripturæ plerique invicem persimili ratione conjuncti sunt, sine inscriptione, sine transitione. (Calmet.)

duæ illæ civitates, utpote in præalto montium fastigio collocatæ, longè latèque quid in circumfusis locis rerum fieret, speculabantur; aut certè, quia ibi excitatæ fuerant speculatoriæ turres, in quibus urbium, regionisque custodes ac vigiles perpetuas agerent excubias: Morabatur autem Elcana Samuelis pater, non in duabus illis civitatibus, sed in illarum alterâ, quod et ipsa rerum natura postulat. Et cap. 1, v. 19, Elcana cum uxoribus rediisse dicitur *in domum suam in Ramatha:* ubi singularis ponitur numerus. Sed cur historicus sacer dualem adhibuit numerum? Sanè non præter consuetudinem. Est enim usitatum apud Hebræos, ut pluralis numerus pro uno aliquo illorum adhibeatur, quos pluralis illa terminatio complectitur. Quam regulam tradidit in suis Institutionibus Pagninus, lib. 4, cap. 15; psal. 1, v. 3: *Quod plantatum est secùs rivulos aquarum* (sic enim ille legit), id est, secùs unum è rivulis. Et Judicum 12, ubi Vulgatus de Jephte: *Et sepultus est in civitate suâ Galaad,* hebraicè est, *in civitatibus,* id est, in unâ civitatum. Plura adducit exempla Pagninus, quæ tu vide, et in illis hoc nostrum de Ramathaim Sophim. Juxta hæc hunc ego locum sic accipio, habitâsse quidem Elcanam in unâ duarum civitatum, quæ dicebantur Ramah, seu Ramatha, ubi aut vigilum erant custodiæ, aut speculares turres. Sed quia dubium esse poterat, in utrâ illarum civitatum suum sibi domicilium statuisset Elcana, ideò additum est, *de monte Ephraim,* ut ab illâ aliâ distingueretur, quæ esset in Benjamin, quod potiùs reor: nam esse alteram Ramah in tribu Benjamin, docet Hieronymus in Locis hebraicis, aut in tribu Juda: nam tres istæ familiæ communibus se finibus attingebant.

Illud hìc observandum, eamdem civitatem appellari tam Ramah, quàm Ramatha, ut volunt interpretum plerique. Quod si ita est, facilè intelliguntur, quæ supra à nobis dicta sunt. Sin autem Ramatha urbem dicamus esse diversam, dicamus etiam necesse est, duas esse eodem notatas nomine civitates, quæ situ distinguantnr, quarum quæ in monte visitur Ephraim, natale fuit solum Samuelis. Hanc porrò Ramatha quidam illam esse putant civitatem, quæ extremis hebraicæ reipublicæ temporibus appellata fuit Arimathia, cujus civis fuit ille Josephus, qui Christum Dominum è cruce refixit.

Hæc porrò civitas sacerdotalis (1) esse videtur; aliter in eâ non habitâsset Elcana, qui ex familiâ Leviticâ propagatus fuit. Levitas autem nullum habuisse funiculum, seu sortem in terrâ promissionis, sed esse familiis aliis undecim permixtam, res est nota, et constat ex Num. cap. 35, v. 2, et Josue 21. Quare quidam non benè colligunt, Ephraimitam esse genere Samuelem, quia in Ephraimitico solo natus est, in quibus est Gregorius. Dicitur autem Elcana Ephratæus, id est, Ephraimita, non quòd genus ducat ex Ephraim, nam esse ex tribu Levi apertè dicitur lib. 1 Paral. cap. 8, v. 33, sed quia in civitate, quæ in tribu Ephraim pro Levitis assignata fuit, natus et educatus est; quomodò in Actis apostolicis sæpè Judæi appellantur Græci, Cretes, Arabes, etc., eâ tantùm de causâ, quia in Græciâ, Arabiâ, Cretâ, suum sibi domicilium habuerunt. Ephratæum porrò eumdem esse, qui Ephraimita, satis docet Septuaginta translatio, quæ pro *Ephratæo Ephrem,* posuit, sicut proximè dixerat: *de monte Ephrem,* et clariùs Judicum 12, ubi ad vada Jordanis, qui ex tribu erant Ephraim, seditionemque moverant contra Jephte, rogabantur, an essent Ephratæi, id est, Ephraimitæ.

Vers. 2. — Et habuit duas uxores, nomen uni Anna, et nomen secundæ Phenenna. Quomodò superioribus seculis permissa fuerit polygamia, diximus pluribus in nostris Commentariis super Cantica, et probant sanctorum virorum exempla, ut Abraham, Jacob, David, qui nunquàm multis se conjugiis implicuissent, nisi id foret à lege permissum. Est au-

(1) Cessisse Ramah Levitis nuspiam legimus; quanquàm incolas habebat Levitas posteros Soph, vel Suph, vel Sophi, è genere Caath: hinc nomen urbi inditum *Ramath Sophim,* seu filiorum Soph. Ægrè divinamus, quâ ratione et causâ ea Levitarum familia illùc migraverit. Totam illam regionem appellatam pariter fuisse terram *Suph,* infra patebit. Vitæ suæ annos plerosque egit Samuel in Ramatha; ex quo scilicet judex Israelis renuntiatus fuit. Licet Domini obsequio matris religione consecratus, minimè tamen idcircò sedem habere perpetuam debebat in Silo, unde aliò accitus est à munere, quod sibi imperatum à Deo gerebat Plures erant in Judæâ urbes *Rama,* vel *Ramatha* appellatæ. Urbis hujus situs, teste Scripturâ, in montibus Ephraim constitutus, argumento esse potest, aliam fuisse urbem quæ à geographis ponitur inter Lyddam et Jerosolymam, in viâ ex Joppe Jerosolymam. Ramatha Samuelis propiùs ad septentrionem collocanda est. Occurrit hodiè pariter inter Gabaam et Bethel in viâ è Samariâ Jerosolymam urbs *Rama,* cujus nomen in historiâ maximè celebratur, quam Samuelis patriam agnoscendam esse minimè ambigens affirmo. (Calmet.)

tem satis verisimile, ideò Elcanam accepisse Phenennam, secundariam nimirùm, et quasi proletariam uxorem, quia Annam, quæ mater erat familiâs, et instar reginæ, jam longo usu sterilem esse cognoverat. Quare sicut Abraham, uxore non invitâ, cui jam desierant fieri muliebria, Agar superinduxit ancillam, quæ quòd filium concepisset Ismaelem, dominam suam Saram, eò quòd infœcundam haberet vulvam, despicatui habuit, sic etiam Elcana Phenennam duxit, non tam familiæ reique domesticæ, quàm tori sociam, quia ex Annâ parentem se fore non sperabat. De hâc uxorum multitudine disputare longiùs, non est interpretis negotium; consulendi sunt scholastici in 4, d. 33, ubi omnes penè licitam olim fuisse polygamiam affirmant, ubi illorum plurimi divinam dispensationem agnoscunt. Quæstionem hâc de re hoc loco Abulensis informat; illum tu vide (1).

Vers. 3. — Et ascendebat vir ille de civitate sua statutis diebus, ut adoraret et sacrificaret Domino exercituum (2) in Silo. Tria tempora constituta erant, quæ pietatis ergo Israeliticum genus ex suis domibus ad templum advocabant. In quibus Deus sic peregrinantium rebus et commodis consulebat, sic desertas domos et urbes tuebatur, ut nunquàm magis essent ab hoste securæ, quàm cùm abeuntibus viris, ab omni humano præsidio desertæ videbantur. Quod ut Deus promisit, sic etiam tribus illis festis religiosum et obsequentem populum præstitit incolumem. Sic autem Deus Exod. 34: *Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Dei Israel. Cùm enim tulero gentes à facie tuâ, et dilatavero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ ascendente te, et apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno.* Tria verò festa numerantur Deuter. 16, v. 16: *Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit; in solemnitate Azymorum; et in solemnitate Hebdomadarum* (hoc est, Pentecoste) *et in solemnitate Tabernaculorum* (1).

Illis ergo diebus à lege constitutis vir religiosus ac pius Elcana, sic obibat templum sedulò atque constanter, ut nullum intermitteret diem à lege constitutum. Id enim significat ille dicendi modus Hebræis familiaris, pro quo Vulgatus reddidit, *statutis diebus.* Sic autem ibi hebraicè *miiamim iamimah*, id est, *de die in diem*, diebus nempe singulis, nullo videlicet omisso. Quod facere poterat non difficilè, cùm à monte Ephraim, ubi erat Ramatha, non procul abesset Silo ubi tunc erat arca. An verò temporibus aliis suam secum adduxerit familiam, non constat; hoc tamen tempore, de quo nobis commentatio præsens, dubitandum non est, cùm apertè id habeamus à textu, qui docet Elcanam cum duabus uxoribus ac filiis, filiabusque stetisse ad tabernaculum, et ibi de more sumpsisse cibos. Quod item fecit secundò, ut habes statim v. 21.

Dicitur autem *ascendisse* Elcana in Silo, ubi tunc erat tabernaculum; cùm tamen potiùs *descendisse* dicere debuerit; cùm Ramah, seu Ramatha, juxta sui nominis notationem, in loco sita sit sublimi, unde latè in regiones alias patet prospectus. Vel quia Silo, quò tum progressum Elcana moliebatur, locus erat excelsus et multò magis quàm Ramatha: et hoc mihi certius. Sic Adrichomius in descriptione tribûs Ephraim, num. 93: *Silo*, inquit, *mons altissimus est omnium in circuitu Jerusalem; atque adeò supereminet universis terræ sanctæ montibus.* Aut quia verbum tam *ascendo* quàm *descendo*, ex proprietate sermonis hebraici, idem est quod *venio*, ut docuimus in nostris Commentariis in Jeremiam ad illud cap. 22: *Descende in domum regis Juda.*

Fuit porrò tabernaculum cum arcâ in Silo, quæ ad sortem Ephraimitidem pertinebat à tempore Josue, qui cùm esset Ephraimita, in

(1) Allegoricè Phenenna fœcunda significat Synagogam Judæorum, quæ olim fidelibus filiis abundabat. Anna sterilis significat Ecclesiam gentium, quæ olim sterilis erat, sed per Christum omnes gentes Deo peperit. Ita S. Gregor. Rupert. Hugo, Beda, Lyran. et Dionys.

Symbolicè, Anna significat vitam contemplativam Deo gratam, Phenenna vitam activam proximis utilem. Ita S. Gregor. Hugo, et Dion. Utramque enim complecti debet Elcana, id est, vir eximius, possidens Deum. (Corn. à Lap.)

(2) Hic primùm occurrit nomen, *Jehovah Sebaoth*, vel Dominus exercituum; quod Castalio reddit *Jehovah Bellipotens.* Maluerim ego, vulgarem interpretationem sequens, exponere de exercitibus cœli, de angelis vel astris, quibus imperat Dominus; vel de exercitibus Israelis, quorum ille princeps erat ac imperator. Ex hoc *Jehovah Sebaoth* expresserunt profani suum illum *Jovem Sabazium.* (Calmet.)

(1) Porrò viris tantummodò id imperatur in lege; sed pluribus exemplis demonstratur, feminis pariter et pueris permissum fuisse ut venirent, eosque hujusmodi religioni non defuisse. Elcana omnem familiam secum duxit, uxores geminas, et filios Phenennæ. Innuere videtur alicubi Moyses, ipsos utriusque sexûs servos (Hebræos) eò pariter convenisse, sed præceptum nullum datum erat feminis, pueris et servis. (Calmet.)

Ephraimitide terrâ eximium illud sacrarium esse voluit, usque ad tempus Heli, quando capta fuit à Philisthæis arca, per annos ferme trecentos sexaginta. Quomodò verò inde translata, et quamdiù in aliis locis hæserit, antequàm sedem in Salomonis templo stabilem haberet, alio in loco commodiùs adducemus.

Ascendebat autem ad tabernaculum Elcana, neque apparere voluit vacuus in conspectu Domini, quod multis locis Deus ipse præceperat. Quare sic adorare voluit, ut etiam manus sacrificiis ac donis oneratas attulerit. Neque hoc faciebat vir ille religiosus et prudens sine causâ : nam cùm aliquid à Deo impetrare studeret, prudentis putabat esse consilii afferre aliquid, seu referre potiùs Deo, quod ab ejus accepisset liberali manu. Extat eâ de re Chrysostomi homiliâ 1 in 2 ad Timoth. gravis exhortatio : « *Non apparebis*, inquit ex Exod. « 28, *coram Domino vacuus*. Judæis ista dice- « bantur, quantò magis nobis? Idcircò nam- « que pauperes ante fores stant, ut nemo va- « cuus ingrediatur, ut misericordiâ comite « securus introeat. Intras, ut misericordiam « consequaris, prior ipse miserere; qui autêm « posterior venit, ampliùs dabat. Nam cùm cœ- « pimus nos, secundus ampliùs ponit. Fac tibi « debitorem Deum, et ita demùm illum exige. »

Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni et Phinees, sacerdotes Domini. De horum sacerdotum corruptissimis moribus, vitâque in omnem impudentiam vesaniamque projectâ, dicemus suo loco commodiùs. Cur verò nunc ante suum tempus nominentur, ea videtur esse ratio, ut magis appareat Elcanæ constans fidelisque religio, cùm duorum sacerdotum inurbanâ atque inverecundâ intemperie, quæ plurimos à templo, reque sacrificali deterrebat, non modò non sit ab eo quod lege cautum erat depulsus, sed etiam aliquid adderet spontè, ad quod religione ac lege nullâ ratione cogebatur. Masculos tantùm religio diebus certis ad templum advocabat; sed eo tempore, quo minùs sanctè sancta tractabantur, uxores secum et filias et ex suâ familiâ plures adducebat; et cùm sciret quid in sacrificiis et victimis impuri illi atque scelesti sacerdotes auderent, ipse tamen nihilo quàm antea minùs sacrificabat.

Quæret hic non nemo, cur cùm hi duo non tam religionis custodes et sacrorum antistites, quàm omnis sanctitatis hostes et pestes, vocentur tamen sacerdotes Dei, quasi divina curarent religiosè ac piè, cùm tamen postea dicantur filii Belial, id est, qui legis jugum aut subierunt nunquàm, aut cùm admisissent aliquando, è suis cervicibus excusserunt. — Respondet Gregorius, sacerdotes ab illis diis sibi nomen assumere, quibus religiosum exhibent cultum et obsequium ; quomodò apud gentiles Flamines diales illi vocantur, qui Jovi, Cereales, qui Cereri, Salii, qui Herculi, Corybantes qui Cybeli sacrificant. Sic sacerdotes dicuntur Bel, Danielis cap. ultimo ; Baal, 4 Reg. 11, v. 18; Dagon, 1 Reg. 5, v. 5 ; Melchon, Jeremiæ cap. 49; Chamos, idem cap. 48. Ad hunc ergo modum duo hi filii Heli, licet profligatæ vitæ pessimo exemplo, non tam religionem et cultum veri Dei alant et foveant, quàm evertant et reverà filii vocentur Belial, dicuntur tamen Dei sacerdotes, quia templum obeunt ubi verus colitur Deus, et ad illius aram utcumque sacrificant : « Cùm dicuntur sacerdo- « tes Domini, ait Gregorius, per insignia fidei « à simulacrorum cultoribus discernuntur. His « enim verbis eorum fides, et non vita prædica- « tur, quia et pravitatem exercebant operis, sed « non errabant in fide conditoris. » Idem penè Abulensis in hoc cap. q. 10.

Vers. 4. — Venit ergo dies, et immolavit Elcana, deditque Phenennæ uxori suæ, et cunctis filiis ejus et filiabus partes. Quis sit iste dies, non constat ; fuit autem unus ex illis tribus, in quibus lex undecumque masculos ad tabernaculum advocabat. Immolavit autem Elcana de more, et ex eo quod ad offerentem ex sacrificali ritu pertinebat, partes inter uxores et filios, quique ex illius familiâ censebantur, distribuit. Cùm verò soboles et quasi familia Phenennæ esset copiosa, necesse erat ut magnam victimarum partem pro capitum numero sibi vindicaret ; ad Annam verò una pars è multis mittebatur, quæ res, cùm æmulæ præterea suæ contemptus accederet, magno illi dolori atque pudori fuit.

Hic nobis aliquid accuratiùs observandum : Primùm, hanc victimam, quam immolâsse dicitur Elcana, non fuisse holocaustum, quia hoc totum Deo consecratur et debetur ; unde etiam fit, ut totum ab igne consumatur : neque pro peccato, quia illam totam sibi ex lege sacerdotes assumunt. Fuit ergo hostia pacifica, cujus bona pars ad offerentem post immolationem redibat ; Deus enim ex illâ victimâ vindicabat adipem ; sacerdos armum et pectusculum ; quidquid erat reliquum, in usum et cibum (1)

(1) Et in religiosa convivia ad quæ Deus sæpè adeò vocari jubet Levitam, egenum, viduam et orphanum. (Calmet.)

cedebat offerentium. Vide Levit. cap. 3 et cap. 7, et Abulensem hìc q. 11. Ad partem porrò suam, qui spontaneam et pacificam victimam offerebat, non solùm familiares et domesticos, sed etiam alios, quoscumque vellet, advocare poterat. Ita habes Deuter. cap. 12, v. 12, et cap. 16, v. 12 : *Oblationem spontaneam manûs tuæ, quam offeres juxta benedictionem Domini Dei tui, et epulaberis coram Domino Deo tuo, tu et filius tuus, et filia tua, et servus tuus, et ancilla tua,* etc., *in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi.* Hinc constat, quomodò Elcana cum familiâ totâ, immolatis victimis, spontaneis videlicet, atque pacificis, vesci potuerit, idque in loco sacro.

Deinde explorandum, quid partium significetur nomine, quas uxoribus suis ac filiis largitus est Elcana. Hieronymus in Traditionibus hebraicis super libr. Regum, ait, in partibus vestes intelligi, nempe puras, quales et tabernaculi majestas, et sacrificiorum religio postulabat. Quanta porrò mundities sacrificantes, aut sacris quoquo modo operantes deceret, diximus in nostris Commentariis in Ezechielem ad illud cap. 44 : *Et non accingentur in sudore.* Quod etiam observâsse in re sacrificali gentiles, docet multis Alexander Neapolitanus, et apud illum Tiraquelus, lib. 4 Genial. cap. 17. Sed est communis illa sententia, quæ hìc in partibus portionem intelligit, quam singulis ex immolatâ pacificâ victimâ tribuebat Elcana illius tantæ familiæ pater et dominus. Neque hìc usus rarus tam apud sacros quàm apud profanos scriptores. De profanis est illud Suetonii de Caligulâ : « Quâ epulatione equiti romano contra se hilariùs avidiùsque vescenti « partes suas misit. » Apud sacros *pars* in eâ significatione sæpiùs occurrit. Psal. 10 : *Ignis et sulfur, spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Esdræ 2, cap. 8 : *Comedite pinguia et bibite mulsum ; et mittite partes his qui non præparaverunt sibi.*

Vers. 5. — Annæ autem dedit partem unam, tristis, quia Annam diligebat. Ubi Vulgatus *tristis,* hebraicè est *apaiim.* Quæ vox *facies* aut *furores,* seu *tristitias* valet. Sed quia in homine facies est pars omnium honestissima, fit, opinor, ut pars, seu portio, quæ data est Annæ, esset omnium electissima atque optima. Sic sanè mercatores, quod optimum est atque speciosissimum in mercibus, coram statuunt, ut emptorum capiat oculos; quod dici posset *mercimonium facierum,* quia mercium est quasi quædam facies, et illarum prima commendatio. Sic sanè reddidêre Rabbi David, qui partem vocat *honorabilem;* et Chaldæus, qui *electam.*

Alii qui in *apaiim, furorem* et *tristitiam* intelligunt, datam esse partem unam dicunt ab Elcanâ, tristi, quia tristem videbat Annam, quam diligebat, neque datis pluribus partibus sicut Phenennæ, illius poterat angorem levare. Quæ explicatio nostro placuit interpreti, quæ omninò aliis præferenda est. Quòd verò *ira,* quod præcipuè sonat *apaiim,* sumatur pro *tristitiâ,* sicut contra sæpè *tristitia* pro *iracundiâ,* res est satis nota. Neque alio fortassè sensu dixit Jonas, cap. 4, se meritò vehementer irasci, cùm hedera, ex quâ sibi paratum viderat umbraculum, exaruit. Quem Jonæ affectum statim Dominus explicuit, cùm dixit : *Tu doles super hederam, in quâ non laborâsti,* etc.

Hieronymus, aut quicumque est auctor Traditionum hebraicarum, datam esse dicit Annæ duplicem portionem in illo convivio, quia illam diligebat, et ideò in epularum distributione illam reliquis prælatam et liberaliùs acceptam esse voluit. Quod ex nomine אפים, sumpsisse potuit fundamentum quod formam habet numeri dualis. Quasi dicas, dedit illi portionem duarum facierum, vel duas facies portionis; ad utrumque etenim sensum patet textus hebraicus ; *facies* porrò idem interdùm valet, quod res cujus est facies. Unde sæpè audimus *faciem gladii, faciem frigoris, faciem arcûs,* pro gladio, frigore, arcu. Quare pars, seu portio duarum facierum, seu duæ facies portionis, idem erunt quod portiones duæ, aut una duplex, quæ duarum instar habeat et pondus. Simile aliquid fecisse dicitur Joseph, Gen. 44, v. 34, ubi pars in epulis data Benjamin quincuplò dicitur esse major partibus, quas à Josepho reliqui fratres acceperunt (1).

Dominus autem concluserat vulvam ejus. Hic loquendi modus in Scripturâ sacrâ frequens

(1) Novam quamdam conjecturam subjicit Grotius, reddens datam Annæ *maxillam unam victimæ,* cùm altera sacerdoti cessisset; quasi scilicet innuat littera : *Dedit unam partem faciei suæ.* Sed quonam Scripturæ testimonio docemur, sacerdotes pro suo jure hostiæ maxillam sibi vindicâsse ? Legimus in Hebræo capitis 18, 3, Deuteronomii, sacerdotum partes fuisse *brachium, et maxillas, et ventriculum boum et ovium, quæ immolabantur.* Quamvis autem fateremur, dicta hæc accipi oportere de consuetis sacrificiis, non obscurè tamen exprimit textus, utramque maxillam, vel, si mavis, mandibulam, fuisse sacerdotis, nullisque argumentis demonstrabitur, alteram ex illis in potestatem illius venisse, qui victimam dabat. Adde, *facies* nullibi maxillas significare.
(Calmet.)

est, quo significatur infœcundæ vulvæ dura necessitas. Sic de se Sara, Genes. 16 : *Conclusit me Dominus, ne parerem.* Et Gen. 22 : *Orante Abraham sanavit Deus Abimelech et uxorem, ancillasque ejus, et pepererunt ; concluserat enim Deus omnem vulvam domûs Abimelech.* Quæ loquendi forma omninò indicat vim omnem fœcunditatis à Deo provenire, qui clavem secum habet naturæ, quæ infœcunda est, et rerum omnium egena, cùm claudit, quando verò aperit, rebus omnibus ad humana commoda necessariis abundat. Clausa videtur rigente hyeme agrorum vulva, et in terræ visceribus extincta, aut compressa fœcunditas ; cùm tamen ineunte vere cœlum intepuit, aperit Dominus terræ vulvam et ubera, atque felici partu mundum exhilarat atque implet. Unde ortum est, ut terra in illo hyemali statu clausa, aut certè tempus aperiri dicatur. Vide in hanc sententiam plura in nostris Commentariis super Isaiam, ad illud cap. 45 : *Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.* Hanc Dei in naturâ moderandâ potentiam explicuit optimè sub eâdem metaphorâ Chrysostomus, homil. 38 super Genesim ad illa verba Saræ, de quibus nuper : « *Ecce conclusit me Dominus, ne* « *parerem.* Vide prudentem animam, inquit, « quomodò nihil asperum loquitur, nec suam « deplorat sterilitatem ; sed solùm hoc nobis « declarare vult, quòd naturæ Domino et opi- « fici hoc adscribens, fortiter et leniter ferat, « malens quod Deo placebat, quam quòd ipsa « concupiscebat ; et hoc unum spectans, ut « virum soletur. *Quoniam,* inquit, *Dominus* « *me conclusit, ut ne parerem.* Quanta hujus « verbi emphasis est! quàm ineffabilem ostendit « Dei potentiam et providentiam ! Quasi dice- « ret : Sicut nos aperimus et claudimus domos, « ita et Dominus in naturâ operatur, et suo præ- « cepto claudit ; et iterùm quando vult, aperit « et jubet naturam, quod suum est, operari. »

Vers. 6. — Affligebat quoque eam æmula ejus (1). Accedebat ad dolorem ex diuturnâ sterilitate conceptum, æmulæ hoc ipsum exprobrantis injuria. Quod fuisse assiduum et penè familiare convicium, ex hoc loco non obscurè liquet, sicut etiam singulis annis utramque uxorem cum familiâ totâ ad tabernaculum ascendisse. Ubi hoc habebat Phenenna promptum, et quasi legitimum opprobrium, quo lacesseret Annam, quòd infœcunda esset, et ad humanum genus prorsùs inutilis. Sumebat autem occasionem ex partibus quas ex immolatis hostiis ipsa pro se ac liberis copiosas acceperat; cùm tamen ad Annam, utpote solitariam, pars una tantùm perveniret. Quam ignominiam et maximè ab æmulâ toties iteratam, cùm fœmina honesta et nobilis sustinere non posset, secum ipsa tacitè concoquebat, et interdùm apertè prodebat lacrymando (1).

Vers. 7. — Et non capiebat cibum. Fortè id accidit, quoties statutis à lege temporibus ad tabernaculum tota Elcanæ domus ascendebat, quia eadem erat aliis etiam diebus causa quæ lacrymas excuteret, et ciborum omnium non solùm fastidium, sed odium moveret, cùm ex magnis victimis lautisque mensis vix ad se pars admodùm exigua pertineret. Sed credo, utcumque de reliquo tempore consideres, hìc tantùm agi de extremâ profectione, quam exors sobolis Anna, et ignominiæ plena in tabernaculum instituit; quod suadent non difficilè ea quæ proximè sequuntur.

Vers. 8. — Numquid non ego melior tibi sum, quam decem filii ? Consolatur Elcana uxorem eâ ratione quæ vulgo hominum existimatur gravissima. Illa enim femìna fortunata creditur, quæ virum habet honestum et nobilem, suì amantem, et quocum illi benè con-

(1) Hebræus : *Et adversaria* (inimica) *ejus irritabat eam, ita ut fremere faceret eam, quia Dominus concluserat vulvam ;* vel potiùs : *Angustiabat, ut murmurare eam faceret*, vel, ut queri cogeret, obloqui, ægrè ferre. Septuaginta : *Irritabat eam æmula ejus, quia illam despiciebat.* (Calmet.)

(1) Phénenna était glorieuse comme étaient les Juifs qui se glorifiaient de leurs bonnes œuvres, s'imaginant qu'ils observeraient par leur propre force les commandements de Dieu, marqués par les enfants de Phénenna. C'est pourquoi ils ont insulté à l'Église aussitôt qu'elle a paru, parce qu'ils ne reconnaissaient nullement la grâce que signifie le nom d'Anne, qui est comme l'essence et le cœur de la loi nouvelle ; et que s'imaginant que leur volonté seule leur suffisait pour les rendre justes, ils croyaient qu'il était en leur pouvoir de se rendre en quelque sorte les pères de leur vertu, et les principes de cette sainteté que Dieu leur a demandée quand il leur a dit : *Soyez saints, comme je suis saint.*

L'Église, au contraire, dont Anne était la figure, reconnaît, à l'exemple de cette sainte femme, et déplore sa stérilité. Elle sait qu'elle ne peut par elle-même ni former une seule bonne pensée, ni concevoir un saint désir. C'est pourquoi elle s'adresse à Dieu avec beaucoup de larmes, étant persuadée qu'il n'appartient qu'à lui seul de la remplir de son esprit pour la rendre ensuite féconde en des œuvres d'une vertu et d'une piété véritable : *Dei unius incorporeo si dici potest amplexu,* dit saint Augustin, *anima veris impletur fœcundaturque virtutibus.* (Sacy.)

venit, qualis sine dubio fuit Elcana. Et quemadmodùm ille infortunatus existimatur, et solus, qui patre orbatus est, licet rebus aliis et commodis abundet, sic etiam illa quæ, licet egregiâ sit nobilitata sobole, à viro tamen, id est, ab alterâ suî parte spoliata est. Quare miseri, et qui aliorum injuriis sunt expositi, viduarum aut orphanorum nomine significantur. Hinc argumentum sumit Elcana, ut probet non esse, cur se vivente ac sospite, tantoperè se filiorum desiderio conficiat, cui pro mille filiis quamcumque operam atque officium præstabit. Tradunt Hebræi, ut refert hìc Lyra, decem ex Phenennâ natos esse filios, quibus in circuitu mensæ illius genialis sic erat circumdata, sicut oliva succrescentium novellarum sylva circumfunditur. Cùm verò Anna instar aridi ligni se ipsam videret à prole vacuam, suam non solùm tacitè, sed etiam apertè vicem lamentabatur. Ait ergo Elcana, juxta hanc Hebræorum traditionem, meliorem esse se decem filiis, quos Phenenna genuerat, neque tam usui futuros Phenennæ decem filios, aut etiam Annæ, si totidem esset enixa, quàm ipse, qui uxorem amabat valdè, et de illius commoditate ac usu non minùs laborabat, quàm si numerosam ex illâ prolem suscepisset. Sed dicendum est omninò, hìc decem ex frequenti Scripturæ consuetudine sumi pro multis; neque alium esse sensum, quàm virum apud uxorem multorum filiorum instar obtinere.

Vers. 9. — Surrexit autem Anna, postquam comederat, et biberat in Silo. Obsecuta est Anna conjugis voluntati ac monitis, cui in summo etiam dolore ciborumque fastidio repugnare, scelus arbitrabatur. Comedit autem in Silo, in domo vicinâ, aut certè non longè ab ostio tabernaculi. Nam, ut habes Deuter. cap. 16, et cap. 22, spontaneæ, seu pacificæ victimæ, quales immolâsse existimatur Elcana, in conspectu Domini sumebantur. Surrexit ergo è convivii loco, postquàm viri suasu modicum aliquid, ut est verisimile, gustaverat, ut orationis gratiâ ad tabernaculum accederet.

Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi (1) Domini. Heli summus erat sacerdos, tum præterea judex in Israel, qui sacra profanaque curaret, et tam de sacris quàm publicis aliis controversiis responderet. Quare locum elegit publicum et communem, in quem frequens erat hominum concursus, ut cum minori populi molestiâ et adiri posset, et consulentium studiis ac dubiis satisfacere. Sedebat autem ante ipsius tabernaculi postes, nempe in vestibulo, ubi judiciarius erat thronus, aut pontificia sella, quæ ultrò ingredientibus tabernaculum pontificem offerret (1).

(1) Sedebat Heli facilè extra et præ foribus atrii, neque Anna ulteriùs quàm ad primam illam portam processerat, ut oraret. Quin et ignoro, an feminis datum esset, ut ulteriùs intra tabernaculi atrium ferrentur. Porrò nomen templi datur hic tabernaculo Silo, quanquàm nullum ibi erat ædificium, nisi forsè septum murorum loco asserunt, quos Moyses constituerat. Historiæ hujus auctor spectavit ætatis suæ mores, cùm scilicet jam templum stabat; vel loquendi tropum vulgarem usurpavit, quo tentorium, domus appellatur, et tentorium regis, regia domus dicitur: ubi Deus colitur, ibi ejus templum est. In hunc sensum Jacob dedit Bethel nomen *domûs* vel templi *Domini, et portæ cœli*. Persimilis phrasis crebra sunt, et præsertim in Psalmis Davidicis exempla, ubi appellatur *templum*, et, *domus Dei*, et, *mons sanctus*, mons ille Sion, ubi considebat arca et tabernaculum, quanquàm nullum ibi adhuc templum excitatum erat. Jesus Christus appellat *domum Dei* tabernaculum illud Silo, ex quo David accepit panes propositionis, et ensem Goliath. (Calmet.)

(1) *Cùm esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum, flens largiter*. La manière dont cette sainte femme prie est un excellent modèle de la prière. Dieu donne des désirs et des paroles à ceux à qui il a résolu d'accorder ce qu'ils lui demandent; et l'ardeur avec laquelle ils le prient est déjà un effet de la grâce qu'il leur doit faire. Si une femme a prié avec tant d'instance, dit saint Grégoire, pour obtenir de Dieu qu'il la rendît mère, comment le devons-nous prier, nous qui lui demandons qu'il nous rende dignes d'être ses enfants? On peut remarquer dans la prière de cette sainte, les principales qualités qui doivent rendre la nôtre agréable à Dieu. Premièrement, sa prière est humble. Elle s'appelle par trois fois *la servante*, ou *l'esclave de Dieu*. Elle le conjure *de daigner la regarder* et *se souvenir d'elle*, et elle se répand devant lui *dans l'amertume de son cœur*. Souvent lorsqu'on est affligé, ou l'on murmure, ou l'on tombe dans l'abattement et dans le trouble, et on ne pense qu'à chercher des soulagements humains. Cette sainte, au contraire, nous apprend que plus on souffre, plus on doit s'humilier; et que moins on a de secours de la part des hommes, plus on en doit chercher en Dieu, et attendre de lui seul, ou la fin, ou l'adoucissement de nos maux.

Secondement, sa prière est accompagnée du jeûne et de la miséricorde, qui sont les deux ailes avec lesquelles elle monte au ciel, comme dit saint Augustin. Car il est marqué auparavant, qu'elle n'avait pas voulu manger, et ayant écouté en silence les reproches de Phénenna, elle avait fait par avance ce que Jésus-Christ nous a depuis ordonné de faire, qui est d'être doux envers les autres, afin que Dieu le soit envers nous.

Troisièmement, sa prière est fervente et spirituelle. Elle veut être à Dieu pleinement et parfaitement. Elle lui demande non une fille, mais un fils, *sexum virilem*: comme l'Eglise est

Vers. 11. — Et votum vovit (1) dicens : Domine exercituum. Magnum orationi suæ pondus addiderat Anna, dùm ad preces addidit lacrymas ; sed addit multò gravius, dùm non tam orat, quòd suo, quàm quòd ipsius Dei futurum sit usui consecratum ; si enim prolem à Deo masculam acceperit, illam se sacro ministerio consecraturam esse promittit ; ita ut non tam in paternâ domo parentis votis, quàm in templo divinæ voluntati serviat. Est autem honesta postulatio, quæ id orat, quod in largitoris gloriam et obsequium convertendum est totum.

Dederisque servæ tuæ sexum virilem ; dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, et novacula (2) non ascendet super caput ejus. Nullus hìc de femineâ sobole sermo, vel oratio, non quia talem Anna non admitteret, cùm vehementer horreret infœcundæ nomen ; sed quia de voto et consecratione fœtûs cogitabat. Femina autem apta non erat templi ministerio, licet in Nazaræis numerari posset, ut Numer. cap. 6 constat. Sed majus aliquid cogitabat Anna, quod præstari non posset à femineo sexu. Erat quidem Levita Samuël, atque ideò addictus erat templi ministerio, ut sacerdoti navaret illam operam, quam à Levitis exigebat Hebræorum religio. Sed aliquid addit Annæ votum, idque non leve, supra Levitarum onus et officium. Primum, quia cùm Levitis cessationem aliquando lex ipsa concederet à templi ministeriis, votum tamen Annæ æterno Samuelem alligabat officio. Certè, ut habes Numer. c. 4, v. 2, Levitæ ante trigesimum ætatis annum non cogebantur interesse templo ; et anno ætatis quinquagesimo vacationem ab illo sive onere, sive munere obtinebant à lege : *Tolle*, inquit, *summam filiorum Caath de medio Levitarum per domos et familias suas, à tricesimo anno et supra, usque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingrediuntur, ut stent et ministrent in tabernaculo fœderis.* Et rursùs cap. 8, v. 24 : *Hæc est lex Levitarum, à viginti quinque annis et supra, ingredientur, ut ministrent in tabernaculo fœderis ; cùmque quinquagesimum annum ætatis impleverint, servire cessabunt.* Ubi lex legi videtur adversari ; capite enim 4, annus designatur trigesimus, in quo Levites suum in templo ministerium aggreditur ; hìc verò vigesimus quintus. Conciliat hæc duo Abulensis in proximum locum, ex Numer. 8, q. 24, usque ad q. 31, et docet, q. 24, anno ætatis suæ vigesimo quinto consecrari Levitas, ut opus docerentur Leviticum, illique assuefierent ; anno verò trigesimo incipere datum sibi à lege munus obire. Quâ de re pluribus disputare non est nostrarum partium.

Vovit præterea Anna, si natus sibi nasceretur, futurum esse Nazaræum ; id enim valet illud : *Novacula non ascendet super caput ejus.* Cùm autem Nazaræatûs votum perpetuum esse posset, et ad aliquod tempus definitum, ut liquet Numer. c. 6, perpetuo voto quidquid natum esset, mater obstrinxit. Perpetuo item voto obligatus est Samson, Jud. 13, quem altera Anna parùm ante hoc tempus ex sterili jam fœcunda concepit. De Nazaræorum instituto nihil hìc dico, quia paucis multa coarctari non possunt. Illud erat præcipuum, ne unquàm capillos è capite tonderent, quorum erat insigne quasi legitimum prolixa cæsaries ; deinde ut à vino, et ab eo quod inebriare potest, quamdiù duraret votum, abstinerent. Hæc autem levia non sunt, cùm cæsaries caput non modicè gravet, et dolores afferat interdùm non exiguos. Sanè Absalon auream cæsariem, quam habebat speciosam, cùm studiosus esset elegantiæ, ultra annum sustinere non poterat. De quo 2 Reg. 14 : *Semel in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries.* Absti-

comparée dans l'Evangile à une femme qui après avoir souffert de grandes douleurs se console *lorsqu'elle a enfanté un fils*, elle veut servir Dieu avec *un cœur mâle*, et un amour parfait ; *mascula charitas*, comme disent les saints. (Sacy.)

(1) Votum vovit ; eâ lege, si Elcana assentiretur, quo inscio, nullum ab eâ nuncupatum votum expleri potuisset. Nec de viro magis quàm par erat, sibi pollicebatur, rata non defuturum ut obsecundaret promissioni suæ, quæ non viro minùs quam sibi conducebant. (Calmet.)

(2) Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, et novacula non ascendet super caput ejus. Novaculæ usus apud Hebræos nullis argumentis facilè demonstrari potest : utebantur illi potiùs forfice ad tondendas comas. Hebræum *Morah* redditur à Chaldæo *terror*. Verùm quis sententiæ hujus sensus esset ? *Terror hominis non erit super caput ejus.* Legunt Septuaginta : *Ferrum non ascendet super caput ejus.* In nonnullis codicibus additur : *Vinum et inebriamentum non bibet.* Vulgatam nos quidem retinemus, quam fulcit aliorum textuum collatio, in quibus *Morah* usurpatur pro novaculâ vel forfice.

Veteres quidam arbitrati sunt Samuelem leges omnes Nazaræatûs servâsse, seseque perpetuò à vino continuisse, quanquàm id non textus hebræus nec Vulgata exprimant. Series historiæ demonstrat, priùs Samuelem exemptum se censuisse ab onere serviendi tabernaculo, cùm propheta et judex populi renuntiatus fuit. Postrema hæc dignitas non ferebat utique onus assidui famulatûs, altari et tabernaculo Domini præstiti. (Calmet.)

nere autem ab eo quod vitis generat, non est omnibus, neque omninò jucundum.

Multa Chrysostomus variis locis de Annæ virtute atque constantiâ meditatur, quæ nos breviter suis quæque locis attingemus. Primùm Homil. 24 in Epist. ad Ephes. et Homil. 79 ad populum, ubi eadem penè verba repetit. Supponit autem omnes, qui ex Elcanæ familiâ accubuêre mensæ, alios aliò peracto convivio fuisse dilapsos; alios ad somnum, ad nugas alios, alios ad alia animorum oblectamenta; idque fortassè habuit in codice, quem tunc è Septuaginta translatione nactus est. Sic autem ille Homil. 24 ad Ephesios: « *Surgebant*, inquit, « *omnes de mensâ* (inquit, nempe Scriptura), « et illa confestim non ad somnum conversa « est, non ad quietem. » Deinde cùm agit de voto, liberalem illius, et ingenuum animum agnoscit, et amplificat: « *Si dederis*, inquit, « *mihi filium, dabo illum donum Domino omni* « *tempore*. Non dixit, unum duntaxat, aut al- « terum annum, quemadmodùm nos solemus; « neque dixit: Si dederis mihi puerum, dabo « pecunias; sed ipsum donum totum retri- « buam, primogenitum, et orationis filium. « Ipsa erat Abrahæ filia: ille postquàm petitus « erat, filium suum dedit; ista verò ante peti- « tionem dedit (1). »

Vers. 13. — Labia illius movebantur, et vox penitus non audiebatur. Limphatici, aut ebrii est, aut ejus qui aliquid patitur à Pythone, et Fauno, corporis et oris maximè gesticulatione ac motu significare animi fanaticos, atque impotentes motus sine ullo vocis dearticulatæ, atque rationalis sono. Quare non sine aliquo fundamento conjectabat Heli aliquid Annam à vino pati, quam sic videbat intrinsecùs agitari, ut acres motus et indecoros gestus cohibere non posset. Sed longè aliter de labiorum motu linguæque silentio judicabat Chrysostomus, Hom. 2 de Annâ: « Illa, inquit, « potissima est deprecatio, cùm ab intimis « voces sursùm feruntur; hoc præcipuè men- « tis est exercitatæ, non intensione vocis, « sed animi fervore precationem absolvere. « Sic oravit et Moses; cui, cùm nihil voce « resonaret, Deus tamen: *Quid*, inquit, *cla-* « *mas ad me?* Homines quidem externam hanc « vocem tantùm audiunt; at Deus et ante hanc « intùs inclamantes audit. Itaque fieri potest, « ut etiam qui non clamant audiantur, ut per « forum ambulans quis oret accuratissimè, ut « in consessu amicorum, aliorum quidvis aliud « agens vehementi clamore invocet Deum (1). »

Libet huc adducere quoddam hujusmodi orationis mutæ, quia intùs in animo formatur, et admodùm canoræ, quia ad cœlum usque jucundè resonat, accommodatum symbolum. Quod habemus perbellum in cicadâ, quæ, ut tradit Plinius lib. 11, cap. 26, una ex omnibus animantibus os non habet, quare et pectore canit, et eodem ex cœlesti rore haurit alimentum: « Unum hoc, inquit, ex his, quæ « vivunt, sine ore est. Pro eo quiddam aculea- « tum linguis simile, et hoc in pectore, quo « rorem lambunt. Pectus ipsum fistulosum, « hoc canunt. » Præclara hæc effigies spiritualis oratoris, cujus clamor non tam est ab ore quàm ab animo, eo maximè tempore, cùm urit gravis aliquis æstus, sive doloris, sive desiderii, sive illorum motuum, quibus nescit, aut nequit mens durè fatigata resistere. Cantant autem cicadæ æstivo tempore, sub meridiem, quando torrentur agri æstu majori. Unde cicadæ cantus pro meridiano tempore, aut pro calore maximè fervente adhiberi solet. Sic sanè Virgilius Eclog. 2:

At mecum raucis, tua dùm vestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis,

Et lib. 3 Georg.:

Inde ubi quarta sitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.

(1) *Cùm illa multiplicaret preces... ut Heli observaret os ejus.* Heli animum advertit ad verba mulieris; sed murmur quidem, non verba audivit, nihil enim conceptis verbis illa edens, suspiria tantùm et tacita ex imo corde vota ad Deum dirigebat. Jesus Christus vitii arguere videtur preces prolixas Scribarum et Pharisæorum: *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi, orationes longas orantes;* item et paganorum: *Orantes nolite multùm loqui, sicut ethnici; putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur.* Damnari his verbis videntur longiùs protractæ sanctæ hujus feminæ preces. Hanc tamen longam Annæ orationem exprimebat animi fervor, votaque orantis formabat in ejus animo spiritus, qui intùs in illâ orabat, neque fundebat se in verba vanasque et inutiles commentationes; denique aliter precabatur, ac Pharisæi et profani quos Christus reprehendit. Precabantur Pharisæi ostentationis et sordidæ cupiditatis gratiâ; profani verò superstitione tantùm, nullo spiritùs ardore ducti, nec prolixas preces omnes æquè damnat Jesus, cùm idem ipse longioris temporis moram orando protraxerit, egerit orando noctes, ac mandet ut jugiter et constanter oremus. (Calmet.)

(1) S. Cyprianus (lib. de Oratione Dominicâ): « Anna Ecclesiæ typum portans Domi- « num non clamosâ petitione, sed tacitè et « modestè intra ipsas pectoris latebras preca- « batur. Loquebatur non voce, sed corde, « quia sic Deum sciebat audire, » etc. (Corn. à Lap.)

Hæ verò et canendi studio, et calore meridiano, in ipsâ cantandi contentione aliquando rumpuntur. Habes in Testamento veteri duas cicadas, quæ cantant non tam ore vocali, quàm pectore vehementer æstuanti; quibus si minùs cantandi contentio pertinax spiritum adimit, non tamen pro mystici illarum cantûs pretio mori, ut opinor, recusarent; Moysem videlicet, quem, cùm illius vox non audiretur, loquentem tamen Deus audiebat. Ad quem Deus Exod. 14, v. 15 : *Quid clamas ad me?* Et Annam hoc loco. Habemus cicadam aliam in Testamento novo, Paulum videlicet, quem Ecclesiæ organum et cicadam appellat Chrysostomus, Homiliâ de Turture. Quia licet tuba esset evangelica, et non minùs quàm Apostolorum quivis, vocem haberet canoram et assiduam, cicada tamen appellatur, quia vocem illam non tam formabat halitus à pulmonibus per fauces emissus, quàm Spiritus ille divinus qui in ipsius visceribus habitabat. Quare vox illa expressa potiùs dici potuit ab animo quàm à linguâ, et ut cicada, cùm gravior est æstus, cantando rumpitur et perit, sic etiam Paulus, dùm solitum meditatur canticum, vitam amisit, imò postquàm extremum exhalavit spiritum, alio spiritu, quo sæpiùs loquebatur, ter ingeminavit dulcissimum et augustissimum Jesu nomen.

VERS. 14. — ÆSTIMAVIT ERGO EAM HELI TEMULENTAM, DIXITQUE EI : USQUEQUÒ EBRIA ERIS (1)? Ex motu illo labiorum sine aliquo rationali sono, et oris mutatione multiplici, aliquid à vino passam esse Annam existimabat Heli. Quare illam à crapulâ teneri suspicatus, graviter illam eo nomine reprehendit, et jubet (ut verisimile est, et meditatur Chrysostomus Homiliâ de Fide Annæ) ut excedat ab eo tabernaculi loco, ubi consederat, et vinum quod immoderatè hauserat, edormiscat. Putat autem Philo lib. de Temulentiâ, non longè post medium, et Chrysostomus Hom. 2 de Fide Annæ, et Homil. 15 in Acta, non ab Heli exprobratam esse crapulam Annæ, sed illius nomine, atque mandato à servulo, quia fortassè Heli à pontificis judicisque personâ alienum putabat cum temulentâ feminâ habere sermonem. Et hoc ipsum habet Septuaginta translatio in omnibus fermè codicibus; habes certè in Sixtianis : *Et dixit ei puer Heli.* Ubi Chrysostomus magnum ab Annæ modestiâ ad perferenda convicia documentum agnoscit. Cùm enim nullum grave dedisset ebrietatis indicium, unde sacerdos aut quilibet alius illam largiùs bibisse prudenter conjectaret, ebrietatis tamen intemperantiam objicit, et imperiosè jubet, ut excedat è templo. « Unde, inquit, suspicari potuit sacer- « dos? Neque enim ridentem vidit, neque sal- « tantem, neque vertigine concidentem; non « audivit ullum verbum obscœnum, aut illi- « berale sonantem. » Quare injuriosa erat et illiberalis illa reprehensio. Sed illa nihil respondet immoderatum et asperum, aut contra pontificem, à quo sciebat severum illud manâsse convicium; neque contra puerum, cujus ætati ac conditioni nullam videbat reverentiam deberi; aut quia non tam illud convicium à puero quàm ab ejus domino profectum agnoverat; aut quia jam assueta ab æmulâ suâ non dissimiles audire contumelias; aut certè quia illum fructum, si modò vera, parit oratio, ut nemo ad ejusmodi assultus maneat ignavus et inermis. Sed illud pro religiosis præclarum est documentum, non spectandum, à quo proximè correctio prodeat, nimirùm ab homine, sed à quo primùm, et à cujus imperio, nempe

(1) Anne avait témoigné auparavant sa modération à l'égard de Phénenna; elle en témoigne maintenant une plus grande à l'égard d'Héli. Elle a souffert qu'une femme lui reprochât sa stérilité; elle souffre maintenant que le grand-prêtre l'accuse d'un déréglement criminel, et qu'il fonde cette accusation si injurieuse sur une action sainte qu'il lui voyait faire. Cette femme si humble lui répond avec une admirable douceur; et elle nous donne, selon saint Grégoire, un excellent modèle de la manière avec laquelle nous devons nous défendre contre les reproches de ceux qui sont au dessus de nous. « Il peut arriver quelquefois, dit ce « saint, que les pasteurs se préviennent con- « tre des personnes très-vertueuses, et qu'ils « les traitent avec beaucoup d'aigreur et de « dureté. Et alors il faut que ces personnes « tâchent de les apaiser en la manière la plus « douce et la plus humble qu'il leur est possi- « ble. Car encore que les ministres de l'Eglise « aient véritablement tort de s'élever ainsi « contre ceux qui ne font rien que de très- « louable; néanmoins la déférence qui est due « à leur dignité, demande toujours que nous « nous tenions dans le respect, lors même que « leur conduite envers nous est irrégulière et « déraisonnable. » *Etsi se irrationabiliter contra rectè agentes erigunt, reverentia tamen superioris ordinis exigit, ut tunc honorentur cùm modum rationis excedunt.*

Ainsi, cette sainte femme nous apprend d'une admirable manière à nous acquitter en même temps de tous nos devoirs dans une occasion si importante et si difficile. Car nous satisferons comme elle à la justice, en représentant la vérité et en rendant raison de nos actions. Nous satisferons à l'humilité en ne nous irritant pas de ces mauvais traitements; et nous satisferons à la charité en honorant ceux mêmes qui nous déshonorent. (Sacy.)

Deo. Stultè nimis faceret Anna, si pontificis immemor sæviret in servulum, per quem pontifex loquebatur, et judex Israel; neque minùs esset stultus subditus, si odium conciperet in prælatum, à quo ignaviæ aut violatæ religionis arguitur, cùm id non tam suo faciat, quàm divino nomine : « Si sacerdos, inquit, « fuisset conviciatus, non erat perinde miran- « da tolerantia, propterea quòd dignitatis ma- « gnitudo, ac magistratûs auctoritas, vel in- « vitam illam compulisset ad modestiam. Nunc « verò vel adversùs sacerdotis puerum indigna- « ta non est, quò magis sibi conciliavit Deum. » Hæc juxta Septuaginta translationem. Sed est longè probabilius, magisque ad lectionem vulgatam et hebraicos codices, non à servo, sed ab ipso sacerdote Annæ exprobratam esse vinolentiam.

Ebrietas in feminâ fœda est turpitudo. Ita Chrysostomus in Matth. Hom. 16, et Homil. 71 ad populum : *Quid,* inquit, *ebriâ turpius muliere? quantò namque vas est imbecillius, tantò majus est naufragium.* Et Hieronymus in Regulâ sanctimonialium ad Eustochium cap. 36, ebrietatem in feminâ sacrilegium appellat. Hinc multis locis vini usus interdictus feminis. Sanè id severè cautum apud Romanos docet Valerius Maximus lib. 2, cap. 1; Plinius lib. 14, cap. 13, optimè Aulus Gellius lib. 10, cap. 23, ubi docet, non leviùs in feminâ temulentiam, aut etiam vini usum, quàm adulterium puniri. Vide eâ de re plura apud Tiraquelum de legibus Connubialibus lib. 9, n. 54, et Alexandrum, lib. 3 Genial. cap. 11. Et quidem eam ob causam inducta est consuetudo apud Romanos, ut docet Plinius lib. 14, cap. 13, et Athenæus lib. 10, ex Polybio, ut propinqui oscularentur feminas, ut eo modo commodiùs explorarent, an temetum olerent. An Hebræis feminis aliquid esset à lege præscriptum, seu etiam à consuetudine introductum, incertum est.

Ego non puto feminas in illo populo ab usu vini fuisse repulsas. Quod ex eo colligere posse non incommodè videor, quia Numer. cap. 6, v. 3, id viro atque mulieri indicitur, si Nazaræorum votum emiserint, ut abstineant à vino; quod quidem otiosè feminis foret injunctum, si illis esset hoc à lege priùs, aut à consuetudine prohibitum. Et Judic. 13, v. 4, dixit Angelus ad matrem Samsonis : *Cave ne bibas vinum, aut siceram, quia concipies, et paries filium, cujus non tanget caput novacula; erit enim Nazaræus.* Quod nisi vinum feminis à lege foret vel consuetudine permissum, non erat cur angelus commendaret abstinentiam à vino. Neque Heli sacerdos et judex tam egisset in Annam, quam ebriam existimabat, clementer, si contra cautum esset à lege, et supplicium indictum. Sanè Paulus ad Titum cap. 2, v. 3, feminis non adimit vinum; sed illius usum moderatur et temperat. *Non multo,* inquit, *vino servientes.*

Vers. 15. — Respondens Anna : Nequaquam, inquit, domine mi; nam mulier infelix nimis ego sum. Responderet alia post reprehensionem illam, quæ non poterat esse non molesta, cùm exprobraret id, quod tam est feminis indecorum, longè duriùs, si non se priùs contra hujusmodi assultus oratione et lacrymis muniisset; diceretque, ut in Homiliâ de Fide Annæ meditatur Chrysostomus, quod plerique solent homines : « Itane sacerdos itane qui alios « docet, temulentiam ac vinolentiam mihi « exprobrat? Sed dominum appellat, et mo- « destè crimen à se ebrietatis depellit. » Ubi Vulgatus, *infelix,* hebraicè est *kesath ruach,* id est, *mulier duri,* sive *amari spiritûs.* Quæ vox ad illa omnia patet, quæ spiritum contrahunt et contristant; quare quæ sterilis est, et ideò dolet; quam aliorum intemperies et contumelia vexat, aut quæcumque alia causa angustè aut inclementer afficit, spiritum dicitur habere durum et amarum. Et sanè Latinus, quæ adversa sunt, et studiis votisque contraria, dura vocat; Vulgatus *infelix* reddidit, quæ etiam vox plura votis, studiisque contraria significat. *Infelix* autem vocari potuit Anna, quia infœcunda, quod hebrææ feminæ maximum putabatur esse convicium; quòd contumeliis à Phenennâ vexata; quòd eo nomine non à domesticis solùm, sed etiam ab alienis contempta. Etverò felix appellatur illa, quæ filiis abundat; quo modo Roma à Marone lib. 6 Æneid. : *Felix prole virûm* appellatur. Et Lia cùm aucta esset filiis ex ancillâ susceptis, alterum vocavit Gad, quod *felix;* alterum Asser, quod *beatum* significat. De priori dixit Lia, *feliciter,* de posteriori : *Hoc pro beatitudine meâ; beatam quippe me dicent mulieres.*

Sed effudi animam meam in conspectu Domini. Anima, hebraicè *nephes,* multa significat. Primùm desiderium, et hâc ratione effudit Anna animam suam, quia quidquid habebat in votis, Domino proposuit, quod cùm ex animo prodiret graviter affecto, externam etiam faciem variè commovit, et multipliciter finxit. Quia verò oratio desiderii est quidam nuntius et in-

dex, fit per metonymiam, ut anima sumatur pro oratione. Psal. 87, v. 15, ubi Vulgatus : *Ut quid, Domine, repellis orationem meam?* hebraicè est, *naphsi*.

Abulensis quamdam hîc explicationem adducit, opportunam quidem ad mores; minùs tamen, ut opinor, ad litteram. Quid enim fecerit, aut orârit, significavit ipsa priùs non obscurè, cùm votum emisit, et eripi sibi petiit sterilitatis opprobrium. Sumit enim hìc *animam* pro irâ, et *effundere animam* idem esse putat, quod conceptum animo virus acerbitatis evomere. Illum autem furorem conceptum in æmulam maluit coram Deo, quàm coram adversariâ sibi feminâ profundere, ne illi noceret amaro spiritu, et voce magis acri ac liberâ quàm deceret, et jurgia suscitaret, turbaretque domum, cujus paci consulere debuit prudens materfamiliâs. Quod documentum sanè optimum est, cùm fervet ira, neque homo satis est compos suî. Tunc enim satius est furorem suum, et quid meditetur, quò rapiat præceps animi impetus, Deo proponere; et maximè eo articulo, ubi effervescente irâ nullum à seipso homo sanum potest sperare consilium, quàm in hostem evomere, quod lacessitus, et amarus cogitat, aut optat spiritus. Ex quo id consequitur homo, quem spiritus ille violentus exagitat; ut, evacuato animo coram Deo, nihil habeat in pectore veneni, quod in hostem effundat; et ut emisso non suo tempore furoris aculeo, cum ipso pariter animam amittat. Quod accidere apibus, dùm aculeum exerunt, et aliis infigunt, tradit Plinius lib. 11, cap. 18, et Seneca lib. 1 de Clementiâ cap. 19 : « Utinam, inquit, eadem homini lex esset, quæ « apibus, et ira cum telo frangeretur, nec sæpiùs liceret nocere, quàm semel; facilè enim « lassaretur furor, si per se sibi satisfaceret, « et mortis periculo si vim suam effunderet. » Non possunt autem, ut ait Aristoteles, aculeum infigere, nisi cum illo ipsa quoque viscera elidant et effundant.

Sed adde tu juxta hanc Abulensis cogitationem, effundendam esse animam coram Christo crucifixo, maximè cùm pro iis, à quibus actus erat in crucem, Parentem oravit; tunc enim nisi mentem prorsùs abjecisti, nihil tibi furoris erit reliquum, quod in hostem effundas. Ex Dei conspectu, ubi animam suam effuderat Anna, vox illa primùm erupit, quæ Dominum suum illum appellat, à quo fuerat tam gravi exagitata convicio; cùm non solùm, quod optimè supra Chrysostomus notavit, non invenerit injuriarum levamentum aliquod, sed graviorem ibi contumeliam acceperit. Est enim gravius à summo sacerdote et judice violentam, quàm à muliere sibi non æquâ infœcundam vocari. « Hìc, inquit, licet hujus mulieris « philosophiam perspicere; domi exprobrabat « æmula, venit in templum, et sacerdotis puer « afficit illam contumeliâ, et increpat ipse sa- « cerdos. Effugerat domesticam tempestatem; « venit in portum, et rursùs invenit undas; « venit acceptura medicamentum, et vulnus « exasperatum est. » Sed in illâ tam gravi contumeliâ sacerdotem *dominum* appellat, et postquàm illi sacerdos os occlusit, illius obsecuta est imperio, ab oratione destitit, et excessit è templo.

Vers. 16. — Ne reputes ancillam tuam quasi unam de filiabus Belial (1). *Belial* idem valet quod sine jugo; jugum autem pro lege vel imperio sumi res est valdè nota; unde servo dicitur jugum imponi, et ille dicitur jugum excutere, qui imperium detrectat, et qui suo potiùs vult arbitratu, quàm alieno vivere. Quare ille dicitur *filius*, aut *filia Belial*, qui legem abjecit et pudorem, qui aliquibus est pro lege, quique nolentes interdùm in officio continet. Talis est, qui neque Deum timet, neque homines reveretur, qui lascivientis naturæ motibus servit, qui vino immoderatiùs indulget, qui sibimetipsi imperavit nullam habendam esse rationem honestatis, quò voluptates, aut commoda, quæ captat, assequatur. De hoc est illud Jeremiæ cap. 2, v. 25 : *A seculo confregisti jugum, rupisti vincula, et dixisti : Non serviam* (2).

Vers. 17. — Tunc Heli ait : Vade in pace. Ebrietas modestiæ est et rationi contraria, quare in ebriis nihil sani est, nihil ingenui, nihil quod sit cum officio pudoreque conjunctum. Quocirca cùm Anna, licet verbis lacessita, quæ illius pudorem et ingenium non illiberale non decerent, responderet tamen modestè, neque contra quàm pontificia dignitas exigebat, facilè sibi persuasit pontifex, satis

(1) Septuaginta ad litteram : *Feminam pestilentem*. Hebræus : *Ne dederis ancillam tuam ad facies filiæ Belial;* ne me compares, neve misceas cum filiabus Belial. Postrema hæc vox propriè sonat quidquid nihili est, inutile, vel etiam perniciosum. Græci reddunt interdùm *stultum, hebetem;* interdùm verò *perniciosum, pestilentem, impium*. (Calmet.)

(2) Ex multitudine doloris et moeroris. Hebr. : *Ex multitudine meditationis meæ et indignationis meæ*. Sensa, quibus animus meus opprimitur, ac dolorem, quo angor, coram Domino effundo. (Calmet.)

Annam sobriam esse, et feminei pudoris non immemorem. Ita ferè Gregorius in hunc locum, et Chrysostomus, Homiliâ sæpiùs citatâ. Quare qui accusator antea fuerat, jam se patronum profitetur; cui, usitatâ Hebræorum formâ, et benè precatur, et à se cum bonâ gratiâ dimittit. Cùm autem apud Hebræos pax bonorum omnium cumulum significet, cum pace illum, cui benè cupimus, excipimus, aut aggredimur, dicendo : *Pax tibi,* aut cum pace dimittimus, cùm illi precamur fausta, et votis prosequimur abeuntem cum hâc amicâ precatione : *Vade in pace.* Exempla sunt obvia (1).

Vers. 18. — Utinam inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Locus iste variè à variis exponitur; sed duas tantùm explicationes adducam. Altera est Theodoreti, Abulensis, Hugonis, Vatabli, Dionysii, Cajetani, et penè communis. Orârat proximè sacerdos pro Annâ, cùm dixit : *Deus Israel det tibi petitionem tuam.* Quam vocem excepit Anna læta, et cum gratiarum actione; et cùm multa, ut par erat, peteret in oratione pontificis, optat et orat illum, ut suî in familiari precatione meminerit. Utinam, inquit, abs te hanc ineam gratiam, ut meam gratiam tuis precibus commendatam esse velis. Aliter Chrysostomus, qui hoc esse putat Annæ desiderium, ut ex eventu sacerdos intelligat, illam oris mutationem non tam ex ebrietate quàm ex animi angore, et prolis casto desiderio provenisse. Ebriorum enim irrationales et vacuæ à sanâ mente preces exitum felicem obtinere non solent. Sic autem eo loco Chrysostomus : « *Inveniat ancilla tua gratiam* « *in oculis tuis,* id est, utinam è fine, rerum- « que exitu discas, quòd hanc obsecrationem « deprecationemque fecerim, non ex vinolen- « tiâ, sed ex angore. »

Vultusque illius non sunt amplius in diversa mutati (1). Pro affectuum varietate multiplici, multiplex esse solet vultûs mutatio. Cùm Anna, ut est verisimile, adversùs Phenennæ injurias succenseret, illius vultus aut inflammabat furor, aut distorquebat dolor; deinde cùm in se sterilitatis vitium agnosceret, demittebat vultum; quod faciunt illi, quos ignominiæ pudet. At ex illâ oratione sic prodiit affecta, ut illam neque æmulæ, aut domesticorum injuriæ ita commoverent, ut furoris in facie signum ostenderet; neque dolor et pudor ex prolis desiderio conceptus vultus demitteret. Egressa quippe fuit è tabernaculo spei plena, et animo ad omnia perferenda alacri ac prompto; qui orationis fructus aut præcipuus est, aut inter præcipuos numeratur. Atque ideò quæ amaro priùs animo ad oblatas epulas nauseabat, aut certè illas præfractè respuebat, jam ultrò poscit. Denique quod in morosis ingeniis detestamur, non alios, atque alios in singulas horas vultus assumpsit, neque labiorum ille motus, qui videri fanaticus poterat, usquàm apparuit (2).

(1) Comme nous voyons dans cette sainte femme une image de ce que doivent faire les âmes humbles à l'égard des pasteurs qui les traiteraient d'une manière moins favorable; nous voyons aussi dans Héli la manière dont les ministres de Jésus-Christ doivent se rendre à la vérité lorsqu'ils ont reconnu qu'ils s'étaient mépris dans leurs pensées, et que les apparences les avaient trompés. Il paraît par la suite de ce livre que ce grand pontife craignait Dieu, quoiqu'il fût faible en certaines choses. C'est pourquoi aussitôt que cette sainte lui eut rendu raison de sa conduite, qui lui avait déplu d'abord, il la crut sans peine; il prit pour une marque et pour un effet de sa piété, ce qui lui avait paru un déréglement; et il joignit ses prières aux siennes pour obtenir de Dieu l'accomplissement de ses désirs.

Il peut arriver quelquefois que l'on se prévienne d'une telle sorte contre les personnes innocentes, non par une seule méprise, mais par une préoccupation toute volontaire; que l'on se trouve, sans que l'on y pense, dans la disposition où étaient autrefois les païens, qui ne voulaient plus rien entendre qui pût justifier les premiers chrétiens selon que Tertullien dit excellemment, de peur d'être moins libres à condamner ceux qu'ils étaient résolus de haïr toujours.

Mais les vrais pontifes de Jésus-Christ sont dans une disposition toute contraire. Ils n'ont point de peine à se détromper lorsqu'on peut leur faire connaître la vertu de ceux dont ils avaient eu d'abord une opinion moins avantageuse, et ils se plaisent ensuite à leur témoigner avec une effusion d'autant plus grande leur charité paternelle, qu'elle avait été auparavant suspendue par la fausse idée qu'on leur avait donnée d'eux; car ils se souviennent sans cesse que comme ils sont sur la terre les juges des hommes, ils ont un Dieu dans le ciel qui les doit juger, et ils sont persuadés que le plus grand malheur qui puisse leur arriver est que leur autorité devienne redoutable à la vertu et au mérite, au lieu qu'elle en doit être le plus fidèle appui. (Sacy.)

(1) Vultus illius non sunt amplius in diversa mutati. Hebræus : *Facies ejus non fuerunt ultra ei;* seu non mœsto et dejecto vultu, uti priùs, sese prodidit. Septuaginta : *Facies ejus non concidit ultra;* non ultra exhibuit tetram illam et squalidam oris imaginem. Utitur Scriptura hâc phrasi : *Cur concidit facies tua?* agens de Caïno malâ animi æmulatione in Abelem irritato. Interpretes quidam textum originalem reddunt : *Iram deposuit;* ab iracundiâ in Phenennam convaluit. Apud Hebræum facies usurpatur sæpè pro irâ : *Vultus Domini super facientes mala.* (Calmet.)

(2) Symbolicè, Rupertus et S. Gregorius (l. 33 Mor. 21) : « Anna non mutavit vultum,

Vers. 9. — Cognovit autem Elcana Annam uxorem suam. Modestè Scriptura exprimit conjugalem operam, quod facit sæpè in explicandis illis quæ propriis notata vocabulis, pudicis auribus aliquid objicerent tetrum et obscœnum.

Et recordatus est ejus Dominus. Loquitur Scriptura juxta hominum morem, qui tunc aliquem oblitum esse putant, cùm nullum apparet memoris animi signum, aut officium. Qualis juxta hominum sensum videri poterat Deus, cùm post tot annos non abstulisset ab Annâ sterilitatis opprobrium. Dicitur autem in præsentiâ recordatus, quia tunc primùm ex congressu maritali concepit. Illud autem, *ejus*, ad Annam referendum est, non ad Elcanam, quia affixum pronomen generis est feminei. Hìc porrò Theodoretus duo in hâc Annæ conceptione considerat: alterum est, hoc opus esse Dei; alterum, plurimùm ad rem conjugalem prolisque successum pontificiam benedictionem conferre. Ex quo maximè apparet benedictionum nuptialium, quibus Ecclesia novos « quia oculos mentis semel per orationem in « Deo defixos ab eo deinceps non avertit, sed « constanter in eo tenuit et in oratione per- « stitit, ut semper Deum haberet in mente. » (Corn. à Lap.).

Nous avons vu d'abord que lorsque Phénenna insultait à Anne, en lui reprochant que Dieu l'avait rendue stérile, elle se mettait à pleurer, et ne mangeait point; et qu'Elcana, dont elle était particulièrement aimée, avait besoin de la consoler. Mais le Saint-Esprit marque expressément, qu'après cette prière si humble et si ardente dans laquelle elle répandit son âme devant Dieu, elle ne fut plus sujette à ces impressions de tristesse et de trouble qui avaient paru auparavant sur son visage.

C'est ainsi que les âmes qui ont une piété sincère, avancent peu-à-peu dans la voie de Dieu. Elles peuvent être sujettes d'abord à quelques faiblesses. Elles sont touchées des jugements moins avantageux que l'ont fait d'elles, et l'impression que ce traitement fait dans leur cœur trouble leur paix, et paraît même souvent au dehors. Mais si elles se servent de cette affliction, comme cette sainte femme, pour avoir recours à Dieu avec plus d'instance; et si elles s'appuient d'autant plus sur son secours, qu'elles en ont moins de la part des hommes, non-seulement Dieu essuiera leurs larmes et leur adoucira l'amertume de leur cœur, mais il les fortifiera même d'une telle sorte, que leur âme demeurera comme inébranlable, et se conservera toujours dans la même assiette parmi les diverses agitations de cette vie. (Sacy.)

Ces détails, dit Volney, (*Histoire de Samuël*) *sont de nature à faire supposer que quelqu'un aurait tenu procès-verbal de la conversation d'Héli et d'Anne.*

Quid porrò mirum scriptorem à Deo inspiratum vel minima scire eorum quæ acta sunt? conjuges de more prosequitur, vis et commendatio. « Agricolæ, inquit, est proprium « semina dejicere, Dei autem dejecta perfi- « cere. Ita matrimonii quidem est propria « conjunctio : Dei autem est proprium annuere « naturæ, ut effingat et formet animal. Hoc « cùm apertè sciret Anna (nam cùm longo « tempore cum viro habitâsset, fructum non « produxit) confugit ad opificem, et intensâ « oratione et lacrymis mutilatam curavit ma- « tricem, et clausam aperuit. » Et paulò post : « Pontificalem assecùta est benedictionem. « Audivit enim : *Vade in pace; Dominus Deus « Israel det tibi omnem petitionem tuam, quam « ab ipso petiisti.* Cum tantâ autem fide audiit « benedictionem, ut omnem abjecerit tristi- « tiam, et cum fiduciâ ad virum accesserit, « et conceperit » (1).

Vers. 20. — Et factum est post circulum dierum, concepit Anna, et peperit filium. Quidam primo concubitu concepisse putant Annam; alii post aliquod tempus, de quo non constat, cùm *dierum circulum* audiamus, non numerum. Et hoc postremum tenent interpretum plerique. Docet hoc loco Abulensis, Annam non statim à reditu post conjugale commercium gravidatam esse; sed aliquot post diebus, postquàm dari cœpit opera rei maritali. *Neque enim Deus*, inquit, *quanquàm illius annuisset precibus, conceptionis tempus definivit, sicut fecit Saræ*, Genes. cap. 18, de quâ dictum est ab angelis Abrahæ : *Juxta condictum revertar hoc eodem tempore vitâ comite ad te, et habebit filium Sara.* Et l. 4 Reg. cap. 4, eadem penè verba audivit ab Elisæo Sunamitis, quæ benignum prophetæ præbuerat hospitium.

Ego ad primum concubitum arbitror in Annæ vulvâ conceptum fuisse nobilem illum

(1) L'auteur de l'*Esprit du Judaïsme* n'a pas rougi d'insinuer que Samuël était un enfant adultérin du grand-prêtre Héli : « Anne sa « mère, dit-il, affligée de n'avoir point d'enfant « d'Elcana son mari, s'adresse au grand-prê- « tre Héli..... Elle met au monde un fils « qu'elle nomme Samuël; le grand-prêtre vou- « lut bien se charger de son éducation; il « sembla prendre l'intérêt le plus tendre à cet « enfant obtenu par ses soins. » Jamais soupçon n'a été plus téméraire; il est pleinement réfuté par l'histoire. Héli était âgé pour lors de plus de quatre-vingt-dix ans, cassé de vieillesse, réduit à demeurer sur une chaise à l'entrée du tabernacle. Anne affligée, ne s'adresse point à lui, mais à Dieu. Héli étonné de sa longue prière croit qu'elle a pris du vin par excès, et le lui reproche : lorsqu'elle lui a dit le sujet de son affliction et de ses vœux, il lui répond simplement : Que le Seigneur vous accorde votre demande. (Duclot.)

fœtum; neque enim credo orationis tam inflammatæ atque anxiæ dilatum esse fructum. Neque modus ille loquendi huic cogitationi quidquam incommodat : *circulus* enim *dierum* non significat, ut apparet, necessariò aliquos dies à primo congressu fuisse transactos; sed præteriisse legitimum aliquod tempus, intra quod rei uxoriæ operam dari, aut lex, aut consuetudo non permitteret. Quale fortassè fuit, quod proximè ab adito tabernaculo, seu immolatis victimis consecutum est. Fuisse autem aliquot dies positos in Silo, in quibus orationi tam ab Annâ, quàm ab illius conjuge vacatum est, mihi difficile non est; eo verò tempore quis dubitat à conjugali congressu fuisse cessatum? Sanè Paulus 1 Cor. 7, v. 5, abstinendum monet ab usu matrimonii orationis tempore : *Nolite fraudare invicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi.* Quare ex quo tempore egressi sunt domo duo illi conjuges religiosi ac pii, donec eòdem sunt reversi, abstinuerunt omninò ab usu conjugali; quod circulus dierum, id est, legitimus numerus vocari potuit. Eo verò transacto circulo, qui ex profectione, ac reditu, et morâ, quæ posita est in tabernaculo, constat, ad primum, ut opinor, concubitum concepit Anna. Et hoc mihi certius est. Nisi mavis tunc dictam esse concepisse, cùm conceptionis aliquod signum deprehensum est; qualia multa natura ipsa præbet, et ipsæ nôrunt fœtæ. Ex usu porrò Scripturæ, ut sæpiùs à nobis observatum est, tunc aliquid fieri dicitur, quando factum esse cognoscitur. Id verò docet exemplum omninò simile 2 Reg. c. 19, v. 5. Rediit domum Bersabee concepto fœtu, quod ipsa, cùm è domo regiâ discessit, ignorabat; post verò se ex certo signo concepisse cognovit; idque Davidi renuntiari jussit; idque eo modo, quasi tunc primùm ab illo concepisset : *Reversa est in domum suam concepto fœtu; mittensque nuntiavit David, et ait : Concepi.* Quod si ita est, minùs habet difficultatis nostra sententia; circulus enim dierum ille est, quem in formando atque edendo fœtu natura desiderat; nempe quadraginta dies, donec formetur in utero puer, et cesset menstruus sanguis; et novem menses ad partum. De quo numero consulendi sunt medici, qui non eodem omnes modo quæstionem definiunt. Nobis satis est nôsse à concubitu, et receptione seminis ad conceptionis cognitionem esse dierum circulum à naturâ descriptum, id est, legitimum numerum, et alium etiam circulum ad partum, qui novem absolvitur mensibus. Quare sensus est : Post circulum dierum à naturâ definitum cognovit Anna se concepisse, quia videlicet formato jam fœtu desière menstrua; aut quia visus est in utero moveri fœtus. Et post dierum circulum, novem peractis mensibus, enixa est. Hæc mihi explicatio difficilis non est; in priorem tamen pronior est animus.

Vocavitque nomen ejus Samuel. Nomina in Scripturâ, ut plerùmque aliquid significant, sic etiam certam habere solent, et accommodatam illi, cui nomen illud imponitur, notationem. Sic Jacobo à luctâ, Isaaco à risu, et aliis aliis de causis inditum nomen. Quia verò Samuel postulatus est à Deo, ideò conveniens illi datum est nomen, ut scriptor sacer confestim exposuit. Sed si rationem nominis exactè consideres, Samuel non propriè significat *postulatum à Deo*, cùm à verbo *Saal*, à quo derivatum indicat sacer textus, in Samuelis nomine unum tantùm elementum appareat. Sed reverà *Samuelis* nomen filium illum à Deo fuisse datum, et quasi à Deo parente generatum significat; quia filius orationis fuit, quæ magis Annam sterilem antea, quàm Elcanæ maritalis opera fœcundam reddidit : atque ideò Samuel non tam Elcanam, quàm Deum appellare potuit parentem. *Postulatum* autem *à Deo*, idem est hoc loco, quòd concessum à Deo, eâ figurâ, quâ antecedens pro consequenti ponitur, petitio videlicet pro concessione.

Cùm igitur hoc ipsum vellet Anna in sui filii nomine omnibus esse notum, ut quoties Samuelis nomen audiret, divinum in illo beneficium agnosceret, quasi Deus illius pueri genitor foret, nomen imposuit, quod Dei esse filium, aut à Deo datum suâ notatione portenderet. Significat ergo *Samuel*, ut exponit Hieronymus de Locis hebraicis in lib. 1 Reg. 1, *nomen ejus Deus*. Quod item affirmant plures alii, Gregorius, Angelomus, Glossa interlinearis, Pagninus, Rabanus. Alii, *positus à Deo*, vel *dedit illum Deus*. Lyra in lib. Differentiarum, *nomen ejus à Deo*. Quare non tam etymon nominis, quàm rationem cur tale nomen puer habuerit, reddidit Anna. Neque enim Samuel dictus est à *saal*, quod *postulare* sonat; sed vel à *sem*, quod est *nomen*, et אל *Deus*; quasi nomen habeat Dei, vel à Deo fuerit nominatus. Vel à verbo *sam*, id est, *pono*; quod verius puto, quia illum posuit in rerum naturâ, et quasi genuit Deus, cùm fœcundam reddidit Annæ vulvam, cui ad generandum natura vim fœcunditatis abstulerat. Vel *nomen ejus à Deo*, quia Deus illi

nomen imposuit, quod filiis parentes ex antiquâ gentium consuetudine communiter imponunt. Hoc ergo nomen filio, quem à Deo mater postulârat, quemque Deus maternis precibus et voto concesserat, accommodatum esse existimavit, ut oblatum beneficium nunquàm excideret è gratâ memoriâ; et Samuel quoties suum audiret nomen, debere se Deo recordaretur, quòd esset et viveret, et libentiùs Nazaræi statûs molestias sustineret.

Vers. 21. — Ut immolaret Domino hostiam solemnem, et votum suum. Ascendit, opinor, Elcana exacto anno, postquàm contigerunt quæ nunc à nobis exposita sunt. Quòd si superiora illa in ultimâ trium solemnitatum contigêre (nam tribus solemnitatibus cum totâ familiâ ascendere solitum ad tabernaculum Elcanam statim in principio capitis audivimus), ante expletum annum natus est Samuel. Et quidem quando profectionem moliebatur Elcana, jam Anna lactabat infantem, et sic erat à puerperii languore confirmata, ut ipsa quoque proficisci potuerit; alioquin non petiisset à viro facultatem remanendi domi. Dixit enim : *Non vadam, donec ablactetur infans.* Ex quo apparet illud esse verum, quod ante conjectabamus, peracto peregrinationis circulo, ad primum concubitum conceptum esse Samuelem.

Ascendit Elcana ut hostias immolaret solemnes, quia certis anni diebus immolantur, sive ex lege, sive ex consuetudine. Atque ideò textus Hebraicus habet *hostiam dierum;* qualis nimirùm statutis à lege diebus immolari solet. Ad quam homines religiosi ac pii aliquid conferunt, ut suis sumptibus aut rem sacram promoveant, aut templum collatâ pecuniâ, aut oblatis victimis liberent ab impendio. Habebat præterea Elcana votum; quâ de re conceptum, non constat, veri tamen simile est, commune cum Annâ votum nuncupâsse; nempe si ex illâ prolem suscepisset, allaturum se ad tabernaculum donum aliquod, aut victimam ex earum numero, quæ in sacrificiis pacificis numerantur.

Vers. 22. — Donec ablactetur infans (1).

(1) Anna hìc videtur non servâsse legem purificationis puerperæ, implendam 40 die à partu (Levit. 12), quando parentes primogenitum offerebant Deo et redimebant quinque siclis (Exod. 13). Respondet Abulens. (q. 27 et seq.) Levitas (qualis erat Anna et Elcana) hâc lege non fuisse obligatos, eò quòd ipsi jam Deo erant dicati et consecrati, ac quòd in ipsorum utilitatem sacrificia illa purificationis cederent; unde primogenitos suos non redimebant quinque siclis, nec hostias cæteris præscriptas offerebant. (*Corn. à Lap.*)

Triennio plerùmque apud Hebræos lactabatur infans, ut indicat mater illa, quæ lib. 2 Machab. cap. 7, sic est moriturum pro patriâ religione filium allocuta : *Te in utero novem mensibus portavi, et lac triennio dedi.* Videtur autem ex illius regionis consuetudine locuta, in quâ ad tertium usque annum lactatio producitur; sicut etiam novem mensium meminit, quibus fœtus in utero materno gestatur. Illud verò tempus lactandis pueris idoneum esse docet ex Galeno Valesius cap. 83 sacræ Philosophiæ. Tantùm verò temporis lactandis infantibus definitur, de Conversione conjugat. tit. 33, cap. 2, ubi præcipitur, uti post triennium ab infideli matre eripiatur filius, et fidelis patris curæ commendetur.

Cùm autem ætas hæc infantilis mollis videretur et tenera, neque à matris sinu, atque complexu separanda, quidam metaphoricas quasdam ablactationes excogitârunt. Ablactatio propria est, quæ à nutricis uberibus infantem depellit, quæ exacto triennio fit : alia, quæ anno septimo jam adultum infantem à pædagogo liberat : alia quæ, cùm ad decimum, vel duodecimum annum ventum est, tutorem à puero removet. De his vide Lyram, Hugonem, Historiam scholasticam. Dicunt igitur hi nullum hìc esse sermonem de triennali, id est, de propriâ ablactatione, quia durum videbatur ætatem illam infantilem et teneram à matris indulgentiâ depellere; et puer tùnc tantulus molestiæ plus esset sacerdoti, quàm usui. Verùmtamen alii, et meo judicio verè, triennalem puerum oblatum esse putant, neque ab eo tempore ad paternam domum, aut maternum complexum rediisse.

Et quidem ubi nihil occurrit absurdi, maximè in historiâ, significatio propria deserenda non est. Neque ablactationis nomen (quod ego viderim) ad illum usum, quem alii excogitârunt, unquàm est auditum. Hoc non obscurè docet textus ipse; nam quæ hìc vocatur *ablactatio*, vers. 23, *remotio* dicitur *à lacte. Mansit ergo mulier, et lactavit filium donec amoveret eum à lacte.* Hæc autem omnia ab Annâ fiunt, non ab Elcanâ; eadem enim quæ lactavit, ablactâsse dicitur infantem : at aliæ ablactationes metaphoricæ paternæ sunt, non maternæ sedulitatis et operæ. Et v. 24, puer cùm offerretur in domo Domini, *infantulus* dicitur, quæ vox tenerrimam illam ætatem sonat. Hujus sententiæ sunt Chrysostomus, tom. 1, Hom. 3, de fide Annæ, paulò ante medium : « Adduxit « ac reliquit (Anna Samuelem), nec puer à

« mammâ divulsus molestè tulit, cùm sciatis « quàm soleant indignari pueri, quoties à lacte « depelluntur. » Et non longè post : « Prima « statim pueritia à mammâ matris venit ad « mammam spiritualem. » Theodoretus q. 5 secutus Septuaginta, hoc ipsum fatetur. Nam cùm Septuaginta, ubi Vulgatus legit v. 24, *in vitulis tribus,* ipsi habent, *in vitulo trienni : Cùm primùm,* inquit, *ablactâsset, obtulit eum Deo, et cum eo vitulum ei tempore æqualem ;* trimum videlicet, quia trimus etiam vitulus erat. Idem tenent Dionysius et Serarius, et indicat Abulensis ad illud : *Puer autem adhuc erat infantulus.* Ubi docet, oblatum esse puerum, ut primùm ablactatus est, cùm nondùm duos annos et dimidium implêsset.

Quod verò alios adduxit, ut ablactationes excogitarent metaphoricas, non admodùm premit hanc sententiam. Nam cùm alii, ut est verisimile, non pauci ab infantiâ forent consecrati (nec enim hoc Anna sine exemplo videtur fecisse), cautum erat à sacerdotibus, ut aliqui essent in tabernaculo, qui teneram illam ætatem epulis alerent opportunis, et de illorum tam valetudine, quàm educatione, atque institutione curarent. Sanè difficilius erat puellam trimulam, quàm trimulum puerum, ab ubere materno tunc primùm avulsam, à matris sinu, atque indulgentiâ distrahere. Atqui hoc accidisse B. Virgini, et pluribus aliis, ut est non improbabile, docent communiter antiqui Patres. Evodius Epist. ad Antiochenos, Nicephorus lib. 2, c. 3, et l. 1, c. 7 ; Germanus archiepiscopus Constantinopolitanus, Georgius Cedrenus in Compendio histor.; Hieronymus in Histor. de Ortu Virginis. *Cùm trium annorum*, inquit, *circulus volveretur, et ablactationis tempus completum esset, ad templum Domini Virginem cum oblationibus adduxerunt.* Vide Canisium l. 1 Marial. c. 12, et Christophorum Castrum in Historiâ Deiparæ c. 3, ubi hâc de re pluribus.

Vers. 23. — Precorque, ut impleat Dominus verbum suum. Non apparet quodnam sit illud verbum, aut illa Dei promissio, quam nunc optat Elcana impleri à Deo. Nam si Deus Annæ filium promisit, cùm oraret in tabernaculo, et coram Domino spiritum effunderet, aut certè per sacerdotem summum, cùm dixit : *Vade in pace, et Deus Israel det tibi petitionem tuam,* jam illud Deus orto Samuele compleverat. Quare non apparet, quò spectet Elcanæ votum et oratio. Hebræi, ut referunt hoc loco Abulensis et Lyra, ut aliquid dicant, ut solent, ad popularem plausum, aliquid hic somniant cerebro suo non indignum. Dicunt enim auditam aliquando vocem in Silo, quæ diceret, nasciturum esse puerum Samuelem nomine, qui populum à tyrannico Palæstinorum dominatu, seu assiduâ incursatione liberaret. Quare cùm hanc suæ familiæ laudem omnes expeterent, si quis nasceretur filius, Samuelis illi nomen imponebant; sed rei eventus apertè demonstrabat, de alio Samuele illum esse sermonem. Cùm autem Anna eodem, quo aliæ, consilio datum à Deo infantem Samuelem vocâsset, cui nomini grandia priùs à Domino forent promissa, optat precaturque Elcana, ut in suo Samuele Deus promissionem illam impleat, quam ante illud tempus nemo consecutus fuerat. Hæc Hebræi ; quorum commentum optimè impugnant Abulensis et Lyra. Nec enim Anna ideò Samuelis nomen indidit filio, quia magnum aliquid huic nomini promissum audierat, sed quia à Domino priùs illud postulâsset.

Ego in *verbo* nullum intelligo promissum, sed tantùm opus. Nôrunt autem qui sunt in sanctâ linguâ versati mediocriter, nomen *dabar,* latinè *verbum,* tam latè patere, quàm latè patet *res.* Quare *videre, cognoscere,* aut *facere verbum,* idem est, quod *facere,* aut *videre rem.* Ab exemplis abstineo, quia nusquàm non occurrunt. Verbum igitur hoc loco erit, Samuelem à Domino fuisse concessum. Quod opus non videretur esse completum, si puer in ætate adhuc infantili decederet; quia neque satis esset factum Annæ desiderio, si ex utero transferretur ad tumulum ; neque voto, quo filium sacro ministerio in perpetuum addixerat. Precatur ergo Elcana, ut Deus verbum, id est, opus suum impleat ; id est, ut opus, quod tunc videbatur inchoatum, absolveret, et infantem servaret incolumem, donec in virile robur, aut in senilem maturitatem adolesceret. Non longè hinc abit Abulensis, qui putat sub eâ conditione à Deo datum esse filium, ut templo ministraret, quia id Anna, dùm oraret promiserat. Quod opus perfectè adimpleri non poterat, nisi diuturna vita Samueli contingeret.

Multa hic aliqui omissa fuisse putant ab Annâ, quæ tamen præscriberet Judæorum religio. Ut quòd in statuto die templum non obierit, quando Elcanam tota familia comitata est; quòd filium non præsentaverit in templo, cùm esset primogenitus : quòd denique purificationis legem non impleverit. Solutiones alias alii afferunt ;

de quibus vide Abulensem à q. 27. Ego, quod ad primam quæstionem attinet, dico nihil admisisse, aut omisisse contra legem Annam, quia lex illa masculos tantùm ad templum, seu tabernaculum vocabat. Exod. 34: *Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Dei Israel.* Idem Deuter. cap. 16, v. 16. Quod ad præsentationem pueri, matrisque purificationem attinet, non video cur quis hoc loco dubitare debeat. Tantùm hìc negatur cum Elcanâ uxorem Annam ascendisse, sed ascensus iste sine dubio fuit in aliquâ illarum trium solemnitatum; in quibus masculorum fiebat ex lege in tabernaculum generale comitium; neque enim erat cur alio tempore ascendere Elcana cum totâ familiâ debuerit. Tunc verò temporis non tenebatur Anna cum aliis adire tabernaculum, nisi fortè dicamus, quadragesimum à partu diem in solemnem illum diem incurrisse, quod non credo.

Puto igitur ante hoc tempus, quadragesimo à partu die, sicut alias feminas, obiisse Annam tabernaculum, et duas præsentationis ac purificationis leges implevisse; deinde rediisse domum, ut postquàm à lacte depulisset infantem, iterùm rediret, illo ad sacrum altaris ministerium in tabernaculo relicto. Neque huic cogitationi incommodat, quòd neque purificationem matris, neque filii præsentationem in sacris monumentis habeamus; tum quia non omnia quæ contigerunt, sacra prodit historia; tum deinde, quia, quæ communia sunt omnibus, neque aliquid peculiare continent, quod notari debeat, mandari non solent monumentis.

Vers. 24.—In vitulis tribus, et tribus modiis farinæ, et amphora vini. Non invenio legem ullam, quæ cum tribus vitulis totidemque farinæ modiis, et vini amphorâ, deduci ad tabernaculum puerum jubeat, cùm consecratur Domino, et nuncupat, aut solvit Nazaræi votum. Quare existimo hostiam illam et libamenta, quæ obtulit Anna ablactato puero, fuisse non consecratoriam, ut ita dicam, sed pacificam, in gratiarum actionem, quòd filium à Domini clementi ac liberali manu recepisset. Hostia verò pacifica, ut habes Num. cap. 15, erat è bobus, sive ovibus, cui farina admiscebatur et vinum; quæ omnia attulit gratâ ac liberali manu Samuelis mater. Ex tribus autem vitulis unus tantùm immolatus est, ut statim dicitur v. 25; duos autem alios aut dedit sacerdoti, cui filium commendavit, aut pro statis atque solemnibus victimis reliquit in templo. Tres autem attulit farinæ modios, et vini amphoram pro illo tantùm vitulo, qui immolatus est, quia duo alii aut dati erant dono sacerdoti, aut ad templi sumptus necessarios relicti. Pro singulis autem vitulis offerendum esse unum ephi, habemus Ezech. cap. 46, v. 7: *Ephi per vitulum, ephi quoque per arietem facient sacrificium.* Ephi verò tres habet modios. Quare Anna ad vitulum unum, quem immolari voluit, satis attulit pro libationibus farinæ. Ubi Vulgatus *tres modios,* Hebr. est *ephah;* quod Vulgatus apud Ezech. reddidit *Ephi.*

Hìc porrò observandum, aliter transtulisse Septuaginta, et pro *tribus vitulis,* reddidisse, *vitulum unum triennalem.* Et ita legit hìc Theodoretus q. 5, et Chrysostomus homil. 3 de fide Annæ, sed minùs, ut cuilibet promptum est videre, ad textum Hebraicum. Est tamen ad moralem sensum gravis illa Septuaginta translatio; nam vitulus ille triennis, triennis item pueri personam referebat, eodem natus est tempore, cum illo crevit; crevit tamen, ut cùm trimus esset, duceretur ad aram, et cultrum subiret; sic etiam crescebat Samuel, ut avulsus ab ubere victima fieret. Quia reverà qui Deo consecratur, qualis est religiosus et sacerdos, mortem subit; quia ut Deo in omnibus obtemperet, et Christum induat, necesse est, ut à se ipso deficiat, exuatque veterem hominem; quod qui facit, ille seipsum immolat. Neque enim aliud est, quòd Christus monet abnegare se ipsum. Docuit hoc Theodoretus Septuaginta translationem secutus, qui sic de Annâ q. 5: *Cùm primùm ablactâsset, eum obtulit Deo* (1), *et cum eo vitulum ei tempore æqualem,*

(1) S. Hieronymus (ad Ruth): « Quid tam « pium quàm sanctæ matri sanctum filium « custodire? Anna Samuelem non sibi, sed ta- « bernaculo genuit. » S. August. (in Psalm. 98): « Natus Samuel fuit apud matrem tempore la- « ctis; mox ut eum ablactavit, dedit in templum « ut ibi cresceret, ibi roboraretur in spiritu, « ibi Deo serviret. » Hinc S. Gregorius Nazianz. (Orat. 40) exemplo Annæ docet matres debere suos filios ab infantiâ Deo consecrare. Audi S. Hieronymum (Epist. 7 ad Lætam de Institut. filiæ): « Samuel nutritus in templo, « Joannes in solitudine præparatus; ille sacro « crine venerabilis est, vinum et siceram non « bibit; adhuc parvulus cum Domino sermo- « cinatur. Hic fugit urbes: zonâ pelliceâ cin- « gitur, locustis alitur ac melle sylvestri, et in « typum pœnitentiæ prædicandæ tortuosissimi « animalis vestitur exuviis. Sic erudienda est « anima quæ futura est templum Dei. Nihil « aliud discat audire, nihil loqui, nisi quod « ad timorem Dei pertinet. Turpia verba non « intelligat, cantica mundi ignoret, adhuc te-

qui pro eo accepit mactationem et sacrificium. Neque est improbabile, vitulum illum aluisse domi, ut sæpiùs occursaret oculis et immolationis opus, et immolandi pueri familiaris effigies. Et sicut vitulum illum molliter educatum tanquàm alienum intuebatur, utpote altari ac templo destinatum, illumque quasi rem Deo sacram observabat, sic etiam filium, cujus in vitulo contemplabatur imaginem, tanquàm aliquid alienum, et Deo altarique devotum aspiciebat et venerabatur. Sic sanè homil. 3 de fide Annæ meditatur Chrysostomus: « Conspi-
« ciebat, inquit, infantem illum non tantùm
« ut infantem, verùm etiam ut rem Deo conse-
« cratam : eòque matri geminus amoris stimu-
« lus insitus est, alter à naturâ, alter à gratiâ.
« Ac meâ quidem sententiâ etiam reverebatur
« puerum suum. Etenim si qui phialas, pocu-
« lave aurea Deo dicaturi sunt, posteaquàm
« ea jam concepta acceperint, domique repo-
« suerint; nequaquàm ea tanquàm profana
« vasa intuentur, sed tanquàm Deo sacra;
« neque audent ea temerè, citraque causam
« attingere, quemadmodùm cætera. »

Illud hìc notare lubet antiquum fuisse morem, ut cùm puer primùm susceptus esset in lucem, aliquod statueretur illius diei ac puerperii monumentum; quod plerùmque fiebat depactâ arbore, quæ cum puero crescente ipsa quoque sensim adolesceret; in quâ sibi, si quando filius abesset domo, parentes filium haberent quodam modo præsentem, et suam solitudinem, et nati desiderium solarentur. Sic sanè docet Donatus, dùm Maronis describit vitam. « Virga, inquit, populea more re-
« gionis in puerperiis eodem statim loco de-
« pacta, ita brevi coaluit, ut multò ante satas
« populos adæquârit. » Eodem quo natus est die Marius, plantata creditur quercus; quæ ab illo Mariana vocata est, de quâ Cicero lib. 1 de Legibus.

Puer autem erat adhuc infantulus. Hebraicè, *naar naar,* quæ geminatio valdè pusillum atque tenellum infantem esse docet, qualis est trimus, qui jam incipit cibis uti pro lacte (1).

« nera lingua psalmis dulcibus imbuatur. » Et pluribus interjectis: « Nutriatur in monasterio,
« sit inter virginum choros: jurare non discat,
« mentiri sacrilegium putet, nesciat seculum,
« vivat angelicè, sit in carne sine carne, omne
« hominum genus sui simile putet. »

(*Corn. à Lap.*)

(1) V. 25. — Et immolaverunt vitulum, et obtulerunt puerum Heli. Audi S. Chrysostomum, Homil. 1 de Annâ, dubitantem an Annæ, an Samuelis virtutem magis mirari debeat.
« Cùm soleant, inquit, indignari pueri, quo-
« ties à lacte depelluntur; nec ipse puer ægrè
« tulit à matre divulsus, sed ad Dominum re-
« spexit, qui matrem creaverat, nec ipsa mater
« doluit à puero sejuncta, propterea quòd na-
« turalem affectum vicit interveniens gratia,
« et uterque se alteri convivere existimabat. »

(*Corn. à Lap.*)

Vers. 26.—Et ait Anna: Obsecro, mi Domine, vivit anima tua, ego sum. Illud *obsecro* interjectionis obtinet vim, sicut alia verba plurima, quòd attentionem excitat, et captat cum quâdam animi submissione; interponit autem jusjurandum, ut fidem apud Pontificem consequatur oratio. Est autem hæc apud Hebræos familiaris juramenti concipiendi forma: *Vivo ego, vivit anima mea, vivit anima tua.* Cujus sensus est: *Ita vivam, ita vivas;* aut, *ne vivam, si sciens fallo;* vel certè, *tam est hoc certum, quàm me vivere.* Porrò *anima mea*, idem est, quòd *ego; anima tua*, quòd *tu*, ex familiari Hebræorum idiomate.

Vers. 28. — Idcircò et ego commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus (1). Quia Deus donavit Annæ filium, id-

(1) Ad litteram: *Ego commodo Domino omnibus diebus, quibus fuerit ipse commodatus;* offero illum eâ oblatione, ut permittam Domino quamdiù ipsum retinere opportunum Deo videbitur. Cùm usum rei alicujus alteri quis permittit, tamdiù retinendum quamdiù accipienti placuerit, toto eo tempore abdicat à se jus utendi eâ re, cujus dominium in alterum remittit. Agnoscit Anna, habere se filium è manu Domini, atque acceptum restituit, quamdiù suis obsequiis illum retinere voluerit. Non toto quidem vitæ suæ tempore Samuel in tabernaculo fuit; ut enim ad munus judicis Israelis evectus fuit, sedem habuit in Ramatha. Deus simul illum judicem destinaverat, et simul pariter exemerat à servitute in tabernaculo per se exhibendâ.

Fateor ego tamen, hanc phrasim, *commodare Domino*, non satis, quantùm assequor, congruere matri Samuelis. Filium illa suum, antequàm nasceretur, devoverat, voto absoluto et perfecto, nullâ restitutionis conditione: cùm verò sermo est de voti fide implendâ, commodatò tantùm filius conceditur, quod retenti dominii et proprietatis indicium aliquod exhibet. Igitur textum Hebræum ita reddere maluerim, versiculo hoc cum præcedenti conjuncto: *Pro puero isto oravi Dominum, et dedit petitionem meam, quam postulavi eum;* v. 28. *Idcircò ego commodatum* tantùm *habeo.* Ipse est *Dominus cunctis diebus, quibus fuerit. Res est commodata, quæ Domini est.* Ultrò agnosco, rem esse Domini, non meam: juris est illius, mihi commodata; quare restitutum illam venio: depositum restituo. Summus sacerdos Heli sequenti capite his verbis Annæ respondens, ita affatur Elcanam: *Reddat tibi Dominus semen de muliere hâc pro fœnore* (pro petitione, quam illa habuit ad Dominum), *quod commodâsti Domino.*

circò illa lubens Deo reddit, ac donat in perpetuum; ita ut se non invitâ puer in templo serviat, quantùm ipsius vita, aut voluntas tulerit. Neque enim filii vota parentum, quæ

Dominus reddat tibi filium alterum pro eo quem Anna petiit, ut Domino consecraret.
(*Calmet.*)

Les mères chrétiennes ont dans la piété de cette femme un excellent modèle du soin qu'elles doivent avoir de leurs enfants. Elle ne désire d'être mère, qu'afin d'avoir un fils qui soit tout à Dieu. Elle le lui demande, pour le lui rendre après l'avoir reçu de lui. Rien n'est plus tendre que l'affection qu'elle a pour un fils si digne d'être aimé, et obtenu du ciel après tant de vœux. Et néanmoins elle se prive volontairement de la consolation de le voir, de peur que le commerce qu'il pourrait avoir avec tout ce qui tiendrait tant soit peu de la contagion du siècle, ne ternit en quelque sorte la pureté de son innocence. C'est pourquoi elle veut que, dès son enfance, la maison de Dieu soit la sienne : qu'il soit élevé parmi des personnes consacrées au ministère de son autel ; que la piété lui devienne comme naturelle ; que tout ce qu'il voit, et ce qu'il entend le conduise à Dieu, qu'il s'avance dans son amour à mesure qu'il croîtra en âge, et qu'il ne vive que pour le servir.

C'est là le modèle que les Saints ont proposé souvent pour ceux qui sont destinés à entrer dans le ministère et les dignités de l'Eglise. Ils ont voulu, comme il a été souvent prescrit par les saints Canons, que leur vertu fût fondée sur la grâce de leur innocence et de leur baptême, afin qu'ayant crû sans aucune interruption, durant plusieurs années, elle devînt assez forte pour porter un poids aussi grand qu'est celui du sacerdoce de J.-C., et de conduire des âmes qui sont le prix de son sang. Plût à Dieu que cette bienheureuse femme eût plus d'imitateurs dans ce siècle qui a tant d'avantages au-dessus du sien. Mais on peut dire qu'au sien cette sainte a suivi en ce point les règles évangéliques et apostoliques avant le temps de l'Evangile et des Apôtres, et qu'elle a été chrétienne, selon l'expression de saint Augustin, au milieu des Juifs. On voit aujourd'hui, au contraire, un grand nombre de pères et de mères qui, étant chrétiens de profession, se conduisent d'une manière tout à fait judaïque et toute terrestre à l'égard de leurs enfants. Après s'être mis fort peu en peine de leur procurer une éducation qui eût quelques rapports avec la renaissance divine qu'ils ont reçue, ils choisissent pour le monde et pour la satisfaction de leur vanité tout ce qu'ils ont de plus cher et de plus précieux parmi leurs enfants, et ils ne donnent à Dieu que ce qu'ils estiment le moins, et souvent même ce qu'ils regardent comme le rebut et la charge de leurs familles.

Il suffit d'avoir marqué en un mot un si grand désordre. Mais les pères et les mères qui ont été éclairés de Dieu pour s'acquitter de ce premier de tous les devoirs, doivent avoir une extrême consolation en considérant combien Dieu a béni la piété de cette mère si sainte, non seulement en lui donnant un grand nombre d'enfants pour ce fils unique qu'elle lui

personalia dicuntur, implere tenentur. Atque ideò prudens mater offert filium sacerdoti ac templo, ita ut sibi necessitatem imponat, nunquàm illum à templo revocandi; non tamen filio, ut si voluerit, cùm plenum habuerit rationis usum, aliter de se vitæque modo statuere possit. Ita videtur locus iste, quem alii variè accipiunt exponi posse : aliter enim otiosum videretur illud, *cunctis diebus, quibus fuerit commodatus.*

Notat hìc Chrysostomus, homil. 3 de fide Annæ, consecrato Samuele, et addicto templi ministerio, ipsam quoque matrem divino consecratam esse ministerio ; quæ ut à seipsâ abesse non poterat, sic etiam neque à filio, qui ubicumque esset, materna secum viscera trahebat. « Dùm talia, inquit, loquitur, se ipsam « quoque dedicavit cum puero, quasi solido « quodam naturæ affectu se ipsam templo alligans. Etenim si ubi est thesaurus hominis, « illìc est et cor ejus, multò magis ubi puer « mulieris, ibi et mens illius erat. » Quod explicari similitudine poterat, quam paulò ante adduxerat Chrysostomus, ubi viti matrem, et illius palmiti sobolem assimilat. « Eodem in « loco fixa vitis in longum producit palmites, « et uva multo intervallo pendens, cum radice « habet commercium. Itidem et in hâc accidit « feminâ, quæ in urbe manens usque ad tem- « plum extendit suum palmitem, » etc. Exemplo Annæ docent Nazianzenus, et Chrysostomus filios esse consecrandos Domino, et ætatem adhuc teneram sanctis esse moribus informandam; ille oratione 40, hìc homil. 3 de Annâ. Quomodò Anna typus sit Ecclesiæ, vide Gregorium hìc, Cyprianum lib. de Oratione Dominicâ.

Et oravit Anna, et ait (1). Totus ille sive

avait consacré, mais en rendant depuis ce même Samuël, qui n'était alors qu'un petit enfant, l'interprète de ses volontés, le gouverneur de son peuple, la terreur des ennemis de son nom, le maître des rois, le juge de Saül, le protecteur de David, et enfin l'un des plus grands hommes qui aient jamais été dans le monde. (*Sacy.*)

(1) De tempore quo Anna canticum hoc composuit, dissidium est sententiarum. Sunt qui statim post ortum Samuelem, sunt qui post oblationem pueri servitiis Domini exaratum credant. Quam posteriorem sententiam præferre videtur historiæ hujus series.
(*Calmet.*)

« Ici, inquit Volney (Hist. de Samuël), le narrateur nous dit qu'*Hannah* composa elle-même un cantique qui remplit les dix premiers versets du chapitre second. La femme d'un cultivateur aisé, même riche si l'on veut, mais

sermo, sive canticum, quod relicto in templo filio, cecinit Anna, divinas, ut vides, continet laudes; et tamen dicitur *Oratio,* cùm nihil hic appareat precatorium. Sed non id est in Scripturâ novum; sæpè enim ut pro oratione laus, sic etiam pro laude ponitur oratio. Threnor. cap. 2, v. 19: *Consurge, lauda in nocte.* Et c. 7: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eis laudem.* Vide quæ nos in utroque loco. Et sanè ad obtinendum quæ volumus magnum à laude pondus sumit oratio, atque ideò, ut locis proximè citatis ostendimus, viri pii à laude sæpè orationem ordiuntur, quæ optima est divinæ benevolentiæ captandæ forma.

Antequàm ex hujus primi capitis commentariis emergo, expendi velim à lectore pio, quanto studio atque alacritate sancta hæc mater charissimum à suo sinu filium distrahat, id est, non levem à se suorum viscerum partem divellat. Cùm exultare se dicat vehementer, cùm à seipsâ emancipatum filium, divinæ mancipat servituti. *Vitem* supra appellârat Annam magnus Chrysostomus, quæ egregium ad templum usque palmitem producebat. Sed hoc planè admirandum est in Annâ, quòd cùm aliæ vites, dùm sub vernam temperiem putatoriâ falce sarmenta resecantur, lacrymari incipiunt, quasi suâ ipsarum orbatæ progenie: Anna tamen exultat et cantat, quasi hoc beneficium majus existimaret, quòd Deus, et illius nomine sacerdos oblatum admisissent infantem, quàm illum priùs Dei liberalitate in sterili vulvâ concepisse.

Et reverà ita est, quia sicut ille alius Macedonum rex feliciùs secum actum existimabat, quòd Aristotelem habuisset magistrum, quàm quòd Philippum genitorem, sic etiam Anna magis putabat fortunatum filium, quòd à Deo esset in templum, id est, in suam familiam adoptatus, quàm quòd susceptus esset in lucem. Cùm autem amor amato benè cupiat, quæ sic amabat Samuelem, exultare non immeritò debuit, quòd sors illa felix in Domini familiâ filio contigisset. Amabat Moysem mater hebræa, quæ aut ancilla erat apud Ægyptios, aut certè non longè aberat ab ancillari conditione; et ideò non gravatè tulit, imò vehementer lætata est, quòd filia regis illum adoptaret, et ad regias delicias è servili conditione traduceret. Sic ergo lætata est Anna, cùm è privatâ atque profanâ domo, ad templum, id est, Dei familiam, translatus est filius, quod perinde fuit, atque si fera atque sylvestris planta, qualis esset oleaster, inserta esset in bonam olivam, et particeps esset pinguedinis et stirpis nobilis, cujus illam natura exortem effecerat. Ita sanè Chrysostomus homil. 3 de fide Annæ: « Ascendit, inquit, « Anna præclarum illud germen transplan- « tans. Et quemadmodùm industrii agricolæ « primùm semen in terram deponunt cu- « pressi, aut aliarum arborum similium: « deinde ubi conspexerunt è semine factam « arborem, non relinquunt in eâdem terrâ; « sed inde revulsam plantulam in aliud trans- « ferunt solum, ut terra in recens gremio suo « exceptam illius radicem puram, et integram « vim suam proferat ad novam educationem. » Hinc discant parentes, non esse, cur doleant quòd filii paternâ domo, et seculi commoditate relictâ, Deo se totos in religione consecrent, et ab humanâ ad divinam quodammodò familiam commigrent.

enfin la femme d'un homme de campagne, une paysanne peut-elle avoir composé un morceau qui a les formes poétiques? Cela n'est pas probable. Ce cantique a dû être fait par quelque Lévite du temps, et même après coup par l'écrivain de cette histoire. Cette licence nous avertit de l'intérêt personnel et même de la partialité que nous devons trouver en tout ce récit.

Eadem ferè dicuntur à Cahen (*Bib.* tom. 7); utrique verò satis responsum erit, si animadvertatur Annæ piæ mulieri à Spiritu sancto inspiratum fuisse canticum istud, ac proinde mirum non esse multa ab eâ dici quæ muliebre ingenium superare videantur.

CAPUT II.

1. Exultavit cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo; dilatatum est os meum super inimicos meos, quia lætata sum in salutari tuo.

2. Non est sanctus ut est Dominus; neque enim est alius extra te, et non est fortis sicut Deus noster.

3. Nolite multiplicare loqui sublimia,

CHAPITRE II.

1. Mon cœur *abattu et humilié* a tressailli d'allégresse dans le *secours que j'ai reçu du* Seigneur, et ma gloire *obscurcie* a été relevée par la *fécondité que j'ai obtenue de* mon Dieu, *de sorte que* ma bouche, *auparavant réduite au silence,* s'est ouverte pour répondre à mes ennemis, parce que j'ai mis ma joie *et ma confiance* dans votre *grâce* salutaire, *ô mon Dieu.*

2. *Ainsi j'ai éprouvé que* nul n'est saint, comme l'est le Seigneur; *non, mon Dieu,* il n'y en a point d'autre semblable à vous *en sainte-*

gloriantes; recedant vetera de ore vestro, quia Deus scientiarum Dominus est, et ipsi præparantur cogitationes.

4. Arcus fortium superatus est, et infirmi accincti sunt robore.

5. Repleti priùs pro panibus se locaverunt, et famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos, et quæ multos habebat filios infirmata est.

6. Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit.

7. Dominus pauperem facit et ditat, humiliat et sublevat.

8. Suscitat de pulvere egenum, et de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum principibus et solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, et posuit super eos orbem.

9. Pedes sanctorum suorum servabit, et impii in tenebris conticescent, quia non in fortitudine suâ roborabitur vir.

10. Dominum formidabunt adversarii ejus, et super ipsos in cœlis tonabit: Dominus judicabit fines terræ, et dabit imperium regi suo, et sublimabit cornu Christi sui.

11. Et abiit Elcana Ramatha in domum suam; puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis.

12. Porrò filii Heli, filii Belial, nescientes Dominum

13. Neque officium sacerdotum ad populum; sed quicumque immolâsset victimam, veniebat puer sacerdotis dùm coquerentur carnes, et habebat fuscinulam tridentem in manu suâ,

té, en justice, en bonté, et nul n'a une force pareille à celle de notre Dieu.

3. Cessez donc, *ô orgueilleux,* de vous glorifier *à l'avenir* avec des paroles insolentes; que votre ancien langage ne sorte plus de votre bouche; *l'orgueil, qui en est la source, ne peut être caché au Seigneur,* parce que le Seigneur est le Dieu de toute connaissance et qu'il pénètre les pensées *les plus secrètes des cœurs.*

4. *Ainsi, par l'effet de sa justice et de sa miséricorde,* l'arc des forts a été brisé et les faibles ont été remplis de force.

5. Ceux qui étaient auparavant comblés de bien *ont été réduits à* se louer pour avoir du pain, et ceux qui étaient pressés de la faim ont été rassasiés. Celle qui était stérile est devenue mère de beaucoup d'enfants, et celle qui avait beaucoup d'enfants est tombée dans la défaillance, *et cessa d'en avoir.*

6. *Car* le Seigneur ôte et donne la vie *quand il lui plaît;* il conduit aux enfers, et il en retire, *selon sa volonté.*

7. Le Seigneur fait le pauvre et le riche; il abaisse et il élève.

8. Il tire, *quand il veut,* le pauvre de la poussière et l'indigent du fumier pour le faire asseoir entre les princes et lui donner un trône de gloire. C'est au Seigneur qu'appartiennent les fondements de la terre, et c'est lui qui *par sa propre toute-puissance* a posé sur eux le monde.

9. Il gardera, *par la même puissance,* les pieds de ses saints; et les impies seront *par son ordre* réduits au silence dans leurs ténèbres, parce que l'homme, avec toute sa force, ne sera que faiblesse *devant lui.*

10. *Ainsi* les ennemis du Seigneur trembleront *lorsqu'*il tonnera sur eux du haut des cieux *et qu'il viendra les juger selon leurs œuvres; car* le Seigneur jugera toute la terre, il fera régner celui qu'il a établi roi, et il recevra la gloire et la puissance de son Christ *en l'élevant au-dessus de toutes les autres puissances.*

11. Après cela Elcana s'en retourna à sa maison à Ramatha; et l'enfant servait en la présence du Seigneur devant le grand-prêtre Héli.

12. Or, les enfants d'Héli étaient des enfants de Bélial, *des impies et des méchants,* qui ne connaissaient ni le Seigneur

13. Ni le devoir des prêtres à l'égard du peuple; car qui que ce soit qui eût immolé une victime, le serviteur du prêtre venait pendant qu'on en faisait cuire la chair, et tenant à la main une fourchette à trois dents,

14. Et mittebat eam in lebetem vel in caldariam, aut in ollam sive in cacabum, et omne quod levabat fuscinulâ, tollebat sacerdos sibi. Sic faciebant universo Israeli venientium in Silo.

15. Etiam antequàm adolerent adipem veniebat puer sacerdotis, et dicebat immolanti : Da mihi carnem ut coquam sacerdoti ; non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam.

16. Dicebatque illi immolans : Incendatur primùm juxta morem hodiè adeps, et tolle tibi quantumcùmque desiderat anima tua. Qui respondens aiebat ei : Nequaquàm ; nunc enim dabis, alioquin tollam vi.

17. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia retrahebant homines à sacrificio Domini.

18. Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo.

19. Et tunicam parvam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo ut immolaret hostiam solemnem.

20. Et benedixit Heli Elcanæ et uxori ejus, dixitque ei : Reddat tibi Dominus semen de muliere hâc, pro fœnore quod commodâsti Domino. Et abierunt in locum suum.

21. Visitavit ergo Dominus Annam, et concepit et peperit tres filios et duas filias ; et magnificatus est puer Samuel apud Dominum.

22. Heli autem erat senex valdè ; et audivit omnia quæ faciebant filii sui universo Israeli, et quomodò dormiebant cum mulieribus quæ observabant ad ostium tabernaculi ;

23. Et dixit eis : Quare facitis res hujuscemodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo?

24. Nolite, filii mei ; non enim est bona fama quam ego audio, ut transgredi faciatis populum Domini.

14. Il la plongeait dans la chaudière ou dans le chaudron, dans la marmite ou dans le pot ; et tout ce qu'il pouvait enlever avec la fourchette était pour le prêtre, *qui ne se contentait pas de la portion de la victime qui lui était destinée par la loi.* Ils traitaient ainsi tout le peuple qui venait à Silo.

15. Avant qu'on fît aussi brûler la graisse de l'hostie, le serviteur du prêtre venait, et disait à celui qui immolait : Donnez moi de la chair afin que je la fasse cuire pour le prêtre, car je ne recevrai pas de vous de chair cuite, mais *j'en veux* de crue, *afin de l'accommoder selon son goût.*

16. Celui qui immolait lui disait : Qu'on fasse auparavant brûler la graisse de l'hostie, selon la coutume, *afin de commencer par rendre ce qu'on doit au Seigneur;* et après cela prenez de la chair autant que vous en voudrez. Mais le serviteur lui répondait : Non, vous en donnerez présentement, ou je l'enlèverai de force.

17. Et ainsi le péché de ces enfants d'Héli était très-grand devant le Seigneur, parce qu'ils détournaient les hommes du sacrifice du Seigneur.

18. Cependant l'enfant Samuël servait devant le Seigneur, vêtu d'un éphod de lin.

19. Et sa mère lui faisait une petite tunique, qu'elle lui apportait aux jours solennels, lorsqu'elle venait avec son mari pour offrir le sacrifice ordinaire.

20. *Or, la piété de cette femme ne demeura pas sans récompense;* Héli bénit Elcana et sa femme, et il dit à Elcana : Que le Seigneur, pour l'enfant que vous avez mis *aujourd'hui* en dépôt entre ses mains, vous en rende d'autres de cette femme. Après quoi ils s'en retournèrent chez eux.

21. Le Seigneur visita donc Anne, *selon la parole d'Héli,* et elle conçut et enfanta trois fils et deux filles ; et l'enfant Samuël croissait devant le Seigneur.

22. Quant à Héli, qui était extrêmement vieux, ayant appris la manière dont ses enfants se conduisaient à l'égard de tout le peuple d'Israël, et qu'ils dormaient avec les femmes qui venaient veiller à l'entrée du tabernacle,

23. *Au lieu de les châtier avec sévérité,* il leur dit *seulement :* Pourquoi faites-vous toutes ces choses que j'apprends, ces crimes détestables dont parle tout le peuple ?

24. Ne faites plus cela, mes enfants ; car il est bien fâcheux que l'on publie de vous que vous portez le peuple du Seigneur à violer ses commandements.

25. Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui, quia voluit Dominus occidere eos.

26. Puer autem Samuel proficiebat atque crescebat, et placebat tam Domino quàm hominibus.

27. Venit autem vir Dei ad Heli, et ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Numquid non apertè revelatus sum domui patris tui cùm essent in Ægypto in domo Pharaonis?

28. Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, et adoleret mihi incensum, et portaret ephod coram me; et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel.

29. Quare calce abjecistis victimam meam et munera mea quæ præcepi ut offerrentur in templo; et magis honorâsti filios tuos quàm me, ut comederetis primitias omnis sacrificii Israel populi mei?

30. Propterea ait Dominus Deus Israel: Loquens locutus sum ut domus tua, et domus patris tui ministraret in conspectu meo, usque in sempiternum. Nunc autem, dicit Dominus, absit hoc à me: sed quicumque glorificaverit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

31. Ecce dies veniunt, et præcidam brachium tuum, et brachium domûs patris tui, ut non sit senex in domo tuâ.

32. Et videbis æmulum tuum in templo, in universis prosperis Israel: et non erit senex in domo tuâ omnibus diebus.

33. Verumtamen non auferam penitùs virum ex te ab altari meo: sed ut deficiant oculi tui, et tabescat anima tua: et pars magna domûs tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem venerit.

25. Si un homme peche contre un homme, on peut lui rendre Dieu favorable; mais si un homme pèche contre le Seigneur, qui priera pour lui? Les enfants d'Héli n'écoutèrent point la voix de leur père, parce que le Seigneur voulait les perdre *en punition de leurs crimes.*

26. Or, l'enfant Samuël s'avançait et croissait *en âge et en piété*, et il était agréable à Dieu et aux hommes.

27. *En ce temps-là,* un homme de Dieu vint trouver Héli, et lui dit: Voici ce que dit le Seigneur: Ne me suis-je pas fait connaître visiblement à la maison de votre père, lorsqu'ils étaient en Egypte sous la domination de Pharaon?

28. Je l'ai choisi entre toutes les tribus d'Israël pour être mon prêtre, pour monter à mon autel, pour m'offrir des parfums et porter l'éphod en ma présence; et j'ai donné part à la maison de votre père à tous les sacrifices des enfants d'Israël.

29. Pourquoi avez-vous foulé aux pieds mes victimes et les dons que j'ai commandé qu'on m'offrît dans le temple, *en les profanant?* Et pourquoi avez-vous plus honoré vos enfants que moi, *en ne les chassant pas du ministère?* Et *comment avez-vous été assez faible* pour manger avec eux, *contre ma défense,* les prémices de tous les sacrifices de mon peuple d'Israël, *et la portion même qui devait être consumée sur mon autel?*

30. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël: J'avais déclaré et promis que votre maison et la maison de votre père servirait pour jamais devant ma face; mais maintenant je suis bien éloigné de cette pensée, dit le Seigneur; car je glorifierai quiconque m'aura rendu gloire, et ceux qui me méprisent tomberont dans le mépris; *c'est ce que je ferai à votre égard.*

31. Il va venir un temps où je couperai votre bras et le bras de la maison de votre père; *j'en ôterai la souveraine sacrificature*, en sorte qu'il n'y aura point *à l'avenir* de vieillard *et de souverain pontife* dans votre maison.

32. Et lorsque tout Israël sera dans la prospérité, vous verrez dans le temple un homme qui sera l'objet de votre envie, et il n'y aura jamais de vieillard *ni de souverain pontife* dans votre maison.

33. Néanmoins je n'éloignerai pas entièrement de mon autel tous ceux de votre race; mais *je ferai* que vos yeux seront obscurcis, et que votre âme séchera de langueur; et une

34. Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis, Ophni et Phinees : in die uno morientur ambo.

35. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum et animam meam faciet ; et ædificabo ei domum fidelem, et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.

36. Futurum est autem ut quicumque remanserit in domo tuâ, veniat ut oretur pro eo, et offerat nummum argenteum, et tortam panis, dicatque : Dimitte me, obsecro, ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis.

grande partie de ceux de votre maison mourront lorsqu'ils seront venus en âge d'homme.

34. La marque que vous en aurez est ce qui arrivera à vos deux fils, Ophni et Phinées, qui mourront tous deux en un même jour.

35. Et je me susciterai un prêtre fidèle qui agira selon mon cœur et selon mon âme, je lui établirai une maison fidèle *qui jouira d'une constante prospérité;* et il marchera toujours devant mon Christ.

36. Alors quiconque restera de votre maison, *réduite à une extrême misère,* viendra afin que l'on prie pour lui ; et il offrira *non pas des veaux et des taureaux, mais* une pièce d'argent *de la moindre valeur* et un morceau de pain, *comme les plus pauvres,* en disant : Donnez-moi, je vous prie, une portion sacerdotale, afin que j'aie une bouchée de pain à manger.

COMMENTARIUM.

Familiare fuit Hebræis, cùm aliquid eximium accepissent à Deo, illud aliquo publico, atque insigni monumento testari, ut pluribus ostendimus in nostris Commentariis in Isaiam ad cap. 38, n. 25. Sic Ezechias Isaiæ cap. 38, quòd à Deo, cùm desperatum esset de salute, liberatus fuerit à morbo, publico testimonio professus est. Sic Jonas, quòd à ceto, et fluctibus incolumis portum evaserit ; sic sæpè David ; sic Habacuc ; sic tres apud Danielem pueri quos Deus ex ardenti fornace non sanos solùm, sed etiam gloriosos eduxit. Sic Anna tanti beneficii, et edito hoc hymno, et oblato infante, qui eorum, qui religionis et voti gratiâ tabernaculum obirent, occursaret oculis, publicam voluit conservare memoriam.

Quemadmodùm capsæ, quæ aromata, aut unguenta continent, odorem retinent, etiam dùm vacuæ sunt, quem à re odoratâ aliquandiù libârunt, sic etiam Anna, qui novem mensibus sacerdotem et prophetam in visceribus condidit, aliquid inde hausit, quod ad prophetale et sacerdotale negotium pertineret. Quare divinas canit laudes, quod sacerdotis est ; et futura prædicit, quod prophetæ. Utrumque verò munus in hoc gratulatorio cantico Annam præstitisse docet Augustinus lib. 17, cap. 4 ; Gregorius, Angelomus, Euthymius, et Jansenius in explicatione hujus cantici, Abulensis in fine præcedentis capitis. Idem, quod Annæ contigit, in evangelico seculo Elizabeth, quæ cùm in utero Joannem prophetam contineret, ipsa quoque spiritu afflata prophetico, et occulta cognovit, et futura prædixit. Est autem canticum istud gratulatorium et prophetticum, illi quàm simillimum, quod cantatum est ab eximiâ psaltriâ, et illustrissimâ prophetide Mariâ, quam filius etiam Jesus, quem virginali gestabat utero, cantare fecit eucharisticum, et prophetale carmen.

Vers. 1.—Exultavit cor meum in Domino (1), exaltatum est cornu meum, in Deo meo. Exultatio non quodlibet est gaudium, sed quod à corde quasi ruptis præcordiorum septis foràs erumpit, cum motu corporis, et quasi saltibus ; id enim propriè significat *exultare;* ostenditur lætitiæ magnitudo, quæ dùm ebullit et effervescit intùs, corpus foris commovet, et in quosdam quasi saltus impellit ; quales edidit Joannes in utero. Neque enim si internum esset gaudium, neque se foràs incitatum efferret, cognoscere potuisset Elizabeth infantem nondùm natum in uteri claustris exultâsse. Talis fuit illa Davidis exultatio, quæ ex animo foràs ad corpus exiliit. De quâ Psal. 83 : *Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum.* In Domino porrò hæc gestientis animi exultatio fuisse dicitur, quia beneficium hoc Anna à divinâ manu profectum agnoscit.

Et exaltatum est cornu meum in Deo meo. *Cornu* potentiam significat, pulchritudinem et gloriam, metaphorâ ab illis animalibus sumptâ, quibus hæc omnia præstat præfixum fronti

(1) Quo loco legimus : *Exultavit cor meum in Domino,* habent Septuaginta : *Confirmatum est cor meum in Domino,* spem meam et robur in Domino constitui. Chaldæus : *Valuit cor meum* (prævaluit, vel confirmavit sese) *in parte, quam dedit mihi Dominus.* (Calmet.)

cornu. Quare frequens est, *extolli*, et, *elevari cornu*, cùm prosperam significamus fortunam, et arrogantis animi superbiam. Sic quidam apud Amos cap. 6 : *Numquid non in fortitudine nostrâ assumpsimus nobis cornua?* Et Psal. 17, Deus *protector noster* dicitur, *et cornu salutis nostræ*. Contra verò cùm angusta est res alicujus, fœdatus honor, fracta potentia ; tunc abjectum esse dicitur, et fractum cornu. Sic Jerem. cap. 48, de Moab : *Abscissum est cornu Moab, et brachium ejus contritum est.* Ante conceptum et natum Samuelem , confractum erat Annæ cornu , quia sterilis putabatur et indigna ex quâ proles susciperetur, in quâ ipsius nomen imò et ipsa viveret : quare pudibunda tenebras amabat, et secessum, et tam domesticorum, quàm externorum ludibrio jactabatur. Nato verò filio confirmatum est cornu, aut potiùs pullulavit, et sine rubore potuit feminarum obire conventus, et nullam à petulante atque maledicâ linguâ contumeliam timere. S. Hieronymus in traditionibus Hebr. Annæ cornu Samuelem esse dicit : quia ille matris robur fuit, qualis appellari potest primogenitus. Sic certè appellatus est Ruben à parente Jacob, Genes. 49, v. 3 : *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea.* Quod si ita statuas, exaltatum appellari potest cornu illud, cùm à Deo, et ab ejus sacerdote puer admissus est, ut in templo degeret, et à maternâ domo atque ubere divulsus perpetuum Domino exhiberet obsequium. Plurimùm enim exaltatur, qui à privatâ domo, domesticisque curis promovetur ad templum et sacra ministeria; et ab humanâ conditione ad angelicum, aut angelico proximum statum traducitur.

Dilatatum est os meum super inimicos meos (1), quia lætata sum in salutari tuo. Miserorum est, non posse oris claustra laxare, neque mutire, cùm maximè cupiant. Obstruit autem os pudor et metus, et nimiùm dura, atque ignominiosa servitus, quæ cogit homines laudare, quos maximè aut horreas, aut accuses; aut ridere, aut arridere dominis, cùm acerbissimè crucieris, aut gravissimè doleas. Hactenùs pudor Annæ linguam angustè constrinxerat, quia cùm sterilitatis sæpè nomen in conviciis audiret, et verum agnosceret opprobrium, respondere non poterat, et oblatam à se contumeliam depellere. Nunc autem, quia jam se ingenuâ prole nobilitatam esse videt, et exolevisse antiquum sterilitatis nomen, jam læta in eo qui verè salus est, et mœrentes animos consolatur, dilatat os suum ; et quæ priùs os aperire præ pudore non poterat, jam liberè non solùm verba utcumque fundit, sed etiam cum exultatione. Modulatur, inquam, quia numerosam instruit orationem, quæ si ab Annâ poetriâ non cantatur, ejus tamen modi est, ut ab aliis musicis numeris cantari possit. Quo modo poetæ cantare dicuntur illa carmina, quæ, ut ab aliis cantentur, numerosè componunt. Scio observatum esse ab Abulensi, q. 32, hoc Annæ canticum voce submissâ ab Hebræis, et quasi à poeticis numeris solutum, solitum esse cantari, quia non sicut aliis canticis aliquid præfixum est, quod musicos indicet adhibitos esse numeros; quomodò post transmissum vestigio sicco mare Rubrum, Exod. 25, dicitur : *Tunc cecinit Moyses, et filii Israel carmen.* Et Judic. cap. 5 : *Cecineruntque Debora et Barac*, etc. At Anna non cecinisse dicitur, sed orâsse. Hæc est Hebræorum sola, aut potissima ratio; quàm verò hæc gravis sit, nemo non videt. Sanè alia sunt cantica non pauca, quæ ejusmodi vocibus notata non sunt, et tamen cantantur ab Hebræis ; quale est canticum Moysis Deuter. cap. 32, et Isaiæ cap. 38, et cap. 12, et Habac. cap. 3, cujus titulus est : *Oratio Habacuc.* Et multi ex Psalmis Davidicis ejusmodi titulis notati non sunt, et tamen suos habent numeros musicos, et ritu solemni atque legitimo cantantur ; sicut etiam Jeremiæ Threni. Neque orationis nomen obstat : constat enim ex Psalmis non paucos orationes esse ; et tamen illorum nullus à numeris excluditur musicis, aut à solemni atque legitimo cantu.

Super inimicos meos. Cùm inimici, id est, Phenenna et ejus filii, et alii qui miseris insultare solent, maledictis insectarentur Annam , ipsa tamen suæ ignominiæ conscia silere cogebatur. Ex quo tamen eo nomine laborare desiit suscepto filio, exsolvere potuit, et expedire linguam ante constrictam , et liberè à se contumeliam illam injustam jam, et alienam depellere. Vel certè supra inimicos potuit os dilatare, quia multò poterat magis suam commendare fortunam, quàm Phenenna, et si quæ aliæ sterilitatem ipsi unquàm exprobrârant , cùm pluris esset faciendus filius unus à Deo datus , et Deo consecratus et redditus , quàm multi filii, quos Phenenna peperit, qui neque eo modo concessi sunt à Deo, et in domo paternâ sub parentum curâ et disciplinâ vivunt; non in templo, ubi neque ad res profanas, aut

(1) Chaldæus : *Aperui os meum, ad loquendum magnalia in auctores inimicitiæ meæ.*

studia domestica, sed ad religionem, et cœlestes curas instituuntur infantes.

Fortassè allusum est ad tempus illud, de quo cap. 1, in quo Anna sic afflictabatur, aut sic verecundabatur, ut non auderet os aperire, aut ullum proferre verbum, sed motu tantùm labiorum tacito et suum votum, et animi dolorem expromebat. Nunc igitur ait non esse jam ampliùs ore loquendum clauso, et oppresso spiritu, sed pleno et lato, hilari et effuso spiritu, et magnâ vocis contentione : non in secessu, et tenebris, sed in apertâ luce, et populari conventu.

In salutari tuo (1). Hebraicè *bisuathecha*. Quod interdùm interpretes *salutem*, interdùm *salutare* convertunt. Hoc autem convenire cum Deo potest, qui cùm salutem præstet hominibus, salus sæpè hominum appellatur. Quasi dicat Anna : In te, ô Domine, lætor et exulto, qui vera salus es : et si te adesse mihi cognovero, nil ampliùs requiro; non autem in hominibus, qui neque solidum possunt præstare gaudium, neque ad salutem veram quidquam opportunum. Referri item potest ad salutem à Domino concessam; id est, ad Samuelem datum à Deo, qui mœrentis animi medicina fuit, et levamentum. Et hæc posterior explicatio est Euthymii in expositione hujus cantici, Abulensis, Jansenii, quam ita probo, ut prior mihi non displiceat. Vox autem Hebraica explicari commodè potest, *in salute tuâ*, quam videlicet præstare soles, et quam de tuâ clementiâ quivis sperare potest. Hebræorum porrò more à tertiâ personâ, in quâ de Deo loquebatur, ad secundam traducitur sermo; quod in gravi aliquo affectu, quicumque ille sit, non rarò contingit. Cujus rei in principio Canticorum Salomonis accommodatum habemus exemplum; cùm enim à tertiâ personâ sermonem aggrederetur sponsa, ad secundam erupit : *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino* (1).

Vers. 2. — Non est sanctus, ut est Domi-

(1) Quia lætata sum in salutari tuo. Hinc patet non esse verum gaudium in mundo, nisi in Deo et Christo. Audi S. Chrysost. hom. 3 de Annâ : « Non quoniam salvata sum, sed « quoniam per te salvata sum, propterea lætor « et exultò. Tales sanctorum animæ de Deo « qui dedit, magis quàm de donis gaudent; « gratorum, hoc est, servorum, omnibus suis « suum præponere Dominum : cùm peccave- « rimus, non doleamus, quia punimur, sed « quoniam Dominum exacerbavimus, et si quid « boni fecerimus, non gaudeamus propter « regna cœlorum, sed quoniam rem cœlorum « regi gratam gessimus; mentem enim ha- « benti gehennâ quoque formidolosius est « Deum offendere : et omni regno desiderabi- « lius Deo placere. » Et paulò post : « Talis « erat et hæc mulier, ad Deum in omnibus « confugiebat, et acceptâ gratiâ magis de Deo « datore gaudebat. » Sic et David : *Cor meum*, inquit, *et caro mea exultaverunt in Deum vivum*. Psal. 83, vers. 5. Audi S. Bern. Epist. 115 : « Illud, inquit, verum et solum est gaudium, « quod non de creaturâ, sed de creatore con- « cipitur : et quod cùm possederis, nemo « tollet à te; cui comparata omnis aliunde « jucunditas, mœror est, omnis suavitas mœ- « ror est, omne dulce, amarum, omne deco- « rum fœdum, omne postremò quodcumque « aliud delectare posset, molestum. » Addit Origenes de Elcanâ : « Quoties in Deo gaude- « mus, toties diabolum flagellamus. »

(Corn. à Lap.)

(1) S. Augustin, admirant l'excellence et l'élévation de ce cantique, s'écrie : « Oserions- « nous imaginer que ces paroles si divines ne « fussent autre chose que l'action de grâces « d'une mère pour la naissance de son fils? « Serait-il possible que nos cœurs fussent tel- « lement fermés à la lumière de la vérité, que « nous ne comprissions pas que tout ce qui « pouvait regarder cette femme était infini- « ment au-dessous de la grandeur des choses « que le Saint-Esprit lui a fait dire? » Reconnaissons donc la vérité dans la figure. Révérons dans cette femme l'Église, sainte épouse de Jésus-Christ, remplie de cette grâce que le nom d'Anne nous marque, qui s'éloigne des superbes, et qui s'approche des humbles; qui abaisse ceux qui s'élèvent, et qui élève ceux qui s'abaissent, comme il est marqué admirablement dans tout ce Cantique. *Agnoscamus hic ipsam religionem christianam, ipsam Dei gratiam prophetico spiritu sic locutam, à quâ superbi alienantur ut cadant; quâ humiles implentur ut surgant.* C'est l'idée générale que nous devons avoir dans la lecture de ce Cantique, que l'Église a tellement estimé, qu'elle en a fait une partie de son Office, afin que ce que cette sainte femme a dit une fois, fût la voix de l'Epouse de Jésus-Christ dans tous les siècles. *Dicat ergo Ecclesia Christi gratiâ plena et fœcunda; dicat quod tantò ante de se prophetatum per os hujus piæ matris agnoscit.*

Nous apprenons des premières paroles de ce Cantique la reconnaissance que nous devons avoir aussitôt que nous avons senti dans nous quelque effet des miséricordes de Dieu. Cette sainte femme est toute transportée de ce mouvement. Plus elle est humble, plus elle admire et plus elle ressent la grandeur de la grâce que Dieu lui a faite. *Mon cœur*, dit-elle, *a tressailli de joie dans le Seigneur*. C'est le cœur qui parle; c'est *sa joie*, c'est-à-dire, c'est son amour qui le fait parler. Car la joie du cœur est dans ce qu'il aime. Ainsi cette disposition de l'âme fait voir qu'étant dégagée des liens du monde et d'elle-même, elle est devenue libre en ne trouvant plus sa joie qu'en Dieu. « Et c'est cette liberté intérieure qui lui ins- « pire le désir de le louer, et qui la met en « état de le faire dignement. » *Ut libertatem mentis assereret*, dit saint Grégoire, *sine quâ Deum dignè laudare non posset.*

UNIVERSITAS

NUS (1), NEQUE ENIM EST ALIUS EXTRA TE. Hic rursùs cùm in tertiâ personâ de Deo loqueretur, ad secundam erupit. *Sanctus* epitheton est Dei, ut pluribus docuimus in nostris Commentariis ad illud Baruch, cap. 4, v. 22 : *Venit mihi gaudium à Sancto.* Quod iterùm repetit v. 37 : *In verbo Sancti gaudentes.* Quo etiam sensu dictum est Isaiæ cap. 5, v. 19 : *Veniat consilium Sancti Israel,* id est, Dei Israel. Et v. 24 : *Eloquium Sancti Israel blasphemaverunt.* Quare sensus est, meo judicio, germanus et facilis, non esse inter Deos ullum, sicut Dominus, quem colit Israel; quod sæpè clamat Scriptura sacra, ut Psal. 85, v. 8 : *Non est similis tui in diis, Domine.* Et Psal. 94, v. 3 : *Et Rex magnus super omnes deos.* Et Psal. 95, v. 4 : *Terribilis super omnes deos.* Postea verò quasi seipsam corrigat Anna, quòd deos alios nominàsset, ait, extra Deum, à quo ipsa singulare illud beneficium accepisset, nullum esse Deum : id enim valet illud : *Neque enim est alius extra te;* videlicet qui sit *Sanctus* (2), id est, Deus, et talia præstare possit, qualia ipsa tunc recens esset experta. Et in hanc sententiam facit, quod statim additur:

ET NON EST FORTIS SICUT DEUS NOSTER. *Fortis* etiam epitheton est Dei; cui nomini illa accommodantur, quæ Deus mirabilia, et ardua, et contra communem naturæ legem operatur; quale est, naturam sterilem reddidisse fœcundam. Hæc verò speranda non esse ab his quos deos arbitratur delusa gentilitas, sæpè clamant prophetæ (vide pro omnibus caput 6 Baruch) in quibus neque est fortitudo, imò neque sensus. Ubi Vulgatus, *fortis,* Hebraicè est *sur :* quæ vox *petram* significat, saxum, rupem, quæ miseris perfugium præbent; quæ vox Dei fortitudinem, et illius in opportunitatibus auxilium perbellè significat. Ut enim scopulus in medio maris à fluctibus alliditur, et à ventis undequàque concutitur, neque tamen convellitur, aut nutat, præbetque naufragantibus commune perfugium : sic etiam Deus multò magis tutus est ab omni tempestatis injuriâ; neque ullum, qui ad illum verè appellere voluerit, à suâ clementiâ et protectione repellit. Sed fortassè metaphora sumitur à situ, atque naturâ terræ Promissionis, quæ montosa es et confragosa, in quâ in præaltis rupibus speluncæ sunt, ad quas in rerum angustiis, urgente hoste, confugere solent Israelitæ : de quibus nos pluribus ad illud Isaiæ cap. 2, v. 10 : *Ingredere in petram, et abscondere in fossâ humo.* Sic Deus sæpè vocatur *petra,* nempe perfugii. Psal. 17, v. 2, ubi Vulgatus, *adjutor meus,* Hebraicè, *petra mea.* Et Deut. 32, v. 15, ubi Vulgatus, *Deo salutari suo,* Hebr. *petræ salutis suæ.* Plura alia occurrent his quàm simillima. Quare sensus erit: à nullo prorsùs hominum majus quàm à Deo, afflicto spiritui perfugium, aut levamentum proponitur.

VERS. 3. — NOLITE MULTIPLICARE LOQUI SUBLIMIA (1), GLORIANTES; RECEDANT VETERA DE ORE

C'est cette liberté sainte qui fait que l'âme appelle Dieu, *son Dieu,* IN DEO MEO; parce que n'ayant plus de joie qu'en lui, et ne voulant plus être élevée qu'en lui, elle se voit délivrée de la puissance du démon et de l'esclavage de ses passions. *Ma bouche s'est ouverte pour répondre à mes ennemis, parce que j'ai mis ma joie dans le salut que vous me donnez.* Mes ennemis triomphaient de moi lorsque je mettais ma joie dans les divertissements du monde; maintenant que je la mets en Dieu seul, je suis au-dessus d'eux. (Sacy.)

(1) NON EST SANCTUS, UT EST DOMINUS. Celebrat Anna, 1° sanctitatem Dei, quia hæc est primum et nobilissimum attributum Dei, ob quod ipse adoratione, omnique veneratione, obsequio, victimâ et cultu dignissimus est; 2° quia Deus in Annæ partu suam sanctitatem declaravit : tum quia ejus innocentiam et probitatem contra Phenennam invidam defendit, tum quia fidem ei omnium tacitè datam de prole per miraculum nasciturâ sanctè præstitit; tum quia ei dedit Samuelem, quem facturus erat prophetam sanctissimum et sanctificatorem Israelis : quæ omnia à Dei sanctitate manârunt, ceu radii à sole, ejusque fuerunt dona et beneficia. (Corn. à Lap.)

(2) NEQUE ENIM EST ALIUS EXTRA TE. Deus verus, per essentiam sanctus, ipsaque increata et immensa sanctitas, de quâ in hymno S. August. : *Tu solus sanctus;* Septuag. vertunt : *Non est justus sicut Dominus,* ubi justus accipi potest sanctus, vel potiùs justus, quia justè meam innocentiam à calumniantibus defendit. (Corn. à Lap.)

(1) Chaldæus : *Non exibunt blasphemiæ de ore vestro.* Septuaginta : *Non procedat magniloquentia de ore vestro.* Hebr. reddunt quidam : *Ne egrediatur durum,* vel, *dura egrediantur de ore vestro,* ulteriùs non reditura. *(Calmet.)*

Pro, *sublimia,* Hebr. est, *geboha, geboha;* Chald., *magnalia magnalia;* Regia, *altum altum.* Cajet., *celsitudinem celsitudinem,* hoc est, valdè alta, celsa, magna et sublimia, quæ vestras vires transcendunt. Unde alii vertunt : *Nolite loqui excelsa eminentia;* Theod. : *Ne loquamini sublimia ad factum;* Orig. lib. 1 in Job : *Nolite loqui superba in superbiâ.* (Corn. à Lap.)

Cessez à l'avenir de vous glorifier avec des paroles insolentes. Cette sainte âme voit avec douleur l'égarement et l'aveuglement de ceux qui la haïssaient et qui la couvraient d'opprobre. Phénnena lui insultait pendant sa stérilité, et elle se glorifiait de ce que Dieu l'avait rendue féconde. Mais, après qu'Anne a souffert

VESTRO (1). Ex eo rerum eventu, quem nuper audivimus, quemque in seipsâ Anna fuerat experta, tandem didicit neque desperandum esse in summo etiam rerum discrimine, aut ubi omnia votis videntur esse contraria; neque contrahendum animum in dolore, cùm facile sit Deo subitò honestare pauperem, et ad meliorem traducere fortunam : neque contra, nimis quemquam in suâ sibi fortunâ, cùm maximè arriserit, debere gratulari, cùm Deus et possit et soleat res ita humanas versare, atque convertere, ut qui modò apparet fortunatus et potens, repentè cadat; et qui vitam agebat angustam et ægram, ad statum evehatur insperatum et lætum. Quod multis exemplis confirmat. Monet igitur primùm illos qui cùm felices sibi viderentur, magnifica de se ac superba jactabant (Phenennam puta, et qui cum eâ in sterilis Annæ familiare convicium conspirâsse videbantur), ut minùs de se superbè cogitent, et antiqua verba aliquid inflatius resonantia procul abjiciant, et novam meditentur cantilenam. Hic observandus novus loquendi modus, qui in Scripturâ sacrâ infrequens non est, ubi verbum pro adverbio sumitur, aut certè per adverbium explicandum est; ut, *magnificavit facere,* pro *magnificè fecit; non revertetur oculus meus videre,* pro *non iterùm videbit; adjecit loqui,* pro *ampliùs locutus est.* Sic nunc *multiplicare loqui,* idem est atque, iterùm, ampliùs, aut sæpiùs loqui. Quare jubet ut ab insolenti spiritu, inflatisque verbis in posterum abstineant.

humblement ses reproches, elle lui dit maintenant avec une sainte hardiesse : Ne vous glorifiez plus si insolemment. Elle ne parle pas seulement à la synagogue superbe qui nous est représentée par Phénenna ; elle abaisse en général tout ce qu'il y a de grand dans le monde, et elle adresse sa parole à tous ceux qui ont quelque chose dont leur orgueil se repaît. Vous vous élevez, leur dit-elle, des dons que Dieu ne vous avait faits que pour sa propre gloire, et en vous les attribuant à vous-mêmes, vous méprisez les autres qui ne les ont pas. Mais cessez enfin de vous glorifier de la sorte. Ces dons que Dieu vous a faits et dont vous avez abusé, seront votre confusion, et ces personnes que vous méprisez, recevront des grâces de Dieu auxquelles elles seront plus fidèles que vous ne l'avez été. (*Sacy.*)

(1) RECEDANT (Hebr. *exeant*) VETERA DE ORE VESTRO. Scilicet veteres superbi sermones jam dicti, quibus consueveratis gloriari, mihique sterili insultare. Chald. pro, *vetera,* vertit, *blasphemias;* Septuag. *magniloquium;* alii, *verbum durum,* vel *superbum.* (Corn. à Lap.)

..... *Que votre ancien langage ne sorte plus de votre bouche, parce que le Seigneur est le Dieu de toute science, et qu'il pénètre le fond des pensées.* Ces paroles s'adressent proprement aux Juifs. Ne parlez plus insolemment comme vous avez fait autrefois, en vous glorifiant d'être le peuple de Dieu, et d'être les seuls à qui il ait découvert la connaissance de la vérité et de ses mystères; car Dieu est le maître comme il est la source de toute science, et il en doit être l'unique fin. Il voit à nu nos plus secrètes pensées, et si nous en formons une seule qui soit bonne et qui lui soit agréable, elle est l'ouvrage, non de notre esprit, mais de la lumière et de l'impression de sa grâce.

Saint Grégoire donne à ces paroles un sens plus moral : Si vous avez été revêtu de l'homme nouveau, dit ce saint, que le règlement de vos paroles rende témoignage au règlement de votre cœur. Que votre langage soit aussi chrétien que votre foi, et dites toujours avec saint Paul : Nous parlons comme étant animés de Dieu, en la présence de Dieu, dans l'esprit de Jésus-Christ. (*Sacy.*)

QUIA DEUS SCIENTIARUM DOMINUS EST (1), ET IPSI PRÆPARANTUR COGITATIONES (2). Gravis hæc est consideratio, ut spiritus hominum insolentes Deus deprimat, cujus cogitationes atque consilia scrutari nemo debet, neque, si velit, assequetur. Ipse novit omnia, et quem nunc humana cogitatio fortunatum vocat, quia externam atque præsentem rerum speciem admirantur, illum Dominus, qui futura non aliter atque præsentia conspicit, miserum vocat, quia statuit illum, è sublimi loco et magno nomine ad duram et sordidam conditionem

(1) Mysticè S. Bern. serm. 13 in Cant. : « Origo, ait, fontium et fluminum omnium, « mare est, virtutum et scientiarum Dominus « Jesus Christus. Quis enim Dominus virtu- « tum, nisi ipse est rex gloriæ? sed et juxta « Annæ canticum, idem ipse Deus scientiarum « Dominus est. Continentia carnis, cordis in- « dustria, voluntatis rectitudo ex illo fonte « manant, non solùm autem, sed et si quis « callet ingenio, si quis nitet eloquio, si quis « moribus placet, inde est; inde scientia, inde « sapientiæ sermo ; thesauri siquidem sapien- « tiæ et scientiæ ibi omnes absconditi sunt. » (Corn. à Lap.)

(2) Hebræus ad litteram : *Deus scientiarum Dominus, et actiones,* vel *cogitationes non firmabuntur.* Negationem pariter hic legit Symmachus : *Non sunt apud eum causationes;* non is est Dominus, cui quidquam vanis simulatum prætextibus fucum faciat. Maluerim ego tamen ad interrogationem textum convertens, cum interpretatione Vulgatæ conciliare : *Deus scientiarum Dominus est; et cogitationes,* vel *actiones nonne in illo fundantur?* Quæ molitur, nonne opere complebit? Consilia ejus an non executioni mandabuntur? Septuaginta : *Deus scientiarum Dominus est, et disponens cogitationes suas.* In eumdem sensum dictum accipit Chaldæus : *Deus fecit omnia judicio suo,* sapientissimè. Syriacus et Arabs : *Nec prosunt artes coram eo.* Intima cordis scrutatur Deus, nec ullo artificio deluditur; non fallitur vanâ rerum specie. (*Calmet.*)

abjicere. Felicem se putabat Nabuchodonosor, cùm sibi arroganti cogitatione blanditus dicebat, Danielis cap. 4, v. 27 : *Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, et in gloriâ decoris mei?* Sed eo ipso articulo cogitabat Deus spoliare illum Babylone et regno, et ad nuditatem, et belluinum pabulum, et ferinam propè naturam, certè ad belluinam cogitationem abjicere. Fortunatum se prædicabat Sennacherib, et ipsi quoque Deo non inæqualem, cùm debellâsset Ægyptum, et subactam jam arbitraretur Hierosolymam; quo tempore jam erat de cœlo missus angelus, qui Assyrias acies magnâ clade conficeret, et regem in fugam verteret ignominiosam, ac tandem filiorum gladiis confodiendum traderet. Sic etiam cùm homines miserum putant illum, quem cum adversâ fortunâ conflictari vident, eumdem Deus fortunatum videt, quia statuit ex squallore et sordibus, ad splendidum locum et sublimem conditionem attollere. Ex lacu et carcere Joseph ad nomen evexit regio proximum, et à patibulo, quod jam erat ab hoste potentissimo præparatum, ad maximum honorem Mardochæum evexit. Sic etiam cogitabant homines infelicem Annam, et à Domino maledictam, cùm nullam ex illâ viderent natam essè prolem; sed cùm maximè eo nomine vexaretur ab aliis, videbat illam Deus auctam copiosâ sobole, et eo nobilitatam filio, qui summam teneret imperii Israelitici, et nomen suum posterioribus seculis redderet admirabile. Quare in omni fortunâ considerandum est, non quid præsens ferat status, aut quod sit hominum de nostro statu, ac conditione judicium, sed quid Deus de nobis aut videat, aut cogitet.

Et ipsi præparantur cogitationes (1). Si cogitationes istæ Dei sint, sicut modò scientiam dicebamus esse Dei, sensus est non difficilis; nempe scire Deum omnia, et juxta hanc plenam rerum cognitionem cogitare ac statuere, quid factum velit, neque ipsi fore difficile cogitata complere, quia illi cogitationes suæ præparatæ sunt, id est, ità dispositæ, quomodò cæmentario materia supponitur ab altero subacta : quare illi difficile non est illam ad descriptam antea fabricam adhibere. Porrò *cogitationes* pro rebus cogitatis usurpari non est in Scripturâ infrequens, quæ sæpè actionem pro actionis sive subjecto, sive termino capit. Si tamen cogitationes hominum sint, alia ratio est : de quâ etiam aliquid dicendum.

Hæc explicatio mihi dura non est, neque parùm ad mores opportuna. Sed si scientiarum, et cogitationum nempe hominum, scrutator dicatur esse Deus, cujus oculos occultissima quæque latere non possunt, quia nusquàm abest; hæc erit hujus loci accommodata sententia : Videant homines quid faciant aut cogitent, quia omnia Deus expendit et numerat, qui spirituum ponderator est : neque quidquam relinquet impunitum, si malum, aut non muneratum, si bonum fuerit. Et ideò exemplis docet, quomodò alii, atque alii aliter, atque aliter pro meritorum ratione, atque mensurâ, aut eleventur, si benè, aut deprimantur, si malè quidquam moliantur. *Præparatæ* verò *cogitationes* tunc dicuntur, cùm divinis oculis expositæ sunt; neque magis occultæ, quàm quæ regiis oculis præparata sunt, ut illa contempletur, et illorum aspectu aut pascat oculos, aut oblectet animum. Qualis est imago vivis expressa coloribus, aut ludi theatrales, aut denique quæ ejusmodi sunt, ut quòcumque te locorum convertas, nunquàm non occursent. Placet tamen magis explicatio prior, quia cum illâ, quæ deinde sequuntur, magis aptè consentiunt.

(1) Possunt hic cogitationes non tantùm hominum accipi, sed et ipsius Dei, uti vertunt Septuag. *Deus,* inquiunt, *præparans adinventiones suas,* et Chald. *Dominus,* inquit, *super omne factum suum extendens judicium,* quasi dicat : Dei est perficere non tantùm ea quæ nos cogitamus et cupimus, sed etiam quæ ipse de nobis cogitat et cupit; sæpè enim ipse alia cogitat et vult, quàm nos cogitemus et velimus, tumque facit ea quæ ipse cogitat et vult, non quæ nos; sicut hic cogitavit fœcundare et exaltare Annam, non Phenennam. Unde Chald. vertit : *Ipse vobis retribuet culparum vestrarum ultionem.* Theod. : *Deus præparans exercitationes suas,* id est, complens sua consilia. Symmachus : *Non sunt apud Deum prætextus et excusationes.* Vatabl.: *Conatus ejus perficiuntur.* Pagn.: *Ipsi directa sunt opera,* id est, finem ad quem ab eo diriguntur attingunt. Deus enim suas cogitationes et voluntates mensurat suâ omnipotentiâ, quæ tanta est quanta ejus voluntas et intellectus; quare omnia quæ cogitat et vult, perficere potest, et reipsâ perficit cùm nos multa velimus quæ perficere nequimus.

Tropolog. Rupert. : « Scientiarum, inquit, « Domino cogitationes præparantur pro mu- « nere. Si vis ab illo promereri vel impetrare « scientiæ donum, non multæ oblationes arie- « tum et taurorum, sed sanctæ cogitationes « ejus rei præparatoriæ sunt. » Hinc vide quid cogites. Deus enim non solùm actiones et sermones, sed et intimas cogitationes et intentiones pervidet, easque in die judicii toti mundo revelabit et judicabit. (Corn. à Lap.)

VERS. 4. — ARCUS FORTIUM SUPERATUS EST (1), ET INFIRMI ACCINCTI SUNT ROBORE. Varios nunc nostra psaltria persequitur status, atque ordines, in quibus Deus deprimere, aut infirmare solet insolentes et fortes, et attollere atque corroborare qui jacebant in pulvere; et qui vires aut habuerunt eximias, aut eximias esse prædicabant. Nunc incipit ab illis qui in re militari aut censebantur invicti, aut contemnebantur ut inermes et languidi. Sed priusquàm singularum partium, atque ordinum explicationem aggredior, observo tam apud sacros quàm apud profanos scriptores usitatum esse, ut participium præteriti temporis pro nominibus in *bibliis* usurpetur, id est, ut factum dicatur, quod ut fiat, facultatem habet; quod physici dicunt *secundum actum adhiberi pro primo*. Quomodò *inaccessus* dicitur locus pro inaccessibili; *invictus* animus, pro invincibili; *incorruptus* judex, pro eo qui largitionibus neque solet, neque potest corrumpi, Et apud Sacros illud Isaiæ 54, v. 13 : *Universos filios tuos doctos à Domino*. Jesus apud Lucam 6, v. 45, per *docibiles* exposuit. *Scriptum est in Prophetis : Et erant omnes docibiles Dei*. Juxta hæc, ego sic quæ reliqua sunt capitis, interpretor, ut quæ per præteritum tempus enuntiantur, per habitudinem, aut facultatem ad futurum opus explicanda sint. Quasi rerum natura ita sit Creatori subjecta, ut attolli possit ac deprimi, et varias subire rerum vicissitudines. Nunc igitur his utcumque libatis, ad litteram accedo.

(1) *L'arc des forts a été brisé*. Ce qui est remarquable dans ce cantique, est que ce n'est pas seulement une hymne de joie, mais encore une prophétie de l'avenir; la mère semble déjà avoir part à la future grâce de son fils, et après avoir donné un prophète au monde, elle prophétise elle-même.

Ces paroles sont assez claires en les entendant des Juifs, figurés par Phénenna, et des gentils dont l'Eglise a été composée, figurés par Anne. Les Juifs se croyaient *forts*, dit saint Augustin, parce qu'ils étaient superbes. Ils s'imaginaient qu'ils accompliraient la loi de Dieu par leurs propres forces. Et c'est ce sentiment si présomptueux qui les a rendus encore plus faibles. Les gentils au contraire ont été persuadés de leur indignité et de leur impuissance, et Dieu est devenu leur gloire et leur force.

Ils ont été représentés dans l'Evangile par la Chananéenne, qui souffre avec une douceur persévérante les rebuts de JÉSUS-CHRIST, et qui laissant aux Juifs l'avantage d'avoir Dieu pour père, se met au rang de ces animaux qui se contentent de manger des miettes qui tombent sous la table des enfants.

Ces vérités prophétiques enferment des instructions très-importantes. Elles font voir clairement qu'il ne faut s'appuyer ni sur ses propres forces, ni sur ses richesses intérieures, et que c'est Dieu seul qu'on doit prendre pour son appui, puisqu'en un moment il rend forts, quand il lui plaît, ceux qui n'étaient que faiblesse, et qu'il comble de biens ceux qui étaient dans la dernière indigence. Il ne demande autre chose de ces faibles, sinon qu'ils reconnaissent leur faiblesse, et de ces indigents, sinon qu'ils sentent leur pauvreté, puisque c'est dans cette reconnaissance et dans cet aveu que consiste toute leur force, et que cette faim qui les presse est déjà un grand don de Dieu. (*Sacy*.)

ARCUS FORTIUM SUPERATUS EST, ET INFIRMI ACCINCTI SUNT ROBORE. Exemplum adhibet primum in re bellicâ, in quâ magnas repente fieri videmus rerum conversiones; cùm ille qui et viribus pollebat, et omni ad victoriam apparatu erat instructus, ab imbelli atque inermi manu superatus ignominiosè cadat. Unus Goliath potens viribus et munitus armis exemplo esse potest, qui ab inermi adolescentulo, et qui tunc primùm aggressus est, aut fortassè vidit inimicas acies, superatus est. Tunc verè dici potuit confractus arcus, et nudatus vir bellator ab armis; et qui ætate, et bellandi imperitiâ videri poterat infirmus, accinctus armis, et confirmatus robore, ut cum illâ giganteâ mole congressus, superior evaderet.

VERS. 5. — REPLETI PRIUS PRO PANIBUS SE LO-

(2) Hebræus ad litteram : *Famelici desierunt; quin et sterilis peperit septem*. Numerus *septem* ponitur sæpè pro numero indefinito, uti, *septies* (sæpiùs) cadet *justus*. Septuaginta reddunt : *Esurientes transierunt in terram alienigenam*; sive, juxta interpretem Origenis : *Deducti sunt in captivitatem, et quia sterilis peperit septem filios*. (*Calmet*.)

Ceux qui étaient auparavant comblés de bien se sont loués pour avoir du pain; et ceux qui étaient pressés de la faim ont été rassasiés. Les Juifs étant déchus de la qualité d'enfants de Dieu, après avoir trempé leurs mains dans le sang de ce même Messie qui leur avait été annoncé par tous les Prophètes, et qui était la fin principale de leur Religion, sont devenus semblables à ces personnes qui mènent une vie basse et misérable *en se louant* à ceux qui veulent les employer, et qui ne subsistent que par leur travail. C'est l'état où nous voyons les Juifs encore aujourd'hui, étant dispersés dans toutes les provinces du monde, méprisés partout, et haïs partout. Les gentils au contraire, étant persuadés qu'ils avaient langui longtemps dans un abîme de ténèbres et de misère, n'ont espéré qu'en la seule miséricorde de Dieu, et cette confiance si humble les a sauvés, et les a comblés des richesses de la grâce.

Saint Grégoire fait un excellent discours sur ces paroles : *Ceux qui étaient pressés de la faim ont été rassasiés*, pour montrer qu'il faut que l'âme s'éloigne de l'amour du péché, du monde et d'elle-même, et qu'elle se purifie de ses

CAVERUNT, ET FAMELICI SATURATI SUNT. Hæc eadem dixit in suo cantico B. Virgo Lucæ cap. 1 : *Esurientes implevit bonis*, etc. Postquàm in priori antithesi de robore, instructuque militari dictum est; nunc ad opes, et facultates progreditur, quæ delicias alunt, et ad domesticos usus sumptus suppeditant. Qui ergo repleti priùs erant opibus, et perinde etiam repleti panibus, qui deesse non solent illis, quos circumdat, et fovet rerum abundantia, eò adacti sunt necessitatis, ut pro modico pane, qui famem magis exacuat, quàm expleat aut obtundat, mercenariam operam locent alienis. Quod fecerunt Judæi, quorum ante fuerat domus à frumento felix, cùm ab hoste Chaldæo superati, ex suis sedibus ad alienas extorres abierunt. Thren. 5 : *Ægypto dedimus manus, et Assyriis, ut saturaremur panibus.* Quàm verò qui priùs fame laborabant, et extremâ penè conficiebantur inediâ, subitò saturati fuerint, probat illa angusta et longa Samaritanorum obsidio, quæ eò adegit necessitatis obsessos, *ut venumdaretur caput asini octoginta argenteis et quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis*, lib. 2 Reg. cap. 6, v. 25. Sequenti verò die tanta alimentorum consecuta est vilitas, *ut uno statere modius vœniret similæ, et duo modii hordei statere uno in portâ Samariæ.*

DONEC STERILIS PEPERIT PLURIMOS, ET QUÆ MULTOS HABEBAT FILIOS, INFIRMATA EST (1). Accedit propiùs Anna ad suum tempus et causam; et aliam adhibet antithesim, quâ docet à Deo modò propitio, modò infenso cumulari ingenuâ atque copiosâ sobole, quæ paulò ante infœcunda fuerat, et illam quæ filiis ante plurimis abundabat, ab illo pretioso ac dulci, sive dignitatis ornamento, sive blandimento naturæ repentè nudari. Tradunt hìc Hebræi, ut refert Hieronymus in Traditionibus Hebraicis super lib. 1 Regum, cùm primùm natus est Samuel, Phenennæ interiisse primogenitum, et alios deinde omnes; quod ex eo sumpsit historia Scholastica, et addit alia huic Hebræorum cogitationi consentanea, quæ meritò rejicit Hieronymus. Ego juxta prædicta hanc opinor esse sententiam sine ullâ ad Phenennam comparatione, aut ad aliquam aliam personam, sive abundantem filiis ante

fautes de chaque jour par les larmes de la pénitence, pour obtenir de Dieu une faim spirituelle de la justice, qui la rende digne de se nourrir du pain du ciel, à la table de Jésus-Christ. Mais nous n'avons pas cru nous devoir étendre sur ce sens, comme étant moins attaché à celui de la lettre et à la suite de ce cantique. (*Sacy.*)

(1) Alleg. Phenenna significat Synagogam Judæorum, quæ jam parere Deo filios desiit, Anna Ecclesiam Christianorum, quæ plurimos ex omnibus gentibus filios Deo gignit. Unde Chald. vertit : *Sterilis implebitur prole*, scilicet plurimâ. Ita Origen. Theod. Procop. et S. Aug. 17 Civit. c. 4.

Symbolicè cabalistæ : Anna, inquiunt, peperit septem, quia Samuel et שבע *sceba*, id est, *septem*, suis characteribus eumdem exprimunt numerum, scilicet 377. Sublimiùs Philo lib. *quòd Deus sit immutabilis* : « Septenarius, ait, « est perfectissimè quietis et sabbati symbolum, unde significat animum in Deo recumbentem et quiescentem, qualis erat Samuelis : Samuel enim in solius Dei ministrorum « ordinem adscitus nemini præterea serviens, « ab uno et ente honestatur ; quia status est « septenarii animæ in Deo requiescentis, « et nullis mortalibus occupatæ negotiis. »

Tropol. Eucherius : « Vir sanctus, ait, qualis erat Samuel est instar multorum, quia « pluris est apud Deum, pluraque ab eo impetrat quàm multi cæterorum, juxta illud Eccles. 16, 3 : *Melior est unus timens Deum, quàm mille filii impii.* »

Orig. Hom. de Elcanâ : « Sterilis, ait, erat « in me anima mea, non afferebat fructus justitiæ; nunc autem ubi per fidem Christi « meruit gratiam Spiritûs S., et implevit eam « spiritus timoris Domini, certum est quòd « sterilis peperit septem. » Et nonnullis interjectis : « Fœcunda, ait, in propagine erat « caro mea habens plurimos carnis fructus, « fornicationem, immunditiam, impudicitiam, « idololatriam, » etc. « Hæc erat carnis nostræ numerosa progenies ; sed cùm venimus « ad fidem Christi, et mortificationem Jesu « cœpimus circumferre in corpore nostro, et « mortificare membra nostra quæ sunt super « terram, et exhibere ea servire justitiæ et sobrietati, tunc fœcunditas probrosæ hujus generationis exclusa est, et hoc modo fœcunda in filiis infirmata est.

Denique : « Sterilis, ait S. Franciscus, est « pauperculus, humilis sanctusque religiosus, « qui generandi in Ecclesiâ filios non habet « officium. Hic pariet in judicio multos, quia « quos nunc privatis orationibus et bonæ vitæ « exemplo convertit ad Christum, illius gloriæ « tunc judex ascribet. Quæ multos habet filios infirmabitur, quia prædicator vanus et « loquax, qui multis nunc quasi suâ virtute genitis gaudet, cognoscit tunc se nihil proprii « habere in eis. » (*Corn. à Lap.*)

Celle qui était stérile est devenue mère de beaucoup d'enfants. L'église qui parut si longtemps stérile, comme Anne, qui en a été l'image, est devenue enfin mère d'un nombre innombrable d'enfants, et la Synagogue, au contraire, qui avait tant d'enfants, et que Dieu avait protégée si long-temps par tant de miracles, est tombée dans la langueur et dans le mépris. Ce que le Saint-Esprit prophétise si clairement par ces paroles, est ce que la sainte Vierge a publié depuis dans son cantique, lorsqu'elle dit : Le Seigneur a rempli de biens ceux qui étaient pressés de la faim, et il a renvoyé vides ceux qui étaient dans l'abondance. (*Sacy.*)

negatis, sive orbatam ab illis, quos priùs felici atque copioso partu susceperat.

Ubi Vulgatus *donec*, Hebraicè *ghad*. Quæ vox interdùm idem valet, quod *adhuc*, Jon. 4, v. 2, Job. 1, v. 18. In quâ ego significatione præcipuè capio, et observo *adhuc*, cùm post aliarum rerum enumerationem adhibetur, habere quamdam epitasim, et significare aliquod ad superiora additum incrementum, ut Luc. 14, v. 26 : *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.* Id est, etiam si quod durius ac difficilius est. Sic etiam dicimus : Non solùm si semel, aut iterùm, sed adhuc si sæpiùs cecideris, excitabit te Deus. Sic Christus ad discipulos, Matth. 15, v. 6 : *Adhuc vos sine intellectu estis?* Id est, si ante cùm nondùm essetis meis præceptis informati, hæc non caperetis, non esset mirandum; nunc autem postquàm doctrinæ meæ tamdiù assuevistis, id planè mirum. Et Lucæ cap. 1, v. 15 : *Spiritu sancto replebitur* (Joannes) *adhuc ex utero matris suæ.* Id est, non solùm Deus Joannem tunc Spiritu replebit sancto, cùm adultâ fuerit ætate, et multa pro justitiâ, ac veritate pertulerit; sed etiam quod magis est, plurisque faciendum, cùm adhuc illum materni uteri claustra concluserint. Idem ego dicendum arbitrabar hoc loco, quem sic exponebam : « Omnia Deo explorata sunt; omnia illius potentiæ, ac voluntati subjecta. Ille fortes debilitat ac frangit, confirmat et roborat infirmos; esurientes satiat, et eos, qui panibus abundabant, conficit inediâ. Quid plura? Etiam quod difficilius videtur factu, sterilem cumulat numerosâ sobole, et vulvam exhaurit ante fœcundam, et matrem affluentem filiis orbam relinquit. »

Alii illud *ghad* aliter reddunt. Septuaginta, *quia;* Chaldæus, *etiam;* Vatablus, *adeò ut.* Porrò *donec* aliquod etiam designat incrementum, et illud connotat aliquando, quod in aliquo genere summum et extremum est. 1 Reg. 30, v. 4 : *Planxerunt, donec deficerent in eis lacrymæ.* Et Reg. 2 cap. 23, v. 10, de Eleazaro : *Percussit Philisthæos, donec deficeret manus ejus,* et 3 Reg. c. 18, v. 28, de sacerdotibus Baal : *Incidebant se juxta ritum suum cultris et lanceolis, donec perfunderentur sanguine.* Sapient. cap. 10, 13, de Joseph : *Non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni.* Hæc in quolibet genere penè extrema videntur.

Ubi Vulgatus, *peperit plurimos,* Hebraicè, *peperit septem.* Hic de septenario filiorum numero multa suo more fabulantur Hebræi. Vide Hieronymum in Traditionibus Hebraicis, et Abulensem in hunc locum; ubi cùm unum filium in hoc temporis articulo pepererit Anna, septem tamen filios enixa dicitur, quot neque toto vitæ tempore suscepit. Ego, qui hæc de Annâ, aut de singulari aliquâ personâ non accipio, de hoc filiorum numero non laboro; sed tantùm dico, hoc Deum et posse et consuevisse facere, ut steriles plurimis nobilitet filiis; et fœcundis aut sterilitatem inducat, ne novis augeantur fœtibus, aut quos ante susceperant, extinctis, orbas relinquat, ita ut quos plorent, habeant, non in quibus seipsas ament et oblectent.

Ubi Vulgatus, *infirmata est,* Hebraicè est, *umlalah.* Quæ vox *debile* aliquid, et *marcidum* significat, quodque fructum ex se nullum proferre possit. Qualis erat ficus illa, de quâ Joel cap. 1, v. 12 : *Ficus elanguit;* ubi eadem vox est *umlalah.* Quam arborum maciem, seu languorem per *senium* Latini significare solent, qui dicunt, *consenuisse arbores.* Sic ergo quam nunc infirmatam dicit Propheta, existimare possumus eò fuisse redactam, ut vim omnem fœcunditatis amiserit. Quale vitium habet illa, cui præ senectute desierunt fieri muliebria; ut accidit Saræ, cui vis omnis, aut materia genitalis ablata est : aut cùm talia patiuntur feminæ, qualia viri, quos aut natura minùs æqua, aut hominum ars et industria fecit eunuchos. Sanè id accidisse feminis hominum injuriâ docet Athenæus, lib. 12, cap. 4, ubi refert ex Xantho à rege Lydorum Andramyte eunuchas factas esse feminas. Hoc verò est, quod aliquando in Scripturâ sacrâ audimus, alicui à Deo conclusam esse vulvam. Potest etiam aliqua, cùm filiis orbatur, infirmata dici, quia filii matris appellantur præsidium et robur, quia ultrò se pro matris salute periculis opponant, illius ulciscuntur injurias; neque quisquam feminarum vel famæ, vel pudori audet illudere, quas videt præsens à filiis habere subsidium.

Vers. 6. — Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit (1). Licet hoc

(1) Alleg. Deus mortificat Synagogam Judæorum, vivificat Ecclesiam Christianorum, ait S. Greg., Beda, Angelomus.

Tropol. S. Aug. lib. 17 Civit. c. 4 : Dominus cùm in nobis carnales affectus mortificat, spirituales spiritumque vivificat; mortificatio enim carnis est vivificatio spiritûs, uti docet S. Paulus. Unde Orig. : « Deus, ait, occidit Paulum persecutorem eumque vivificavit ut fieret Apostolus Christi. » Audi S. Gregorium hic : « Deum, inquit, ad inferos

Deo negari non possit, si propriè sumatur, et non oratione figuratâ ; quia sæpè ad vivos redierunt, qui jam inter vivos esse desierunt : tamen credo hæc à nobis accipienda latiùs, et sumi pro eo statu qui cùm sit planè miserabilis, dignus existimatur, qui commutari cum

« ducere, est peccatorum corda æternorum « cruciatuum consideratione terrere ; reducere « est territas pœnitentium mentes spe vitæ « indeficientis attollere. Tunc quippe peccare « desinimus cùm futura reformidamus. »
(*Corn. à Lap.*)

C'est le Seigneur qui ôte et qui donne la vie, qui conduit aux enfers, et qui en retire. Nous apprenons ici de Dieu même ce qu'il doit faire pour guérir notre âme. Il détruit premièrement en nous toutes ces affections qui nous sont mortelles, l'amour de nous-mêmes, l'attache à nos sens, à notre esprit propre, à notre volonté propre, et il tue ainsi en nous ce que saint Paul appelle le vieil homme et le corps du péché, et il nous donne en même temps la vie de la foi, de l'humanité et de la charité, en nous faisant vivre de la vie de l'homme renouvelé en Dieu, et animé par sa grâce et par son esprit.

Ainsi la vie suppose la mort, et Dieu ne ressuscite l'âme qu'après qu'il l'a fait mourir à elle-même par l'épée salutaire de la parole, qui ne flatte point, qui perce jusqu'au fond des entrailles, comme dit saint Paul, mais qui ne blesse que pour guérir. Mourons présentement, disait saint Paul, de peur que nous ne mourions pour jamais. Notre vie dans le monde était une mort. Mourons maintenant de cette mort heureuse et spirituelle qui donne la vie. *Moriamur ne moriamur; lethalem vitam vitali morte tegamus.*

C'est ainsi que Dieu conduit aux enfers, et qu'il en retire. Il conduit dans l'enfer par la frayeur qu'il donne à l'âme de ces feux et de ces supplices qu'elle a si justement mérités : et il l'en retire par l'humble confiance qu'il lui donne en sa miséricorde infinie, et aux mérites du sang de son Fils.

Les pasteurs des âmes doivent imiter en Dieu ces deux qualités, et ne pas craindre de passer pour trop sévères dans l'esprit des hommes lorsqu'ils les troublent et qu'ils les épouvantent par la crainte de l'enfer. Si Dieu les a épouvantés eux-mêmes, et s'ils ont reconnu en eux les heureux effets de cette frayeur, ils diront comme saint Augustin : *Territus terreo.* J'étonne les autres étant étonné moi-même, et je donne ce que je reçois.

Mais il serait fâcheux qu'ils en demeurassent là. Après avoir étonné les âmes, ils doivent les rassurer, et imiter Dieu, qui les console après les avoir épouvantées.

C'est pourquoi les plus grands Saints, comme en nos jours sainte Thérèse, ont dit que Dieu ne leur avait fait presque jamais aucune faveur extraordinaire qu'après les avoir humiliés, et ils ont regardé ces abaissements comme le gage d'une grâce nouvelle que Dieu leur voulait faire, selon cette parole du Sage : Dieu humilie le cœur avant d'y verser les dons de sa grâce : *Antequàm glorificetur cor hominis humiliatur.* Prov. 18. (*Sacy.*)

morte possit. Neque novum est, ut vivere negetur ille, qui cum malâ atque difficili fortunâ conflictatur. Sic sanè Seneca :

Mortis habet vices,
Lentis cùm trahitur vita gemitibus.

Et Martialis lib. 6, epigr. 69, ex communi, opinor, hominum sensu, et loquendi modo, non putat dies illos esse vitales, aut numerandos in vitâ, qui in angustiis, et corporis aut animi vexationibus aguntur :

Et quantùm tetricæ tulêre febres,
Aut languor gravis, aut mali dolores,
A vitâ meliori separentur,
Non est vivere, sed valere vitâ.

Plurima in hanc sententiam dicuntur à profanis ; neque minùs apud sacros frequens hic loquendi modus. Psal. 37, inimicos suos, quibus omnia ad votum abundè succedunt, ut felices considerat, in vivis numerat ; se autem, quem assidua vexant incommoda, prorsùs in mortuis. *Ego,* inquit, *in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper. Inimici autem mei vivunt.* Ac si dicat, *ego morior, illi vivunt.* Et Paulus 1 ad Thessal. 3, dùm vivere se dicit, dùm alii stant, mori se fatetur, si cadere contingat. Sic autem ille v. 8 : *Quoniam nunc vivimus, si vos statis in Domino.* Deduci autem ad inferos, idem est hoc loco, sicut alibi sæpè, quòd ad sepulcrum : qui autem in sordibus est, quique præ confusione tenebras amat, neque audet lucem intueri publicam, quasi in sepulcro mortuus, sic etiam situ vivus extabescit. Sanè qui in exilio sunt, aut alienæ voluntati parent, pro mortuis censentur, et mortui vocantur. Quales censeri possent filii Israel, cùm sub alieno dominatu durè vexabantur in Ægypto, et qui postea vitam exulem et ægram apud Babylonios traduxerunt. Hi enim posteriores mortui dicuntur, Ezech. cap. 37, ubi exules dicuntur mortui et exilium sepulcrum appellatur. Sic enim v. 11 : *Ossa hæc universa domus Israel est.* Et statim : *Ecce ego aperiam tumulos vestros, et educam vos de sepulcris vestris, populus meus, et inducam vos in terram Israel.* Hoc planè est : *Mortificare, et vivificare; deducere ad inferos et reducere.*

Neque credo, malè conjectaret, qui in mortuis steriles conjuges intelligeret, qui cùm nullum ex se fœtum producant, sicut neque lignum mortuum et putridum, mortui vocantur. Sic sanè vocabantur eunuchi Isaiæ cap. 56, v. 3: *Non dicat eunuchus : Ecce ego lignum aridum.* Sanè duo magni conjuges Abraham et Sara, quo tempore inepti videbantur suscipiendæ

soboli, mortui dicebantur. Sic vocat Apostolus ab Hebr. cap. 11, v. 12; et clariùs ad Rom. cap. 4 : *Non infirmatus est fide* (Abraham), *nec consideravit corpus suum jam emortuum, cùm ferè centum esset annorum, et emortuam vulvam Saræ*. Respiciens ergo Anna ad tempus sterilitatis suæ, in quo mortua videri poterat, sicut Sara, aut lignum omninò putre; et ad illud, in quo augeri cœpit nobilissimâ prole, et quasi novum ex se germen producere, dixisse videri potuit : *Dominus mortificat, et vivificat*, etc. Quod sub eâ metaphorâ, de quâ proximè dictum est, Ezech. cap. 17, v. 24 : *Siccavi viride, et frondere feci lignum aridum*.

Vers. 7. — Dominus pauperem facit et ditat; humiliat et sublevat (1). Hæc sententia millies in Scripturâ sacrâ reperitur, quæ explicatione non eget. Quam sub plantarum allegoriâ eo loco, de quo proximè, expressit Ezechiel : *Ego Dominus humiliavi lignum sublime, et exaltavi lignum humile*.

Vers. 8.— Suscitat de pulvere egenum, et de stercore elevat pauperem (2), ut sedeat cum principibus. Hæc etiam obscura non sunt. Illud notandum, in pulvere conditionem miseram et ægram, et spiritum afflictum significari. Unde frequens in sacris litteris, *sedere in pulvere*, dùm significare voluit viduitatem, mœrorem et illum statum quem homines etiam prudentes non inviti cum morte commutarent; et *excitari è pulvere*, cùm quis ad eum gradum et ordinem vocatur, qui procul elevatur à terrâ; qualis est principum, qui thronum suum in sublimi loco statuerunt. Hæc eadem sententia iisdem propè verbis reperitur, Psal. 112, v. 7, et Lucæ 1, v. 52. Ut autem qui ex abjectâ ad splendidam fortunam evehuntur, ex stercore ac pulvere excitari dicuntur, et ad thronum, excelsum videlicet ordinem promoveri : sic contra, quos Deus ex loco sublimiori deturbat, et ad ignobilem abjicit, deducere dicitur à solio, et ad pulverem et stercus deprimere. Sic sanè contra Babylonem olim potentem, quæ latè dominabatur in gentibus quæque sibi honores arrogabat divinos, Isai. cap. 47 : *Descende, sede in pulvere, filia Babylon, sede in terrâ : non est solium filiæ Chaldæorum*. Hujus rei exempla habemus apud profanos innumera, apud sacros non pauca. Sic Deus excitavit Joseph, de quo Psal. 104, v. 17 : *In servum venumdatus est Joseph : humiliaverunt in compedibus pedes ejus*. Et statim v. 21 : *Constituit eum dominum domûs suæ, et principem omnis possessionis suæ*. Et Sap. 10, v. 14 : *Donec afferret illi sceptrum regni*. David cùm primùm vitam ageret pastoritiam et rusticam, et deinde sic ab inimico potentissimo vexaretur, ut nullum diù tempus habuerit à periculo, seu timore vacuum; inde tamen ad regium nomen, et majestatem ascendit. Quid plura? Morti jam erat destinatus, atque patibulo Mardochæus ab Aman, cujus summa apud Assuerum auctoritas; à morte tamen ignobili provectus est ad locum regio proximum : et alius ab eo statu qui vitalis appellari potuit, et excelso throno ad crucem quam alteri paraverat, ignominiosè descendit.

Hic porrò allegoricus dicendi modus è duplici Hebræorum consuetudine deduci potuit. Fingebatur in nuptialibus sacris excitata è stercore, id est, ex materni sanguinis volutabro, recens nata puella, quæ ab sponso inde assumpta est ad regium nomen : nuptiali enim vocabulo sponsa dicebatur regina. De hâc consuetudine plura nos ad illud cap. 8 : *Sub arbore malo excitavi te*. Et constat apertè ex Ezech. cap. 16, ubi puella ex puerperii sanguine ad regnum profecisse traditur. In quem etiam sensum explicabamus illud Psal. 67 : *Si dormiatis inter medios cleros*. Alia consuetudo fuit, ut victus, et qui se ad humiles et sordidas preces abjiceret, sterneret se humi, et ore terram oscularetur, ut diximus in nostris Commentariis in Jeremiam, ad illud Thren. 3 : *Ponet in pulvere os suum, si fortè sit spes*. Ex eo igitur statu, qui omnium existimatur esse abjectissimus, ad solium gloriæ miseros elevat Deus.

Domini enim sunt cardines terræ, et posuit super eos orbem (1). Multa hic alii de re astro-

(1) *C'est le Seigneur qui fait le pauvre et qui fait le riche, c'est lui qui abaisse et qui élève.* Non seulement le Seigneur en général *fait les pauvres et les riches*, abaisse et élève; mais il le fait encore dans la même âme. *Il la rend pauvre*, il la persuade de son extrême indigence, et après cela *il la rend riche. Il l'abaisse* jusque dans le centre de son néant, et après cela *il la relève*. Il la réduit jusque dans la poussière, comme Job sur le fumier, « dont le corps « couvert de plaies était, selon S. Grégoire, « l'image de ces âmes humbles, qui disent à « Dieu lorsqu'il leur ôte ou l'usage, ou le « sentiment des biens de l'âme qu'il leur a « donnés : » *Je suis sorti nu du sein de ma mère, et j'y rentrerai tout nu. Dieu m'a donné tout, il m'ôte tout ; que son saint nom soit béni.* C'est ainsi que l'on devient *prince* à l'égard de Dieu, et que l'on *monte sur le trône* que le Sauveur a préparé aux âmes humbles. (*Sacy.*)

(2) Mysticè S. Gregor. Deus peccatorem suscitat è pulvere, cùm è veniali culpâ, è stercore, cùm è mortali eum per pœnitentiam elevat ad gratiam. (*Corn. à Lap.*)

(1) *C'est au Seigneur qu'appartiennent les fonde-*

nomicâ, de universi constitutione, de cardinum naturâ, de cœlesti motu, quæ, ut ego opinor, non valdè faciunt ad germanam hujus loci sententiam. Mihi non dubium est, sermonem istum esse proverbialem, et in eo summam alicujus significari potentiam; sicut etiam in clavibus, quæ portarum alicui, et totius domûs potestatem, faciunt. Sunt autem cardines cœlorum duo poli, super quos tota volvitur cœlestis machina, quæ vario perpetuoque rotatu, absque ullâ difficultate modò elevat, quæ proximè depressa fuerant, modò deprimit, quæ supremum in ipsâ cœlorum abside locum obtinebant. Ad hujus similitudinem suos quoque cardines habet terra, licet illa suâ se mole immobilem contineat; super quos rota existimatur, et volubilitate perpetuâ, quæ secum circumfert, omnia nunc sursùm attollere, nunc etiam deprimere deorsùm. Cùm ergo dicit Anna, *terræ cardines Domini esse*, id

ments de la terre, et il a posé le monde sur eux. La raison que cette sainte femme apporte des effets si miraculeux de la puissance de Dieu dont elle vient de parler, c'est que tout le monde lui appartient depuis une extrémité jusqu'à l'autre, et que c'est lui seul qui l'a affermi *sur ses fondements,* ou *sur ses pôles :* DOMINI *sunt cardines terræ, et posuit super eos orbem.* C'est lui qui règle tous ses mouvements, et qui fait que toutes ses révolutions ne contribuent qu'au salut des siens. Il paraît, selon la pensée de cette divine prophétesse, que Dieu n'a fait le monde que pour ses élus, et qu'il n'arrive rien dans tous ses changements que pour leur vrai bien.

Les saints Pères nous ont marqué sous ces paroles prophétiques mystérieuses, et un autre monde invisible qui est l'Eglise, et d'autres fondements qui la soutiennent, qui sont les pasteurs que Dieu choisit pour être l'appui et le soutien de ses élus. Dieu met sur eux le monde nouveau. Il ne les met pas au-dessus des âmes pour les dominer avec empire, qui est ce que Jésus Christ défend si expressément dans l'Evangile. Mais il veut au contraire que leur charité les mette en quelque sorte au-dessous d'elles pour les supporter, afin qu'ils les gouvernent non avec une autorité pleine de sagesse, mais avec une sagesse pleine de bonté. Non principandi superbiâ, dit saint Augustin, sed consulendi misericordiâ.

L'Ecriture dit que c'est Dieu qui a mis le monde sur eux, pour montrer qu'il faut que ce soit Dieu qui les appelle à une charge si redoutable, et qu'à moins de cela, c'est comme si un homme s'engageait de lui-même à porter une montagne. Un pasteur bien appelé, dit un saint, est une fourmi qui porte une montagne. La fourmi marche, et la montagne ne l'écrase point, parceque Jésus Christ qui l'a appelé à cet emploi, porte lui-même ce qu'il lui a donné à porter et qu'ainsi il lui rend non seulement supportable, mais même doux un si grand fardeau. (*Sacy.*)

utique affirmat ab illius potentiâ sic omnia gubernari ac verti, ut eâ facilitate res humanæ susque deque ferantur, et varias subeant vicissitudines, quo illa, quæ in cœlo sunt, facillimo negotio convertuntur. Hic porrò subaudienda est similitudinis nota, in hunc modum : Quemadmodùm quia Deus Dominus est cardinum cœli, quæ in cœlo fixa sunt astra, perpetuo rotatu circumfert et voluit, quæ nunc attollit, nunc deorsùm corripit et deprimit, sic etiam in terrâ suos videtur habere cardines, super quos humana sine ullo negotio quamcumque in partem velit, rapit et versat. Ut autem à cardine sunt translationes aliæ plurimæ, *ut cardo causarum,* in quo rerum summa continetur, et in quo magnæ fiunt rerum inclinationes, sic etiam *cardines* dici possunt terræ, in quo ipsa magnas patitur rerum vicissitudines. In his porrò cardinibus totus vertitur orbis, quem Dominus sic versat, sicut in suo cardine magnarum etiam urbium ab imbecillo etiam brachio claustra vertuntur.

Alias alii in *cardine* metaphoras agnoscunt. Hieronymus in Traditionibus ad hunc locum *cardines* terræ putat esse eos quos mundus calcat et affligit; quibus tamen Deus orbem imposuit, quem illi sustinent, non secùs ac columnæ ruituram domum, nisi in illis inclinata recumberet. Et quidem sanctorum operâ et precibus mundum sustineri, quem improborum scelerati mores quasi murali tormento concutiunt, multa docent; et nos nonnihil diximus ad illud Isaiæ 57 : *Justus perit, et non est, qui recogitet in corde suo.* Et quidem si decem illi, qui justi erant apud Sodomæos, non periissent, starent forsan ad hoc usque tempus civitates illæ, quas cœleste consumpsit incendium, et fœtentes ac stagnantes aquæ Mortui maris oppleverunt. Imò tantùm valet vel unius justi virtus et oratio, ut contra prementibus peccatorum machinis ruentem possit civitatem fulcire. Jeremiæ cap. 5 : *Circuite vias Jerusalem, et aspicite, et considerate, et quærite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium; et propitius ero ei* (Jerusalem). Ubi sic Hieronymus : « Grandis amor justitiæ, « ut non pro decem justis, sicut olim ad Abra- « ham dixit Deus, liberet civitatem : sed si in- « venerit unum in Jerusalem, misereatur civi- « tatis. » Hi ergo in hâc cogitatione in manu Dei sunt, et illius verè populus, et regnum, quos exaltat, etiamsi viles hominum opinione habeantur et sordidi ; facitque, ut vastam mundi molem peccatorum incumbentem pon-

dere sustentent. Exemplo nobis sunt duo magni patriarchæ, et quasi duo Religionis fulcimina, Franciscus et Dominicus, qui jamjam labenti Lateranensi basilicæ apposuerunt humeros, et sustinuerunt à ruinâ.

Alii in *cardinibus* principes intelligunt, quorum est proprium moderari, sustinereque rempublicam, quorum consiliis res humana hùc illùcque convertitur, non secùs atque in cardine portarum claustra. Ita Glossa, quæ *cardines* appellat prælatos et principes, quibus publica salus commendata est. Hi, Job, cap. 9, dicuntur orbem sustinere : *Sub quo*, inquit, *curvantur, qui portant orbem.* Hi etiam in Domini potestate sunt, quos eâdem facilitate Deus è suâ majestate dejicit, quâ pauperes ad supremum ordinem attollit

VERS. 9. — PEDES SANCTORUM SUORUM SERVABIT (1). Fingit, opinor, Anna sanctos et justos, quos impii deprimere, et ad terram allidere contendunt, quasi viatores : et reverà homines, quamdiù durat vita, in terrâ agunt, et in viâ sunt, quam latrones obsident, et inimicorum occupant insidiæ, et nusquàm non occurrit, ad quod offendas. In viâ verò præcipuè laborant pedes, quia atteruntur ipso incessu; etiamsi nihil aliud adversum accidat, titubant, in loco scopuloso et arduo, et labuntur interdùm, et in præceps ruunt. Quare qui pedes servaverit ac rexerit, totum servabit hominem, efficietque, ut secundo progressu iter absolvat et ad optatum destinatumque finem lætus, et absque ullâ offensione perveniat. Quare frequens est in Scripturâ, ut viri sancti id à Domino petant, ut gressus dirigat. Sic Psal. 16, v. 5 : *Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea.* Et Psal. 36 : *Apud Dominum gressus hominis dirigetur.* Et Psal. 55, gratias agit David, quòd ipsius pedes Dominus vindicaverit à lapsu. Hinc fit, ut pedum vel offensione, vel felici gressu significetur quodcumque sive infortunium, sive fortunatus eventus; Thren. 4, v. 18, in gressu titubante, ac lubrico infelix Judæorum fortuna exprimitur : *Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum ; appropinquavit finis noster.* Quòd autem hìc non tantùm secundus exprimatur ingressus, sed totius vitæ, aut ex totâ vitâ fortunatus exitus, et in rebus humanis successus ex voto, probat antithesis, quæ sequitur, quæ improborum studiis infelicia omnia et contraria minatur,

ET IMPII IN TENEBRIS CONTICESCENT (1). Tenebræ quocumque in genere aliquid indicant ægrum, infortunatum et durum sive humana conside-

(1) *Pedes sanctorum suorum servabit*, ne scilicet in culpam, indeque in gehennam corruant; ita S. Greg. Unde Chald. : *Corpus servorum justorum custodivit Deus à gehennâ.* Per *pedes* significantur gressus, motus, actiones justorum, quas Deus dirigit, necubi offendant, cespitent corruant.

Mysticè, pedes animæ sunt ejus affectus, quos ut dirigat fulciatque Deus, ne ad terrena labantur, jugiter invocandus est. Nam, ut ait S. August. in Ps. 144 : *Adimus Deum animo, non vehiculo, affectionibus, non pedibus,* passibus mentis, non corporis. Idem præfat. in Ps. 121 : *Ad Deum*, ait, *ascendit volando qui ascendit amando.* Porrò duo animæ pedes quibus ad Deum imus, sunt humilitas et fortitudo, ait S. Greg. Denique S. Bonav. in Ps. 118, v. 105 : « Dictis pedibus, inquit, providere debemus, « ne inquinentur, ne illaqueentur, ne subvertantur, sed puri, liberi et firmi serventur. Inquinantur autem per luxuriam, illaqueantur per avaritiam, subvertuntur per « superbiam, sed servantur per sanctimoniam. De primo : *Lavi pedes meos*, scilicet per pœnitentiam, *quomodò inquinabo illos*, scilicet per luxuriam? Ecce pedum « inquinatio. De secundo : *Laqueos abscondederunt pedibus meis.* Ecce pedum illaqueatio. « De tertio : *Calamitates meæ illicò surrexerunt, pedes meos subverterunt.* Ecce pedum « subversio. De quarto : *Pedes sanctorum suorum servabit.* Ecce pedum servatio.

(*Corn. à Lap.*)

Il gardera les pieds de ses saints, c'est-à-dire leurs affections; il empêche que, marchant sur la terre pour servir les hommes, leurs pieds ne se gâtent par la poussière du siècle. Il garde encore leurs affections, afin qu'ils ne s'élèvent point, et qu'ils rendent au contraire à Dieu de continuelles actions de grâce; parce que l'homme, quelque fort qu'il paraisse, n'est en lui-même que faiblesse, et que s'il n'attribue à Dieu toute la force qu'il a reçue, il tombe aussitôt.

Les impies, au contraire, c'est-à-dire les in-

grats, puisque la piété n'est point différente de l'humilité, s'imaginant que leur force et leur lumière vient d'eux et non pas de Dieu, gardent avec lui un superbe silence, et ainsi leur ingratitude les perd et leurs ténèbres croissent toujours. Vous qui vous souvenez du Seigneur, dit Isaïe, ne vous taisez point, et ne demeurez point dans le silence devant lui : Qui reminiscimini Dominum, ne taceatis, et ne detis silentium ei.

Quelques-uns expliquent ces paroles du silence profond et plein de confusion que garderont les damnés dans les ténèbres de l'enfer.

(*Sacy.*)

(1) Septuaginta Aldinæ et Romanæ editionis, et Ms. Alexandrinum addunt hìc : *Dominus infirmum faciet adversarium suum; Dominus scit, quia non gloriatur prudens in prudentiâ suâ, et non gloriatur potens in potentiâ suâ, et non gloriatur dives in divitiis suis; sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere et scire Dominum, et facere judicium et justitiam in medio terræ;* quod deductum videtur ex Jerem. 9, v. 23. (*Calmet.*)

res commoda, sive illa quæ cœlestem lucem, et divinum aliquid intuentur : Unde *esse in tenebris*, in omni litteraturâ est, vitam agere tristem et ignominiæ plenam, qualem agit vidua, aut qui ex sublimi cecidit loco. Tacere autem is dicitur, qui sic est à potentiore subactus, ut eo præsente mutire non audeat, aut suam deplorare fortunam ; ut diximus ad illud Thren. 1, v. 2 : *Plorans ploravit in nocte*. Quare impii, id est, illi, quos paulò ante fortes, loquentes sublimia, et repletos panibus appellârat, tacebunt in tenebris, id est, sic erunt ab omni ornamento nudati, ut non audeant loqui sicut antea, sublimia, imò neque publicam lucem, aut hominum oculos subire.

Quòd si hic majus aliquod infortunium consideres, quale est illud, quod sceleratam vitam, et superbos spiritus consequitur, verè impii conticescent in tenebris, quia in carcerem trudentur caliginosum et tetrum ; et ibi silebunt, quia non loquentur inflata illa verba, quæ suæ fortunæ blandiùs assentati secum meditabantur ; aut certè quia qui in inferno concluduntur carcere, silere dicuntur, non solùm in sacrâ, sed etiam in profanâ paginâ. Psal. 30 : *Erubescant impii, et deducantur in inferno; muta fiant labia dolosa.* Sanè apud profanos, manes, id est, animæ æternis suppliciis alligatæ, silentes appellantur ; et loca illa inferna silentia et taciturna dicuntur. Sic sanè Virgilius lib. 6 Æneid. :

Di, quibus imperium est animarum, umbræque silentes

Et chaos, et Phlegeton, loca nocte silentia latè.

Et Ovidius lib. 5 Fastorum mortuos silentes vocat :

Mox etiam lemures animas dixêre silentûm.

Quia non in fortitudine sua roborabitur vir (1). Vir hoc loco, ut locis aliis plurimis, idem est, quod *quilibet*. Atque ideò sensus erit superioribus consentaneus, neminem esse, cui aliquid contra Dei voluntatem et potentiam, subsidii afferre possit potestas et robur. Atque ideò frustra pugnabit, et stultè contendet, qui obnitente Domino tenere voluerit excelsum locum, quem occupârat priùs : aut justos et pauperes opprimere, quantùmcumque fuerint aut à propriis viribus, aut ab externo præsidio destituti ; cùm adversùs Deum, qui illorum causam suscepit, et ab illis stat, infirma sit omnis creata potestas, et irrita contentio.

Vers. 10. — Dominum formidabunt adversarii ejus (1), et super ipsos in cœlis tonabit (2).

(1) Quia non in fortitudine sua roborabitur vir, ut Deo fortissimo prævaleat, vel resistere valeat. Refert hæc ad id quod præcessit, quasi dicat : Ideò Deus pedes sanctorum suorum servabit, quia ipsi cognoscentes infirmitatem suam confisi sunt in fortitudine non suâ, sed Dei, eumque suppliciter invocârunt ; impios verò permisit labi in peccatum, et ruere in gehennam, quia ipsi in fortitudine suâ confisi, opem Dei invocare neglexerunt. Audi S. Aug. in Soliloq. c. 25 : « Sperabam aliquando in « virtute meâ, quæ tamen non erat virtus. Et « cùm sic volui currere, ubi magis stare credebam, ibi magis cecidi. Quod magis credidi « posse per me minùs semper potui. Dicebam « enim : *Hoc faciam, illud perficiam*, nec hoc, « nec illud faciebam. Aderat voluntas, non erat « facultas. Aderat facultas, non erat voluntas, « quam de meis viribus confidebam. Nunc autem confiteor tibi, Domine Deus meus, quia « non in fortitudine suâ roborabitur vir. Non « est enim hominis velle quod possit, aut « posse quod velit, vel scire quod velit et « possit, sed potiùs à te gressus hominis diriguntur. »

Causam dat idem S. August. 17 Civit. 4 : « Cùm enim, inquit, Dominus possidere nos « cœperit, profectò adversarius qui noster « fuerat, ipsius fit et vincitur à nobis, sed non « viribus nostris, quia non in virtute suâ potens est vir. » (*Corn. à Lap.*)

(1) Dominum formidabunt adversarii ejus, Hebræus : *Dominus destruet adversarios suos*, qui sibi resistunt. Septuaginta : *Dominus infirmum faciet adversarium suum.* (Calmet.)

(2) Mysticè, tonat in animâ peccatrice Deus, cùm ei injicit minas metusque gehennæ, ut ex terrestri fiat cœlestis, imò ex terrâ fiat cœlum. Nam, ut ait S. Ambr. in Ps. 118, serm. 12 : « Cœlum dicitur, qui vitam angelorum custodiâ integritatis exercet, et corpus suum continenti sobrietate moderatur. » Audi S. Hier. in Ps. 133, v. 3 : « Multi de terrâ cœli fiunt, « et multi de cœlo terra. Infelix Judas cœlum « fuit, et factus est terra. Paulus Apostolus eo « tempore quo persequebatur Ecclesiam, terra « erat, confessus est, et cœlum factus est. » (Corn. à Lap.)

Les ennemis du Seigneur trembleront devant lui; il tonnera sur eux du haut des cieux. Le sens de la lettre est assez clair. Saint Grégoire l'explique des saints, qui sont des cieux spirituels où Dieu habite : « Leurs paroles sont des tonnerres par « lesquels Dieu épouvante les méchants, et il « verse d'eux comme de ses nuées la lumière « et la pluie de sa grâce, pour produire dans « les âmes les fruits des vertus. »

Le Seigneur jugera toute la terre. Il faut nous souvenir sans cesse que Dieu *jugera* enfin *toute la terre*. Ne craignons point le jugement des hommes qui ne connaissent point le fond des cœurs ; craignons celui-là seul qui nous doit juger, et qui jugera tous ceux qui nous jugent. Ce sera alors que Jésus-Christ, qui est maintenant si méprisé sur la terre, et dans sa parole, et dans ses mystères, et dans ses élus, entrera en possession de son éternelle royauté, et qu'il iera asseoir avec lui sur le même trône tous ceux qui n'auront pas dédaigné de marcher dans la voie de son humilité et de ses souffran-

Hinc putant aliqui Annam esse prophetidem, et non tam quid Deus aut præstiterit olim, aut præstare soleat, quàm quid aliquando facturus sit, velle significare. Quasi prædicat victorias, quas filius Samuel, quem tunc templo, sacroque ministerio consecràrat, auspice, atque favente Deo, consecuturus esset contra Philistinos Israelitici nominis inimicos. Tunc gens illa, quæ infensas acies contra Dei populum armaverat, et gravem plagam sæpiùs intulerat, cùm Deum ab Israelitis stare conspexit, subitò cohorruit. Astare autem Deum adversariis suis ex eo prudenter conjectare potuit, quia de cœlo videtur fuisse dimicatum; auditum est enim ingens tonitru, quale sub id tempus insonuisse nos legimus. Sic autem infra, cap. 7, v. 10 : *Factum est autem, cùm Samuel offerret holocaustum, Philisthiim inièrè prœlium contra Israel. Intonuit autem Dominus fragore magno in die illà super Philisthiim, et exterruit eos, et cæsi sunt à facie Israel.* Josephus fulmina addit, terræ gravem motum, et ejus vastum hiatum, de quibus postea pluribus, cùm ad hunc locum deducta fuerit commentatio. Quòd ab hoc saltem loco prophetet Anna, diximus supra ad hujus capitis initium n. 2, et hoc probamus magis. Illud verò, *et* ante, *super ipsos*, non est conjunctiva, sed rationalis particula; quasi dicat : Ideò formidabunt adversarii, quia Deus è cœlo tonabit.

Hæc mihi multò probantur magis, quia et ipsa non difficilè veniunt ad textum, et quia magnos habent patronos, quorum nomen omnes meritò suspiciunt. Dicam tamen, quod mihi etiam videtur non difficile, neque illud cuiquam persuadeo. Videtur hìc Anna non hæc asserere de uno Samuele prophetando, sed de omnibus qui, suis freti viribus, pauperibus et justis, quorum Deus causam et tutelam suscepit, imò et ipsi Deo illorum patrono ac vindici bellum indixerunt. Quibus cladem, extremamve fortunam prædicit, sumpto argumento à superioribus seculis, in quibus hostes nimiùm victoriis atque opibus insolentes, ejaculatis desuper cum ingente fragore fulminibus extinxit. Quasi dicat : Extinxit olim Deus tonando et fulminando de cœlo potentissimos hostes, qui contra populum suæ commissum fidei arma sumpserunt; neque minori studio, aut alio successu, eodem modo adversarios sibi populoque egeno ac justo, fulminando conficiet. Ubi Hebræorum more supplenda est similitudinis nota. Quod autem aliquando Deus de cœlo pro populo in summâ desperatione ac metu dimicaverit, armis usus cœlestibus, multa docent exempla, quæ pro suâ magnitudine ignorata esse Annæ non est verisimile. Primùm Genes. cap. 19, v. 24, de cœlo Deus jaculatus est ignem, quo deflagravit temporis momento Pentapolis, quam etiam mare Mortuum absorbuit. Deinde contra Ægyptios non semel è cœlo dimicavit : Exod. 9, v. 23 : *Dominus dedit tonitrua, et grandinem, et discurrentia fulgura super terram, pluitque Dominus grandinem super terram Ægypti.* Josue cap. 10, v. 11 : *Misit super eos lapides magnos de cœlo usque ad Azeca, et mortui sunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filii Israel.* Item Judic. cap. 5, v. 20 : *De cœlo dimicatum est contra eos: stellæ manentes in ordine et cursu suo, adversùs Sisaram pugnaverunt.* Hinc, credo, ortum est proverbiali formâ, ut magnum aliquod auxilium, quod à Deo provenit, hoc ipso, aut simili dicendi modo significetur. Sanè nihil ejusmodi accidit Davidi, qui tamen cùm sæpè à Deo contra hostes numero ac robore præstantes adjutus esset, similia sibi contigisse prædicat. Sic autem ille Psal. 17, quem ut ex ejus titulo constat, tunc cecinit, quando eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Saül; dixerat v. 8 : *In tribulatione meâ invocavi Dominum, et ad Deum meum clamavi. Et exaudivit de templo suo sancto vocem meam.* Deinde, cùm quale foret divinum auxilium, explicaret, ait v. 16 : *Intonuit de cœlo Dominus, et Altissimus dedit vocem suam, grando et carbones ignis. Et misit sagittas suas, et dissipavit eos; fulgura multiplicavit, et conturbavit eos.* Sic fortassè dùm Anna dicit : *Super ipsos in cœlis tonabit,* nihil significat aliud, quàm auxilium missum esse de cœlo, et favente Deo concisum fuisse, aut exanimatum inimicorum exercitum, et principes deturbatos è solio; et pauperes, quique superborum patuerunt opprobriis, in sublimem gradum excitatos. Hæc mihi non improbabilia; in priorem tamen explicationem pronior est assensio.

DOMINUS JUDICABIT FINES TERRÆ, ET DABIT IMPERIUM REGI SUO, ET SUBLIMABIT CORNU CHRISTI SUI (1). Hæc item alii propheticè putant ab

(1) Hebr. et Chald., *Messiæ suo;* adverte Annam esse primam in Scripturâ quæ hìc exprimat nomen Messiæ sive Christi : hucusque enim in Pentateucho, Josue et Judic., nomen Christi non audivimus. Chald. hæc referens ad tempora Antichristi, Gog et Magog, sic vertit : *Faciet ultimum de Gog et Magog, et exercitu gentium*

ces, sachant que c'est par cette porte qu'il a voulu lui-même entrer dans sa gloire. (Sacy.)

Annâ prædicta. Quæ plerique de Christo capiunt, cui Deus judiciariam dabit potestatem, ut fines terræ judicet, quos ante superbi principes moderati sunt, quique regni sceptrum, seu potiùs jugum, non tam suis, quàm subditorum humeris imposuerunt. Hos igitur terræ fines longè aliter judicabit ac moderabitur Christus, qui, ut de illo Isaias cecinit cap. 9, totum imperii sui pondus ipse portavit : *Factus est principatus super humerum ejus.* Commodè autem de Christo jam rege ac judice sermo inducitur propheticus, quia priùs depositos esse dixerat è regali, aut regali proximo solio principes, quique de se vana loquebantur et magnifica; pauperes verò et justos exaltatos. Horum magister et exemplar fuit Christus, quo nemo in terris magis ab omni naturæ subsidio, nemo ab omni dignitatis publicæ splendore atque ornamento nudus. Adeò ut virorum novissimum, et ut loquuntur physici, *minimum quod sit,* vocavit Isaias cap. 53, et ipse Psal. 21, *vermem* se appellat, et *non hominem, opprobrium hominum, et plebis abjectionem.* Huic igitur Deus tanquàm judici judiciariam virgam, et tanquàm regi summum tradidit imperium. Spectâsse verò in Christo abjecto et paupere, id quod in pauperibus aliis Deus spectare solet, ut illos nempe ex pulvere suscitet et stercore, ipsa statim aperit prophetissa, dùm ait : *Et sublimabit cornu Christi sui*, id est, cujus cornu abjectum et fractum esse vidit illum confirmabit, et in sublimem attollet ordinem et locum. Quid autem sit *exaltare*, seu *deprimere cornu*, paulò ante diximus in principio capitis.

In hunc sensum accipiunt Chaldæus, Abulensis, Hugo, Dionysius, Jansenius, Lyra, et ex parte Theodoretus et Euthymius. Alii hæc de Samuele accipiunt qui judicavit Israelem; et de regibus, qui illius loco deinceps rem curaverunt publicam. Et de hoc argumento tertiam

raptorum qui venerunt ex finibus terræ, et dabit fortitudinem regi suo, et multiplicabit regnum Messiæ sui.

Tropologicè S. Augustinus, lib. 7 Civit. 4, hæc attribuit cuilibet fideli sancto et beato : hic enim est Christus, id est, unctus, scilicet chrismate Christi, in Baptismo et Confirmatione, ideòque quasi athleta, victor, rex et triumphator mundi, carnis et diaboli, cum Christo regnabit in cœlo per omnia secula. Porrò hæc aliter exponit R. Jonathan filius Uziel in translatione suâ Chaldaicâ, eumque sequuntur Rabbini posteriores, qui negant Christum venisse, unde hæc à Christo detorquent ad Levitarum successum, potentiam et victorias, quas habituri erant sub Samuele, et deinde sub Machabæis, quasi illas Deo revelante Anna præsciverit, et hic prædixerit. (Corn. à Lap.)

Abulensis expositionem instituit; et indicat Septuaginta translatio, quæ, pro *rege*, in plurali numero *reges* adhibuit. Neque mihi displicet, si ita hunc locum in cantico postremum interpretere, ut Deus auferat imperium à rege non suo, id est, qui consilia sua divinæ voluntati non subdidit, qualis est vir potens et princeps in populis : et tradat regi suo, id est, justo, qui voluntati Dei in gubernando attemperabit suam, vivetque, instituetque alios juxta legem sibi datam à Domino. Atque ideò illius cornu, atque potentiam, quam principum arrogantia pessumdabat, quò plus habeat auctoritatis, in sublimem locum excitabit. Hic finitur Annæ canticum; deinde pertexitur Samuelis historia.

Vers. 11. — Puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis (1). Reversus est Elcana cum uxore totâque familiâ in Ramatha, et infantem triennem reliquit in templo, ut Leviticam operam navaret sacerdoti, et interim dùm aliquid roboris accederet ætatulæ, sui ordinis ministeriis assuesceret. Quid autem in templo tantillus puer præstare potuerit, non video; aliquid tamen operæ impendisse sacerdotis imperio, præsens hic locus indicat. Chrysostomus tomo 1 Homil. de Samuele, non exiguam indicat à triennali puero datam operam sacerdoti. Quod ego sic interpretor : Opus sacerdotis est alios ad bonam mentem, et pietatis studium instituere; quare qui ad hunc usum aliquid confert operæ, sive exemplo, sive labore suo, ille sanè cum sacerdote facit, et aliquâ illum sollicitudine allevat. Neque ille minùs est in conspectu Domini, quàm sacerdos, quicumque ille fuerit; quia Deum præsentem habet, et assiduum sibi, cujus studio ac voluntati servit. Quemodò verò

(1) Audi S. Aug. in Psal. 98 : « Samuel quid « fecit infans ad templum datus? omnes ætates « suas inter sancta sacramenta Dei peregit, ab « ineunte ætate famulus Dei. Ipsius coma pro- « mittebatur, et potus aqua erat, ait Josephus, « et quidem usque ad ejus mortem, » inquit Philo de Nazaræatu cap. 1, 57. Audi S. Hier. Epist. ad Lætam de Instit. filiæ : « Anna filium « quem Deo voverat, postquàm obtulit in ta- « bernaculo, nunquàm recepit; Indecens ar- « bitrata ut futurus propheta in ejus domo « cresceret, quæ adhuc alios filios habere cu- « piebat. Denique postquàm concepit et pepe- « rit, non est ausa ad templum accedere, et « vacua apparere coram Domino, nisi priùs « redderet quod debebat : talique immolato « sacrificio reversa domum, quinque liberos « sibi genuit, quia primogenitum Deo pepere- « rat. Mirari, felicitatem sanctæ mulieris? « imitare fidem. » (Corn. à Lap.)

hunc usum sacerdoti ac populo præbuerit, indicat Chrysostomus supra : « Quanquàm puero, « inquit, ætas erat immatura, virtus tamen « aderat matura; nam ascendentibus in tem- « plum omnibus multæ religionis ac pietatis « magister factus est. Siquidem illi, dùm in- « quirunt discuntque modum nativitatis illius, « abundè magnum solatium accipiebant spei, « quæ est erga Deum. Neque quisquam viso « puero tacitus descendebat, sed omnes glori- « ficabant illum, à quo præter spem datus « erat. » Hæc Chrysostomus. Sed addo ego, ministrare Samuelem Deo coram Heli, cùm modestiam docet in templo servari, cùm tantillus in conspectu Domini genibus insistit, cùm orat et silet, quod in ætatulâ illâ triennali perquàm rarum est; cùm vixdum natus, jam se totum Deo, habitu ipso, si quis erat Nazaræis peculiaris cultus, consecratum esse fatebatur. Sanè ephod illud lineum, quod singulis annis accipiebat à matre, aliquid indicabat divino destinatum cultui; et res erat ad pietatis studium perquàm gravis, videre infantem illi jam ordini devotum, in quo multa inveniebantur humanæ commoditati contraria. Nazaræus enim neque cæsariem tonsione deponit, neque vinum, et quod ex uvâ nascitur, gustare permittitur. Hæc verò populo, qui delicias captat, et voluptariis sensibus impensè blanditur, magno ad temperantiam incitamento sunt. Alia ministeria infanti Samueli Abulensis attribuit, q. 8, ut, quòd custodiret tabernaculum, excubaret ante arcam, aperiret, et clauderet tabernaculi portas. Sed hæc in aliam Samuelis ætatem aptè cadunt, in infantilem nullo modo; sicut alia quæ Vatablus meditatur. Ego, si ætatem illam triennalem considerem, nullum aliud in Samuele ministerium intueor : sed fortassè hic de aliâ etiam ætate jam magis adultâ sermo est, in quâ in tabernaculi custodiâ ac curâ magno Samuel sacerdoti potuit esse subsidio.

Ante faciem Heli. Quid sonet littera, difficile non est, nempe assistere semper Samuelem Heli, et ab ejus in omnibus nutu pendere; sicut servus dicitur esse coram domino, aut ante domini faciem, ita ut à domini oculis nunquàm oculos dimoveat suos. Præterea erat ante sacerdotis oculos, ne quid faceret, quod lateret magistrum, aut quod severa sacerdotis lingua non corrigeret. Quod ut in omni ætate necessarium est, sic etiam maximè cùm rudis est ætas, et non aliter quàm mollis cera in varias imagines formari potest. Ad morum autem innocentiam plurimùm habet momenti alienus oculus, sive ille sit Dei, qui nusquàm abest, quippe intima spectat animi consilia; sive hominis, qui nostra et videat attentè, et acutè corrigat. Senecam audi, qui ad formandos et continendos in officio hominum mores plurimùm in hoc documento statuit esse momenti. Qui sic ad Lucilium lib. 1, Epist. 10 : « Sic vive « cum hominibus, tanquàm Deus videat; sic « vive cum Deo, tanquàm homines audiant. » Et eodem lib. Epist. 11 : « Aliquis vir bonus « nobis eligendus est, ac semper ante oculos « habendus, ut sic tanquàm illo spectante vi- « vamus, et omnia tanquàm illo vidente facia- « mus. Magna pars peccatorum tollitur, si « peccaturis testis assistat. Aliquem habeat « animus, quem veneretur, cujus auctoritate « etiam secretum suum sanctius faciat. O feli- « cem, qui sic aliquem vereri potest, ut ad « memoriam quoque ejus se componat, atque « ordinet ! Elige itaque Catonem : si hic tibi « videtur nimis rigidus, eligere missioris animi « virum Lælium; elige eum, cujus tibi placuit « vita et oratio, et ipsius animum ante te fe- « rens, et vultus illius tibi semper ostende, vel « custodem, vel exemplum. »

Vers. 12. — Porrò filii Heli, filii Belial : nescientes Dominum, neque officium sacerdotis ad populum (1). Quinam sint *filii* aut *viri Belial*,

(1) Sensus alter, longè diversus à Vulgatâ, tribui posset Hebræo : *Nescientes Dominum, et hoc officium illorum ad populum, eos qui immolabant victimas. Puer,* vel *famulus sacerdotis habebat fuscinulam tridentem in manu suâ.* Vel aliter : *Et jus sacerdotum ad populum hoc erat;* hoc sibi juris usurpabant. Posterior hæc interpretatio placet multis; sed et interpretatio Vulgatæ, quæ membri præcedentis negationem repetit, æquè litteræ cohæret. (*Calmet.*)

Or les enfants d'Heli étaient des enfants de Bélial. Les enfants d'Héli sont appelés des enfants de Bélial, c'est-à-dire, selon saint Jérôme, des hommes sans joug, sans loi et sans conscience. Et il est dit d'eux, *qu'ils ne connaissaient ni Dieu, ni les obligations des prêtres envers le peuple.* Car il était prescrit dans l'Ecriture quelle devait être la part des prêtres dans la distribution de l'hostie qui était offerte, et il est marqué en quelques endroits, que l'épaule et la poitrine leur étaient particulièrement réservées. Mais ceux-ci au contraire en prenaient par force indifféremment tout ce qu'il leur plaisait.

Il avait été aussi ordonné que l'on offrît à Dieu d'abord *la graisse* de l'hostie; et ils voulaient au contraire que l'on en prît pour eux de la chair avant toutes choses, se préférant à Dieu même dans ce partage, selon qu'il est marqué dans la suite. Ainsi ils renversaient une ordonnance divine, et ils voulaient substituer en sa place une coutume nouvelle et inouïe que leur caprice avait inventée. Ils irritaient et

supra à nobis cap. 1, dictum est. Sunt autem illi, qui aut legis nunquàm subierunt jugum, aut cùm aliquando recepissent, excusserunt à collo. Qui quò suis obsequantur commodis, aut voluptatibus, nihil habent pensi, quid recta ratio, quid lex humana vel divina præscribat. Quid autem sit *filius Belial,* id quod statim adjungitur, optimè declarat, quod est illius accommodata descriptio. Qui nescit nempe Dominum, id est, qui de Deo non magis curat, ac si Deus non esset, aut certè formatus ex argillâ, aut dolatus è ligno, in quo nullus esset spiritus ac sensus. *Scire* autem, *cognoscere,* et similia, in Scripturâ sacrâ idem est, quòd opere complere quod scias. Quòd si ex tuâ cognitione, quæ practica esse debet, nullus sequatur cognitioni consequens, et accommodatus eventus, existimaberis juxta prudentum hominum sensum, nullam habuisse rerum cognitionem, quia illa mortua est, aut otiosa. Quâ de re sæpè à nobis dictum est. Eodem modo dicuntur nescire sacerdotum officium, quia licet ritus omnes sacrificales nôssent, longè tamen erant, ut illos in sacrificando religiosè servarent, ut docent quæ mox dicuntur.

Vers. 13. — Sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes, et habebat fuscinulam tridentem in manu sua. Multa peccabant hi duo sacerdotes et sacerdotis magni filii, qui hoc loco sacerdotis vocantur pueri. Primùm, quia cùm ex victimâ tantùm sacerdoti deberentur pectusculum et armus (ex victimâ, inquam, pacificâ, de quâ hìc videtur esse sermo (Levit. cap. 7), ipsi tamen aut respuebant has partes, ut alias, quæ sibi magis erant ad palatum, acciperent; aut cum ipsis alias etiam tollebant è solidâ victimâ, quæ vel ad Deum de more, vel ad victimarum dominos pertinerent. Et id multò magis videtur ad litteram : nam dùm carnes de more coquerentur, sacerdotis pueri, Ophni videlicet, et Phinees, aut certè eorum nomine pueri in eam curam missi, cum tridente fuscinulâ capiebant ex lebete, vel ollâ, semicoctas carnes, quascumque ferreum illud trisulcum instrumentum extraheret; ut deinde, prout sacerdotes illi vellent, attemperatè ad illorum palatum variè condirent, contra quam lex statuebat antiqua; quæ non aliter quàm assas, aut elixas immolatas carnes comedi jubebat. Neque hoc faciebant cum uno, aut altero sacrificantium; sed quasi hoc esset in re sacrificali legitimum, nemo ex toto Israele, qui sacrificatum ascenderet in Silo, hanc sive vim, sive injuriam declinare poterat. *Sic,* inquit, *faciebant universo Israeli venientium in Silo.*

Porrò, ut paulò antè dicebam, hæc intelligenda sunt de victimâ pacificâ, cujus pars aliqua ad Deum, aliqua ad sacerdotem, aliqua ad victimæ dominum pertinebat, ut liquet ex Levit. cap. 3, ubi v. 9 præscribitur quid Deus ex victimâ pacificâ sibi servatum velit. *Offerent,* inquit, *de pacificorum hostiâ sacrificium Domino adipem, et caudam totam cum renibus, et pinguedinem quæ operit ventrem, atque universa vitalia, et utrumque renunculum cum adipe, quæ est juxta ilia, reticulumque jecoris cum renunculis, et adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis et oblationis Dei.* Ad sacerdotem verò pertinebat pectusculum et armus dexter. Levit. 7, v. 31 : *Pectusculum autem erit Aaron, et filiorum ejus : armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis.* Quidquid præterea est reliquum, id totum victimarum domino relinquitur, ut habes statim v. 16.

Ex victimâ pro peccato adipem, et reliqua,

ils scandalisaient le peuple en violant les lois que Dieu leur avait données par Moïse; au lieu que c'était à eux à les faire observer aux autres avec une exactitude religieuse. (*Sacy.*)

« Une plainte (des incrédules) contre les « prêtres, c'est que, sous Héli affaissé par les « ans, ses enfants commettaient les plus grands « excès, des exactions, des impudicités : cette « licence et cette tyrannie produisirent enfin « une révolution; le peuple, las des prêtres, « demanda un roi. »

Ici la chronologie est aussi maltraitée que l'histoire.

1° Entre le sacerdoce de Phinées et le gouvernement d'Héli, il s'est écoulé plus de trois cents ans : il y a eu douze juges ou chefs de la nation qui n'étaient pas prêtres. Débora, juge du peuple, était une femme. Entre Phinées et Héli, il y eut six pontifes auxquels l'histoire n'attribue aucune autorité civile; ils n'ont donc pas pu contribuer à la corruption des mœurs par un mauvais gouvernement.

2° Les plaintes mêmes formées contre la conduite des enfants d'Héli démontrent que la corruption n'était pas générale; que lui-même n'avait donné lieu à aucun reproche; jusqu'à l'âge de quatre-vingt dix ans, ce vieillard avait toujours honoré sa dignité de grand-prêtre par une vie irréprochable. Son seul défaut fut d'avoir eu trop d'indolence et de mollesse pour châtier et corriger ses enfants.

3° Ce ne fut point sous Héli que le peuple demanda un roi, mais sous Samuël. Or Samuël n'était pas grand-prêtre, quoique de la tribu de Lévi et de la famille de Caath. Le peuple ne se plaignit point de son gouvernement, mais de la conduite de ses enfants lorsqu'il fut avancé en âge. Où sont donc les preuves du mauvais gouvernement des *prêtres?* (*Duclot.*)

quæ ex hostiâ pacificâ, Deus sibi vindicat; et præter hæc etiam caudam; Levit. 7, v. 3 : *Offerent ex eâ caudam et adipem, qui operit vitalia, duos renunculos et pinguedinem quæ juxta ilia est, reticulumque jecoris cum renunculis. Et adolebit ea sacerdos super altare; incensum est Domini pro delicto.* Reliquum ad sacerdotes pertinet, neque ex eâ quidquam sibi sumit, qui victimam obtulit. Statim v. 6, holocaustum totum est Dei, quia totum in altari comburitur, unde nomen accepit. Quare cùm de holocausto nihil posset sumere sacerdos, neque illud coqueretur in ollâ, sed totum assaretur et consumeretur igni, non erat locus tridenti fuscinulæ, quâ carnes extrahebantur ex ollâ. De victimâ pro peccato, non erat quòd reprehenderetur sacerdos, si inde sumeret quidquid vellet, cùm demptis adipe et caudâ, reliqua cederent in sacerdotum epulas. Quare quæ hactenùs dicta, de pacificâ victimâ intelligenda sunt. De his quæ sequuntur, fortassè alia ratio est (1).

Vers. 15. — Antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis, et dicebat immolanti : Da mihi carnem, ut coquam sacerdoti. Primùm ex sacrificiis offerebatur Deo id quod sibi ipse vindicabat è victimis : adeps videlicet, et illud de quo paulò ante in sacrificio pacifico et pro peccato dicebamus. Quod etiam institutum apud urbanos et bellos in conviviis observari cernimus. Primum enim aut ferculum, aut poculum illi porrigitur, qui aliquo in ordine superior est ; quod omen esse posset benè instituti atque auspicati convivii. At isti irreligiosi et inurbani sacerdotes sumebant sibi primum in eo symposio, imò et alienum ferculum ; nam antequàm adoleretur adeps, carnes è victima crudas extorquebant : neque incredibile est, quâ erant impudentiâ, et vitæ turpitudine, cum carnibus etiam abstulisse adipem et illa omnia quæ Deus è totâ hostiâ sibi reservârat. Quod ego tam de victimis pacificis, quàm de illis quæ pro peccatis immolantur, intelligo : in utrâque enim, quod est in victimâ pingue, comburitur, et adoletur Deo.

Vers. 16. — Dicebatque illi immolans (1) : Incendatur primum juxta morem hodie adeps, et tolle tibi quantumcumque desiderat anima tua. Modestissimè immolantes sacerdotum audaciam, et nimis intemperantem ingluviem cohibebant : neque enim negabant aliquid ex eo quod ad se de totâ pertinebat victimâ (quod de pacificis erat, ut diximus), quidquid erat reliquum, præter adipem, quem Deo, et humerum atque pectusculum, quæ sacerdoti lex sacrificalis designabat. Tantùm enim orant, ut legitimè Deo, quidquid illi debetur ex immolatâ victimâ tribuatur, incenso priùs adipe : de reliquo enim non laborant, libenter aiunt se laturos, si à sanctificatâ, sibique à lege destinatâ carne, jejuni redeant. Sed nihil profecit hæc tam modesta atque humilis supplicatio apud eos qui non solùm pudorem apud homines, sed etiam apud Deum omne abjecerant Religionis officium.

Cur autem immolantes tam doleant ex victimâ, in quâ tanquàm in imagine, persona et

(1) In lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, sive in cacabum. Quatuor etiam voces exhibentur in textu originali ; hæc autem vasa distinguebantur facilè inter se vel figurâ, vel usu, vel materiâ ; sed discrimen illud accuratè definiri vix ac ne vix quidem posset. Ex his autem intelligimus, moris fuisse apud Hebræos ut carnes hostiæ pacificorum ex aquâ coquerentur; quod non obtinebat apud Græcos aureis seculis, uti Athenæus animadvertit : *Homerus immolans boves, nec juscula parat, neque elixat carnes aut cerebrum, sed intestina ventresque assat ; adeò prisci moris tenax fuit.* Et Servius ad illud Virgilii Æneidos 1 : *Littore ahena locant alii,* scribit ahena non ad usum elixandi carnes, sed pedes lavandi, destinata fuisse ; addit verò : *Heroicis enim temporibus carne non vescebantur elixâ.* Contrarium innuere videtur Hesiodus, vetans ne carnes sumantur nondùm sanctificatæ ex aheno.
(Calmet.)

(1) *Celui qui immolait lui disait : Que l'on fasse bruler la graisse de l'hostie selon la coutume.* Il paraît par là que le simple peuple était plus religieux envers Dieu que ces mauvais prêtres. Il conservait toujours beaucoup de respect pour leur dignité, et il témoignait leur vouloir être soumis en tout, pourvu qu'ils ne fissent pas ce qui était expressément défendu par la loi de Dieu. Et c'était cela même que ces ministres intéressés exigeaient d'eux. Ils s'étaient fait une règle contraire à la loi de Dieu. Ils voulaient qu'elle fût suivie, et ils menaçaient de violence ceux qui ne s'y rendraient pas.

Les enfants d'Héli n'exerçaient pas par eux-mêmes cette domination si injuste ; ils en donnaient le soin à ceux qui étaient à eux. Mais l'Ecriture ne distingue point ce que nous faisons par nous-mêmes, d'avec ce que nous laissons faire à ceux qui nous sont soumis, et dont nous sommes responsables. Ainsi, ce serait en vain que les premiers ministres de l'Eglise auraient l'intention pure et droite dans l'administration de leur charge, si la conduite de ceux qui agissent sous leurs ordres était violente ou intéressée, puisque non seulement ceux qui commettent l'injustice, mais ceux même qui y consentent en sont coupables, selon saint Paul. (Sacy.)

studium immolantis exprimitur, adeps et renes non immolentur priusquàm reliqua in usum hominum veniant, illa potest moralis assignari ratio, quam in Epist. 128 ad Fabiolam tom. 3, adducit Hieronymus; qui in adipe, qui vitalia cooperit, et renibus, qui Deo ex victimâ primùm omnium adolentur, aliquid agnoscit mysticum : de cordibus enim cogitationes exeunt, in renibus concupiscentia est. Hæc igitur primùm omnium immolanda sunt Deo, in quibus totus sacrificatur homo, et fons totus libatur, unde reliqua profluunt, ex quo libamenta alia atque opera vim accipiunt moralem, quâ placatur Deus, et ita afficitur in alia, ut illi odorem suavitatis inhalent. Quare jure plus quàm optimo dolent, qui orant, ut primùm adoleatur adeps et præcordia ; ne si hæc priùs Deo oblata non fuerint, reliqua, utpote minùs ordinata, displiceant. Hæc verò igne cremantur, et nonnisi in altari, cujus ignis est sacer, quia cœlestis ignis, qualis est Spiritus sanctus, aut qui est à charitate, omnem in renibus atque præcordiis humorem debet exurere, et quæ inde ebulliunt cupiditates elidere.

Qui respondens aiebat ei : Nequaquam ; nunc enim dabis, alioquin tollam vi. Hinc apparet intolerabilis sacerdotum insolentia et stupor, qui non jam simulatè, sed apertè vim propè afferunt hostilem et primùm indebita sibi postulant, et quæ Deo debentur, aut præstari omninò vetant, aut certè tempore non suo, id est, posteriori. Quod perinde faciunt, ac si negarent ante omnia Deo offerendum esse cor, unde efficerent, quantùm in se est, ut negato corde, à quo accipiunt dona, ut grata Deo sint, reliqua ingratum aliquid et molestum aspirent. Quod si profanus aliquis auderet, nemo sanus et pius ferendum putaret, quantò minùs cùm sacerdos faciat, cujus est populo conciliare Deum, et quæ Dei sunt, accuratè præstare? Obtulit Caïn oblationem Deo, ingratam tamen, quia malè divisit, quia sibi se reservavit totum, et quæ extra se erant, obtulit Deo. Contra verò Abel, quia seipsum obtulerat priùs, gratum Deo ex suis obtulit sacrificium. Facit verò maximè ad hunc locum explicandum, quòd Abel de primogenitis dicitur obtulisse victimas, et de eorum adipibus sacrificâsse. Ex quo intelligi potest, jam inde à primâ mundi constitutione primogenita sibi Deum è gregibus, et ex animalibus adipem elegisse, in quibus cor intelligitur, et præcordia : in primogenitis enim optimè cordis exprimitur natura, quia ut primogenitus primum in nascendo nactus est locum, sic etiam in animali primùm vivit cor, et in moralibus cordis intentio, ex quâ moralem vim et naturam actiones sibi sumpserunt humanæ. Ubi Vulgatus de Caïn, Genes. 4, v. 7 : *Nonne si benè egeris, accipies; sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit?* Septuaginta legunt : *Nonne si rectè offeras, malè autem dividas, peccâsti?* Ubi peccati arguitur Caïn, quòd non benè se ac sua in sacrificando diviserit, quia nimirùm typicum adipem, id est, cor negavit Deo et sibi retinuit, et quæ extra seipsum erant, quæ Deus sine corde non admittit, ad altare detulit. Quid autem sit *malè dividere,* explicuit Ambrosius lib. 2 de Caïn, et Abel cap. 6 et 7 : « Non quantitas oblationis, « sed animus reddentis et qualitas considera- « tur, et affectus. Rectè igitur Caïn obtulit, « quia oblatio insigne devotionis, et indicium « gratiarum est ; sed non rectè divisit, quia « ante omnia Deo debuit deferre primitias, ut « à gratiâ inchoaret auctoris. » Rupertus lib. 4 Commentariorum in Genesim cap. 2 : « Caïn « cùm Deo offerret sua, seipsum sibi retinue- « rat, repositum habens in cupiditate terrenâ. « Hujusmodi portionem Deus non accipit : sed « præbe, inquit, fili, cor tuum mihi; at Caïn « cor suum retinuit sibi, et fructus terræ ob- « tulit Deo. Abel autem primò cor suum, de- « inde rem suam, » etc. Ex quo sequitur perquàm aptè ad nostram cogitationem, quod proximè succedit : *Respexit Dominus ad Abel et ad munera ejus,* quia in primogenito et adipe seipsum obtulerat. Atque ideò quæ deinde ex tali oblatione nata sunt, quia offerentis secum portabant animum, non potuerunt esse non accepta. Non autem respexit ad Caïn, quia Deo non fuerat oblatus, atque ideò neque respexit ad munera, quæ non erant typico, de quo priùs, adipe conditâ, quia longè à muneribus aberat animus.

Vers. 17. — Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino : quia retrahebant homines a sacrificio Domini (1). Cùm

(1) Regia legunt : *Quia detrahebant homines sacrificio Domini.* Hebræus habet : *Niatsu,* id est, ut Chaldæus et Septuaginta, *spernebant,* despectui habebant, abominabantur sacrificium Domini, videntes illam irreligiosam avaritiam et gulam sacerdotum. (Corn. à Lap.)

Codices mss., editiones Latinæ, et nova editio S. Hieronymi ferunt : *Detrahebant sacrificio Domini.* Eadem est Hebræi sententia : *Contemnebant viri sacrificium.* Dicterii populi causam filii Heli præbebant. Landinus, qui im-

alias ob causas filiorum Levi peccatum esset grave, tum quia ex sacrificiis illa sumebant sibi, quæ non tribuebat templi sacrorumque religio; deinde alia ante legitimum tempus, id est, antequàm adeps et præcordia offerrentur Deo, et alia pleraque, quæ hanc intemperantiam et injuriam sequebantur, aut inerant; meminit tamen scandali, quo aut pietatem retardabant hominum, aut studia sacrificantium morabantur. Quod cùm in aliis non leve sit peccatum, in sacerdotibus non poterat esse non gravissimum, quorum id est munus, ut pietatis ac religionis studia promoveant, et homines, si in officio pietatis implendo frigere contingat, illorum acuant desidiam, et prorsùs inflamment. Homines verò ideò à templo absterrebantur et sacris, quia videbant nihil in sacris fieri legitimè, neque eo ingenio esse sacerdotes, ut eorum commodis consultum esse vellent, cùm optare potiùs debuerint, ut malè illis esset, quorum mores et vitam non probabant. Alia deinde horum sacerdotum ostenduntur flagitia, quæ Religioni incommodârunt plurimùm; de quibus nos suo loco pluribus. Vide in nostris Commentariis super Oseam cap. 5, gravem Domini reprehensionem contra sacerdotes, quia scandalo fuerunt aliis, quominùs ad templum victimas, ut ante, deferrent. *Audite hoc, sacerdotes,* etc., *quia vobis judicium est : quoniam laqueus facti estis speculationi, et rete expansum super Thabor; et victimas declinâstis in profundum.*

Vers. 18. — Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer accinctus ephod lineo (1). Quo modo Samuel adhuc tantulus ministrare potuerit in templo, et Leviticam operam navare sacerdoti, diximus supra, cùm explicaremus eadem propè verba v. 11. De Ephod aliquid hoc loco necessariò dicendum. Et primùm, quærendum, an Levitis aliquod certum esset indumenti genus, quod illos à laicâ atque vulgari turbâ secerneret. Mihi certum est, Levitis nullam à lege designatam vestimentorum aut formam aut materiam; cùm tamen si qua foret Levitarum specialis vestis, non videretur omittenda his in locis, in quibus de Levitarum consecratione satis videtur actum esse minutim, Numer. cap. 8, v. 6. Neque sacerdotes ipsi extra templum, sacrificaleque ministerium, ullam privatam habuerunt vestem, et à vulgari diversam. Quâ de re nos plura in nostris Commentariis super Ezechiel cap. 14, v. 17, et cap. 42, v. 14. Erant autem vestes illæ lineæ, neque quidquam laneum in sanctuarium inferri fas erat, Levit. 16, v. 8; Exod. 28, v. 40, et clariùs Ezech, cap. 44, v. 19 : *Cùmque ingredientur portas atrii interioris, vestibus lineis induantur, nec ascendet super eos quidquam laneum, quando ministrant in portis atrii interioris, et intrinsecùs.* Has porrò vestes extra sanctuarium auferre non licebat, etiamsi aliquid fieri oporteret, quod aliquid esset, aut appareret sacrum, Levit. 6, v. 10 : *Vestietur tunicâ sacerdos, et feminalibus lineis, tolletque cineres, quos vorax ignis exussit, et ponens juxta altare expoliabitur, indutusque aliis, efferet eos extra castra.* Idem Ezech. cap. 40, v. 14. Quare sacerdos egressus è sanctuario, nullo signo distinguebatur à laicâ seu populari turbâ. Ita Josephus lib. 6 de Bello cap. 6, ubi sic de sacerdotis ornatu loquitur, ut dùm sacris non operatur, dicat nullo modo à plebeio secerni. Loquitur autem de sacerdotibus cæcis, qui propter illud naturæ vitium, non jam ampliùs obeunt sacrificale ministerium : *Qui ex origine sacerdotum genus ducentes cæcitatis causâ munere non fungebantur, cum incolumibus intra limitem aderant, partemque generis consequebantur, vestibus tantùm utebantur plebeiis,*

pressioni Vaticanæ præsidebat, Morellum impressorem Antuerpiensem per litteras datas die postremâ Julii anno 1604, admonuit, hoc mendum, *retrahebant* pro *detrahebant,* irrepsisse primò in editionem Sixti, tum in aliam Clementis VIII, atque ita demùm in omnes alias posteriores Latinas Bibliorum editiones derivatum. (*Calmet.*)

Ainsi le péché de ces enfants d'Héli était très-grand, parce qu'ils détournaient les hommes du sacrifice du Seigneur. Le péché des prêtres est beaucoup plus grand que celui des autres, parce qu'il est capable d'ébranler les fondements mêmes sur lesquels la Religion est établie. Car les hommes se portent aisément dans l'oubli de la foi et dans le mépris des choses saintes, lorsqu'ils voient que ceux qui en sont les ministres les traitent indignement, et qu'ils apprennent aux autres à les regarder indifféremment par le peu d'estime qu'ils en font eux-mêmes. C'est ainsi que les peuples sont tentés de se défier de leur créance, et qu'il leur vient quelquefois dans l'esprit que leur religion n'est peut-être qu'une invention humaine, en voyant que ceux qui en ont la principale autorité colorent leur injustice et leur intérêt de l'apparence du culte de Dieu. (*Sacy.*)

(1) Tropol. B. Petrus Damian. l. 2, Ep. 10 : « Linum, ait, laboriosè pervenit ad candorem, « et clerici modò litterarum studiis insudando, « modò quibusdam gradibus ascendendo, difficilè promoventur ad sacri ordinis dignitates. » Et S. Greg. hic : « Benè, inquit, Samuelis vestis linea fuisse perhibetur, ut novi « sacerdotis gloria apertè ostenderet, quòd « novæ pudicitiæ moribus splenderet. » (*Corn. à Lap.*)

quoniam sacerdotali solus, qui sacra celebrabat, amiciebatur.

Erant igitur vestes illæ sacræ, quæ non efferebantur è sanctuario, neque adhibebantur, nisi ad altaris sacrorumque ministerium, sicut vestes illæ quas in ecclesiæ sacrario ad sacros usus servant æditui; quæ non erant tam sacerdotum comparatæ sumptibus, quàm à rerum sacrarum curatoribus ad sacerdotales usus concinnatæ. Sanè, ut auctor est Josephus lib. 8 Antiq. cap. 2, non longè ante medium: *Salomon stolas sacerdotales è bysso fieri curavit, cum decies mille zonis purpureis; item alias stolas byssinas Levitis hymnorum cantoribus numero ducenta millia.* Quâ ratione cùm tempore Moysis nullum Levitæ habuerint certum indumenti genus; secùs autem tempore Davidis et Salomonis, et quando tabernaculum in Chanaanitide regione consedit, docet Abulensis in hunc locum.

Observandum præterea duplex esse *ephod*, quod aliquando Hieronymus *superhumerale* vertit. Septuaginta converterunt ἐπώμιδα. Alterum pretiosum, varium, multicolor, quod uni concessum est sacerdoti maximo, quod latè Exod. cap. 28, describitur; alterum est lineum, quod assumebant sacerdotes, cùm suum sacrificii causâ atrium ingrediebantur; et in eodem ministerio, ac loco *ephod* item lineo utebantur Levitæ. De sacerdotibus est illud 1 Reg. cap. 22, ubi ad imperium Saülis à Doeg Idumæo occisi dicuntur octoginta quinque sacerdotes vestiti ephod. Hæc porro vestis non videtur fuisse sacra, quando illâ usi videntur qui neque sacri erant, neque è sacerdotali genere. Sanè eâ indutus erat Samuel, antequàm ad eam ætatem pervenisset, ut consecrari Levita posset. De consecratione Levitæ habes Numer. cap. 8, v. 6, et v. 24, ubi dicitur, ne ante annum vigesimum quartum sacrificandi gratiâ in tabernaculum ingrediantur. Et David cùm non esset è sacerdotali genere, ephod tamen lineum, quali, opinor, utebantur Levitæ ac sacerdotes, induit; de quo 2 Reg. cap. 6, v. 14: *David saltabat totis viribus ante Dominum. Porrò David erat accinctus ephod lineo.*

Cur in eâ ætatulâ Samuel habuerit ephod, cùm tamen neque consecratus fuerit Levita, neque per ætatem consecrari potuerit, ea videtur ratio assignari posse: Quia sicut David ante arcam operam sumpsit aliquo modo sacram, atque ideò vestem aliquo modo sacram, certe religiosam indutus est, sic Samuel, quia in tabernaculo erat sacerdotis minister, indumento potuit aliquo modo sacro vestiri. Neque quisquam posset, consideratâ Samuelis ætate, suspicari, illum esse ministerio Levitam, licet esset ex genere Levitico; sed et vestimenti genere, aut quid amaret puer, aut ad quod vellet vitæ genus institui. Sicut in Hispania, et aliis etiam, ut opinor, provinciis, matres filios suos adhuc infantes monachali habitu induere solent, ut à primis annis Religionem ament, et quoad ferre posset infantilis ætas, religiosis moribus assuescant. Adde, quòd Anna filium illum sciebat sibi datum à Domino, atque ideò speciali voto Deo consecrârat. Id verò Anna significare voluit tunicâ illâ lineâ, quæ non tam Levitam esse filium, quàm futurum ostenderet; quod non ignorabat sacerdos Heli, atque ideò ferebat non invitus. Historia Scholastica in lib. 1 Reg. cap. 4, ephod illud lineum propheticum esse dicit, non sacerdotale. Sed neque tunc Samuel prophetici spiritûs ullum præbuerat documentum, neque vestis linea erat prophetarum insigne; sed saccus cilicinus, aut pallium saccinum, ut docuit Zacharias cap. 13, v. 4, ubi nos eâ de re pluribus. Quale habuit Isaias, cap. 20, et Elias 4 Reg. cap. 1. Theodoretus q. 8, putat id Samueli concessum ab Heli, quia in illo aliquid videbat eximium efflorescere. Sed ille de eo videtur agere ephod, quod uni sacerdoti concessum est.

Illud mihi videtur minùs abs re, concessum esse à sacerdote summo Samueli; ut in tabernaculo coram Deo, seu ante faciem Domini, id est, in interiori atrio ministraret, quò non quivis è populari turbâ, qualis tunc censeri poterat Samuel, admittebatur.

VERS. 19. — ET TUNICAM PARVAM FACIEBAT EI MATER SUA, QUAM AFFEREBAT STATUTIS DIEBUS (1). Quam priùs appellârat ephod, nunc tunicam illam appellat parvam, si modò illa tunica erat è lino, et non potiùs è laneo textu consuta, aut maternis manibus opere textili aut sutili confecta. Abulensis in hunc locum ephod esse

(1) Rabbinorum quidam puerilem hanc animadversionem formant in textu: censent enim matrem Samuelis parvum hoc pallium apud se retinuisse, utpote quod pretiosissimum fuisse putant, nec eo tulisse nisi diebus festis, cùm scilicet filio pretiosâ eâ veste utendum esset, statimque secum tulisse. Contraria omnia opinatur Drusius, ratus singulas novas vestes singulis solemnibus festis à matre allatas fuisse. Quorsum hæc? nonne satis erat vestes pro necessitate matrem sufficere? an non hanc significationem prona textûs littera admittit? (*Calmet.*)

putat; ego cò magis inclino, ut putem aliud quidvis esse potius quàm ephod. Primùm, quia Hebraicè non est *ephod*, sicut proximè, sed *mehil*. Quod statim adjunxit tanquàm aliquid diversum. *Mehil* autem varii variè convertunt. Vulgatus modò vestem, modò *tunicam*, aut *pallium* transfert. Neque minùs sollicita esse debuit mater de vestibus, quæ infantile corpus calefacerent, quæque non videbantur sacerdotis impendio comparandæ, quàm de stolâ, sive ephod lineo, quod nullo suo sumptu è tabernaculo accipiebant Levitæ. Et cùm in tabernaculo tantùm sacroque ministerio ephod gestare sacerdotibus, ac Levitis liceret, non tam usu detereretur ac consumeretur ephod, quàm vestes aliæ communes, quæ gestantur ubique, et ad omnes alias functiones adhibentur. Quare de illis à matre singulis annis provisum oportuit.

Vers. 20. — Et benedixit Heli Elcanæ et uxori ejus (1). Cùm multa significet *benedico*, interdùm tamen neque infrequenter idem valet, quòd *benè precari*. Habebat autem sacerdos præscriptam à Deo, et quasi legitimam benedicendi formam. Sic autem Deus ad Aaron et filios ejus Num. 6 : *Benedicetis filiis Israel, et dicetis eis : Benedicat tibi Dominus, et custodiat te; ostendat Dominus faciem suam tibi, et misereatur tui : convertat Dominus vultum suum ad te, et det pacem tibi.* Et hanc sine dubio benedictionem duobus conjugibus impertitus est Heli : *Reddat tibi Dominus*, etc.

Hæc opinor tunc esse dicta, cùm puer primùm adductus est in Silo, et templo consecratus, et sacerdotis curæ atque tutelæ creditus. Hæc verò per recapitulationem dicta sunt, sive quod idem fermè est, præteritum perfectum pro plusquàm perfecto ponitur, quod accidit in Scripturâ non rarò. Quâ de re nos pluribus in cap. 3 Danielis ad illud v. 49 : *Angelus autem Domini descendit in Azaria.* Quod ideò accidit sæpiùs, quàm in aliis plerisque linguis, quia apud Hebræos una tantùm vox est utrique tempori communis. Quare sensus est : Benedixerat Heli jam ante Elcanæ. Quam cogitationem confirmat, quòd statim ratio additur, cur optet preceturque sacerdos, ut Deus Elcanam et uxorem ampliori postea fœtu nobilitet; quia quem habuerunt primogenitum, tam liberali manu consecrârunt Deo, et à se ipsis prorsùs abdicârunt. Id verò factum est, non cùm singulis annis novus à matre afferebatur amictus, sed cùm primùm triennali ætate Samuel deductus est ad templum.

Reddat tibi Dominus semen de muliere hac pro fœnore, quod commodasti Domino (1). Observat Chrysostomus homil. 3 de fide Annæ, dici hoc loco Deum non tam dare, quàm reddere, quasi fœnori Samuelem accepisset, qui sicut pecunia creditori usuras, sic ille parentibus aliquod in eodem genere incrementum pareret. « Initio, inquit, cap. 1, v. 17, non « dixerat : *Reddat tibi*, sed : *Det tibi Deus :* verùm posteaquàm illa Deum fecerat debitorem, ait : *Reddat*, bonam de futuro spem « præbens. Etenim si dedit, cùm nihil deberet, « multò magis redditurus est, postquàm accepit. » Hic porrò observandum, uxoris voto et pietatis studio consecratum esse Deo Samuelem; et tamen dictum ab Elcanâ parente accommodatum esse atque oblatum Deo; et ideò pro illo fœnore susceptum ex Annâ conjuge, fuisse felicem et numerosam sobolem. Quia licet Scriptura sacra non exprimat clarè, satis tamen indicat illius voti Elcanam exortem non fuisse. Et quidem cùm contradicere vir potuerit uxoris voto, et illud facere irritum et vanum, ut habes Numer. 30, v. 11, cùm Elcana ratum esse voluit Annæ promissum, ipse quoque cum illâ nuncupâsse votum existimandus est.

Vers. 21. — Et concepit, et peperit tres filios, et duas filias. Sicut terra, quæ felicem habet et uberem glebam, multò plus reddit, quàm accepit, imò nonnunquàm cum proventu centuplo, sic etiam Deus quod accepit, quasi debitor esset homini, et non potiùs etiam in accipiendo creditor, pro uno Samuele, quinam parentibus reddidit prolem. Observat autem Chrysostomus loco, de quo proximè, Samuelem ex prædictione, reliquos autem ex benedictione originem duxisse. Ea est enim benedictionis vis atque potestas, ut fœcundam reddat vulvam ante conclusam, et domum ædificet, quam sterilitas assurgere non sine-

(1) Referenda sunt hæc supra post finem cantici Annæ inter versiculum 11 et 12. Post oblationem Samuelis, Heli utrique parenti benedixit, qui ad propria remeârunt. (*Calmet.*)

(1) Relegendus est postremus versiculus capitis præcedentis, ut sensus horum verborum attingatur. Anna summum Sacerdotem affata dicebat : *Pro puero isto oravi, et dedit mihi Dominus petitionem meam; idcircò et ego commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino.* Respondet hic Heli, sermonem suum ad Elcanam convertens : *Reddat tibi Dominus semen de muliere hâc pro fœnore, quod commodâsti Domino.* (*Calmet.*)

bat. Et quia hos non solùm conjugalis congressus, sed etiam sacerdotalis benedictio suscepit; ideò hi non solùm duorum conjugum, sed etiam sacerdotis filii vocari possunt. « Totus, inquit, mulieris fructus « sanctificatus est. Atque hic primogenitus « fructus feminæ virtuti debebatur; alter « verò mulieris ac sacerdotis erat communis (1). »

Vers. 22. — Heli autem erat senex valde, et audivit omnia quæ faciebant filii sui. Aperitur via, ut cognoscatur Samuelis animus spiritu instinctus esse prophetico. Quæ verò hoc loco dicuntur, longè post hæc tempora contigerunt, postquàm Samueli plusculùm jam accesserat ætatis. Josephus lib. 5, cap. 11, duodenum tunc fuisse tradit; fortassè hæc tunc erat Hebræorum traditio : neque enim ullum habuit ex Scripturâ sacrâ fundamentum. Sed est satis verisimile, quia si ætate tunc esset magis tenerâ, non videbatur illi id oneris imponendum à sacerdote, ut in tabernaculo dormiret, et aliquod ibi nocturnum obiret ministerium, de quo sequenti capite. Tunc autem Heli senex erat valdè, et ideò graviores curas, quæ ad templi reique publicæ administrationem pertinebant, filiis suis permiserat; à quibus illa admitti flagitia quotidianis querimoniis audiebat. De quibus paulò ante, et statim aliqua.

Et quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ observabant ad ostium tabernaculi. De hoc scelere multa multi dicunt (1). Quidam hoc scelus esse somniârunt, quòd feminæ aut cogebantur, aut permittebantur expurgatorias, aut piaculares oblationes omittere, quas à partu in tabernaculum deferre consueverant; et ante impletum purgationis tempus à lege constitutum cum viris suis conjugales inire congressus. Ita quidam ex Hebræis, ut tradit Hieronymus in Traditionibus Hebr. super lib. 1 Reg. Sed est verior communiorque sententia, sacerdotes ipsos filios Heli ad nefarium illud sacrilegumque flagitium cum sacratis Deo feminis, aut certè quæ religionis causâ ad tabernaculum constiterant, miscuisse corpora et domum illam ac venerabile sacrarium impuro illo contaminâsse commercio.

Sed est adhuc obscurum, quænam fuerint religiosæ illæ feminæ, quibus tam insignis ad ostium tabernaculi injuria inferebatur. Quidam illas esse opinantur, quæ religionis ergo jejunantes et orantes excubias agebant, sicut olim in Ecclesiâ certa quædam festa fidelium pervigiliis celebrabantur. Quarum è numero fuisse videtur Anna illa, de quâ Lucas cap. 2 : *Non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens die ac nocte.* Alii virgines quasdam esse putant, quas templo, vel perpetuò, vel ad certum aliquod tempus dedicârunt parentes, ut operam impenderent quasi ancillarem templo, in texendâ sacrâ veste et rebus aliis concinnandis atque abluendis, quæ muliebris est artis et industriæ; tum etiam ut à primis annis assuescerent pietati, quæ sicubi, in templo maximè spectari atque exerceri solet.

Ex his fuit, opinor, B. Virgo, quæ usque ad ætatem nubilem in templo commorata est, in quo à parentibus præsentata fuerat. De his virginibus est illud 2 Machab. cap. 3 : *Sed et virgines, quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam.* De his vide Ambrosium lib. 1 de Virgin. Nissenum oratione de Christi Nativitate. Plura collegit Franciscus Suarez tomo 2, disp. 7. Sed et fuisse alias ætate jam maturâ, et viduas, quæ assiduæ essent in templo, et spretis mundi deliciis et muliebri cultu, Deo præsertim et religiosæ occupationi vacarent, illud probat,

(1) Vers. 21. — Magnificatus est puer Samuel apud Dominum. Hebræus : *Grandis evasit cum Domino*, ope et auxilio Dei; vel ætate pariter et merito crescebat, gratiâ Dei præveniente et juvante; vel denique magnum se præstitit et commendabilem servitio quod Domino præstabat. (*Calmet.*)

Et magnificatus est puer Samuel apud Dominum, hoc est, crevit ætate, sapientiâ et gratiâ, non tantùm apud homines, sed et apud Deum, uti explicat v. 26. Unde Samuel fuit typus Christi, de quo ait Lucas c. 2, v. ult. : *Jesus proficiebat sapientiâ, et ætate, et gratiâ apud Deum et apud homines.* Tropol. S. Greg. : « Notandum, inquit, est, quòd puer Samuel dicitur et magnificatus. Cur ergo puer, nisi « quia humilis? Et cur magnificatus asseritur, « nisi quia ad perfectionis celsitudinem erat « sublimatus? » Et ad novæ legis prædicatores idipsum adaptans : « Puer, inquit, et magnificatus in conspectu Domini Samuel dicitur, « quia novus ordo prædicatorum etsi ad magnæ « conversationis celsitudinem pervenit, humilitatis suæ virtutem non perdidit. Magnificari « quippe non prodesset, si puer esse desisteret, quia humilitate amissâ, placere omnipotenti Deo de conversationis altitudine non « valeret. » (*Corn. à Lap.*)

(1) Hebræi apud S. Hieronymum (in Quæst.) hoc peccatum extenuant dicendo filios Heli, non concubuisse cum mulieribus, sed tantùm suasisse eis copulam cum maritis tempore menstrui; item ante tempus purificationis 40 dierum à partu expletum; sed hæc sunt eorum figmenta, quibus verba S. Scripturæ invertunt. (*Corn. à Lap.*)

quòd Anna vidua die ac nocte non discedebat è templo; et quòd Exod. 28, v. 8 : *Fecit et labrum æneum cum basi suâ de speculis mulierum, quæ excubabant ad ostium tabernaculi.* Speculorum autem dedicatio satis indicat, mulieres illas aut placere hominum oculis voluisse, aut fuisse alias ob causas speciei ad elegantiam formandæ studiosas. Specula enim consecrant Deo, quia superiorem mentem atque consilia damnant, neque humanis oculis ampliùs servire volunt, quæ pluris faciunt modestiam suam, et lacrymosam faciem probari divinis.

Jam porrò pro his, quæ grandiores, aut conjugali solutæ nexu in templo vivebant, quàm pro illis quæ primæ etiam ætatis rudimenta Domino consecrârunt, secessus quidam erant in templo, aut templo saltem adjuncti, ubi secretæ viverent à populari turbâ. Ita sanè Josephus lib. 5 de Bello cap. 12, ubi quarumdam turrium meminit, quas muliebres appellavit, quia nimirùm in illis sacratæ Domino mulieres claudebantur. Cum his igitur feminis quæ purgationis, aut religionis ergo ad templum accedebant, aut cum illis quæ illibatum adhuc pudorem conservabant, aut quæ legitimis viduatæ conjugibus, quod reliquum erat ætatis in templo transigere decreverant, dormiebant sacerdotes illi; quas vel seducebant pretio, vel cogebant pro suâ auctoritate, vel callido, aut veteratorio consilio simplicitati illarum illudebant. Quidvis horum, aut omnia simul admittit littera, quæ confusè tantùm dicit *dormiisse sacerdotes cum mulieribus, quæ ad ostium observabant tabernaculi.* Omnes autem istæ mulieres, cùm illis lex nullo modo permitteret, ut tabernaculum ingrederentur, ab ostio potiùs observabant, quod intùs fieret, expectabantque quid ab ipsis sacerdotes curatum esse vellent. Cùm nihil ex litterâ in utramlibet partem definitum esse videamus, ego in eam partem magis inclino, ut existimem à nullo harum feminarum ordine effusam sacerdotum abstinuisse libidinem (1).

VERS. 24. — NOLITE, FILII MEI; NON ENIM EST BONA FAMA, etc. Nimis erat Heli aut ingenio molli, aut animo plus satis filiorum amanti. Cùm enim non jam esset domesticum, sed publicum malum, quod respublica atque Religio à sacerdotum intemperantiâ capiebat, deberet pater paterni nominis oblitus, et rei publicæ atque sacræ memor, cujus erat custos et vindex, severiùs corrigere; et si opus esse videretur, in illos censorios et hostiles spiritus imbibere. Sed planè se patrem esse meminit, non judicem, atque illos benevolo ac leni blandimento filios suos appellat; neque alio illos compellaret nomine, si sibi forent, atque divinæ legi in omnibus audientes. Illud, *filii mei,* blandius aliquid sonat, quàm Dei zelo inflammatum animum decebat. Quid tunc Heli in filios usque adeò profligati pudoris facere debuisset, docent quidam è Patribus. Vide infra, vers. 29.

UT TRANSGREDI FACIATIS POPULUM DOMINI. Nimis generaliter atque confusè exprobrat sacerdos filiis suis ingentia plurimaque flagitia, neque illa enumerat explicatiùs, aut dolentiùs amplificat, ne filiorum animos aut amarè contristet, aut graviter exulceret. Tantùm dicit, illos in causâ esse, ut populus divina transgrediatur præcepta; quâ id ratione fecerint, nihil dicit; sed non est cuilibet conjectatu difficile. Primùm, si quod Hebræi putant, acceptâ pecuniâ permittebant feminis, quæ, ut se à puerperii sordibus purgarent, tabernaculum adibant, ut ante tempus à lege præscriptum operam rursùs darent rei conjugali, facilè intelligitur, quomodò à divinarum legum observantiâ populum abducerent. Sed hoc supra minùs putabamus esse probabile.

Ego aliter puto abductum esse populum ab eo, quod pietas et Religio postulabat; quod facilè colligere posse videor ex his quæ supra à nobis commemorata sunt. Nam cùm sacerdotes illi leges omnes sacrificales tam inverecundè perverterent, qui piè et religiosè sacrificare volebant, cùm viderent secùs fieri, quàm factum oportuit, sacrificiorum intermittebant officium, ne dùm placare Dominum student, illius animum violatâ sacrificali lege magis offenderent. Deinde, quia honestæ feminæ, cùm viderent aliarum pudorem à sacerdotibus tam apertè tentari, et tam procaciter atque im-

(1) VERS. 23. — ET DIXIT EIS : QUARE FACITIS RES HUJUSMODI, QUAS EGO AUDIO, RES PESSIMAS, AB OMNI POPULO? Les saints Pères font des réflexions très-importantes sur la conduite d'Héli à l'égard de ses enfants. Ce pontife qui semblait avoir négligé les désordres qu'ils commettaient dans les sacrifices, n'est touché que de leurs péchés grossiers et de leurs impuretés sacriléges qui n'étaient néanmoins que la suite et comme le fruit de la profanation qu'ils faisaient si souvent de l'autel de Dieu. Mais enfin cette abomination détestable le réveille de son assoupissement. Il condamne les actions de ses enfants, il leur en fait réprimande, et il leur fait voir combien les fautes des prêtres sont plus grandes que celles des simples laïques, par des paroles qui doivent faire trembler ceux qui sont dans ces saints emplois. (*Sacy.*)

pudenter illudi, neque purgandi puerperii gratiâ juxta legis præscriptum tabernaculum obibant, neque ad ostium de more excubias agebant; et alia præterea omittebant plurima, quæ ab illis exigebat sacrorum templique munditiès.

Neque est incredibile, spectari in sacro loco obscœnum aliquid et execrabile, quale in templum etiam sanctissimum induxit aut contempta Religio, aut nimiùm sacrorum antistitum profusa libido. Ut enim Jasonis et Menelai temporibus, qui cùm summi essent sacerdotes, suis potiùs commoditatibus ac voluptatibus serviebant, quàm religioni ac publicæ saluti; atque ideò in templo, non templi speciem, atque munditiem, sed prostibuli turpe volutabrum videre te crederes, ut habes lib. 2 Machab. cap. 4, sic etiam cùm feminæ, quas neque pudoris, neque bonæ famæ ulla cura tangebat, cùm aliquid à sacerdotibus compendii captarent, adibant tabernaculum multò libentiùs ac sæpiùs, quàm pudicæ, neque admodùm illæ curarent, quid homines vulgò loquerentur, cùm sacerdotum ac judicum opes, et auctoritas plurimùm ex eâ turpitudine atque infamiâ deterrerent.

Vers. 25. — Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo? (1) Multa hic Abulensis, et optimè, ubi Deum legislatorem considerat, et quasi privatam aliquam personam. Omnia, inquit, peccata quantùmvis contra hominem, aliquam Deo faciunt injuriam, quia legem ab ipso latam conculcant et violant, quæ ut gravia sint, multò tamen graviùs offendunt Deum, si illius cultum et reverentiam propriùs offendunt, qualia sunt quæ Dei domum aliquâ ratione contaminant, quæ altari detrahunt, quæ Dei vocatur mensa, quæ sacrificiorum ritus ordinemque conturbant. Ut autem facilem se præbet legislator eis qui contra leges à se latas peccaverunt, non autem qui legislatori ipsi, aut ejus rebus intulerunt injuriam, sic Deus non ita placatur facilè illis qui contra se, altari violato, aut omisso, aut malè peracto sacrificiorum officio peccaverunt, quàm illis qui pietate nullâ ratione violatâ, in homines tamen, id est, in hominum salutem et commoda extiterunt injurii.

Ea porrò, quæ difficilè fiunt, juxta Scripturæ sacræ idioma, dicuntur fieri non posse. Sic Gregorius Nazian. oratione 36, qui postquàm varios usus vocis *impossibilis* adduxit, qui non semper indicant aliquid fieri non posse, addit etiam illud impossibile dici, quod licet à Deo possit fieri, ita tamen est difficile, ut nequaquàm illud possit humana facultas obtinere. Et absolutè in omni litteraturâ, quod est difficile, appellari solet impossibile. Sanè rhetores ab eo

(1) *Si un homme pèche contre un homme, on lui peut rendre Dieu favorable; mais si un homme pèche contre le Seigneur même, qui priera pour lui?* tous les péchés sont contre Dieu, parce qu'ils combattent sa justice et sa sainteté infinie. Mais il n'y en a point qui attaque plus directement sa souveraine Majesté, que lorsque l'on viole les choses saintes, qu'on les expose aux insultes des hommes, et que ceux-là mêmes en sont les profanateurs, qu'il en a rendus les dépositaires. « Qui intercède, dit saint Grégoire, pour « celui qui devait lui-même intercéder pour « les autres, et qui irrite Dieu par des actions « indignes, lui qui par sa charge le doit apaiser? Aussi la grandeur de la chute des prêtres paraît assez par les suites funestes qu'elle « a d'ordinaire, parce que Dieu abandonne la « plupart d'entre eux à l'aveuglement d'un « cœur endurci et impénitent, et qu'ils ne « sont point touchés de tout ce qu'on leur peut « dire pour les porter à se convertir. » *Hinc profectò sacerdotum culpa magnitudo monstratur, quia plerique eorum à Domino in impœnitentis cordis caliginem projiciuntur, et nullâ hominis adhortatione resipiscunt.* On croirait aisément que ce Pontife aurait assez fait pour s'acquitter de son devoir en cette rencontre, et la douceur qu'on aime tant dans les ministres de Dieu passerait assez facilement pour une vertu dans ce grand-prêtre. Cependant les saints Pères condamnent cette indulgence douce envers les hommes, et cruelle envers Dieu. « O patience « digne de haine, s'écrie saint Bernard! J'avoue, « dit ce saint, que cette douceur me met en « colère, et que ce support des impies et des « sacriléges m'est insupportable. » *O patientia omni digna impatientiâ! Non possum, fateor, non irasci huic patientiæ.*

Ce ministre de Dieu devait en cette occasion oublier qu'il était père, pour se souvenir qu'il était prêtre. Il devait prendre les intérêts de Dieu contre ceux de sa famille, et déclarer à ses enfants que puisqu'ils se rendaient si indignes du rang où ils étaient élevés, ils trouveraient en lui à l'avenir un persécuteur au lieu d'un père.

Nous ne pouvons considérer sans une grande frayeur, dit saint Grégoire, la manière dont Dieu traite ce grand-prêtre. Héli était irréprochable dans ses mœurs, son malheur a été d'avoir des enfants. Il est devenu coupable par leurs actions criminelles, non en les commettant, mais en les souffrant. C'est la différence qu'il y a entre ceux qui obéissent dans l'Eglise, et ceux qui gouvernent. « Un particulier n'est « responsable que de lui-même. Pourvu qu'il « vive bien, il se sauve. Mais ceux qui sont en « charge doivent répondre de leur âme et de « celles qui leur ont été confiées, et ils ne peuvent se sauver qu'en faisant ce qu'ils peuvent pour contribuer au salut des autres. » *Bonis subditis vivere ad salutem sufficit: prælatis verò propria vita non sufficit.* (Sacy.)

quod valdè existimatur difficile, quasi à re prorsùs impossibili removendam esse dicunt suasionem, quia perinde habetur, ac si effici non possit. Hoc sensu impossibile dicitur Jerem. cap. 13, eum qui à primis annis assuetus est peccatis, insuetum animum honestæ disciplinæ ad meliorem vivendi formam applicare : *Si mutare potest Æthiops pellem suam, et pardus varietates suas, et vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum.* Et illud Matth. 12 : *Quomodò potestis bona loqui, cùm sitis mali?* Et hujusmodi plurima occurrent in Scripturâ passim. Cùm ergo his, qui proximè ac directò peccant contra Deum, quales erant sacerdotes isti, qui præscriptos à Deo sacrificandi ritus violabant, et meretriciis sordibus tabernaculum implebant, difficilè Deus placaretur; placari illum posse negat Heli, id est, difficilè fore placandum, aut indignos esse, quibus Dominus placatum se et propitium ostendat.

Hæc mihi explicatio difficilis non est, sed adducam alias quæ mihi visæ sunt satis ad veritatem et litteram. Prima est, non esse difficile orare judicem, et ab illo tandem exorare quod velis, si de legum severitate aliquid velis esse remittendum, quando de injuriâ aliis illatâ disceptatio est; at quis hoc ipsum audebit postulare à judice, si contra ipsum ab aliquo peccatur? Quis illius vultum cum hujusmodi precatione subeat? Quis non suo capiti ab indignato judice non timeat, dùm alterius capiti consultum esse vult? Sic sanè orare poterit quis Deum, ut injuriam condonet, quæ irrogata est homini, non verò quam ab homine Deus ipse judex, et legislator accepit. Loquitur autem hìc Heli humano modo, quomodò si inter duos homines suscepta foret controversia, qui suas injurias ulciscuntur, aut judicant longè aliter quàm alienas. Neque novum est, ut Scriptura sacra divinas cogitationes ac sensus ad humanas cogitationes accommodet. Neque præterea necessarium est, ut his sacerdotis maximi verbis inesse pondus existimemus divinæ fidei : neque enim Scriptura probat quod ab Heli dictum sed, tantùm narrat, quid ille in filiorum suorum objurgatione dixerit; sicut alia multa narrantur dicta, quorum tamen fides ab Scripturâ sacrâ non probatur. Juxta hunc hominum sensum existimari posset dixisse Job cap. 16, vers. 22 : *Utinam judicaretur vir cum Deo, quomodò judicatur filius hominis cum obiegà suo!*

Aliam explicationem indicat Hieronymus in Traditionibus Hebraicis ad hunc locum, quæ mihi non omninò displicet. Sacerdotis et pontificis id proprium est, ut preces pro aliis, et sacrificium offerat, ut Deum placet reddatque peccatori propitium. Ita Paulus ad Hebr. cap. 5 : *Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.* Quòd si sacerdos peccet, cujus est munus sacrificare, et ad Dominum pro hominibus intercedere, quis Dominum orabit pro illo? nempe ex instituto. Hoc idem sub salis metaphorâ explicuit Christus Matth. c. 5, qui cùm alloqueretur apostolos, quorum futurum erat sacerdotale et salutare munus, dixit : *Vos estis sal terræ, quòd si sal evanuerit, in quo salietur?* Ait igitur Heli, si peccaverit vir in virum, est qui pro viro possit placare Deum, nempe sacerdos, qui ex instituto orat atque sacrificat. Quòd si vir (nempe Sacerdos) contra Deum peccet, quis erit, qui pro illo ad Deum preces et sacrificium assumat? Si constaret *virum* posteriori loco pro sacerdote sumi, mihi non videretur explicatio dura. Sed est planè durum viri nomen ad sacerdotis officium coarctari; neque præterea quidquam apparet esse discriminis, sive homo in Deum proximè, sive in hominem peccet pro utrolibet namque peccato à sacerdote sacrificia et preces offeruntur.

Quare placet magis extrema solutio, quæ auctorem atque patronum habet nullum, quod ego viderim; sed, credo, illi aliquid aderit à ratione ponderis. Profanârant, ut vidimus, sacerdotis filii, qui et ipsi quoque sacerdotes erant, tabernaculum Domini, dùm feminarum illudunt pudicitiæ et speciem inducunt meretricii prostibuli; quare quantùm in se fuit, tabernaculum Dei, id est, orationis domum sustulerunt. Deinde dùm sacrificiorum conculcant leges, et homines à sacrificando deterrent, ipsa quoque sacrificia sustulisse videbantur : hæc verò sunt, quæ Dominum peccatoribus placant, et ab illo gratiam ineunt, quam peccata prodiderant. Unde sæpè audimus: *Sacrificium pro peccato, sacrificium pro delicto, sacrificium pacificum.* Qui autem hæc faciunt, contra Dominum peccant, quia hæc proximè, utpote religionis opera, Deum intuentur. Erit igitur sensus: Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus, quia sunt in tabernaculo sacrificia, quæ peccatorem Domino conciliant. At si vir contra Deum peccet, eo nimirùm modo, quo vos in Dominum peccatis, tollendo sacrificia et preces, quis orabit pro eo? Id est, quod erit aliud sacrificium, aut

oratio solemnis et publica, quæ ex vetere instituto, à Domino veniam et misericordiam extorqueat?

Et non audierunt vocem patris sui, quia voluit Dominus occidere eos (1). Statuerat Deus propter grandia illa flagitia sacerdotis sceleratos filios interficere; atque ideò permisit, auxilium illis efficax negando, ne paternis mandatis obsecuti abstinerent à rapinâ, et à conculcando, et pervertendo legitimo victimarum ritu, à sacrilego concubitu, propter quæ jamdudùm in suum caput supplicium aliquod immane conflaverant. Dicitur autem Deus voluisse illos interficere, et ideò eos paternum respuisse consilium, quia Deus illis extraordinaria gratiæ auxilia non præbuit: quare non impulit in peccatum, sed tantùm illos peccare permisit. Hoc modo explicant communiter theologi ea loca, in quibus videri alicui impio posset Deus vim aliquam adhibuisse peccatori, et illum ad peccandum egisse præcipitem: quomodò Pharaonem indurâsse dicitur, et alios obcæcasse, tradidisse alios in passiones ignominiæ, et in reprobum sensum; immisisse aliis operationem erroris, et similia. Ita Augustinus tom. 10, serm. 88, de Tempore; Hieronymus epist. ad Hedibiam tom. 3, q. 10, et in illud ad Rom. 1: *Tradidit illos Deus in reprobum sensum.* Et in eumdem locum, atque etiam in illud ad Rom. 9: *Quem vult, indurat,* Chrysostomus, Theophilactus, Anselmus. Quomodò si pater opportunam correctionem et flagellum intemperanti filio non adhibeat, vulgo hominum dicitur perdidisse filium, aut in crucem egisse; cùm tamen neque illum ad mortem, neque ad crucem adegerit, quia neque compedibus alligavit, aut severiorem applicuit medicinam, quæ illum revocaret à suspendio. Sic ergo Deus duos illos filios Heli interficere voluisse dicitur, quia extraordinarium et indebitum auxilium negavit, quo peccatum, quod punire voluit, et supplicium, quod jam ante decreverat, peccator effugeret. Multa hâc de re scholastici. Vide Gabrielem Vasquez in 1 p. sancti Thomæ q. 23, art. 3, disp. 95, cap. 10.

Quòd si, *quia*, particula rationalis non sit, sed idem valeat quod *ideò*, quod aliquando in Scripturâ sacrâ contingit, sensus erit expeditus magis, nempe duos illos filios non curâsse, quid pater admoneret, et ideò Deum illos occidere voluisse. Certè illud Oseæ cap. 9, v. 15: *Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos*; in hunc modum exponit Emmanuel Sâ. Neque alio fortassè sensu dixit de Magdalenâ Christus Lucæ cap. 7: *Dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multùm*; id est, idcircò dilexit multùm. Sicut diximus ad filum Oseæ locum, de quo proximè (1).

Vers. 26. — Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, et placebat tam Domino, quam hominibus. Non agebat Samuel in tabernaculo otiosam et inertem vitam; sed quantùm ætatis modus patiebatur, spiritali vacabat otio, quo crescit in dies et roboratur spiritus, neque plus ab ætate accedebat roboris atque augmenti corpusculo, quàm animo ab oratione et sacro ministerio. Cujus vivendi forma, ut erat Deo grata, sic etiam apud homines et excitabat admirationem, et conciliabat gratiam. Hæc verò præparatio est ad illa quæ mox capite sequenti dicentur de Samuele jam prophetâ in ætate puerili, et de opinione quam Sacerdos Heli de ipsius sanctitate conceperat.

Vers. 27. — Venit autem vir Dei ad Heli (2).

(1) Sebastianus Schmidius vertendum nostrum hunc textum mavult: *Non audierunt vocem patris sui* (monentis) *Deum velle ipsos occidere*, vel qui indignationem Dei minitabatur. (Calmet.)

(1) Quamvis has explicationes graves certè et probabiles judicabit quisque sanus, exclamat tamen Volney: « Quelle pensée scélérate et perverse! Mais à qui Dieu a-t-il dit sa pensée? » — Nempe ei qui hæc, Deo inspirante, memoriæ tradidit.

(2) Quando venerit ad Heli vir ille incertum est. Videtur autem venisse cùm Samuel adhuc esset puer, tum quia id hic ejus pueritiæ subnectitur; tum quia cùm Samuel factus est grandior, Deus eo usus est ad Heli rursùm commonendum, imò condemnandum. Ita S. Hier. in Quæst. (Corn. à Lap.)

Un homme de Dieu vint trouver le prêtre Héli, et lui dit, etc. Quand le souverain prêtre est indifférent aux intérêts de Dieu, un homme sans nom, sans apparence et sans dignité, est suscité de Dieu pour reprocher à Héli son ingratitude et le désordre de ses enfants. Dieu, devant qui tout le passé est encore présent, reprend les choses dès la source, et fait voir à ce pontife une longue suite des obligations qu'il lui avait. Ce qui nous apprend à nous-mêmes à repasser souvent dans notre esprit toutes les grâces que Dieu nous a faites et l'enchaînement des moyens qu'il a choisis pour nous faire ce que nous sommes.

Dieu avait choisi cette race des prêtres, dit-il, pour trois choses: 1° pour monter à son autel; 2° pour lui offrir des parfums; 3° pour être revêtu de l'éphod. C'est en peu de mots tout ce qu'un vrai prêtre de Dieu doit faire. Monter à son autel par l'éminence de sa vertu, afin de n'en point profaner la sainteté; lui brûler des parfums par l'ardeur de sa charité et de ses prières ferventes, et porter l'éphod, c'est-à-dire ne faire rien voir que de pur et de saint dans toute sa conduite extérieure. (Sacy.)

Quis fuerit *hic vir,* Scriptura sacra non explicat; neque nos aliquid asserere nisi divinando possumus. Rabbini antiquiores, ut in Traditionibus Hebraicis tradit Hieronymus, aut quicumque est illius operis auctor, illum virum Phineem esse putant, quem etiam arbitrantur fuisse Eliam; uterque autem vehemens erat zelator legis, quæ tunc à filiis Levi cum intolerabili calcabatur impudentiâ. Sed hi errant suo more infantiliter; nam magnus ille zelator Phinees antiquior fuit, quàm ut ad Heli seculum pervenere potuerit: ab ætate namque Phinees ad hoc usque tempus anni intercesserunt non multo pauciores quadringentis. Elias verò longè post Heli mortem natus est. Rab. Salomon, ut tradit Lyra, Elcanam Samuelis patrem esse autumat. Abulensis hic q. 22, angelum. Quod si verum esset (quod non credo) magna foret Samuelis commendatio, cùm hominis præcursorem Dominus angelum esse voluerit, qui ad illius propheticam fidem, earumdem rerum prædictione viam aperuerit, et in hominum animis hospitium non difficile. Sed non est, cur à præcipuâ nominis significatione recedamus, quando nulla nos eò necessitas adigit. Licet enim angelus interdùm dicatur *vir Dei* (sanè Judic. 13, angelus, qui Annæ Samsonis matri apparuit, *vir* dicitur *Dei;* et in Testamento novo non semel angeli nominantur *viri:* ut Actor. 1: *Ecce duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis.* Et duo angeli, qui apparuerunt ad Christi monumentum, *viri* dicuntur Lucæ cap. 24), verumtamen *viri* nomen perquàm rarò angelicæ, humanæ verò naturæ propè semper tribuitur.

Mihi certum est, hunc virum hominem esse prophetam; quis tamen ille fuerit, prorsùs incertum. Fuisse aliquos prophetas, quorum tempus et nomina Scriptura silet, negare nemo potest. Sanè fuisse prophetas tempore Manassæ, qui clamarent, et impio regi grave adfuturum esse infortunium prædicarent; quorum tamen nomen ignoramus, habemus lib. 4 Regum, cap. 21, v. 10: *Locutusque est Dominus in manu suorum prophetarum, dicens: Quia fecit Manasses,* etc. Sub Manasse verò non legimus quemquam ex prophetis, quorum ad nos pervenerunt nomina, prophetâsse. Sic ergo sub Heli credibile est fuisse prophetam aliquem, à quo severum istud vaticinium accepit. Est autem mihi valde probabile, quod in Traditionibus Hebraicis, ex Hebræorum sententiâ, dicit Hieronymus, virum hunc prophetam ante Samuelis ortum, imò ante Elcanæ parentis tempus occurrisse sacerdoti, illique et exprobrâsse socordiam in filiorum severâ disciplinâ, et suæ domûs ruinam prædixisse: hoc tamen loco illius interpositum esse vaticinium, quia non apparuerat opportunitas ulla commodior, neque parùm faciebat Samuelis nomini, cùm non aliter in puerili, quàm alius in grandi jam ætate loqueretur. Quare illud, *venit,* pro plusquàm perfecto, *venerat,* positum est, quod in Scripturâ contigisse frequenter, diximus supra v. 20, ad illud: *Et benedixit Heli Elcanæ, et uxori ejus.*

NUMQUID NON APERTÈ REVELATUS SUM DOMUI PATRIS TUI, CUM ESSENT IN ÆGYPTO? Solet Deus, cùm alicui exprobrat aut immemorem, aut ingratum animum, aut certè pro beneficiis relatam contumeliam, connumerare, quot illum officiis prosecutus sit, quàm illum fuerit amplexus humaniter. Sic Davidi cùm per Nathan objecit adulterii atque homicidii peccatum, superiora commemoravit beneficia, lib. 2 Reg. cap. 12. Sic populo suo sæpè per prophetas objicit, quòd pro beneficiis malefacta reddiderint. Ut Michææ cap. 6, Jeremiæ cap. 2, v. 5, Isaiæ, cap. 5, v. 3. Quò enim plura sunt, atque majora beneficia, eò magis augetur peccatoris stupor et impudentia. Sic ergo Dominus aliquot commemorat beneficia, quibus superioribus ante seculis Heli sacerdotis domum et familiam ornavit, quo tempore ignobilem sub Ægyptio jugo, et duram subibat servitutem. Tunc enim revelatus est domui patris sui; id est, apparuit liberalis atque benevolus Aaroni, à quo ipse per Ithamarem trahebat genus. Quem sacerdotem constituit summum totique populo in sacro ministerio præfecit, communibus aluit sumptibus; idque voluit iterùm et sæpiùs cautum esse legibus; quod benevolentiæ singularis, et non vulgaris providentiæ argumentum est. Porrò *revelari,* hoc loco, idem est quòd *apparere,* aut faciem suam alteri ostendere; id verò hilarem ostendit faciem, et benevolum animum: licet enim ostendere alicui faciem, aut firmare super aliquem vultum, indignationem aliquando significet, quia non semper hilaris est et placidus vultus, tamen plerùmque revelatus, aut ostensus vultus benevolentiæ signum, et quoddam amoris pignus est. Quare *abscondere faciem,* aut *avertere,* aut similia, quorum in Scripturâ familiaris est usus, non nisi cùm significatur odium et offensio, adhiberi solent. Hæc porrò revelatio facta est in Ægypto, id est, cùm nondùm Aaron jugum è cervicibus excussisset Ægyptium, ut hic aper-

tè propheta docuit. Tunc autem istud accidisse verisimile est, cùm Exod. cap. 4, v. 27, Deus locutus est ad Aaron, illumque verborum Dei constituit interpretem, ut quæ Moyses accepisset à Domino, ipse, utpote qui expeditioris esset linguæ, statim ad populum referret.

Vers. 22. — Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem. Hæc contigêre, postquàm jam Aaron, et populus excesserant ex Ægypto. De quibus Levit. cap. 8, ubi Aaron et filiorum ejus consecratio describitur. Et Numer. 17, florente ac germinante inter alias virgâ Aaron, ille unus ex omnibus tribubus summus eligitur sacerdos. Et cap. 18, quid ex omnibus sacrificiis, ac terræ fructibus ad sacerdotem pertineat, et quo in loco futurus sit apud alios, satis luculenter atque explicatè proponitur. Unde colligitur, quàm grande beneficium Aaron illiusque posteritas acceperit, quando ad sacerdotale nomen assumptus est. Quæ statim subjiciuntur, sacerdotale munus describunt, et illius honorem et sacrum ministerium amplificant; quæ aperta sunt; neque ullam interpretis operam desiderant. Quid sit *Ephod,* jam à nobis ad vers. 18 explicatum est.

Et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel. De omnibus sacrificiis, quæcumque fuissent filiorum Israel, aliquid Deus ad sacerdotum usum reservavit, ut satis habemus explicatè proposita Numer. cap. 18. Dicuntur autem data de sacrificiis omnia, cùm de omnibus tantùm aliquid datum fuerit, per illam figuram, quæ in toto aliquam tantùm illius partem intelligit. Quod sanè verum est etiam in eo sacrificio, quod totum sibi Deus assumit, et igne consumitur; atque ideò vocatur holocaustum: nam ex eâ victimâ, quæ tota comburitur, saltem pellis in usum venit sacerdotum Levit. 7, v. 8: *Sacerdos, qui offert holocausti victimam, habebit pellem ejus.*

Vers. 29. — Quare calce abjecisti victimam meam, et munera mea, quæ præcepi, ut offerrentur in templo (1). Satis abundè provisum est à Deo sacerdotum non solùm necessariis usibus, sed etiam abundantibus, quando ex omni non solùm animantium, sed frugum etiam genere, ad illorum victum à populo, atque adeò ab ipso templo conferri voluit. Quecirca non adigebantur necessitate, quæ interdùm culpam aut omninò tollit, aut saltem elevat, ut aliena raperent, et illa etiam, quæ Deus sibi ex omnibus vendicabat; sed pro suâ tantùm libidine nihil sibi putabant esse prohibitum, quod sibi ex totâ victimâ collibuisset. Porrò, *abjicere calce*, nihil est aliud, quàm conculcare, aut pedibus impactis (quod grave existimatur ignominiæ genus, quasi aliquid esset futile ac sordidum) procul abjicere.

Illa autem munera, quæ Deus vocat sua, abjecta dicuntur calce, cùm tamen sacerdotes illi scelesti non abjecerint, sed potiùs amaverint, et ea sibi ex omnibus elegerint. Quia quæ magis videbantur sacra, utpote consecrata, et reservata Deo, qualis est victimarum adeps, illa non adolebantur priùs quàm essent alia à sacerdotibus oblata, atque ideò maximè sacra nihilò magis censebantur religiosa, quàm profana. Deinde quia crudæ assumebantur carnes, contra quàm erat à sacrificali lege præscriptum. Quare perinde habebantur illæ victimæ, quæ ad Dei honorem offerebantur ad altare, atque si ad profanas epulas emerentur è macello.

Dicitur porrò Heli *abjecisse calce,* id est, habuisse vilia oblata, aut allata ad templum sacrificia, licet de illo nihil in sacrâ paginâ audiamus ejusmodi, quia pro eâ potestate quam habebat summam, utpote judex et pontifex, prohibere debuit, ne quid tale in re tantâ admitteretur, maximè à filiis, in quos, præter alia, paterna quoque accedebat auctoritas, quæ resecare debuit filiorum in temerandâ Religione licentiam. Unde discant parentes imputari sibi filiorum aut etiam domesticorum errata, quæ cùm ipsi corrigere aut prohibere debuissent, ad illa tamen connivent, et dùm dissimulant et indulgent, magis ac magis quotidiè alunt et confirmant audaciam, dùm illam abire sinunt impunitam.

Quâ de re graviter Patres. Vide Chrysostomum homil. 9 in Epist. 1 ad Corinth. tom. 4 et tom. 5, lib. 3, adversùs vituperatores vitæ monasticæ, parùm à principio. Inter alia gravissima in eam sententiam, postquàm paternam

(1) Commodè etiam in aliam sententiam textus redditur: *Quare calce abjecisti eos, qui oblationes meas in tabernaculo daturi veniebant? Quare respexisti filios tuos magis quàm me, saturans te primitiis meis et oblationibus*, vel denique, *ut pinguis fieri pergeres meis oblationibus?* Maluisti profanare sacrificia mea et oblationes potiùs quàm abjicere filios tuos à sacro ministerio, quo turpiter adeò abutebantur; idque, ne careres tu filiique tui iis proventibus, quibus pinguescitis. Septuaginta: *Ut quid respexisti impudenti oculo in incensum meum, et in sacrificium meum? et glorificâsti filios tuos super me, benedicere de primordio omnis sacrificii Israel in conspectu meo?* (Calmet.)

exhortationem adduxit, quâ filiis morum intemperantiam exprobravit Heli. hæc subjecit : « Verùm quia non omnia, quæque fuerant « agenda, ut ea resecarentur vitia, molitus est, « et ipse cum filiis unà periit. Namque et minas « ille addere debuerat, et à suo eos conspectu « amovere atque abdicare, etiam et verberibus « afficere, multòque illis graviùs et duriùs in- « stare. Quia igitur nihil horum egit, verbo- « rumque tantùm monitis contentus fuit, et « illis, et sibi ipsi Deum adversum infestumque « constituit. » Lege reliqua, quæ tanto zelo atque doctore dignissima sunt. Theodoretus q. 10, in hoc cap. : « Filiorum iniquitas non egebat « lenibus medicamentis, sed acerrimis et asper- « rimis; oportebat ergo, cùm post primam et « secundam admonitionem perseverâssent in « nequitiâ, eos à templi ambitu expellere. » Et quidem si cùm posset et deberet sacrilegos filios à templi aditu prohibere, in illo tamen manere ac dominari permisit, ut pergerent sine ullo interpellatore ac vindice esse, quod cœperant, nempe ut calce abjicerent, quæ sibi Deus offerri voluit; ille victimas et sacra abjecisse censendus est, quia neque curâsse censetur quid rerum à filiis in templo fieret, neque de illius religione contemptâ laborare.

ET MAGIS HONORASTI FILIOS TUOS QUAM ME (1), UT COMEDERETIS PRIMITIAS OMNIS SACRIFICII ISRAEL. Honoravit Heli filios magis quàm Deum multis modis; vel quia primas partes sacrificiorum detulit ad filios, quod potest intelligi dupliciter; aut quia illis meliora dedit quàm Deo, illa videlicet, quæ Deus sibi reservârat è victimis; aut quia filiorum voluntati satisfactum priùs esse voluit quàm divinæ. Nam, ut vidimus supra, antequàm adolerentur adeps et quæ Deus sibi vindicârat è victimis, filii suas sibi partes abstulerant. Dici verò hoc modo potuit filios suos honorâsse Heli, quia quòd talia filii auderent in templo, cùm posset et deberet prohibere, permisit. Quomodò Deus, ut paulò ante dicebamus, illa facere dicitur, quæ fieri sinit.

Secundò, honorâsse dicitur Heli filios magis quàm Deum, quia ne filios contristaret, non dubitavit quoad ejus fieri potuit, contristare Deum, cujus permisit templum violari sacrilego concubitu; et ne filiorum immoderato desiderio aliquid subtraheret, quæ Deus è sacrificiis sibi ipsi separârat, eripuit. Tertiò, quia ut hoc loco optimè Gregorius, indignos filios sacro præfecit ministerio, ut illis de templi bonis et sacris emolumentis commodaret. « Filios, in- « quit, et propinquos magis quàm Dominum « honorat, qui ad sacros ordines personas eli- « git, non ex conversationis honestate, sed « amore propinquitatis. Idcircò filii honorati « referuntur, ut sacrificii primitias ederent, « quia carnales prælati spiritualis honoris cul- « mina carnalibus propinquis ideò tribuunt, « ut ecclesiasticis facultatibus ditentur, et in

(1) *Pourquoi avez-vous honoré vos enfants plus que moi?* Dieu reproche à Héli qu'il a été plus touché de l'honneur de ses enfants que de celui de son autel, et qu'il a violé le respect qui est dû au sanctuaire par des vues honteuses de la chair et du sang. Nous voyons néanmoins qu'il n'avait aucune part au déréglement de ses enfants, et qu'il les en avait même repris. Mais il l'avait fait trop tard, et lors seulement que leurs désordres étaient montés jusque dans les derniers excès : et il l'avait fait trop faiblement, s'étant contenté de leur donner quelques avis avec une extrême douceur, au lieu qu'il leur devait parler avec indignation et avec force, et passer des paroles aux actions, après avoir vu que ses remontrances étaient inutiles, en les chassant du temple et en les empêchant de déshonorer plus long-temps leur saint ministere. Héli, dit saint Jérôme, a repris ses enfants, et néanmoins, il a été puni de Dieu, parce qu'il ne devait pas seulement les reprendre, mais leur interdire l'administration des choses saintes. *Heli corripuit filios, et punitus est, quia non corripere, sed abjicere debuit.* Et ceci, nous apprend, dit saint Grégoire, combien sont exposés aux mêmes reproches ceux qui élèvent leurs parents aux ordres sacrés, non pour donner à l'Eglise de saints ministres, mais pour relever leur maison par l'éclat et par le revenu de ses dignités.

Dieu reproche encore à ce grand-prêtre qu'il a mangé avec *ses enfants les prémices de tous les sacrifices de son peuple*, parce qu'ils prenaient leur part de l'hostie avant même qu'elle eût été offerte à Dieu.

Nous pouvons tirer une grande instruction de ces paroles. Il est souvent aisé d'être exposé à ce reproche de Dieu sans que l'on y pense. Celui qui travaille à éclaircir et à soutenir la vérité, ou qui la publie devant le peuple, ou qui conduit les âmes dans la voie de Dieu, lui offre certainement un sacrifice qui peut lui être fort agréable. Mais s'il nourrit dans son cœur une passion secrète, qu'il se dissimule en quelque sorte à lui-même, et s'il recherche en ces choses si saintes plutôt sa propre gloire que celle de Dieu, il prend pour lui les prémices de ce sacrifice. Il devient la fin de son action, et Dieu n'en est que le moyen. Ainsi il met la créature au-dessus du Créateur; ce qui est le plus grand de tous les désordres.

Nous devons donc travailler pour Dieu uniquement, et ne chercher que lui seul; et après cela nous trouverons notre salut et notre gloire même dans sa gloire; comme après que les victimes avaient été offertes à Dieu, les sacrificateurs et ceux qui les avaient offertes en avaient leur part. (Sacy.)

« altitudine ordinis cumulentur abundantiâ « ubertatis. Nec curant quales sunt, qui ad « spirituale ministerium veniunt; sed tantùm « ut temporali dignitati præferant, quos car- « nali affectione complectuntur. » Vide reliqua. Honorat igitur pater plus satis indulgens et amans filiorum, filios quàm Deum, quia dùm filiorum commoditati serviat, de majori Domini honore non laborat. Non enim illis conferre debuit honorem sacrum, ut comederent, quod rectam rationem omninò pervertit; sed omnis illa de templo commoditas eò spectare debuit, ut Deo legitimè, atque perfectè servirent : « Non enim, ait Gregorius, prædi- « cat sacerdos ut comedat; sed ideò ut præ- « dicet manducare debet. » Hoc postremum videtur significare voluisse Dominus, dùm ait: *Ut comederetis primitias omnis sacrificii Israel.* Quasi è sacro ministerio, id unum, aut præcipuè spectarent, ut optimum quodque è sacrificiorum primitiis sibi vindicarent.

Vers. 30. — Loquens locutus sum, ut domus tua et domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Duos filios ex aliorum incendio superstites habuit Aaron, Eleazarum, et Ithamar, quorum prior parenti jam defuncto in pontificatu successit, et huic posteri usque ad Ozi, qui fuit quartus post Eleazarum ex illius familiâ sacerdos, donec in Heli ad domum Ithamar sacerdotale nomen translatum est, ut docet Josephus lib. 5 Antiq. cap. ultimo. Cur translatum fuerit, nihil habemus è sacrâ Historiâ; sed est verisimile, propter sacerdotum ex Eleazaræâ domo aut inertiam in administrandâ re sacrâ, aut propter alia flagitia, quæ obscurum et odiosum reddidêre sacerdotale nomen (sicut nunc de duobus Heli filiis, iisdemque sacerdotibus dicebamus) ab Eleazaræis ad Ithamaræos migrâsse sacerdotium.

Ita ex Hebræorum sententiâ docet Lyra, Abulensis hìc q. 29, Dionysius et Hugo. Quando verò hæc Dominus dixerit Heli, qui primus ex familiâ Ithamar sacerdotalem dignitatem obtinuit, ut auctor est Josephus supra, incertum est; neque puto ex ullo Scripturæ sacræ loco colligi posse. Sed id à Domino ante hoc tempus fuisse prædictum, nemo potest ambigere, cùm id apertè affirmet præsens hic locus. Neque novum est, ut multa dicta aliquando fuerint, quæ tamen Historiæ sacræ mandata non sunt; quæ quidem ad nostram memoriam nunquàm venissent, nisi alienis locis essent commemorata, quasi jam ante contigissent. Quale fuit Jacob flevisse, cùm luctaretur cum angelo, quod in Genesi, ubi Jacob historia latè descripta, non habemus, dixit tamen Oseas cap. 12. De terræ motu sub Oziâ nihil audimus, ubi de rebus ab Oziâ gestis texitur historia; illum autem sub Oziâ contigisse docuit Amos, cap. 1, et Zacharias, cap. 14. Quibus locis nos hæc pluribus confirmavimus exemplis. Dixit sine dubio aliquis propheta Heli; nam hic primus ex familiâ Ithamar sacerdotium obtinuit, quæ de perpetuo illius familiæ sacerdotio dicta sunt. At quo tempore, aut quam ob causam, nihil habemus certum ab historico, seu ab auctore sacro. Et fortassè ab illo priùs de sacerdotio perpetuo promissionem accepit, à quo nunc de illius translatione severum audit vaticinium. Neque à tempore aliquid habemus incommodi, cùm Heli primam illam promissionem acceperit, et eidem dura hæc comminatio denuntiata sit. Diximus autem supra, minas hasce longè ante Samuelis ætatem fuisse propositas; quare ab uno prophetâ utrumque prædictum esse potuit.

Absit hoc a me, sed quicumque glorificaverit me, glorificabo eum : qui autem contemnunt me, erunt ignobiles (1). Perpetuum fore dixe-

(1) *Ceux qui me méprisent tomberont dans le mépris.* Quoique les ministres de l'Église soient présentement dans un grand honneur aux yeux des hommes, parce qu'on doit toujours honorer dans eux le sacerdoce de Jésus-Christ, ils sont néanmoins dans le mépris devant Dieu et devant les anges, lorsqu'ils déshonorent, comme les enfants d'Héli, l'éminence de leur charge par la bassesse et l'indignité de leur vie. « Mais s'ils meurent dans cet état si fu- « neste, ils tomberont *dans un opprobre éternel,* « dit S. Grégoire, lorsque, selon la parole du « Psaume, *ils seront liés par les saints avec des* « *chaînes de fer.* Car ils s'élèvent présentement « avec empire sur les âmes humbles qui leur « sont assujetties : mais alors leurs honneurs « seront passés, et *cette domination tyrannique* « qui aura duré si peu de temps, leur attirera « une captivité honteuse qui ne finira ja- « mais. »

V. 32. *Je me susciterai un prêtre qui agira selon mon cœur.* Le ministre qui a été appelé et choisi du ciel, agit *selon le cœur* et l'esprit de Dieu, parce qu'il n'est pas digne de ce rang sacré, à moins que d'avoir appris les volontés de Dieu dans son Ecriture. Et il est *fidèle* à celui qui l'a envoyé lorsqu'il se conduit dans son ministère, non selon le déréglement de ses pensées et de ses désirs, mais selon les lumières de l'esprit de Dieu et les mouvements de son amour. Dieu dit qu'il lui suscitera une maison stable et fidèle, parce que le peuple doit l'obéissance au pasteur comme le pasteur à Dieu; et Dieu soumet les ames à son ministre, lorsque son ministre lui est véritablement soumis.

rat Dominus in domo Heli honorem sacerdotii; nunc autem longè se fore dicit, ut in familiâ neque obsequente, neque sanctâ perpetuum illud ac proprium beneficium conservet. In obsequentes enim, et divinæ gloriæ studiosos et amantes, beneficum se, et illorum honoris curatorem fore dicit; in illos verò, qui contra fecerint, severum vindicem; ita ut sordidam trahant et ignobilem vitam. Hìc verò observandum, promissiones aliquas in Scripturâ sacrâ videri absolutas, quæ tamen omninò conditionatæ sunt. Quod ex eo facilè cognoscitur, quia quæ uno loco sine conditione, illa eadem cum expressâ conditione promittuntur. Actor. cap. 10, sine expressâ conditione dicitur : *Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes qui credunt in eum.* Sed conditionem quam Petrus non adhibuit, expressit Paulus ad Hebr. 5 : *Christus per passionem consummatus, factus est causa salutis omnibus obtemperantibus sibi.* Joan. 6, sine conditione dicitur : *Qui manducat meam carnem,* etc., *habet vitam æternam;* conditionem optimus interpres Paulus adhibuit, 1 Cor. 11 : *Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat.* Quod in aliis promissionibus, unâ aut alterâ exceptâ, communiter esse intelligendum, atque in omni etiam minaci vaticinio, docent exempla plurima, ubi promissa omninò completa non sunt, aut minæ non illum habuerunt, quem intentabant exitum. Imò et Deus ipse, quod in caput hoc q. 27 notavit Abulensis, significavit per Jeremiam c. 18, v. 7 : *Repentè loquar adversùs gentem, et adversùs regnum, ut eradicem, et destruam, et disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum adversùs eam, agam et ego pœnitentiam super malo quod cogitavi, ut facerem ei : et subitò loquar de gente et regno, ut ædificem et plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono quod locutus sum, ut facerem ei.* Sic Abrahami posteritati æternam possessionem promisit terræ Chanaan; et Ninivæ intra quadraginta dierum spatium subversionem; sed neque æternam habuit hæreditatem illam Abrahami posteritas; neque Ninive prædicto spatio subversa est, quia hæc pœnitentiam opposuit offensioni divinæ; illa peccando meruit, ut à datâ sibi possessione, et priùs toto Babylonicæ captivitatis tempore, et nunc post Christi mortem in æternum excideret. Eodem modo locutus est Dominus ad Heli, et illius domui sacerdotale nomen in æternum promisit; quia tamen in eo munere præstando nimis se gessit infidelem et languidum, non diù in illius domo hæsit sacerdotium.

C'est pourquoi il ajoute : Il marchera tous les jours devant son Christ. Le pasteur marche à toute heure devant Dieu lorsqu'il n'agit point par caprice ni à l'aventure, qu'il consulte la vérité éternelle, et qu'au même temps que son action paraît au dehors, il est attentif à suivre la voix de Jésus-Christ qu'il porte sans cesse au fond de son cœur. (*Sacy.*)

Vers. 31. — Ecce dies veniunt, et præcidam brachium tuum (1), et brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua. Pœna indicitur ingrato animo, atque infideli debita. *Brachium* inter alia plurima robur significat, quia illud magnarum rerum hominibus instrumentum est : quare qui alicui *brachium* confregerit, aut debile reddiderit, ille vires ademisse dicitur, et sustulisse agendi facultatem. Quidam in brachio sacerdotium intelligunt, quod familiæ Heli robur esse videbatur, cùm ab illo haberet potentiam; quo alios opprimeret, et ad suos usus optimum quodque è sacrificiis assumeret. Ita Gregorius, Angelomus, Vatablus. Addo ego etiam intelligi judicandi potestatem, quæ eo tempore instar erat regni; nam Heli non solùm sacerdos, sed etiam judex erat in Israel. Quod si ita accipias, *senex,* qui proximè subjicitur, non est ille qui diù vixit, et aliter longævus nominatur, aut ætate gravis; sed qui prudentiâ pollet, qualis in sacerdote, ac judice requiritur, qui idcircò *presbyter,* aut *senior* appellatur. Tunc autem hæc erit sententia : *Auferam à te, et à domo tuâ sacerdotium, et judicium, neque in tuâ familiâ erit deinceps, qui senex, id est, judex, aut sacerdos sit.* Ita Hieronymus in Traditionibus Hebraicis.

Quòd si *brachium* pro armo sumatur, sicut apud Malachiam cap. 2, quod ex sacrificiis ad sacerdotem pertinebat, non alius est sensus, quàm qui proximè à nobis productus est. *Præcidere* autem *brachium* idem est, atque sacerdotibus alimenta subtrahere, quæ ad illos ex sacrificiis pertinebant; aut quod idem est, jus illis, aut potestatem tollere sumendi ex victimis armum aut brachium animalis.

Sed credo hìc *brachium* pro fortitudine sumi,

(1) Symbol. nonnulli per fortitudinem intelligunt arcam testamenti, quæ capta fuit à Philisthæis sub Heli, juxta illud Ps. 77, 61 : *Tradidit in captivitatem virtutem* (hebr., *fortitudinem*) *eorum,* id est, arcam, ait ibidem S. Aug., Theod., Eucher. et Hugo. Arca enim erat robur et firmamentum Israelis, quia Deum quasi vehebat. (*Corn. à Lap.*)

quia post hæc tempora infirma erit, sicut ante, Ithamaris familia, ex quâ ortus Heli, quæ omnium pateat ludibrio, neque facultatem habeat, ut illatas ab aliis injurias depellat. Cùm autem *brachia* pro arborum ramis interdùm sumantur, quæ ex uno stipite, aut trunco funduntur : sicut rami vocari possunt stipitis filii, sic etiam *brachia*, quæ ex corpore quasi ex stipite pullulant, vocari possunt cognati ac filii, quibus commune genus est. Sanè arborum rami *brachia* dicuntur à Virgilio lib. 12 Æneid., ubi rex Latinus de suo sceptro ab artifice dolato in hunc modum loquitur :

Nunquàm fronde levi fundet virgulta, nec umbras,
Cùm semel in sylvis imâ de stirpe recisum
Matre caret, posuitque comas et brachia ferro,
Olim arbos.

Eàdem Job usus est metaphorâ cap. 5, v. 32. Cùm enim præcessisset de arbore : *Ramos ejus arefacies flammâ*, statim iterat sententiam, et quos ramos priùs, postea manus appellat : *Et manus ejus arescent.* Quòd si in *brachiis*, cognati intelliguntur et filii, sensus erit, filios et posteros Heli, item eos qui sunt ex familiâ Ithamar, qui pater appellatur Heli, ante suum tempus, id est, antequàm seniles annos attigerint, esse præcidendos ac morituros : aut quia ex sacerdotio supremâque dignitate deturbati vitam agent ignobilem, quæ honestis viris instar mortis est, imò et mors appellatur : aut quia reverà non figuratâ, sed propriâ significatione ante senilem ætatem aut ferro, aut morbo decesserunt.

Ego hæc ita divido, ut illud de *præcidendo brachio* figurate capiam pro sublato ex totâ familiâ Ithamar sacerdotali nomine, et judicandi potestate : quod verò subditur de immaturâ morte ante seniles annos, ad Heli tantùm pertinere domum. Quod mihi persuadeo, quia cùm de hâc vitâ brevi, seu immaturâ morte sermo est, non dicitur, ut alibi, *domus tua, et domus patris tui;* sed tantum *domus tua.* Quod ter legis : *Ut non sit senex in domo tuâ;* et eadem iterum verba redeunt. Quòd verò ante senectutem ex familiâ Heli plurimi decesserint sublati ferro, probant duo filii, Phinees et Ophni, qui paulò post à Philisthæis; et octoginta quinque sacerdotes, qui à Saüle cap. 22 trucidati sunt; et in Nobe sacerdotali civitate omnes ex eo genere ad unum interfecti. Et est satis verisimile, reipsà præstitisse Saülem, quod eodem cap. 2, v. 16, minatus fuerat sacerdoti maximo ex familiâ Heli : *Morte morieris, Achimelech, tu et omnis domus patris tui.* Neque plus videtur hoc loco propheta prædixisse, quàm quod ibi comminatus est Saül.

Vers. 32. — Et videbis æmulum tuum in templo, in universis prosperis Israel. Fert natura rerum, aut hominum potiùs perversa consuetudo, ut duriùs in illos afficiamur, qui locum illum occupârunt, à quo nos sumus ignominiosè depulsi. Quare cùm Eleazari domus è summo cecidisset sacerdotio, ejusque loco Ithamaris familia successisset, inter duas hasce familias, quantùmvis sanguinis communione conjunctas, odium quoddam intercedebat hostile. Quare Eleazaræi, cùm dolerent ereptam esse sibi summam in Israeliticâ gente potestatem, graviter in Ithamaræos afficiebantur, et si quid illis minùs ex animo contingeret, ferebant non molestè. Neque fortassè minùs lætabantur Ithamaræi, si quid accideret æmulis suis durum et adversum; neque minùs ferebant ægrè, si illos aut abundare bonis, aut in splendidum aliquem locum exaltari conspicerent. Quocirca non minatur Deus aliquid leve sacerdoti Heli, et illius in posterum familiæ, cùm venturos dicit in ejus locum, eos, à quibus non æmulatione solùm, sed etiam odio plus quàm intestino dissidebant.

Et in universis prosperis Israel. Qui summus erat in templo, ille etiam aut primus erat, aut saltem in primis Israel; quem colebant alii tanquàm supremum sacrorum antistitem, et quæ erant optima in Israel (neque enim vulgaria, aut vitiosa adducebantur in templum) ad ipsum deferebant. Quare in sacerdote summo, summus etiam spectabatur honor, et ad res domesticas summa quoque commoditas.

Hic autem æmulus, qui primus ad Eleazari familiam sacerdotium reduxit, fuit Sadoc; quem Salomon lib. 3 Reg. cap. 2, v. 27, pro Abiathar, qui erat ex familiâ Ithamar, magnum tabernaculo sacerdotem præfecit. *Ejecit Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini, quem locutus est supra domum Heli in Silo.* Et v. 35 : *Et Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.* Hanc autem vicissitudinem spectare non potuit Heli, qui octoginta annis, antequàm accideret, mortuus est; visurus tamen dicitur in filiis, quod in prædictionibus propheticis infrequens non est. Sic quæ promissa sunt Abrahæ, in suis posteris impleta sunt; quod postea Jacob, quod deinde à Jacob duodecim patriarchis prædicta, experti sunt longa post secula ipsius filii. Sic etiam quod hic minatur propheta, non vidit Heli; vidit tamen, qui

quartus ab eo tabernaculo præfuit Abiathar.

Et non erit senex in domo tua omnibus diebus. Hæc Abulensis de dignitate intelligit sacerdotali, quam sustinere aut solent, aut debent senes, qui vocantur presbyteri, quibus inest judicii maturitas, et abest omnis in administrando, aut deliberando temeritas. Et quidem senectutem pro senili honore, aut magistratu sumi, non est in omni, ut opinor, linguâ inusitatum. Græci presbyteros vocant, qui præsunt rebus præsertim sacris, quales sunt non sacerdotes solùm simplices, sed etiam episcopi. Apud Romanos nemo dubitat, unde Senatus nomen acceperit. Quòd senes concilium apud Judæos habuerint, *seniorum* nomen millies repetitum ostendit. Accedit, quòd cùm proximè, ut magis probabamus, de proprià senectute, quæ spectatur in annis, actum sit, non videbatur hoc idem sæpiùs repetendum. Verumtamen sententiam non muto, quia video in sacris litteris, si quid fuerit aliquo in genere grave, quodque animos in quamcumque partem vehementer afficiat, iterari sæpiùs, quod aut firmitatem, ac certitudinem indicat prædictorum, et affectum prodit animi incitati vehementiùs.

Illud porrò explorato opus est, an de totâ familiâ Ithamar hæc sint intelligenda, vel tantùm de posteris Heli. Ego neque ex litterâ, neque ex meritis video, quomodò hæc severa comminatio ad Ithamaræos omnes explicari debeat, cùm ab illis nihil admissum audiamus, quo in se supplicium illud tam immane ac longum accersiverint. Deinde, quia quando de sacerdotio submovendo sermo est, non dicitur tantùm *domus tua;* sed additur etiam *domus patris tui* : ut v. 30 : *Loquens locutus sum, ut domus tua et domus patris tui,* et v. 31. Hoc verò loco, et proximo, cùm de morte agitur ante senectutem, una designatur domus Heli. Quare nihil pertinere arbitror ad domum Ithamar, et ita cum aliis sentit Eucherius.

Sed quando constat, huic fuisse proprium domui Heli, non commune cum aliis ab Ithamare derivatis; videndum item, an omnibus seculis ex progenie Heli nullus ad senilem usque ætatem vitam produxerit. Ita putant Hebræi, qui, ut dicit hoc loco Cajetanus, tradunt hoc etiam tempore, quotquot ab Heli familiâ propagati sunt, nunquàm ad senectam et canos pervenisse. An ita fuerit, incertum est; neque littera nos fateri cogit de omni ætate ac seculo, supplicium istud tam latè ac longè patens esse intelligendum. Nota est enim illa Hieronymi regula, ad illud Isaiæ cap. 13 : *Ut disperdam omnem terram :* quæ docet omnem terram et similia, non semper de omni omninò terrâ esse intelligenda; quod ego de omni tempore, aut hominum ordine verum esse puto. Certè signa universalia non semper universaliter significant; atque ideò *omnes* idem valet, quòd *multi; nulli,* idem quòd *pauci; æternum, perpetuum,* idem quòd *diuturnum :* ut aliis in locis à nobis sæpè observatum et probatum est. Sic ergo hoc loco in *omnibus diebus* longum tempus intelligitur. Aut hoc dicendi modo tempus illud significatur, quo in Heli familiâ summum duravit sacerdotium, in quo ex eo genere plerique cecidêre aut Philisthæorum armis, aut Saülis ferro, qui uno die octoginta quinque sacerdotes extinxit. Hoc verò significare videtur Propheta, cùm dixit, v. 33 : *Et magna pars domûs tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem venerit.* Hæc ego putabam dici posse non improbabiliter; alii, credo, meliùs : quæ tamen alii conjectant, minùs videntur expedita.

Vers. 33. — Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo, sed ut deficiant oculi tui, et tabescat anima tua. Promittit Deus non defuturum ex semine Heli, qui sacrum ad altare obeat ministerium : ita tamen ut non tam illi honori, quàm dolori sit, cùm in minorum censeatur sacerdotum numero, serviatque perpetuò sacerdoti summo, neque ad ejus ordinem et gradum aspirare possit. Tunc autem faciet desperata dignitas, quam priùs in suâ familiâ hæsisse noverat, ut doleant oculi alienam gloriam spectantes; et animus invidiæ stimulis compunctus extabescat : cùm neque efficere possit, ut amissa recuperet, neque ut æmulum à sacrâ illâ et pontificiâ dignitate deturbet. Dolere autem dicuntur, aut deficere oculi, cùm illa vident quæ ægrè afficiunt animum : cùmque id variè contingat; præsertim tamen hic est invidorum morbus, quorum nomen ab oculorum conjectu sumitur; *invidere* quippe dicitur, quod opus est oculorum; et *oculus* vicini proverbiali formâ *invidus* vocatur. Invidia porrò omnium tormentorum maximum existimatur. Sic sanè de invidiæ stimulis et angore Horatius epist. 1 :

Invidiâ Siculi non invenêre tyranni
Majus tormentum.

Hinc illud tritum, *invidiâ rumpi,* aut *uri,* et similia. Quare his quibus datus est in templo locus, non melior continget vitæ conditio; sed multò quàm aliis acerbior, cùm ex eo

quod quotidie oculis occurrit invidis, multiplex oriatur dolendi causa.

Et pars magna domus tuæ morietur, antequam ad virilem ætatem venerit. Non omnes qui ex Heli familiâ propagati sunt, morituri dicuntur immaturâ morte, sed illorum multi. Sed hoc extremo verbo non minuitur, sed augetur potiùs dolendi causa. Dixerat priùs, eos qui orti essent ex Heli familiâ, non perventuros ad seniles annos; nunc addit, eorum plerosque morituros, antequàm illis accedat virile robur.

Vers. 34. — Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis (1), etc. Multa hoc loco contra Heli sacerdotem, et illius familiam vaticinatus est Propheta: ut quòd transferendum ab ipsius domo sacerdotale nomen; quòd non sit ullus ex illius genere ad senilem ætatem perventurus; quòd plerisque ante virile robur moriendum, neque defuturum aliquem, qui ut gravem dolendi occasionem habeat, in templo sacerdotale obeat ministerium. Horum omnium, ne de futurorum eventu dubitet, signum aliquod præbet, idque tam grave, ac proprium, ut nullo modo possit ex animo cadere. Quod accidet omnium proximè; et ut omnium malorum primum, posterioribus fidem conciliabit certam. Signum autem erit duorum filiorum uno eodemque die tristis et inopinatus interitus; de quo pluribus deinde cap. 4.

Vers. 35. — Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum et animam meam faciet. Quidam hunc sacerdotem Samuelem esse putant, in quem *fidelis*, et obsequentis nomen optimè cadit. Alii negant, et hunc locum, et ordinem Sadoc attribuunt, qui primus, sublatis Ithamaræis, in ablatum suæ familiæ sacerdotium revocatus est. Hoc posterius tenet Abulensis in cap. 7 Reg. q. 30, et Levit. 17, q. 5. Quem è recentioribus sequuntur plerique. Genebrardus ad illud Psal. 98: *Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus.* Ubi non dicitur sacerdos esse, sicut Moyses et Aaron, qui proximè præcesserant, sed *invocans Dei nomen* (quam explicationem adducit etiam Hieronymus infra), quod fecêre alii non sacerdotes. Idem tenent Hugo, Dionysius, Lyra, Cajetanus. Ex antiquis Hieronymus lib. 1 contra Jovinianum tom. 2; Augustinus lib. 2 Retract. cap. 45, et idem in Quæstionibus veteris et novi Testamenti, q. 46, si modò illius operis auctor est Augustinus. Rationes multæ adducuntur ab Abulensi supra, et à Hieronymo; et multò plures ab Augustino, quæst. illâ 46, quarum illa potentissima est, et instar omnium, quia non fuit Samuel ex illâ familiâ, ex quâ creari tantùm sacerdotes possent. Licet enim à Levi traxisset originem, non tamen ab Aaron, cujus tantùm posteris datum erat à Domino sacerdotale ministerium. Addo ego, non eâ ætate fuisse Samuelem, cùm decessit Heli, quo tempore videri potuit illi successisse, ut obire potuerit supremum illud munus, et dignitatis plenum. Sacerdotalis autem ætas ea erat, in quâ homini maturum inesse solet judicium, et abesse levitas juvenilis ætatis. Ante quam ætatem apud Hebræos nemini fas erat Canticorum Cantica, et principium Genesis, et finem Prophetiæ Ezechielis attingere, ut docent Origenes in principio 4 homiliarum in Cantica, et Hieronymus in procemio cap. 1 Ezechielis. Sacerdotalis autem ætas annorum erat non minùs triginta, ut ibidem Hieronymus, qualem tunc sine dubio non attigerat Samuel, qui adolescens esse dicitur, quando gubernandi munus aggressus est, lib. 1 Reg. cap. 12, v. 2. Ab eo enim tempore judicium populi subire voluit, in quo pro summâ potestate poterat alios opprimere, et suis spoliare facultatibus. Hæc meo judicio gravis est ratio: sed neque illa levior, quòd eodem tempore, quo Samuel sacerdos esse potuit, alius fuit sacerdos Achias filius Achitob, lib. 1 Reg. cap. 14, v. 3. Imò et Achitob illius parentem sacerdotem quoque fuisse verisimile est. Ita putat Sigonius l. 5 de Republicâ Hebræorum, et Tornielus in suis Annalibus, anno mundi 2940.

(1) *Vos deux fils Ophni et Phinées mourront tous deux en un même jour.* Dieu avait dissimulé long-temps les désordres scandaleux des enfants d'Héli et la mollesse de leur père, qui souffrait qu'ils déshonorassent si indignement la sainteté de son temple. Mais enfin il se déclare contre ce grand-prêtre. Il rétracte toutes les promesses qu'il lui avait faites de la stabilité de son sacerdoce. Il lui prédit qu'il va détruire toute sa maison; que ses deux enfants qu'il aimait d'un amour si peu réglé, et qui étaient la cause principale de son malheur, mourraient tous deux en un même jour; et que sa famille tomberait dans une indigence et une misère extrêmes.

Ainsi, la parole de saint Paul se vérifie, qu'on ne se moque point de Dieu. Il souffre qu'on le déshonore. Il avertit qu'on se reconnaisse. Il rend presque sa Providence douteuse par la lenteur qu'il apporte à venger sa gloire. Mais enfin le moment terrible arrive où sa bonté doit céder à sa justice; et alors il est d'autant plus sévère dans ses châtiments, qu'il a donné plus de temps pour les prévenir. (Sacy.)

Alii neque pauci, neque vulgari notâ, sacerdotem esse maximum Samuelem existimant. Ita Augustinus, qui supra negaverat, lib. 2 Retract. cap. 55, et in Psal. 98, et contra Faustum cap. 33, de Civit. lib. 17, c. 5; Gregorius, Eucherius, Angelomus hìc, Hieronymus ad illud 1 Cor. 1 : *Cum omnibus, qui invocant nomen Domini*; ubi sic de Samuele : « Quem sacerdotem fuisse illa res probat, « quia et sacerdoti successit, et hostias offe- « rebat. De quo etiam secundùm historiam « dictum est : *Suscitabo mihi sacerdotem fide- « lem.* » Idem in hunc ipsum locum tenent Primasius et Haymo. Ratio horum est, quia Samuel aliquando sacrificâsse dicitur, quod munus Levitarum non est, sed sacerdotum. Ut c. 7, v. 9, ubi dicitur obtulisse holocaustum, et orâsse pro populo, solemni, opinor, ritu, quod sacerdotum proprium est; et reges unxisse, primùm Saülem, deinde Davidem; quod argumento fuit Augustino, atque Hieronymo, ut Samueli non adimerent sacerdotale munus. Addo his, traditum à Josepho lib. 6, cap. ult. excitatum esse Samuelem cum sacerdotali amictu. Hæc videntur opinionis hujus firmamenta præcipua.

Ego quid hìc statuam, nihildum habeo definitum. Utrinque occurrunt rationes non infirmæ, et magnum ab auctorum gravitate pondus. Quare illud mihi consilium probari cœperat, ut nihil definitò statuerem; sed liberum suum cuique relinquerem judicium, cui subscriberem meum. Nihilominùs dicam, quò magis inclinet animus, ubi utriusque sententiæ dissolvero, aut infirmavero argumenta. Et primùm, quæ Samuelem sacerdotem esse negant, hoc videntur modo elevari posse.

Primùm, quòd videlicet ex genere fuerit Levitico Samuel, non sacerdotali, sic solvit Hieronymus ad 1 Cor. cap. 1, Leviticam, et sacerdotalem familiam esse proximas, utpote à Levi patriarchâ propagatas; atque ideò ex unâ in aliam migrationem aliquam posse fieri. Qui cùm Samueli accommodâsset illud : *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem*, addidit : *Qui quamvis non sit de genere Aaron, tamen de tribu Levi esse in Paralipomeno legitur, qui ipse* (Deus) *hunc constituit, qui et illum. Ita enim Aaron elegit, ut alios postea eligendi non amiserit potestatem.* Et quidem in viris spectatæ virtutis, de quorum prudentiâ in rebus dubiis et angustis sæpiùs exploratâ, aliquid speratur eximium, frequentes in omni instituto quantùmcumque severo magnæ fieri solent exceptiones, præsertim si tempora incurrant, quæ singularem aliquam constantiam et prudentiam requirant. Quale fuit hoc tempus, in quo superior videbatur Philisthinorum causa; neque ex Heli posteritate ullus erat reliquus eo vel ingenio, vel ætate, ut dignus censeretur, qui sacerdotale munus et pondus sustineret.

Alia ratio fuit, quia quo tempore sacerdotio et vitâ defunctus est Heli, nondùm sacerdotalem ætatem, id est, annos triginta natus erat Samuel; atque ideò non est verisimile, tantum pondus ætati nondùm firmatæ satis, et ingenio, quod non videbatur satis esse maturum, insedisse. De ætate nihil, quod ego viderim, habemus ex Scripturâ sacrâ; neque Hieronymus docere videtur, sacerdotalem ætatem annorum esse triginta; sed ita visum esse Hebræorum doctoribus. Ab hàc ætate Levitas suum obire ministerium ad annum usque quinquagesimum, habemus Numer. cap. 4 de sacerdotis ætate legitimâ mirum silentium. Quòd si nondùm habebat Samuel ætatem idoneam sacerdotali ministerio, id etiam Deus supplere voluit in tanto viro, cujus animum cœlesti quodam lumine illustraverat, et magnarum rerum cognitione compleverat. Quod sanè populo ignotum non erat, qui multarum rerum experientiâ didicerat, Samuelem Deo esse familiarem, et divino gubernari consilio, non suo. De quo est illud cap. 3, v. 20 : *Et cognovit universus Israel à Dan usque Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset Domini.* Quòd si Achias proximè successit Heli, quod meo judicio dicendum est, cùm nullum alium inter illos duos interjectum esse videamus, non videtur fuisse, cùm sacerdotium iniit Samuele grandior. Nam cùm jam Samuel gubernandi onus deposuisset, quod tunc fecit, quando præ nimiâ ætate gravem illam personam sustinere non poterat, sacerdotio fungebatur Achias, regnante Saüle, ut habes infra cap. 14.

Ad illud, quod tertiò opponebamus, duos simul futuros fuisse sacerdotes, nihil haberet momenti, si verum esset, quod multi iidemque graves, nec sine gravi fundamento sentiunt, eodem tempore sub Davide duos fuisse pontifices, Abiathar et Sadoc; de quo nos suo tempore pluribus. Sed fortassè neque tunc, neque hoc Samuelis tempore, duobus dignitas illa maxima communis fuit. Quòd si Achias, utpote pronepos Heli, ad avitum, seu paternum locum promovendus fuit, interim dùm tanto muneri ætas esset idonea, et matura prudentia, videri potuit Samuel vicariam

habuisse potestatem, quâ tunc seipsum abdicavit, cùm judicandi onus in Saülis humeros et curam declinavit. Id quod indicat, licet dicendi modo subobscuro, illud cap. 14, v. 3: *Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat Ephod.* Quasi dicat, quo tempore regnare cœpit Saül, jam sacerdotio fungebatur Achias, quod proximè Samuel cum regni administratione deposuerat. Et quidem mirum est, si quis alius Samuelis tempore sacerdos fuit, illius toto Samuelis dominatu, neque munus fuisse, neque nomen auditum.

Neque novum est, ut si quod occurrat impedimentum, quominùs sacerdos summus suo possit fungi ministerio, illius loco sufficiatur alius, qui licet summus non sit, sit tamen ex inferiori sacerdotum numero. Vide Abulensem in cap. 21 Lev. q. 20, et sup. lib. 1 Paralip. cap. 9, q. 16, ubi docet, fieri posse, ut pro sacerdote magno ad aliquod tempus aut opus sufficiatur alter; et adducit exemplum ex Josepho cujusdam sacerdotis, qui cùm præcedenti nocte somno esset pollutus, neque Sancta sanctorum ingredi permitteretur à lege, alium suî loco suffecit, qui ad festum expiationis munus illud, quod uni sacerdoti maximo licebat, obiret. Quare potuit unus esse jure quasi proprio sacerdos summus, et alius eodem tempore ex illius concessione, qui pontificias functiones, si quando aliquod incideret impedimentum, exerceret. Et ita fortassè contigit Samuelis tempore, qui pro eo qui sacerdos esse debuit, vicariam operam præstitit; sive sit Achitob, si quod ille impedimentum habuit, aut ab ætate sacerdotali, ad quam morte præreptus non pervenit; aut quia aliquod habuit vitium, aut deformitatem in corpore, quæ hominem ineptum reddit altari; sive sit Achias, cujus sine dubio ætas legitima non erat, quo tempore proavus Heli supremum illum locum vacuum reliquit.

Neque minùs urget illud Hieronymi adversùs Jovinianum, quòd Psal. 98, Samuel non numeratur inter sacerdotes, sed inter illos qui invocant nomen Domini. Nam licet invocare nomen Domini, commune sit laicæ atque sacerdotali turbæ invocare tamen legitimè, et quasi ex instituto, id uni tantùm convenit sacerdotum ordini, ut dixit Hieronymus in cap. 1 Epist. 1 ad Cor. qui hoc eodem loco adversùs Jovinianum probaverat à sacerdotum numero separandum esse Samuelem.

Nunc rationes illas exploremus, quæ Samueli sacerdotii magni titulum attribuunt, et quantùm habeant momenti, investigemus. Et primùm, quòd Samuel aliquando sacrificaverit, quod negari non potest, non probat sacerdotem esse magnum, cùm quilibet è sacerdotum ordine id præstare potuerit. Neque enim sacerdos magnus aliquid proprium habuit, nisi quòd semel in anno ad festum expiationis ad Sancta sanctorum, id est, ad penitissimum tabernaculi secessum ingreditur, ut latè probat Abulensis in cap. 29 Exodi, q. 16. Et quidem sacrificâsse Eliam, qui tamen sacerdos, saltem magnus non erat, habemus 3 lib. Reg. cap. 18.

Neque illud de unctione regis Saülis et Davidis plus habet firmitatis; neque enim ungendi ministerium ad sacerdotem magnum coarctatum est, ut in Scripturâ sacrâ multa docent exempla. Sanè regem Syriæ Azaelem, jubente Domino, unxit Elias, lib. 3 Reg. cap. 19, et lib. 4, cap. 9, Jehu regem Israel unxit unus è prophetarum numero. Vide Abulensem in lib. 1 Reg. cap. 10, q. 2. Hæ præcipuæ existimantur rationes; neque enim admodùm curo, quid Josephus de Samuelis sacerdotali vestimento prodiderit, cùm illud sit incertum, neque auctor ubique, ut in nostris super Aggæum Commentariis observavimus, valdè se ostendat de explorandâ, aut de statuendâ veritate sollicitum.

Hæc mihi de utrâque sententiâ dici posse videntur prudenter et tutò; neque ego, si meo tantùm obsequerer studio, ulteriùs proveheret, nisi curiosus lector aliquid ampliùs in hâc disceptatione requireret. Cujus ut paream desiderio, dico primùm, utramque sententiam mihi videri valdè probabilem; deinde mihi illud existimari probabilius, quod prima docet sententia, nempe Samuelem nunquàm magnum fuisse sacerdotem. Quod rationes allatæ supra faciunt sat verisimile. Quibus addo illorum etiam sententiam, qui catalogum texuêre pontificum, quorum nullus meminit Samuelis Neque in totâ Samuelis historiâ legimus aliquid, quod summum oleat illius sacerdotium; nisi dicas ab illo unctos esse reges, et sacrificium oblatum; quod tamen factum est à minoribus sacerdotibus, imò et à prophetis, ut paulò ante diximus.

Illud mihi videtur concedi posse posteriori sententiæ, Samuelem extra ordinem speciali aliquo privilegio, cùm tantùm esset ex ordine Levitico, designatum tamen à Deo fuisse sacerdotem, ut dixit Hieronymus ad 1 Corinth-

cap. 2, quod non latuit Samuelem ipsum, cui Deus alia plurima in ætate adhuc puerili revelârat. Neque fortassè illius ignorârunt parentes, cùm illum templo consecrare, et ministeriis sacris assiduum esse voluerunt. Et quidem illud ephod, quod in primis annis à matre missum in tabernaculo gestabat, aliquid olet sacerdotale. Et si lampades accendebat, quod videtur ex subsequenti capite posse colligi, illud sacerdotale erat, non Leviticum munus. Tam autem sacerdotis nomen et officium, quàm in ætate nondùm sacris functionibus idoneâ in tabernaculo morari, atque ibi aliquid majus exercere, quàm illi permittebatur ætatulæ; privilegium arbitror esse divinum, neque id ignoratum esse sacerdoti Heli, qui magna jam in Samuele infante intuebatur divini consilii et futuræ sanctitatis documenta. Sacerdotem tamen fuisse magnum non puto, ut rationes allatæ superiùs, si non convincunt, at certè suadent. Et quæ statim adduntur, eo apud me sunt loco, ut penè persuadeant. Neque enim quæ de sacerdote dicuntur, quem suscitavit Dominus loco Heli, quem, qui contra sentiunt, Samuelem esse putant, ejusmodi sunt, ut in Samuelem convenire possint; optimè verò in familiam Sadoc, quod ex illorum expositione non obscurè constabit.

SUSCITABO MIHI SACERDOTEM FIDELEM (1), QUI JUXTA COR MEUM ET ANIMAM MEAM FACIET. Juxta ea quæ proximè diximus, sacerdos iste fuit Sadoc, qui longè aliter quàm Heli ministerium obiit pontificale; qui fidelem Deo, ac templo navavit operam, neque aliter se in tanto munere præstando gessit, quàm divina ab eo voluntas exigebat. Et quidem in Sadoc nihil invenimus, quod quisquam jure reprehendat; neque levem de illius integritate, morumque disciplinâ conjecturam affert, quòd Davidi viro divini cultûs studiosissimo tam fuerit familiaris, et (ut multi volunt) assumptus, ut simul cum Abiathar summi fungeretur sacerdotis officio.

ET ÆDIFICABO EI DOMUM FIDELEM. Hæc in Samuelem convenire non possunt, in Sadoc autem maximè. Nam licet Samuel vir fuerit sanctissimus, domus tamen illius fidelis non fuit, sive filios spectes, sive seram illius posteritatem. Filii enim illius non valdè fuerunt meliores filiis Heli, de quibus infra, cap. 8, v. 3: *Et non ambulaverunt filii illius in viis ejus: sed declinaverunt post avaritiam; acceperuntque munera, et perverterunt judicium.* Denique ut filii Heli à familiâ Ithamar ad domum Eleazari transtulêre sacerdotium, sic etiam Samuelis filii propter morum intemperantiam abrogatâ antiquissimâ gubernationis formâ, in populum Israeliticum novam gubernandi rationem invexerunt. Sed si domus pro posteritate sumatur, aut novis titulis ornata, aut claris nobilitata virtutibus, neque hoc in domo Samuelis apparet; quid enim in illâ eximium præter illustrem Samuelis memoriam? Secùs de Sadoc, cujus domus fidelis fuit, et ad tempus fermè Christi sacerdotium obtinuisse creditur: obtinebat certè post eversum à Chaldæis Salomonis templum, ut constat ex Ezech. cap. 40, v. 46: *Porrò gazophylacium, quod respicit ad viam aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris. Isti sunt filii Sadoc.* Et ut constat è sacerdotum catalogo, quem Josephus texit lib 10, cap. 11, et ex eo Sigonius lib. 5, cap. 1, de Republ. Hebræorum, ad longum usque tempus, saltem ad Jesum filium Josedec, sacerdotes magni ex Sadoc familiâ propagati sunt. « Hi, inquit, omnes quasi per manus tra« ditum sacerdotium filii parentum successo« res acceperunt, continuatâ generis serie. »

ET AMBULABIT CORAM CHRISTO MEO CUNCTIS DIEBUS. Christus hoc loco rex est Israel; sic enim reges appellantur ab unctione. Coram rege ambulare non potuit Samuel omnibus diebus vitæ suæ, quia ad extremos usque vitæ

(1) Allegor. significatur hìc translatio sacerdotii ab Heli et Aarone ad Christum: hic enim est sacerdos fidelis Deo. Ita S. Greg., Theod., Angel., Procopius et S. Aug. 17 Civit. c. 4. Videmus verò hodiè Judæos absque sacerdotio esse: « Et inter eos, inquit Aug., quicumque « est ex Aaronico genere, cùm videt sacrifi« cium Christianorum toto orbe pollere, sibi « autem honorem illum magnum esse subtra« ctum, deficiunt oculi ejus, et defluit anima « ejus tabe mœroris, mors verò illa filiorum si« gnificavit mortem ipsius sacerdotis de filiis « Aaron (inquit August.) et sacerdos ille fide« lis v. 35 maximè et principaliter est Chri« stus Dominus, » inquit Procop., Theodor. et alii.

Porrò Christus non tantùm est sacerdos et pontifex, sed et Christianos quoslibet efficit sacerdotes et reges mysticos, juxta illud Apoc. 1, 11: *Fecit nos regnum et sacerdotes.* Unde S. Leo serm. 3 in die anniversario assumptionis suæ ad pontificatum: « Omnes, inquit, in « Christo regeneratos crucis signum efficit « reges: sancti verò Spiritûs unctio conse« crat sacerdotes. » Et mox ostendit quâ in re hoc regnum et sacerdotium consistat. « Quid « enim, inquit, tam regium quàm subditum « Deo animum corporis sui esse rectorem: et « quid tam sacerdotale, quàm vovere Domino « conscientiam puram, et immaculatas pietatis » hostias de altari cordis offerre?

(*Corn. à Lap.*)

dies rex nullus fuit, aut alius, qui vocari potuerit Christus, nisi sacerdos, utique summus, quia in ejus conspectu futurus esse dicitur : at coram se ambulare, id est, sibi ipsi obsequi, aut sacerdotale præstare ministerium, qui potest aut fieri, aut intelligi? De Sadoc nemo dubitari potest, quem Salomon, Abiathare abjecto, sacerdotem esse voluit, à cujus conspectu nunquàm abfuit, neque à gratiâ excidit ; quique omnium primus in templo à Salomone constructo sacerdos fuit.

Vers. 36. — Futurum est autem, ut quicumque remanserit in domo tua, veniat, ut oretur pro eo (1). En quanta in Heli domo fuerit rerum vicissitudo. Venire ante consueverunt alii in domum Heli; id est, ad eos qui ex ejus familiâ sacrificiis, ac tabernaculo præerant, à quibus accipiebant abundanter quidquid ad domesticos usus et sumptus propè regios pertinebat. Sed in hâc fortunæ ác temporum conversione, accedent, qui fuerint ex illâ domo reliqui, supplices ad sacerdotem ex alienâ familiâ, ut pro illis oret atque sacrificet. Afferet autem, quod pauperes solent, nummum argenteum, quo videlicet ematur perexigua victima, ut columba, aut aliquid simile, et tortam panis. Quem usque adeò premet aut fames, aut egestas, ut dari sibi postulet ab æmulo suo, misericordiæ tantùm nomine; modicum aliquid ex eo quod ex victimis legitimè in suum victum sacerdotes assumunt. Neque plus petit ille, quem dira urget necessitas, quàm sibi porrigi postulat, qui mendicatò vivit, quemque aliena tantùm misericordia sustentat. *Dimitte*, inquit, *me, obsecro, ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis.*

Hæc juxta nostram translationem. Si verò Hebraicum textum, quem nunc habemus, intueare, quem respexêre novæ translationes, et ex antiquis Chaldaica, et Septuaginta, alius est sensus, neque parùm diversus. Neque enim qui ex domo Levi dicitur futurus esse reliquus, argentum afferet, aut tortam panis, ut pro illo oretur; sed potiùs ille dicitur venturus supplex, ut incurvet se, et adoret aut pontificem, aut sacerdotem alium, ut ab illo exiguum aliquid ex sacerdotali emolumento exoret quo vitam utcumque, parcè licet et angustè, sustentet.

In hâc porrò commutatione sacerdotii, illam multi Patrum intelligunt, quæ facta est ab Aaronico sacerdotio, et in Christum pontificem summum translata. Ita Augustinus lib. 17 de Civit. cap. 5, Gregorius, Angelomus, Eucherius, Theodoretus q. 10, et plures alii. Ex quo tempore, qui sunt è genere Levitico sacerdotaliquè progenie, sic miserè vivunt, ut

(1) Ex Hebræo verti potest clariùs : *Veniet ad orandum pro nummo argenti et tortâ panis*, orando scilicet ut detur sibi quasi pauperi et famelico nummus exiguus, et fragmen panis, quo latrantem ventrem satiet. Ita Cajet. et Vatabl.

Dimitte me, obsecro, ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis. Allegor. *Buccella panis*, significat sacrificium Eucharistiæ, quod è pane fit. Ita S. Gregor. Eucher., Theodor., Procop. Audi S. Augustin. 17 Civit. 4 : « Quod ergo addidit manducare panem, etiam ipsum sacrificii genus eleganter expressit, de quo dicit sacerdos ipse : *Panis quem ego dedero, caro mea est pro seculi vitâ :* ipsum est sacrificium non secundùm ordinem Aaron, sed secundùm ordinem Melchisedech; qui legit intelligat. » (*Corn. à Lap.*)

Que de choses à noter dans ce récit! inquit impiissimus Volney. D'abord voici un tête-à-tête divulgué; par qui? Héli ne s'en sera pas vanté : c'est donc l'*homme de Dieu* qui l'a ébruité. Quel intérêt a-t-il eu de préparer les esprits à un changement désiré de plusieurs, même du plus grand nombre? En sa qualité de prophète et de *prédiseur*, cet *homme de Dieu* a dû connaître le successeur annoncé, déjà présumé; n'agirait-il pas déjà de concert avec lui? Sa prédiction va se trouver faite en faveur de Samuël. — Samuël ne jouerait-il pas un rôle en cette affaire? L'axiôme de droit dit : *Celui-là a fait qui a eu intérêt de faire;* ici ne serait-ce pas *Samuël* même? Notez qu'Héli était aveugle, et qu'on a pu lui parler sans qu'il ait reconnu la personne. Il y a ici manœuvre de fourberie; Samuël n'est pas atteint, mais il est prévenu. Quant à la prédiction de la mort des deux fils d'Héli en un même jour, on sent combien il a été facile à l'écrivain ou au copiste de l'interpoler après coup : où est le procès-verbal primitif?

His paucis judicare quisque potuerit quò progrediatur apud Volney fingendi licentia, quamque fidem mereatur. Samuelem non Dei jussu, sed decipiendi consilio ad Heli venisse, res est prorsùs incredibilis, omnibusque contraria quæ de Samuele narrat hujus libri auctor. Nullo enim monumento utitur, sed conjecturis tantùm ex suo perversissimo ingenio ductis, ut tam nefarium propositum sanctissimo viro tribuat. Porrò nemo nescit non conjecturis, sed factis historiam constare, nec rerum scriptori fingere, sed narrare quæ in documentis repererit, permissum esse. Ab officio igitur historici quàm longissimè aberravit Volney, cùm maximam fidem auctori conciliare prædictionem interitûs duorum Heli filiorum, animadvertens, non dubitavit asserere facile fuisse ipsi hujus scriptori aut scribæ hanc prædictionem interpolare, nec ullum interpolationis argumentum, nisi quia id sibi ita videtur, attulit. Si quidquid animo lubet, hoc fingere liceret, jam tota historia in *roman* convertetur, nihilque certum, nihil verum in rerum monumentis supererit.

emendicatò exiguam stipem ab aliis, et panis breccellam exquirant, neque promptum habeat genus illud invisum, et ignobile aliorum officium.

CAPUT III.

1. Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli : et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta.

2. Factum est ergo in die quâdam, Heli jacebat in loco suo, et oculi ejus caligaverant, nec poterat videre :

3. Lucerna Dei antequàm extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei.

4. Et vocavit Dominus Samuel. Qui respondens, ait : Ecce ego.

5. Et cucurrit ad Heli, et dixit : Ecce ego; vocâsti enim me. Qui dixit : Non vocavi; revertere et dormi. Et abiit, et dormivit.

6. Et adjecit Dominus rursùm vocare Samuelem. Consurgensque Samuel, abiit ad Heli, et dixit : Ecce ego, quia vocâsti me. Qui respondit : Non vocavi te, fili mi; revertere, et dormi.

7. Porrò Samuel necdùm sciebat Dominum, neque revelatus fuerat ei sermo Domini.

8. Et adjecit Dominus, et vocavit adhuc Samuelem tertiò. Qui consurgens, abiit ad Heli,

9. Et ait : Ecce ego, quia vocâsti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum, et ait ad Samuelem : Vade, et dormi; et si deinceps vocaverit te, dices : Loquere, Domine, quia audit servus tuus. Abiit ergo Samuel, et dormivit in loco suo.

10. Et venit Dominus, et stetit : et vocavit, sicut vocaverat secundò : Samuel, Samuel. Et ait Samuel : Loquere, Domine, quia audit servus tuus.

11. Et dixit Dominus ad Samuelem : Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures ejus.

CHAPITRE III.

1. Or, le jeune Samuël servait le Seigneur auprès d'Héli; et la parole du Seigneur était alors *rare* et précieuse; on ne connaissait plus guère de vision et de prophétie.

2. Les yeux d'Héli s'étaient obscurcis, *selon que le Seigneur le lui avait prédit,* et il ne pouvait voir. Il arriva un jour lorsqu'il était couché en son lieu *ordinaire,*

3. Que Samuël dormant dans *l'appartement d'Héli, qui était proche* le temple du Seigneur, où était l'arche de Dieu, avant que la lampe qui brûlait dans le temple de Dieu fût éteinte, *c'est-à-dire, avant que l'aurore commencât à paraître.*

4. Le Seigneur appela Samuël. Et Samuël lui répondit : Me voici.

5. Il courut aussitôt à Héli, et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli lui dit : Je ne vous ai point appelé; retournez et dormez. Samuël s'en alla, et se rendormit.

6. Le Seigneur appela encore une fois Samuël. Et Samuël s'étant levé s'en alla à Héli, et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli lui répondit : Mon fils, je ne vous ai point appelé, retournez et dormez.

7. Or, Samuël ne connaissait point encore les voies du Seigneur *ni les signes par lesquels il fait sentir sa présence aux prophètes,* car jusqu'alors la parole du Seigneur ne lui avait point été révélée.

8. Le Seigneur appela donc encore Samuël pour la troisième fois. Et Samuël se levant, s'en alla à Héli,

9. Et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli reconnut alors que le Seigneur appelait l'enfant, et il dit à Samuël : Allez, et dormez; et si l'on vous appelle encore une fois, répondez : Parlez, Seigneur, parce que votre serviteur *vous* écoute. Samuël s'en retourna donc en son lieu, et s'endormit *de nouveau.*

10. Le Seigneur vint encore; et, étant près de Samuël, l'appela, comme il avait fait les autres fois : Samuël, Samuël. Samuël lui répondit : Parlez, Seigneur, parce que votre serviteur *vous* écoute.

11. Et le Seigneur dit à Samuël : Je vais faire dans Israël une chose que nul ne pourra entendre sans être frappé d'un profond étonnement.

12. In die illâ suscitabo adversùm Heli omnia quæ locutus sum super domum ejus ; incipiam, et complebo.

13. Prædixi enim ei quòd judicaturus essem domum ejus in æternum, propter iniquitatem, eò quòd noverat indignè agere filios suos, et non corripuerit eos.

14. Idcircò juravi domui Heli, quòd non expietur iniquitas domûs ejus victimis et muneribus usque in æternum.

15. Dormivit autem Samuel usque mane, aperuitque ostia domûs Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli.

16. Vocavit ergo Heli Samuelem, et dixit : Samuel, fili mi? Qui respondens ait : Præstò sum.

17. Et interrogavit eum : Quis est sermo quem locutus est Dominus ad te? oro te ne celaveris me. Hæc faciat tibi Deus, et hæc addat, si absconderis à me sermonem, ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi.

18. Indicavit itaque ei Samuel universos sermones, et non abscondit ab eo. Et ille respondit : Dominus est; quod bonum est in oculis suis faciat.

19. Crevit autem Samuel, et Dominus erat cum eo, et non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram.

20. Et cognovit universus Israel à Dan usque Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset Domini.

21. Et addidit Dominus ut appareret in Silo, quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, juxta verbum Domini. Et evenit sermo Samuelis universo Israeli.

12. En ce jour-là je vérifierai tout ce que j'ai dit contre Héli et contre sa maison; je commencerai et j'achèverai.

13. Car je lui ai prédit que j'exercerais mon jugement contre sa maison pour jamais, à cause de l'iniquité *de ses enfants*, parce que sachant que ses fils se conduisaient d'une manière indigne *de leur ministère*, il ne les a point réprimés.

14. C'est pourquoi j'ai juré à la maison d'Héli que l'iniquité de cette maison ne sera jamais expiée ni par des victimes ni par des présents, *mais qu'elle portera toute la peine qu'elle mérite.*

15. Or, Samuël ayant dormi jusqu'au matin alla ouvrir les portes de la maison du Seigneur; et il craignait de dire à Héli la vision qu'il avait eue.

16. Héli appela donc Samuël, et lui dit : Samuël, mon fils. Il lui répondit : Me voici.

17. Héli ajouta : Qu'est-ce que le Seigneur vous a dit? Ne me le cachez point, je vous prie. Que le Seigneur vous traite avec toute sa sévérité si vous me cachez *la moindre chose* de toutes les paroles qui vous ont été dites.

18. Samuël lui dit donc tout ce qu'il avait entendu, sans lui en rien cacher. Héli répondit : Il est le Seigneur; qu'il fasse ce qui est agréable à ses yeux, *il ne fera rien qui ne soit infiniment juste.*

19. Or, Samuël croissait en âge; et le Seigneur était avec lui; et nulle de ses paroles ne tomba à terre.

20. Et tout Israël connut, depuis Dan jusqu'à Bersabée, que Samuël était le fidèle prophète du Seigneur.

21. Le Seigneur apparut de nouveau *à Samuël* dans Silo; car ce fut à Silo qu'il se découvrit à Samuël, *et que*, selon *qu'il avait fait entendre* sa parole *la première fois*, *il la lui fit entendre de même dans la suite.* Et tout ce que Samuël dit à tout le peuple d'Israël *de la part du Seigneur* fut accompli.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli (1). Puer adhuc Samuel assiduus erat sacerdoti Heli, illique in omnibus præstò aderat, quæ ad sacrum tabernaculi ministerium pertinebant. Quod faciebat aut quia è levitico ordine, qui multa in templo pro suo instituto obibat ministeria; aut certè quia, ut supra diximus non videri difficile, ad sacerdotales partes admittebatur, divino nimirùm privilegio, quod, opinor, Heli non ignorabat. Et hoc fortassè veriùs, quia, ut paulò ante à nobis observatum est, multa postea

(1) Chaldæus : *In vitâ Heli.*

præstitit Samuel, quæ non auderet, nisi ad leviticum gradum è sacerdotali ordine aliquid accessisset.

De ætate, in quâ primùm Samuel spiritu afflatus est prophetico, variè meditantur auctores. Hoc unum certum est, in eâ fuisse ætate, à quâ vocari potuerit puer : et modus ipse loquendi satis indicat, illum non valdè ætatis fuisse provectæ. Placet quod Josepho placuit, lib. 4, cap. 14, tunc Samuelem fuisse duodennem : neque longè hinc abeunt Hebræi in Seder Olam cap. 14, et tenet Abulensis, et alii frequentes.

Et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis. *Pretiosum* illud dicitur, quod rarum est, licet minùs quàm plurima alia, aut pulchrum sit, aut necessarium ; hæc etenim quantùmcumque alioqui magna, assiduitate tamen et frequentiâ vilescunt. Quia igitur eo seculo pauci reperiebantur, quos divinus afflaret Spiritus, quique verba Dei ad homines deferrent, ut verba Dei tunc apparebant rara, sic etiam magno habebantur in pretio. Sanè toto tempore, quo Israelitidi genti præfuêre judices, vix unum aut alterum invenies, per quem Deus hominibus, quid factum vellet, aut quid futurum esset, aperiret. Ego duos tantùm reperio cap. 4, v. 4, Debboram prophetidem : et cap. 6, v. 8, prophetam alium, cujus ibi nomen non legimus : imò hunc Augustinus, q. 13 in Judices angelum esse putat. An alius fuerit eo seculo propheta, non constat.

Non erat visio manifesta (1). Loquebatur quidem Deus cum hominibus, illisque quid factum vellet, manifestabat; non tamen ita apertè, ut alii cognoscerent publicè aliquid fuisse à Domino prædictum. Neque ullus tanquàm propheta cognoscebatur, qui divino instinctus afflatu aut futura prædiceret, aut divina ad homines oracula deferret, quales fuerunt postea Isaias, Jeremias, et qui compellatione familiari et notâ appellantur *prophetæ*. Atque ideò dicitur : *Visio non manifesta*, qualem habuit, ut opinor, antea Heli, si fortè cognovit qualis futurus esset Samuel, quando oblatus est in templo, aut Anna, quando canticum illud cecinit, de quo præcedenti capite, in quo diximus aliquid esse propheticum. Visiones istæ, aut illustrationes propheticæ manifestæ non erant, quia neque publicè deferebantur ad populum, neque qui à Deo propheticam illam lucem acceperant, prophetæ putabantur.

Vers. 2. — Heli jacebat in loco suo, et oculi ejus caligaverant, nec poterat videre. Quis fuerit locus ille, in quo suum sibi lectum straverat Heli, non constat, quia de separato pro sacerdotibus secessu, in tabernaculi constructione nihil habemus, quod ego saltem viderim. Secùs est de templo, quod tabernaculo successit, sive illud sit primum à Salomone constructum, sive quod post solutam captivitatem Babylonicam à Zorobabele excitatum est; in hoc gazophylacia legimus, et pastophoria et varia pro ministrorum commoditate diversoria ; at in tabernaculo nihil legimus. Sed non est dubitandum inter septa tabernaculi, maximè ubi locum habuit stabilem in terrâ promissâ, fuisse secessus aliquos, ad quos se reciperent, quibus commissa erat cura atque tutela tabernaculi, ut probat hic locus, qui diversas stationes indicat Samuelis et Heli, et affirmat Samuelem in templo Domini dormire, in quo erat arca. Erat autem eo tempore Heli jam ætate gravis, et ut cap. 4 dicitur, v. 15, nonaginta quinque annorum ; et quod ætatem illam grandem consequi plerùmque assolet, cæcis erat, aut certè caligantibus oculis, ita ut videre non posset. Hic adhibendum punctum, et ab eo, quod sequitur, inchoanda clausula, ut habent jam communiter correcti codices, et nuper Sixtiani, et agnoverunt antiqui Patres, ut Hieronymus in Traditionibus hebraicis ; et hæc dispunctio sine dubio antiquissima multas dissolvit quæstiones, quæ variè doctorum virorum vexârunt ingenia ; à quibus nobis, qui aliam divisionem probamus et sequimur, abstinendum est. Est omninò eadem hic senten-

(1) Hebr. *niphrates*, id est, rupta, id est, latè diffusa vel sparsa. Vatabl. *vulgaris*. Chald, *quæ publicè innotesceret*. Septuag. *distinguens*, id est, distincta et clara. Hæc dicuntur ad laudem Samuelis, quòd ipse in mediis scelerum et ignorantiæ tenebris propheta emicuerit, quasi novus quidam sol Israelis.
(Corn. à Lap.)

Or le jeune Samuël servait le Seigneur en la présence d'Héli et la parole du Seigneur était rare et précieuse. Dieu témoigne assez le mépris qu'il faisait d'Héli en mettant en quelque sorte le jeune Samuël en sa place, non pour les fonctions extérieures et pour la dignité du sacerdoce, mais pour ce qui est de plus important dans l'office des prêtres, c'est-à-dire pour l'intelligence de ses secrets et pour la révélation de ses volontés. C'est lui que Dieu instruit de l'avenir en un temps où Dieu ne se découvrait que rarement et à très peu de personnes, et c'est par lui qu'il fait connaître à Héli ce qu'il avait résolu de faire, au lieu que dans l'ordre naturel, c'était par Héli que Dieu devait instruire le jeune Samuël de ses volontés. *(Sacy.)*

tia, imò et verba, quæ cap. 4, v. 15 : *Oculi ejus caligaverant, et videre non poterant.*

Multi codices superiora verba ita conjungunt: *Non poterat videre lucernam antequàm extingueretur.* Quod variè, ut fieri in obscuris assolet, accipiunt interpretes, qui ita hunc locum dispungunt et legunt, Eucherius, Angelomus, Rabanus, Dionysius. Quidam usque adeò debilem esse existimant sacerdotis oculorum aciem, ut lucernæ splendorem sustinere non posset, nisi cùm jam langueret, et penè esset extincta. Quemadmodùm multa sunt animalia, quæ in luce cæcutiunt; et noctu, quando lux est pertenuis, sine labore atque offensione vident, quales sunt blattæ et aves quæ, quia à solis radiis quasi à spiculis vulnerantur, lucem fugitant, et ideò *lucifugæ* dicuntur, ut vespertiliones et noctuæ. Cum his ordinaria Glossa, et maximè cum Heli comparat invidos, qui lucentes fratres videre non possunt ; vident tamen fumigantes ; splendor illorum perstringit oculos, extinctâ lucernâ, aut fumigans oblectat. Non videt Heli splendentem Dei lucernam, et videt Annam moventem labia, quam temulentam esse credidit ; et qui domesticas sordes et filiorum perditissimam vitam non videbat, ille lynceos habebat oculos, ut errata cerneret aliena. Quod de lamiis finxit antiquitas, et tradit Plutarchus.

Cajetanus contra putat ; existimat enim debilem quidem habuisse Heli oculorum aciem, ita ut lucernam videre non potuerit, nisi cùm luceret clarè : nam cùm jam langueret et penè deficeret lucerna, videre illam nullo modo poterat. Abulensis in priori explicatione, quam non improbat, ait ideò tabernaculi custodiam creditam esse Samueli, quia cùm Heli caligarent oculi, neque lucernas, quæ accendebantur noctu, in ipsâ nocte videre posset, minùs existimabatur idoneus custos, qui excubaret, et custodiret tabernaculum, atque ideò curam illam Samueli mandavit.

Sed plerùmque aliter distinguunt, ita ut in illo, *videre non poterat,* statuatur punctum, et deinde inchoetur nova clausula ab illis verbis : *Lucerna antequàm,* etc. Ita tenet Hieronymus in Tradit. hebraicis, ad hunc locum ; Abulensis in explicatione secundâ ; Lyra , Historia scholastica ; quæ lectio antiquissima fuit, quam probat antiquissima translatio hispanica. Ad extremum ita distinguunt Sixtiani codices, quorum est auctoritas gravissima. Sicut etiam fecerunt Septuaginta et Chaldæus ; et habent ex antiquis codices non pauci, et novæ translationes. Et juxta hæc, quæ deinde sequuntur, explicabimus.

Vers. 3. — Lucerna Dei antequam extingueretur (1), Samuel dormiebat in templo Domini. Hinc nova, ut diximus, incipit clausula, ut jam correcti habent codices. Licet autem à magnis nos hæc dispunctio difficultatibus liberet, non tamen ita soluta est, ut non aliquam interpretis operam desideret. Sensus est, excitatum Samuelem à divinâ voce, antequàm lucernæ, quæ totâ nocte lucebant, ante auroram extinguerentur ; sive, quod idem est, antequàm quisquam tabernaculum esset ingressus, cùm adhuc lucerent lampades, quas sub auroram extinguebant sacerdotes, id est, cùm adhuc Samuel solus esset in templo ; ac si dicat : Dormiebat Samuel in templo solus, et ante illud tempus, quo languere solent, aut extingui lucernæ, vocem audivit à Deo, quà excitatus illicò ad sacerdotem accurrit, ratus ab illo se ad aliquod aut naturæ levamentum, aut templi ministerium vocari.

Sed hìc nobis quærendum, quodnam sit illud tempus, in quo lucerna Dei, id est, candelabrum quod lucebat in templo, extingueretur ; et primùm, si quod nonnulli putant, et videtur colligi ex cap. 27 Exod. 20, lucernæ semper ardebant in tabernaculo, non putarem tantùm extingui tunc dici lucernam, quando lucere jam omninò desiit, aut cùm magis fumigare videtur, quàm lucere ; sed quando lux est languida et lucerna dormitat, id est, parùm et subobscurè splendet. Quod accidit plerùmque nocte jam exactâ, aut non longè ante lucem, cùm consumptum est oleum, aut lychnum exustum. Sed reverà lucerna, id est, aureum candelabrum quod septem erat instructum lucernis, tantùm lucebat nocte, et sub auroram extinguebatur. Quod facilè discimus ex Levit. cap. 4, v. 3 : *Ponetque eas* (lucernas) *Aaron à vespere usque in mane coram Domino.* Et Exod. 30, v. 7 : *Adolebit incensum super altari Aaron suave fragrans mane, quando componet lucernas, incendet illud, et quando collocabit eas ad vesperum.* Et clariùs cap. 27, v. 21 : *Et collocabunt eam* (lucernam) *Aaron et filii ejus, ut usque mane luceat coram Domino.* Et adhuc apertiùs ?

(1) Porrò Raban., Angelom., Eucher., Abul. et Cajet. aliter legunt et dispungunt, nimirùm sic : *Heli videre non poterat lucernam Dei antequàm extingueretur,* q. d. : Heli cæcutiens videre non poterat in aurorà, cùm adhuc lucernæ arderent, sed videre poterat clarà die cùm lucernæ essent extinctæ. Verùm legendum est cum Rom. (*Corn. à Lap.*)

Paralip. 13, v. 11 : *Est* (inquit Abias) *apud nos candelabrum aureum, et lucernæ ejus, ut accendantur semper ad vesperum.*

Sed contra stat, quòd Exod. cap. 27, v. 20, dicitur : *Præcipe filiis Israel, ut afferant tibi oleum*, etc., *ut ardeat lucerna semper.* Quare interdiù quoque fuisse videtur accensa. Sed est solutio facilis, nam ex usu Scripturæ signa universalia accommodatè ad materiam suppositam explicanda sunt; et idcircò non semper universaliter significant. Quomodò cùm dixit Cyrus Esdræ lib. 1, cap. 1 : *Omnia regna mundi dedit mihi Dominus,* nempe Assyriorum, ubi ipse regnabat, quasi dicat : Nullum habeo regnum, quod non acceperim à Deo. Et Lucæ cap. 2 : *Exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universis orbis;* subjectus nimirùm imperio Romano, Isaiæ 13 : *Ut disperderem omnem terram.* Ubi sic Hieronymus : « Non inquit totum orbem, sed omnem terram Babylonis et Chaldæorum. » Ubi tradit regulam, de quâ nos proximè. Sic aliquis dicitur nunquàm defuisse altari; nempe cùm illius opera necessaria fuit; et magister toto anno docuisse, nempe quo tempore lege atque instituto debuit. Quare ardere dicitur semper lucerna, quia nullo extinguitur tempore à lege constituto. Quod optimè expressum est lib. 2, cap. 13 : *Ut accendatur semper ad vesperam.* Quam solutionem adhibuit Abulensis ad cap. 27 Exod. v. 21.

Stat item contra, quòd Exod. cap. 28, v. 7, sacerdos jubetur componere lucernas tam mane quàm vespere; quod omninò videretur otiosum, nisi etiam interdiù lucere debuissent. Sic autem ibi : *Adolebit incensum super altari Aaron suave fragrans mane, quando componet lucernas, incendet illud. Et quando collocabit eas ad vesperum, uret thymiama.* Sed hìc, ut vides, duo sunt verba, *compono* et *colloco*, in quibus non parùm videtur esse discriminis. *Componere* enim mundare est, et quod videtur minùs ad splendorem et pulchritudinem esse, detergere, quomodò si quod vestimentis adhæsit sordidum, detergas; si defrices fuliginem è vasis, si quod est vitiosum, aut minùs pro dignitate, corrigas. Et id omninò valet vox hebraica ישב, quæ significat, *benè alicui facere.* Cùm ergo lucernis atque aureo candelabro aliquid atrum adhæsisset à fumo et igne, et nonnihil etiam indecorum ab oleo qui utrumque defricat, et ab utroque candelabrum emaculat, ille sanè benè candelabro facit, quia reddit nitidum, et illud componit, quia restituit quod illi fuerat è pulchritudine aut aptitudine detractum.

Ubi Vulgatus, *collocabit,* hebraicè est, *beaaloth,* id est, *in faciendo ascendere lucernam*, id est, dùm facit, nempe vespere ascendere lucernam. Ex quo colligo, matutino tempore removeri lucernas ab altari, ut in secreto aliquo loco mundentur, et illis ac nocturnum lumen oleum infundatur; neque enim essent altari restitutæ, aut, quod dixit Vulgatus, collocatæ, ni priùs forent ab altari depositæ; neque præterea decebat, in loco maximè religioso ac puro, ut infunderetur oleum, aut extergeretur, quod adhæsisset sordium. Sanè viri elegantes et lauti in suo conspectu fieri nullo modo sinerent. Quare matutino tempore extinguebantur lucernæ et mundabatur componebaturque ad vespertinam lucem candelabrum; vesperi verò accendebantur, ut offusas è tabernaculo tenebras exigerent. Quod de nocturno tantùm lumine diximus, tenet Abulensis ad cap. Exod. 27, q. 10; Olcaster ibid. et cap. 30 Exod.; Cornelius à Lapide in hæc eadem capita. Neque ab hâc sententiâ totus abit Josephus, qui lib. 3 Antiquit. cap. 9, tradit, quâ fide ipse viderit sacerdotes è septem lucernis extinguere solitos esse quatuor, et tres alias reliquas tantùm interdiù lucere. Fortassè illius tempore illud erat in usu, quando mutatis cum sacerdotio jam venali aliis plurimis, ex antiquâ religione multa ceciderant.

Ex his non difficilè intelligitur, quid sibi velit hic locus, qui sanè, quocumque accipias modo, facilis non est. Designatur enim tempus, quando excitatus est Samuel, et primùm afflatus Spiritu prophetico, nempe antequàm de more, albescentæ jam die, lucernæ extinguerentur. Ita putat Hieronymus in Traditionibus hebraicis ad hunc locum, et Abulensis hic q. 1, et Cornelius à Lapide in cap. 27 Exodi.

Solet autem certa quædam actio, seu signum, sive illud à naturâ sit, sive ab hominum instituto et more, pro tempore usurpari, in quo ex consuetudine solet, aut naturâ contingere. Quomodò dentitio, pubertas, lactatio, seu ablactatio aliquam in homine ætatis differentiam significant. Hinc gallicinium, aut canticinium certa in nocturno spatio tempora designant. Ex instituto ac lege vesperi in sacrificio jugi agnus immolabatur; hinc sacrificium vespertinum pro ipso vespere adhibuit Daniel cap. 9, v. 21. Cùm ergo mane extinguerentur lucernæ, quæ totâ lucebant nocte, illarum extin-

ctio pro tempore ponitur matutino. Neque aliquid hic significatur aliud, quàm ante matutinum tempus divino primùm Spiritu instinctum esse Samuelem.

SAMUEL DORMIEBAT IN TEMPLO DOMINI, UBI ERAT ARCA DEI (1). Ubi dormiret Samuel, non constat; dormiisse tamen in tabernaculo non est dubitandum, in loco fortassè adjuncto, ubi custodire posset arcam, aut videre ne quid ibi aut inordinatum esset, aut minùs è religione fieret. Quod præstare non poterat Heli, ut qui jam esset senio gravis, et rebus aut tractandis aut tuendis prorsùs inutilis; quare illius loco videbatur constitutus Samuel curator et custos. Chaldæus illum fuisse dicit in atrio Levitarum; sed probare debuit atrium in tabernaculo fuisse pro Levitis. Œcumenius ad Hebr. cap. 9, in atrio putat fuisse mundano. Res planè incerta, neque aliquid dici nisi divinando potest.

VERS. 4. — ET VOCAVIT DOMINUS SAMUEL, ET RESPONDIT EI : ECCE EGO. Hùc spectabant, quæ ex toto capite ad hunc usque locum producta sunt. Cùm in templo tanquàm vigil et custos excubaret Samuel, audivit suo se nomine compellari; et statim, ut erat ad parendum promptus et ardens, atque alacer ad imperata præstanda, confestim clamat: *Ecce ego*, quod mirum prodit studium obsequentis animi. Neque se tricat, aut pigritat in lecto; sed cum dicto se corripit, et sistit seni, facturus quidquid impositum sibi foret à pontifice. Atque ideò dicit: *Ecce ego;* quidquid tibi libuerit operis impone; nulla erit in obsequendo difficultas, aut mora; ideò enim accurri, quia vocâsti me. Tunc Heli, cùm sciret à se non fuisse accersitum, neque quid haberet operis, quod injungeret, ad cubile rursùs et quietem remisit. Quod iterùm postea ac tertiò fecit, cùm enim vox sæpiùs Samuelem urgeret, sæpè ipse sicut antea hilaris advolabat et promptus (1).

VERS. 7. — PORRO SAMUEL NECDUM SCIEBAT DOMINUM. Nôrat quidem Dominum Samuel illumque venerabatur, et totum se ad ejus voluntatem nutumque fingebat; non tamen nôrat eâ cognitione quâ prophetæ solent, qui Deum alio quodam modo familiarem habent. Atque ideò Dei vocem hominis esse arbitraba-

(1) Interpretum quidam censent, in textu hujus versiculi turbatas esse aliquas voces, quas corrigi oporteat. Aures illorum offendit ea phrasis : *Samuel dormiebat in templo, ubi erat arca;* legunt enim : *Et cùm lucernæ, quæ erant in templo Domini, ubi erat arca Dei, necdùm extinctæ essent, et Samuel adhuc dormiret, tunc vocavit Dominus Samuelem.* Utrùm verò hæc turbatio textûs necessariò inducta sit, ambigo. Non equidem ignoramus, Levitas pro consueto more tam propè tabernaculum non cubuisse; nihil tamen prohibet, quin id Samueli concessum fuerit, ut servitiis Heli adesset paratior : hoc enim, utpote extraordinarium, communi legi non officiebat. Textus est profectò nimis perspicuus, et quæ proponitur inversio, ardua nimis et violenta. Satis est utique, ex nostrâ expositione, si statuantur Heli et Samuel cubantes in conclavi, quod templo contiguum erat, ut veritas dicto constet : *Dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei.* (Calmet.)

Samuel dormait dans le temple du Seigneur. Ceci nous marque, dit saint Grégoire, le « sommeil des Saints qui peuvent dire comme « l'épouse : *Je dors,* à l'égard des sens et de « toutes les choses du monde, *mais mon cœur « veille,* et il trouve son repos dans le sein de « Dieu et dans la méditation de sa parole. » (Sacy.)

(1) VERS. 5. — ET CUCURRIT AD HELI, ET DIXIT : ECCE EGO : VOCASTI ENIM ME. Hinc videtur quòd Samuel solitus manè à somno excitari ab Heli, putaverit se vocatum ab Heli, non à Deo, utpote cujus vocem hùc usque non audierat. Videtur autem hæc Dei, sive angeli vox fuisse similis voci Heli, ideòque eâ auditâ ad Heli cucurrit Samuel. Ita S. Gregor., Cajet. et Mendoza. Vide hìc prophetæ Samuelis obedientiam, ob quam meruit à Deo eligi in prophetam et principem populi. Rursùm disce hìc Deum loquentem Samueli remittere eum ad Heli, tum ut Heli oraculum hoc Dei diligentiùs consideraret et crederet; tum ut doceret oracula Dei examinanda et dirigenda esse à superioribus, ut servetur debitus ordo et subditorum subordinatio, ac ne locus sit illusioni diabolicæ. Ita Cassian. collat. 2, cap. 14 : « Ut puerum « Samuelem, inquit, judicio præelectum suo, « nollet per semetipsum divini colloquii disci- « plinâ Dominus erudire; sed recurrere semel « et iterùm pateretur ad senem, eumque quem « ad suum vocabat alloquium, etiam illius qui « offenderat Deum, dummodò senioris doc- « trinâ vellet institui; et quem suâ vocatione « dignissimum judicârat senioris mallet insti- « tutione formari, ut scilicet et illius, qui ad « divinum ministerium vocabatur, probaretur « humilitas, et junioribus forma subjectionis « hujus proponeretur exemplo. » Audi S. Greg. promptam et constantem Samuelis obedientiam dilaudantem : « Puer, inquit, humi- « militer homini subjectus atque obedientiæ « arduâ arce sublimatus dùm vocatus accessit, « jussus rediit, quid alius nobis præbet, nisi « altissimæ formam obedientiæ? Vera namque « obedientia nec præceptorum intentionem di- « scutit, nec præcepta discernit; nescit enim « judicare quisquis perfectè didicerit obedi- « re. » Et paulò post : « Quis, inquit, nostrùm « sese à murmuratione compesceret? Quis ab « irâ temperet si vocatum bis aut ter audiret, « et tamen ex vocantis responso perciperet, « quia vocatus minimè fuisset, nec repulsus « offenditur, quia vocantis aut repellentis ani- « mum videre noluit, qui in hoc solo gaudere « noverat, quòd obedivit. (Corn. à Lap.)

tur; atque ideò advolabat ad hominem, et ab illo tanquàm à vocante responsum expectabat: sed fecit promptus obsequendi animus, ut sæpiùs tunc et postea divinam vocem frequenter audiret. Quod verò postea additur : *Neque revelatus fuerat ei sermo Domini,* non negat divinâ aliquâ cognitione et interiori verbo illustratum esse Samuelis animum, quod spiritualibus viris, qualis erat Samuel, accidit in oratione non rarò: sed tantùm affirmat vocem Domini sensibili modo ad illud usque tempus nunquàm auditam (1).

VERS. 9 (1). — INTELLEXIT ERGO HELI, QUIA DOMINUS VOCARET PUERUM. Audierat Heli Deum olim cum viris sanctis fuisse locutum; sanctitatem porrò Samuelis in ætate adhuc puerili, longo usu atque experientiâ cognoverat; sciebat præterea nullum alium eo temporis articulo in templo esse, quia nondùm lampades erant extinctæ, quas extinguebant sacerdotes, et ex eo tempore morabantur in templo. Quare conjectavit optimè, non ab alio quàm à Deo vocatum esse Samuelem.

Hic habent religiosi viri documentum optimum, ut nôrint, quo animo excipienda sint prælatorum mandata, quibus Dominus vicariam dedit potestatem, et sibi deferri dixit obsequium, quod homini etiam non admodùm sancto foret exhibitum. Sic enim frequenter audimus : *Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit,* et similia. Quare quod legitimè jubet prælatus, Dominus jubet, cujus vox est Dei, licet aliquid resonet formatum ab humano halitu. Sumpsit, opinor, Dominus hoc loco vocem Heli, quæ non aliter sonaret, quàm si Heli suâ senili voce et laboranti spiritu loqueretur: atque ideò inclamatus à Deo accurrit ad Heli. Sanè vim obedientiæ propriam ignorat religiosus, qui in superioris ore Dominum loquentem non audit et qui dùm imperata complet, à mortali potiùs homine, quàm ab immortali Deo gratiam captat (1).

VERS. 10. (2) — ET VOCAVIT SICUT VOCAVE-

(1) *Le Seigneur appela Samuël pour la troisième fois.* Lorsque Dieu veut parler à Samuël, il lui fait entendre la voix d'Héli, et ainsi il était vrai de dire que c'était Héli qui l'appelait. Samuël, la première fois qu'il entendit cette voix, pouvait s'imaginer qu'il s'était trompé. La seconde fois il pouvait croire avec quelque certitude qu'Héli l'appelait. Mais pour la troisième fois, il en devait être très-assuré. Et cependant lorsqu'Héli l'assure par trois fois qu'il s'est trompé, il ne lui réplique point, il ne murmure point; mais il fait simplement ce qu'il lui dit avec une paix et une facilité incroyable.

Voilà, dit saint Grégoire, le modèle d'une parfaite obéissance. « Le véritable obéissant, « ajoute ce Père, ne discerne point, il lui suffit « de faire ce qu'on lui commande, et toute sa « joie est d'obéir. Il n'examine point si ce « qu'on lui ordonne est juste et utile, parce « qu'il sait que le prix de l'obéissance ne dé« pend point de la qualité de ce qu'on nous « fait faire, mais qu'il suffit pour cela d'aimer « à mortifier notre volonté propre, et à la sou« mettre à celle d'un autre. *Ad obedientiæ fru« ctum non exquiritur qualitas operis, sed mor« tificatio propriæ et executio alienæ voluntatis.* »

Ainsi Samuël court quand on l'appelle, et retourne dormir quand on le lui dit. Il représente ce qu'il croit véritable et qui l'est en effet, et il veut bien néanmoins croire le contraire lorsqu'on l'en assure : pour nous apprendre qu'une âme humble est parfaitement soumise à Dieu, ne se fâche de rien, ne se rebute de rien, et que comme elle est prête à obéir dans les plus grandes choses, elle le fait sans peine dans les plus petites. (Sacy.)

« Les critiques ne peuvent souffrir, dit Voltaire, que le Créateur de l'univers vienne ap« peler trois fois un enfant pendant la nuit : « c'est supposer que Dieu a une voix comme « chaque homme à la sienne. »

Est-il indigne du Créateur de l'univers de préférer le cœur pur et simple d'un enfant à un grand-prêtre qui a mérité par sa négligence qu'il exerce un jugement rigoureux contre lui et contre sa maison? Est-il indigne du souverain esprit de se proportionner à notre faiblesse en agissant sur nos sens par sa toute-puissance? Sans doute il pouvait dès le premier instant se manifester si clairement au jeune Samuël, que cet enfant ne pût s'y méprendre; mais sa sagesse voulait qu'Héli eût des indices qui le missent dans le cas d'interroger son jeune élève, et d'apprendre de lui ce qu'il n'était plus digne d'apprendre immédiatement de Dieu. (Duclot.)

(1) LOQUERE, DOMINE, QUIA AUDIT SERVUS TUUS, ut jussa tua excipiat et exequatur. Hoc cuilibet fideli dicendum, cùm Deum quid interiùs menti suggerentem vel inspirantem audit. Hinc et S. Bern. sub finem serm. de septem Spirit. : « Felix ait et beata anima, quæ venas divini « susurri percipit in silentio, frequenter ite« rans illud Samuelis : *Loquere, Domine, quia « audit servus tuus.* » Audi S. Ephrem lib. de Virt. cap. 2, tom. 2, f. 42 : « Samuel per obe« dientiam quam Heli sacerdoti præstitit, di« gnus est qui vocem Dei audiret. » Et paræn. 13, f. 115 : « Exemplum humilitatis in Sa« muele prophetâ habetis; non enim exaltatum « est cor ejus adversùs Heli sacerdotem, quam« vis etiam à Deo audisset de viro isto. » Et paræn. 21 : « Vide, frater, ne negligas te so« brium ac vigilantem præbere in omnibus; « nonne audisti quòd sæpiùs vocatus pro« pheta Samuel, neque semel cunctatus sit « surgere, quantùmvis adhuc puer esset. » (Corn. à Lap.)

(2) ET VENIT DOMINUS, ET STETIT. Hinc patet Deum, id est, angelum Dei vicarium hinc non tantùm menti Samuelis hæc inspirâsse, sed in corpore assumpto, corporali voce illi esse locutum. Unde Chald. hic vertit : *Et revelata est*

RAT, SECUNDO : SAMUEL, SAMUEL. Hìc observandum, appellari dici *secundò* Samuelem, cùm jam tertiò vocatus fuisset, ut constat ex v. 8; quare dicendum esset potiùs vocatum esse *quartò*.—Respondeo, aut illud, *secundò*, non indicare vocationum numerum, sed nomen Samuelis secundò repetitum ; bis enim auditum est Samuelis nomen, *Samuel, Samuel.* Aut certè *secundò* idem valet, quod *iterùm et sæpiùs* aut *iterùm atque iterùm.* Hebraicè enim est, *kepaam, bepaam*, id est, *sicut unâ vice, ita alterâ vice ;* id est, iterùm sicut antea, aut, sicut vertit Pagninus et Tigurina, *semel et iterùm*, ac si dicat: Non destitit vocare illum, sicut ante vocaverat, sive ut etiam Pagninus vertit, *sicut vice alterâ.*

LOQUERE, DOMINE, QUIA AUDIT SERVUS TUUS. Non aliud, credo, Samuel documentum accepisset à Deo, quo se ad divinam vocem audiendam comparâsset. Cujus illa sententia est, paratum se esse ad præstandum illud quod sibi à Deo foret injunctum, quidquid illud esset; id enim hoc loco valet, *audire*, quod sonat et studium cognoscendi quid velit Deus, et animum ad illud explendum hilarem et strenuum. Hanc Deus videbatur spectare vocem, ut diuturni silentii, quo fuerat superioribus temporibus usus, tandem afferret finem, et sua consilia prophetis, quod jampridem perquàm rarò fecerat, aperiret. Dixit idem penè Samuel, quod B. Virgo, Lucæ c. 1 : *Ecce servus tuus, fiat mihi secundùm verbum tuum.* Et ut illa eo verbo obsequenti et humili Deum ad sua viscera deduxit, sic Samuel Spiritum propheticum è cœlo deduxisse videri potest.

Libet hìc addere, quod optimè observavit Cassianus collat. 2, cap. 14, ubi docet, quantùm expediat in rebus dubiis superiorem adire et ab eo discere quid maximè ex usu nostro, Deique gloriâ futurum sit, per quem suam nobis Deus voluntatem expromit, et cujus verba apud religiosum oraculorum pondus habere debent. Cassianum accipe : « Tantùm placita « Deo hæc sententia comprobatur, ut etiam in « Scripturis sanctis hanc eamdem institutio- « nem non otiosè reperiamus insertam, ita ut « puerum Samuelem judicio prælatum suo « nollet per semetipsum divini colloquii disci- « plinæ Dominus erudire, sed recurrere semel « et iterùm pateretur ad senem, eumque, quem « ad suum vocabat alloquium, etiam illius qui « offenderat Deum, dummodò senioris doctri- « nâ vellet institui, et quem suâ vocatione di- « gnissimum judicârat, senioris mallet insti- « tutione formari, ut scilicet illius qui ad divi- « num ministerium vocabatur, probaretur « humilitas, et junioribus forma subjectionis « hujus proponeretur exemplo. »

VERS. 11.— ECCE EGO FACIO VERBUM IN ISRAEL, QUOD QUICUMQUE AUDIERIT, TINNIENT AMBÆ AURES EJUS (1). Hoc fuit verbum primum quod accepit à Domino Samuel prophetali more ; sanè horribile, quodque minùs videbatur in animum convenire puerilem, cùm hæc denuntiare his qui in magistratu sunt, constantis sit animi, ei quem neque metus frangat, neque major auctoritas. Sed jam inde Deus Samuelis pectus contra majores denuntiationes et terrores armabat. Qualia enim denuntiârit Saüli homini furioso, nemo nescit.

Porrò aures tinnire dicuntur proverbiali formâ, quando aliquid auditur insperatum et

ei gloria Domini, quasi dicat : Samuel vidit angelum, Dei legatum in corpore splendido et glorioso, sed confusè, ita ut splendorem videret, sed corpus angeli distinctè non videret; vocem tamen ejus distinctè auribus audiret. Unde cognovit tandem se non ab Heli, sed à Deo vocari. Ita S. Greg., Abul., Dion., Cajet. et alii.

Porrò quòd Samuelem puerum ob puritatem et sanctitatem alloquitur Deus neglecto seniore Heli, ostendit « quantò canitie melior sit ju- « ventus quæ virtute ornatur, » ait Theodor. quæst. 12. Nimirùm *cum simplicibus* (Hebr. *cum rectis*) *sermocinatio ejus.* Proverb. 1, 3.

SAMUEL, SAMUEL. Audi S. Greg. : « Nomen « iteratur, cùm in magnam familiaritatem in- « ternæ majestatis, mens videntis excipitur, « et ferventibus desideriis ad amorem se vo- « cantis elevatur ; ut præter id quod audit, « nihil libeat, atque in lætitiâ auditûs sui im- « morari perpetuò concupiscat. » (Corn. à Lap.)

(1) *Je vais faire une chose dans Israël, que nul ne pourra entendre sans être frappé d'un profond étonnement.* Quand Dieu déclare à Samuël les jugements qu'il est prêt d'exercer sur le grand-prêtre Héli, il dit que quiconque en entendra parler *sera frappé d'étonnement.* Cela nous montre que lorsque Dieu exerce quelque grande vengeance sur quelqu'un, nous devons trembler de ces exemples de sa sévérité sur les autres, et nous dire comme saint Paul, Rom. cap. 11, v. 171: *Si quelques-unes des branches ont été rompues, ne vous élevez point de présomption, mais craignez.* Cette frayeur est encore bien plus juste, lorsque ces châtiments tombent sur des personnes éminentes par leur dignité, comme Héli. Car c'est de ces personnes d'ordinaire que Dieu dit : *Je commencerai et j'achèverai.* Pour le commun des hommes il ne fait que commencer ses vengeances, afin que ces commencements les fassent rentrer en eux-mêmes : mais à l'égard de ses ministres qui le déshonorent, il commence et il achève en un même temps, et il les traite d'une manière qui vérifie la parole du Sage : *Qu'il a compassion des petits, mais que les plus grands sont menacé. des plus grands supplices.* (Sacy.)

horribile, cujus sonitum, etiamsi quis maximè cupiat expellere, aut obliscivi, non potest; sicut neque removere ab oculis illarum rerum imagines, quæ nobis ante aut grave aliquod vulnus, aut vehementem horrorem attulerunt. Accidit sæpè, ut sonitus gravis aliquandiù resonet in audientium auribus, qui aurium tinnitus appellatur; qualis est ille qui à disploso tormento murali reboat, aut à fragore subito ruentis ædificii, aut ab eo tonitru, quocum frequenter fulmina torquentur. Quasi ergo malum quod imminere prædicitur, futurum sit, quale fulmen afferre solet; aut cùm horribili motu terra concutitur et dehiscit, aut cùm magna moles repentino casu corruit, aurium tinnitu tanti mali pondus et magnitudinem declarat. Hunc verò dicendi modum esse proverbialem facilè probant alia loca huic quàm simillima in eamdem sententiam. Jerem. cap. 19, v. 3 : *Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita ut omnis, qui audierit illam, tinniant aures ejus.* Idem penè lib. 4 Reg. cap. 12.

Vers. 12. — In die illa suscitabo super domum Heli omnia quæ locutus sum super domum ejus. Multò ante hoc tempus, imò, ut dicebamus cap. 2, ante Samuelis ortum, hoc idem quod nunc prædictum fuerat Heli à viro quodam Dei, de quo ibid. v. 27. Cùm autem jampridem præcessissent minæ, neque illarum exitus appareret, suspicari posset aliquis illas esse nugaces et inanes, et quasi æterno quodam somno demersas. Sed respondet Deus, neque peccatorum domûs Heli se fuisse immemorem, neque minarum, quæ jam videbantur excidisse. Hoc valet illud, *suscitabo,* ne videlicet ampliùs dormiat. Quasi dicat : Efficiam ut virga vigilet scelerum vindex, de quâ Jeremias, cap. 1, et perditio, quæ, ut dicit Petrus Epist. 2, cap. 2, *non dormitet.* Quæ verò locutus fuerit Deus super domum Heli audivimus præcedenti capite.

Incipio et complebo. Constantis est animi, et in propositum opus obfirmati, ad finem usque inimicitias persequi, neque in opere semel inchoato languere, donec actum sit omninò de re quam ad exitium usque designavit. Quòd si in medio quasi cursu consistat et langueat, aut furor existimatur minùs ardens, aut animus infirmus. Hoc est hominum de hominibus familiare judicium, cui se Deus in præsentiâ sicut aliis plurimis locis, attemperat, et dicit incœpturum se, quod minatus ante fuerat, neque cessaturum, donec ad unum omnia compleverit.

Vers. 13. — Prædixi enim, quòd judicaturus essem domum ejus in æternum propter iniquitatem. *Judicare,* sicut *visitare,* et similia, verbum est ambiguum, quod tam valet, quod ex offensione, quàm quod ex benevolentiâ natum est. Hoc autem loco aliquid significat adversum, quod peccata punit, et injurias ulciscitur. Hoc verò judicium seu supplicium æternum, illa nota et labes est, quam subitura esset domus Heli, cùm sacerdotii summi gloriam amisit, ad quam in æternum reditura non erat. Id autem tunc Dominus prædixerat per virum Dei, v. 32, quando dixit : *Et non erit senex in domo tuâ omnibus diebus.* Neque quod statim sequitur : *Quòd non expietur iniquitas ejus victimis et muneribus usque in æternum;* alium habet sensum quàm luituram esse domum Heli pœnas æternas, id est, nunquàm redituram ad ordinem illum et nomen quod amisit. Quod ita omninò accidit; nam postquàm Abiathar ex supremâ illâ dignitate cecidit, nunquàm ex domo Ithamar quisquam supremum illum ordinem consecutus est.

Et non corripuerit eos (1). Corripuit Heli filios suos, ut habes cap. 2, v. 23, sed molli corripuit brachio; in quâ correptione apparebat magis parentis indulgentia, quàm sacerdotis zelus et judicis severitas. Quare correptio illa, quia levis fuit, et filiorum non fregit audaciam, et profusam illam intemperantiam non cohibuit, correptio appellari non debuit, juxta Scripturæ morem, quæ id factum esse negat, quod usum nullum attulit. Quomodò, si princeps aut prudentiam habeat nullam, aut in republicâ administrandâ dormitet et langueat, in tali republicâ negatur esse princeps. Et si medicina ægroto corpori salutaris non fuit, abfuisse dicitur medicina; illa sanè medicina non erat, qualem tam gravis ille et saniosus

(1) Hebræus ad litteram : *Noverat quia filii sui vilipendebantur, nec iniquiorem faciem illis exhibuit*; frontem non corrugavit in eos, horrorem et tristitiam nullam prætulit. Septuaginta : *Quoniam maledicentes,* vel contemnentes *Deum filii ejus, et non monebat eos.* Chaldæus : *Quoniam provocantes* (Deum, *sibi filii ejus, et non indignatus est in eis.* Vox Hebræa, quam Septuaginta et Vulgata reddiderunt, *corripuit,* usurpari solet de oculis senum languescentibus, et declinantibus in tenebras. Utitur illâ Jobus, ut oculorum suorum hebetudinem ex irâ et furore partam innuat. Facilè etiam reddi textus posset : Videns eorum scelera, non ea prosecutus est, quâ par erat indignatione, cum horrore illos respiciens, et oculos tanquàm à re abominabili avertens; quin potiùs hæc omnia ipso præsente et spectante commissa sunt. (*Calmet.*)

morbus exigebat, qui cùm candens desideraret ferrum, ut ureret, aut acutum, ut secaret, oleum tamen adhibitum fuit, quod potiùs, quia lenit, blandimentum quoddam et fomentum appellari debuit.

Ubi Vulgatus, *non corripuit*, hebraicè est *kihah*, quod *rugare* significat, nempe frontem ut nares. Qui enim irati sunt, aut offensi, aut aliquid vident tetrum et odoratu grave, frontem corrugant et contrahunt; quod aliter Latini caperare dicunt frontem. Unde *rugare frontem* idem est quòd tristem esse aliquem, seu severum aut tristem alicui vultum ostendere; sicut contra *explicare frontem*, *exporrigere*, et similia, hilarem significant et amicam faciem. Corrugabat frontem David Psalm. 100 : *Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum*, id est, non est ausus meum vultum subire, usque adeò illum severum et rugosum experiebatur. Sed tam fuit longè Heli, ut filiorum putria atque fœtentia ulcera aut cauteria ureret, aut mordaci aliquo medicamento corroderet, ut neque vultum ostenderet severum et tristem.

Vers. 14 (1). — Quòd non expietur iniquitas domus ejus victimis. *Iniquitas, peccatum* et similia, non rarò sumuntur pro iniquitatis atque peccati pœnâ, sicut hoc loco necessariò dicendum, neque enim quotquot ex Heli familiâ propagati sunt, exclusi sunt à peccatorum veniâ, et æternis alligati suppliciis. Est autem æterna illa iniquitas, id est, supplicium, sacerdotii privatio, quod neque postea consecuti sunt posteri, neque consequerentur unquàm, etiamsi eam ob rem muneribus et victimis divinum contenderent animum placare. Usus est autem expiationis verbo, quia illa amplissimi nominis ignominiosa jactura, et quoddam quasi exauctoramentum dignitatis, erat macula quædam moralis, quæ Heli familiæ penitùs inhæserat, quæ expiari atque elui nullo modo poterat, nisi sacerdotio in eamdem familiam restituto, quod sanè nunquàm accidit.

Vers. 15. — Dormivit autem Samuel usque mane. Solus erat Samuel, cùm illum allocutus est Deus, neque socium habuit ullum, donec sub auroram portas aperuit, ut sacerdotes de more tabernaculum ingressi, lucernas, quæ ad illud usque tempus erant accensæ, extinguerent. Ubi Vulgatus, *dormivit*, hebraicè est *vaiscab*, quod non tam *dormire* quàm *cubare* significat, sumitur verò pro *dormire*, eâ figurâ quâ antecedens pro consequenti ponitur; accubitus nempe pro somno, quia accubitus somnum antecedit; et eodem modo *dormire* sumitur pro *cubare*, quia somnus cubationi succedit. Puto autem hoc loco *dormire* non sumi propriè, sed figuratè, pro *cubare*, seu *quiescere*, ut alibi sæpè. Neque enim verisimile videtur, ut statim atque Samuel divinam vocem audivit severam et minacem, brevi illo tempore, quod reliquum erat ad matutinam lucem, sic animo fuerit sedato, ut dormire potuerit (1).

Vers. 17. — Hæc faciat tibi Deus, et hæc addat. Non audebat Samuel aperire sacerdoti

(1) Juravi quòd non expietur iniquitas domus ejus victimis et muneribus usque in æternum. Nullibi quidem legimus, Deum conceptis verbis fidem suam hoc sacramento obligâsse; sed superiùs narratum est, statuisse illos perdere, quippe quos nôsset obfirmatos esse in malo, et patris monita contemnere. Eodem cum familiâ suâ exitio Heli pariter obvolutus est, quanquàm nullum illi crimen vitio datur, nisi mitior filiorum animadversio. At enim scelera Ophni et Phinees nullâ erant veniâ dimittenda, cùm Deus ob eorum expiationem inutilia fore dixerit sacrificia et oblationes. Reponimus, nomen criminis usurpari hìc, ut et alibi sæpè in Scripturâ, pro punitione. Statuit Deus ulcisci malum exemplum à familiâ Heli exhibitum, atque justitiæ suæ terribile exemplum in illâ constituere. Concepta quidem intùs in corde crimina horum sacerdotum gravissima erant; verùm si denique resipuissent, et maculam eluissent pœnitudine, animum flexissent ad pietatem, ad veniam illos utique admisisset. (*Calmet.*)

(1) Aperuit ostia domus. Quis aperuit, et quæ ostia? Atrium quidem claudebant in deserto et Moysis ætate velamina oppansa. Facilè tamen septo murorum clausum est, adjectis foribus, ut tabernaculum in certâ sede constitutum est. Nihil prohibet, quin Samuel ostia recluserit. Accipi etiam potest de templo propriè dicto, de sancto, quod Moysis quidem ætate ab atrio distinguebatur medio velamine, tunc verò fortassè foribus serisque muniebatur. Claves januæ apud se facilè Heli custodiebat, si quidem censemus obtinuisse tunc usum clavium, quibus fores intùs panderentur. Sed tunc vix credimus iis recludendis missum fuisse Samuelem, cùm munus id fuisse videatur summo sacerdoti vel sacerdoti pro vice suâ ministranti reservatum. (Calmet.)

Samuël ayant dormi jusqu'au matin alla ouvrir les portes de la maison du Seigneur. Samuël après une si grande révélation de Dieu dort comme auparavant, et étant éveillé ouvre les portes, et fait tout ce qu'il avait accoutumé de faire. Les âmes légères s'élèvent des moindres choses; le vrai humble s'humilie de tout. Ce que Samuël a appris de Dieu ne diminue en rien le respect qu'il avait pour Héli. Il sait que Dieu condamne la conduite de ce pontife, et néanmoins il le craint et il l'honore comme auparavant.

Ceci nous apprend, dit saint Grégoire, la manière en laquelle nous nous devons conduire envers les ministres de l'Eglise, et que lors

et seni, et optimè de se atque diù merito, quod à Deo in ipsius caput atque familiam vaticinium acceperat; atque ideò continebat se, timore pariter ac pudore deterritus, donec tandem senex id quod erat prudenter suspicatus, illum advocat obtestaturque, dirum aliquid et horrendum imprecatus, si quidpiam illorum quæ audiisset, taciturno pudore celaverit. Illa porrò adjurationis, seu execrationis forma familiaris fuit Hebræis, in quâ aliquid subauditur durum, ignominiosum et horribile. Quale superioribus accidit seculis, quod propter suî ipsius naturam et pondus, non poterat omnibus non esse notissimum. Quales fuerunt Ægyptiæ plagæ; illorum, qui adoraverunt aureum vitulum, crudelis interitus; Nadab et Abiu filiorum Aaron; Dathan et Abiron, et Sodomæorum dirum exitium. Neque est improbabile, quæ in hâc execratione subaudivit historicus, illa singulatim explicuisse sacerdotem, quæ cùm homines adjurati consuetâ formâ solerent audire, non fuit cur illa sacer scriptor sigillatim exprimeret; sed satis habuit dicere: *Hæc faciat tibi Deus, et hæc addat;* nempe quæ imprecationis optat communis et legitima forma. Ita placet Abulensi q. 5.

Vers. 18. — Dominus est; quod bonum est in oculis suis, faciat (1). Dignum sacerdote et

viro religioso responsum; qui ut se ac sua Deo, utpote suo Domino ac rectori subjecit, sic etiam æquo fert animo, quâcumque de se rebusque suis ratione constituat. Bonum esse alicui, aut in oculis alicujus, idem est, quòd alicui placere, ut pluribus ostendimus in nostris Commentariis in Isaiam, ad illud cap. 39: *Bonum verbum Domini.*

Vers. 19. — Crevit autem Samuel, et Dominus erat cum eo (1). Crescebat Samuel ætate;

même qu'ils peuvent irriter Dieu par le déréglement de leurs actions, nous devons toujours respecter Jésus-Christ en eux, et conserver la même vénération pour leur dignité sacrée. (*Sacy.*)

(1) Verba hæc duplicem sensum admittere possunt. Ita enim accipiuntur à Patribus nonnullis, tanquàm si ab animi imbecillitate huic sacerdoti insitâ profecta essent, in hanc sententiam: Deo summa potestas est puniendi me pro arbitrio: ego autem in animum inducere non possum, ut graviorem molestiam filiis meis inferam. Non sincerâ humilitate, ait S. Gregorius, hæc expressit sacerdos; si enim reverâ humilis fuisset, præstò sese obtulisset ad crimen reparandum; sed *potiùs elegit minarum Dei causas incurrere, quàm de perpetratis iniquitatibus filios condemnare.* Sed Patrum atque interpretum plerique æquiorem expositionem admittunt. Heli gravitatem criminis sui et filiorum agnoscens, submittit sese statim judicis sui sententiæ, quâ re animæ suæ salutem promeruit, cùm interim ultio Domini severæ animadversioni et corpus ipsius et universam ejus familiam subjiceret. (*Calmet.*)

Il est le Seigneur, qu'il fasse tout ce qu'il lui plaira. Cette parole est humble en elle-même, puisque l'humilité ne paraît jamais davantage que lorsqu'elle nous fait accepter de bon cœur les plus grandes peines que Dieu nous puisse imposer pour nos péchés. Il semble aussi que cette déclaration si humble ait été sincère dans la bouche d'Héli. Car encore que ce pontife eût fait une très-grande faute d'être plus tou-

ché de la tendresse naturelle qu'il avait pour ses enfants que du zèle qu'il devait avoir pour le culte de Dieu, pour la sainteté de son sacerdoce et pour l'édification de tout le peuple; il semble néanmoins que s'étant soumis volontairement à cette juste sévérité que Dieu était prêt d'exercer sur lui et sur ses enfants, et qu'ayant témoigné être beaucoup plus sensible à la prise de l'Arche qu'à la mort de ceux qui lui étaient si chers, Dieu l'a puni dans le temps en cette manière qui était proportionnée à l'état de la loi, afin de lui faire miséricorde pour jamais.

C'est là l'opinion de plusieurs interprètes. Saint Grégoire pape néanmoins donne à ces paroles un autre sens. Et quoique le premier paraisse plus simple et plus ordinaire, celui-ci néanmoins est considérable, et nous peut donner en plusieurs rencontres une instruction très-importante. Cette parole, dit ce saint pape, paraît extrêmement humble: et néanmoins si on la considère bien, elle n'est point ce qu'elle semble être. Car la vraie humilité est soumise à Dieu; elle ne pense qu'à lui plaire. Elle nous inspire une haine de ce qu'il défend, et un amour de ce qu'il commande. Héli au contraire est humble dans ses paroles. Il témoigne agréer que Dieu fasse tout ce qu'il lui plaît, et il ne fait rien lui-même pour apaiser la colère de Dieu qu'il a méritée, ni pour détourner sa vengeance qu'il savait être prête de tomber sur lui.

Il aurait bien mieux fait, ajoute ce saint pape, d'écouter Dieu dans le silence, et de témoigner le respect qu'il avait pour lui non par des paroles, mais par la punition effective de l'impiété de ses enfants. O combien y en a-t-il encore aujourd'hui, continue ce Saint, qui lorsque Dieu les menace dans son Ecriture d'une manière terrible, peuvent avoir des paroles d'humilité dans la bouche, lorsqu'ils ont l'orgueil et la désobéissance dans le cœur; et qui après cela *espèrent en la miséricorde de Dieu par une confiance présomptueuse, et ennemie de l'ordre et de la justice. Quid est hoc, nisi de ordinatissimâ Dei misericordiâ inordinatè confidere?* (*Sacy.*)

(1) *Samuël crût et il devint grand, et mille de ses paroles ne tomba par terre.* Ces paroles sont profondes et mystérieuses. Outre le sens de la lettre, elles nous apprennent que tous les Chrétiens qui ont un désir sincère de plaire à Dieu, et surtout ceux qui sont destinés au ministère de l'Eglise, doivent s'avancer toujours en la voie de Dieu, et croître de jour en jour dans leurs saints désirs. C'est ce qui est marqué du Fils de Dieu dont il est dit qu'il s'avançait tou-

pervenerat autem, ut paulò ante diximus ex Josepho, ad duodecimum ætatis annum : crescebat item apud homines opinione sanctitatis eximiæ, quia quotidiè apparebant in illo rara quædam tam prudentiæ singularis quàm divinæ illustrationis et prophetici Spiritûs documenta. Hoc autem ideò crescebat in Samuele in singulos dies magis ac magis, quia Dominus illi aderat, cui ipse assiduum atque fidele præstitit obsequium. Illud, *et*, sicut aliis sæpè locis, causalem particulam esse reor, in eam sententiam, quam modò produxi. Esse autem Deum cum aliquo, ex usu Scripturæ, nihil est aliud, quàm illi favere, studia promovere, ac tandem facere ut prosperè omnia et ex voto succedant. Sic Dominus fuisse dicitur cum Gedeon, et ita hostiles acies multitudine penè innumerabiles exiguâ militum manu superavit. Sanè Genes. cap. 26, rex Geraræ cognovit Deum esse cum Isaac, quia vidit hominem subitò et sine ullo suo labore locupletatum. Quod etiam in Josepho cognovit Putiphar, Gen. 39, quia omnia illi, ex quo ipsius domum ingressus est, succedebant ex voto. Vide Abulensem in hoc cap. q. 5.

Et non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram. Id est, nullum illius verbum successu caruit; sive ex his quæ proximè sacerdoti prædixit, sive ex aliis quæ sub hæc tempora ex ore Domini ad alios detulit: quæ tamen in hoc libro scripta non sunt. Hic verò dicendi modus, quo negamus aliquod verbum, sive consilium à destinato eventu fuisse vacuum, usitatus est etiam scriptoribus profanis. Sic Cicero in hanc fortassè sententiam dixit lib. 9, Epist. ult., se loqui, *quod in solum cadat*. Sumitur autem proverbialis hæc forma ex gladiatorum aut militum consuetudine, qui id agunt in suo militari, aut gymnico congressu, ne qua sit irrita aut malè destinata petitio, quales plurimæ à parùm strenuo et fortunato milite quotidiè fiunt, cùm hasta videlicet, quæ hostile corpus configere debuit, ab illo deerrans in terrâ defigitur. Sed nullum Samuelis verbum quod instar teli fuit, erravit à vulnere, sed illos sine ullo errore sauciavit, in quos destinabatur prophetica petitio. Alii aliter hujus proverbialis metaphoræ rationes adducunt. Hæc omnium mihi videtur expedita maximè et valdè accommodata propheticis minis, quæ nihil videntur aliud quàm hostile jaculum in sceleratorum hominum vulnus et exitium intentum.

Vers. 20. — Et cognovit universus Israel a Dan usque Bersabee (1). Hæ duæ civitates in extremis erant finibus terræ promissionis, altera ab aquilone, Dan; altera à meridie, Bersabee. Quidquid ergo his continebatur finibus, id est, totus Israel, ex rerum eventibus cognovit fidelem Domini prophetam esse Samuelem, cui Deus, ex quo primùm illum divinitùs afflavit, sæpiùs apparuit in Silo. Quoniam ergo Deus per Samuelem sæpiùs locutus est, neque ullum ipsius verbum in terram cecidit, facilè populus cognoscere potuit in illo aliquid esse divinum (2)

(1) *Cognovit*, inquam, Samuelem esse *fidelem*, id est, veracem prophetam, *non in ambitione vanitatis, sed in spiritu Dei, et sermonis Domini veritate judicantem*, ait Rupert.; non enim hominum plausum spectabat, nec eorum minas metuebat, quia in uno Deo solidatus ei soli placere satagebat. Quare idipsum quod ore docebat, opere monstrabat. (Corn. à Lap.)

(2) Quod fidelis Samuel propheta esset Domini. Hebræus ad litteram : *Quòd fidelis* (Hebræus *neeman*) *Samuel* destinatus esset *in prophetam Domino*. Demonstratum est alibi, *neeman* titulum fuisse dignitatis in aulâ principis apud Hebræos. Palam factum est, Samuelem virum esse familiarem Domini, cui et spiritum propheticum ille communicavit. Vertunt alii : *Quòd Samuel constitutus esset propheta Domini*. Non propheta pro tempore, ad biduum vel triduum, sed propheta firmus et perpetuus. De missione, atque dotibus prophetiæ, quæ Samuelli inesset, fides certa non priùs constitit, quàm postquàm impleta est oraculorum ipsius fides, ac palam omnibus factum est, quòd *non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram*.

(Calmet.)

L'auteur de l'Esprit du Judaïsme accuse Samuël d'avoir usurpé le sacerdoce et le gouvernement. « Il eut, dit-il, des songes et des « visions qui le firent regarder comme un « prophète. Il paraît qu'il avait prédit au peu- « ple mécontent de ses prêtres que le Seigneur « voulait ôter le sacerdoce de la maison

jours en sagesse, et en grâce devant Dieu et devant les hommes. Et S. Paul prescrit cette même règle à son disciple Timothée. *Méditez ces choses*, dit-il; *soyez-en tout occupé, afin que votre avancement soit connu de tous*. Ainsi la grâce imite la nature qui en est l'image, et les vertus croissent dans l'âme comme le blé sur la terre, selon qu'il est marqué dans l'Evangile : *L'épi en montant et en croissant porte son fruit*.

Le grand effet de cette piété solide qui se fortifie de jour en jour est le réglement des paroles. C'est pourquoi ce qui est dit ici de Samuël, *qu'aucune de ses paroles ne tomba par terre*, ne marque pas seulement que tout ce qu'il prédit arriva toujours, mais encore qu'il ne sortit de sa bouche aucune parole inutile; que tout ce qu'il dit était plein de poids et assaisonné du sel de la sagesse; et que le réglement de sa langue marquait admirablement celui de son cœur. (*Sacy.*)

Vers. 21. — Quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo juxta verbum Domini. Hæc postrema verba implexa sunt nonnihil, et illorum non parùm impedita syntaxis. Ego sic ordino : Quoniam Deus in Silo primùm apparere cœpit, ibidem postea sæpiùs apparuit; non ita ut oculis speciem aliquam aspectabilem objiceret, sed juxta verbum suum, id est, loquendo, aut ostendendo sua consilia, ut eorum apud omnes esset nuntius et interpres.

« d'Héli. Après la mort tragique du grand-« prêtre et de ses deux fils, rien ne s'opposa « plus aux vues de Samuël; assuré de longue « main de la confiance du peuple, il lui fut « très-aisé de s'emparer du sacerdoce et du « gouvernement. En conséquence, il remplit « les fonctions de sacrificateur ; il rétablit le « culte. »

Tout cela est faux et contraire au texte de l'histoire. Samuël était trop jeune, lorsque Dieu daigna se révéler à lui, pour qu'il ait pu forger cette révélation par ambition. Il fut regardé comme prophète non parce qu'il eut des songes et des visions, mais parce que tout Israël reconnut que tout ce qu'il annonçait ne manquait jamais d'arriver; c'est donc par les événements que l'on jugea que Dieu se révélait à lui. Il ne déclara point à Héli que Dieu voulait ôter le sacerdoce de sa maison ; au contraire, il lui dit de la part de Dieu : *Je n'ôterai pas entièrement votre race du service de mon autel.*

Samuël, quoique de la famille de Caath, ne pouvait pas aspirer à la dignité de grand-prêtre, parce qu'il ne descendait pas d'Aaron, mais d'Isaar, oncle d'Aaron, et que le peuple n'aurait pas souffert qu'il s'en emparât; s'il a offert des sacrifices, il l'a fait en qualité de prophète et non de pontife ; Elie fit de même dans la suite. Après la mort d'Héli et de ses deux fils, l'arche fut déposée à Gabaa chez Abinadab, et son fils Eléazar fut *consacré* pour la garder. Sous Saül, Achias, petit-fils d'Héli, portait l'*éphod* qui était l'habit du grand-prêtre. Dans la suite ce fut Achimelech. Il est donc faux que Samuël se soit emparé du sacerdoce. C'est une calomnie copiée d'après Morgan.

Il a encore moins usurpé le gouvernement. La nation de son plein gré lui donna une entière confiance; elle respecta ses décisions parce qu'elle reconnut que l'esprit de Dieu était en lui. Elle n'eut pas lieu de s'en repentir. Sous l'administration de ce prophète, le culte de Dieu fut rétabli, l'idolâtrie proscrite, les Philistins furent vaincus et obligés de restituer les villes qu'ils avaient prises; Israël jouit d'une paix profonde. Y a-t-il un titre plus légitime d'autorité que le choix et le consentement unanime d'une nation libre? Les chefs ou juges précédents n'en avaient pas eu d'autre. Après que Saül eut été élu roi, le peuple assemblé rendit un témoignage solennel de la justice, du désintéressement, de la sagesse, de la douceur du gouvernement de Samuël. Ce n'est donc pas là l'exemple que les incrédules devaient choisir pour prouver que le gouvernement des prêtres ne vaut rien. (Duclot.)

Ubi Vulgatus *juxta verbum*, hebraicè est *bedbar*, quod idem valet atque *in verbo*, quomodò omnes penè recentiores convertunt : aut *per verbum*, ut legit Tigurina, quasi dicat : Verba potiùs Deus Samueli quàm speciem aliquam ostendit, ita ut non tam per oculos quàm per aures illius animum futurarum rerum cognitione compleverit. Vulgatus legisse videtur aliter quàm nunc habent Hebraici codices ; non *bedbar*, sed *kidebar*. Sed est aut eadem, aut certè non admodùm diversa sententia.

Et evenit sermo Samuelis universo Israeli. Non solùm videtur Samuel, dùm esset in Silo, aliquid contra Heli illiusque familiam prædixisse, sed etiam Israeli toti, licet quid illud sit ex Scripturâ sacrâ non constet. Quidquid tamen ab illo prædictum fuit, successu non caruit. Fortassè hic per prolepsim illa proponuntur ante suum tempus, quæ multis post annis contigêre, qualia multa prævidit Samuel, et populum ac regem non minùs obsequentem admonuit. Potuit autem hic omnia paucis adnotare propheta, quia non eodem omnia aut tempore aut ordine narrari solent à Prophetis, quo gesta sunt. Est autem verisimile, quæ scripsit Samuel, ad extrema nempe tempora Saülis, extremo vitæ tempore ab eodem fuisse tradita monumentis. Illud ad extremum addendum, postrema hæc verba ab Hebræis et Septuaginta, non tam finire præcedens quàm inchoare subsequens caput ; quod aliis sæpè locis usu venit (1).

(1) Pour apprécier cette histoire, inquit Volney, je ne veux point raisonner sur le fond du fait. Dieu, venir dans une chambre, se poser debout à distance d'un lit, parler comme une personne de chair et d'os ; que pourrais-je dire à qui croirait un tel conte (*a*)? Je ne m'occupe que de la conduite et du caractère de Samuël; et d'abord, je demande qui a vu, qui a entendu tout ceci, et surtout qui l'a raconté (*b*), qui l'a ébruité et rendu public? Ce n'est pas Héli, ce ne peut être que Samuël (*c*) seul, qui est ici acteur, témoin, narrateur; lui seul a eu intérêt de faire, intérêt de raconter : sans lui, qui eût pu spécifier tous les menus détails de cette aventure? Il est évident que nous avons ici une scène de fantasmagorie (*d*) du genre de celles qui ont eu lieu chez tous les peuples anciens, dans les sanctuaires des temples et pour l'émission des oracles. Le jeune adepte y a été encouragé par la caducité, par la faiblesse physique et morale du grand-prêtre

(*a*) Supra, ad vers. 8, simili Voltairii objectioni respondit Duclot.
(*b*) Nempe is cui Deus ipse *revelavit*.
(*c*) Sed Samuel à Deo inspiratus.
(*d*) Quale figmentum excogitare Volney placuit.

CAPUT IV.

1. Et factum est in diebus illis, convenerunt Philisthiim in pugnam : et egressus est Israel obviam Philisthiim in prælium, et castrametatus est juxta Lapidem Adjutorii. Porrò Philisthiim venerunt in Aphec,

2. Et instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certamine, terga vertit Israel Philisthæis : et cæsa sunt in illo certami-

CHAPITRE IV.

1. Or, il arriva dans ce temps-là que les Philistins s'assemblèrent pour faire la guerre *aux Israélites*. Le peuple d'Israël se mit aussi en campagne pour aller combattre les Philistins, et l'armée d'*Israël* campa près de la pierre *qui fut appelée depuis la Pierre* du Secours. Les Philistins vinrent à Aphec, *dans la tribu de Juda,*

2. Et se disposèrent à combattre Israël. La bataille s'étant donnée, les Israélites s'enfuirent, et les Philistins *les poursuivirent* au tra-

Iléli ; peut-être (*a*) par l'instigation de quelques personnages cachés sous la toile, ayant des intérêts, des passions que nous ne pouvons plus juger ; néanmoins le plus probable est que Samuël ne s'est fié à personne, et ce que par la suite nous verrons de sa profonde dissimulation fixe la balance de ce côté.

La divulgation n'a pas été difficile ; il aura suffi de quelques confidences à un serviteur, à un ami dévoué, à une vieille ou à une jeune prêtresse pour que l'apparition de Dieu, pour que son oracle venu de l'arche sainte se soit répandu en acquérant de bouche en bouche une mystérieuse intensité de certitude et de croyance (*b*).

« Tout Israël connut qu'il était devenu pro-
« phète de Dieu; et Dieu continua d'apparaî-
« tre dans Shiloh. »

Sur ce mot *prophète,* j'observe que le narrateur nous dira bientôt qu'à cette époque, le terme hébreu *nabia,* employé ici, n'était point connu ; que l'on ne se servait que du mot *râh* qui signifie *voyant*. Nous avons donc ici un écrivain posthume qui a rédigé à son gré les Mémoires que Samuël ou autres contemporains avaient composés au leur. Il lui a plu (*c*) d'établir en fait positif *la croyance de tout Israël* en ce conte; mais il est seul déposant, il n'est pas même témoin. Si nous avions de ce temps-là des Mémoires de plusieurs mains, nous aurions matière à juger raisonnablement : déjà nous en avons le moyen dans le verset où il nous dit que *depuis du temps la parole de Dieu était devenue rare* et qu'il n'apparaissait plus de visions : pourquoi cela (*d*)? parce qu'il y avait des incrédules; parce qu'il était arrivé des scandales, de faux oracles, des divulgations de supercheries sacerdotales qui avaient éveillé le bon sens de la classe riche ou aisée du peuple. L'aveugle (*e*) et fanatique croyance était restée, comme il arrive toujours, dans la multitude ;

(*a*) Istud *peut-être* omnia historiarum monumenta in fabularum commenta convertere facilè posset.

(*b*) Conjecturæ conjecturis congestæ, cùm monumenta quæruntur.

(*c*) Imò Deo ipsi scriptorem *inspiranti,* quod toties dicere pervicacissima Volney impietas nos cogit.

(*d*) Quia id Deo placebat.

(*e*) Quo majore argumento prophetam esse quemdam gens tota judicabit, nisi cùm fieri ab eo prædicta videt? *Evenit sermo Samuelis universo Israeli.*

ce fut sur elle que Samuël compta, et nous verrons, lors de l'installation de Saül, qu'il eut toujours contre lui un parti de *non-croyants* assez puissant pour l'obliger à beaucoup de ménagements, pour l'obliger même à se démettre (*a*).

Cahen, qui *rationem* sequi se profitetur in interpretandâ Scripturâ, non minùs quàm Volney, Samuelem à mendacio alienum vult haberi. Nam : « Sans accuser, inquit, la bonne
« foi de Samuel, comme le fait Volney, nous
« comprenons cependant difficilement (*b*) cet
« anthropomorphisme, qui fait venir Dieu au-
« près de Samuël, qui l'appelle trois fois de
« suite, tandis qu'il pouvait lui parler la pre-
« mière fois. Iléli suppose qu'il a lui-même été
« l'objet de l'entretien, et il somme avec me-
« nace Samuël de lui en faire part. Peut-être (*c*)
« que Samuël, imbu de l'idée (*d*) qu'il sera
« prophète, entretenait son esprit de cette
« idée dans le silence de la nuit. L'imagination
« exaltée du jeune homme lui faisait prendre
« pour une apparition divine le moindre
« bruit (*e*), et son illusion lui faisant croire
« qu'on l'appelait, il courait vers Eli après
« avoir répondu : Me voici ! Samuël savait
« peut-être qu'un homme de Dieu était venu
« annoncer des châtiments terribles à Eli et
« à sa famille. La prophétie, ou peut-être
« la croyance à la prophétie allait en dimi-
« nuant ; son imagination frappée pouvait la
« regarder comme abolie tout-à-fait, et c'est
« cette annonce qui fascinait son esprit, et la
« lui rendait présente. Eli, vieillard plus cré-
« dule ou peut-être (*f*) voulant conserver cette
« croyance dans Samuël, suppose non-seule-
« ment la vision, mais encore se croit l'objet
« de cette vision. L'écrivain veut représenter
« des choses merveilleuses, et elles le sont en
« effet pour celui qui reste sous le point de vue
« où l'écrivain le suppose placé. »

(*a*) Contrarium videbimus certè.

(*b*) Quasi id Deus tantùm efficere debeat quod intelligit Cahen.

(*c*) Istud *peut-être* magnæ virtutis est apud Volney et Cahen.

(*d*) Sed unde se prophetam futurum cognovit Samuel?

(*e*) An minimum strepitum dicere licet eam Dei vocem quâ se ter *Samuelem, Samuelem,* nominare sensit?

(*f*) An istis *peut-être* oppugnatam putabimus summam scriptoris auctoritatem, qui, ut non *inspiratus* sit, maximam tamen mereatur fidem ut historicus?

ne passim per agros, quasi quatuor millia virorum.

3. Et reversus est populus ad castra : dixeruntque majores natu de Israel : Quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthiim? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, et veniat in medium nostri, ut salvet nos de manu inimicorum nostrorum.

4. Misit ergo populus in Silo, et tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super cherubim : erantque duo filii Heli cum arcâ fœderis Dei Ophni et Phinees.

5. Cùmque venisset arca fœderis Domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi, et personuit terra.

6. Et audierunt Philisthiim vocem clamoris, dixeruntque : Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum! Et cognoverunt quòd arca Domini venisset in castra.

7. Timueruntque Philisthiim, dicentes : Venit Deus in castra. Et ingemuerunt, dicentes :

8. Væ nobis! non enim fuit tanta exultatio heri et nudiustertius : væ nobis! Quis nos salvabit de manu Deorum sublimium istorum! hi sunt Dii, qui percusserunt Ægyptum omni plagâ in deserto.

9. Confortamini, et estote viri, Philisthiim : ne serviatis Hebræis, sicut et illi servierunt vobis; confortamini et bellate.

10. Pugnaverunt ergo Philisthiim, et cæsus est Israel, et fugit unusquisque in tabernaculum suum, et facta est plaga magna nimis; et ceciderunt de Israel triginta millia peditum.

11. Et arca Dei capta est : duo quoque filii Heli mortui sunt, Ophni et Phinees.

12. Currens autem vir de Benjamin ex acie, venit in Silo in die illâ, scissâ

vers des champs, et en tuèrent environ quatre mille dans ce combat.

3. Lorsque le peuple fut revenu dans le camp, les plus anciens d'Israël dirent : Pourquoi le Seigneur nous a-t-il frappés aujourd'hui de cette plaie devant les Philistins? Amenons ici de Silo l'arche de l'alliance du Seigneur, et qu'elle vienne au milieu de nous, pour nous sauver de la main de nos ennemis *comme elle en a toujours sauvé nos pères.*

4. Le peuple ayant donc envoyé à Silo, on en fit venir l'arche de l'alliance du Seigneur des armées assis sur les chérubins. Et les deux fils d'Héli, Ophni et Phinées, accompagnaient l'arche de l'alliance de Dieu.

5. Lorsque l'arche de l'alliance du Seigneur fut venue dans le camp, tout le peuple d'Israël jeta un grand cri, dont la terre retentit.

6. Les Philistins l'ayant entendu, s'entre-disaient : Que signifie ce grand bruit dans le camp des Hébreux? Et ils apprirent que l'arche du Seigneur était venue dans le camp.

7. Les Philistins eurent donc peur, et ils dirent : Dieu est venu dans *leur* camp.

8. Malheur à nous! ajoutèrent-ils en soupirant; car ils n'étaient point dans une si grande joie, ni hier, ni avant-hier; malheur à nous! Qui nous sauvera de la main de ce Dieu puissant? C'est ce Dieu qui a frappé les Egyptiens de toutes sortes de plaies *dans leur pays et qui les a exterminés dans la mer Rouge qui est* dans le désert.

9. Mais prenez courage, Philistins, et comportez-vous en gens de cœur. Gardez-vous de devenir les esclaves des Hébreux, comme ils ont été les vôtres *depuis vingt ans;* prenez courage, et combattez vaillamment.

10. Les Philistins donnèrent donc la bataille; et Israël, *qui s'était rendu indigne de la protection du Seigneur,* fut défait. Tous s'enfuirent dans leurs tentes; et la défaite fut si grande du côté des Israélites, qu'il demeura trente mille hommes de pied sur la place.

11. L'arche de Dieu fut prise, et les deux fils d'Héli, Ophni et Phinées, furent tués.

12. Le jour même un homme de la tribu de Benjamin, échappé du combat, vint en cou-

veste, et conspersus pulvere caput.

13. Cùmque ille venisset, Heli sedebat super sellam contra viam spectans. Erat enim cor ejus pavens pro arcâ Dei. Vir autem ille postquàm ingressus est, nuntiavit urbi, et ululavit omnis civitas.

14. Et audivit Heli sonitum clamoris, dixitque : Quis est hic sonitus tumultûs hujus? At ille festinavit, et venit, et nuntiavit Heli.

15. Heli autem erat nonaginta et octo annorum; et oculi ejus caligaverant, et videre non poterat.

16. Et dixit ad Heli : Ego sum qui veni de prælio, et ego qui de acie fugi hodiè. Cui ille ait : Quid actum est, fili mi?

17. Respondens autem ille qui nuntiabat : Fugit, inquit, Israel coram Philisthiim, et ruina magna facta est in populo : insuper et duo filii tui mortui sunt, Ophni et Phinees, et arca Dei capta est.

18. Cùmque ille nominâsset arcam Dei, cecidit de sellâ retrorsùm juxta ostium, et fractis cervicibus mortuus est; senex enim erat vir et grandævus. Et ipse judicavit Israel quadraginta annis.

19. Nurus autem ejus, uxor Phinees, prægnans erat vicinaque partui : et audito nuntio quòd capta esset arca Dei, et mortuus esset socer suus et vir suus, incurvavit se et peperit; irruerant enim in eam dolores subiti.

20. In ipso autem momento mortis ejus, dixerunt ei quæ stabant circa eam : Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respondit eis, neque animadvertit.

21. Et vocavit puerum Ichabod, dicens : Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei, et pro socero suo et pro viro suo :

22. Et ait : Translata est gloria ab Israel, eò quòd capta esset arca Dei.

rant à Silo. Il avait ses habits déchirés, et la tête couverte de poussière.

13. Dans le temps que cet homme arrivait, Héli était assis sur son siége et tourné vers le chemin; car son cœur tremblait de crainte pour l'arche de Dieu. Cet homme étant donc entré dans la ville, et ayant dit les nouvelles du combat, il se fit parmi tout le peuple des cris lamentables.

14. Héli, ayant entendu le bruit de ces clameurs, dit : Qu'est-ce que ce bruit confus que j'entends? Sur cela, cet homme vint à Héli en grande hâte, et lui dit cette nouvelle.

15. Héli avait alors quatre-vingt-dix-huit ans; ses yeux s'étaient obscurcis, et il ne pouvait plus voir.

16. Cet homme dit à Héli : C'est moi qui reviens de la bataille, et qui suis échappé aujourd'hui du combat. Héli lui dit : Qu'est-il arrivé, mon fils?

17. Cet homme qui avait apporté la nouvelle lui répondit : Israël a fui devant les Philistins; une grande partie du peuple a été taillée en pièces; vos deux fils, Ophni et Phinées, ont été tués, et l'arche de Dieu a été prise.

18. Lorsqu'il eut nommé l'arche de Dieu, Héli tomba de son siége à la renverse près de la porte, et s'étant casse la tête il mourut. Il était vieux et fort avancé en âge, et il avait jugé Israël pendant quarante ans.

19. La femme de Phinées, belle-fille d'Héli, était alors grosse et près d'accoucher; et ayant appris la nouvelle que l'arche de Dieu avait été prise, et que son beau-père et son mari étaient morts, se trouvant surprise par la douleur, elle se baissa et accoucha.

20. Et comme elle allait mourir, les femmes qui étaient auprès d'elle lui dirent : Ne craignez point, car vous avez enfanté un fils. Elle ne leur répondit rien, n'y faisant pas même attention;

21. Mais elle appela son fils Ichabod (*c'est-à-dire : Où est la gloire?*), en disant : Israël a perdu sa gloire; *ce qu'elle dit* parce que l'arche de Dieu avait été prise, et à cause de la mort de son beau-père et de son mari;

22. Et elle dit : Israël a perdu sa gloire, parce que l'arche de Dieu avait été prise.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et factum est in diebus illis (1), convenerunt philisthiim in pugnam. Si quod Hebræi codices et nonnulli Græci faciunt, ut præcedentis capitis finem exordium esse putent subsequentis, verum statuamus, non est improbabile, adversa multa non solùm sacerdotis maximi familiæ, sed etiam toti populo à Samuele prædicta. Imò etiamsi extremum illud, ut communiter habent latini codices, caput claudat antecedens, non inchoet subsequens. Postrema etenim verba quædam præparatio sunt ad ea quæ statim commemorantur, ubi non uni sacerdotis familiæ, sed Israeli toti gravem videmus inflictam esse plagam. Unde verò clades illa primùm advenerit, scribere aggreditur, ab exercitu videlicet Philisthinorum, qui contra gentem Israelitidem instructus est.

Castrametatus est juxta Lapidem Adjutorii (2). Progressus est Israel contra Philisthæos, posuitque castra ad illum locum, qui ex eventu postea vocatus est *Lapis Adjutorii*, de quo cap. 7, v. 12. Est autem prolepsis, quæ aliquid narrat ante tempus suum, aut nomen attribuit, quod longè post habuit locus aliquis, familiaris Scripturæ sacræ, neque scriptoribus profanis inusitata. Sic apud sacros dicitur Genes. cap. 12, *Bethel*, cùm tamen tunc *Luza* vocaretur; nam illi loco nomen illud à Jacob Genes. 28, primùm inditum est. Sic Maro *Velinos portus* per prolepsim vocatos dicit à Palinuro, cùm tamen multis post annis tale nomen habuerint. Plura occurrent exempla mediocriter attento (1).

Vers. 3 (2). — Quare percussit nos hodie

donner à ce peuple de la protection de Dieu par la présence de son arche, le peuple est vaincu, l'arche est prise, et les prêtres mêmes sont tués. (Sacy.)

(1) Ecce hìc expletur prophetia Samuelis ac minæ Dei, et clades ab eo intentatæ Heli et filiis, totique Israeli. Quantùm temporis intercesserit à prophetiâ Samuelis, ad hanc ejus expletionem, incertum est. Serarius et Abulens. putant eodem anno expletam; editam esse enim anno 98 et ultimo vitæ Heli, quo ipse auditâ arcæ capturâ, expirans corruit. Verius est aliquot annos intercessisse. Nam prædixit cladem hanc Samuel cùm esset puer, ut dictum est c. 3, 1; clades autem hæc contigit cùm ipse esset vir, vel certè juvenis : nam mortuo Heli illicò successit Samuel in præfecturam populi; erat ergo grandior et maturæ ætatis. Salianus putat intercessisse annos 26, ut Samuel factus sit judex post Heli anno ætatis 39; Mendoza censet intercessisse annos 18, vel 28, alii plures, alii pauciores. (Corn. à Lap.)

Egressus est Israel obviam Philisthiim in prælium, seu potiùs, ut se ab illis defenderet; Philisthæos enim primos movisse arma videtur. Belli hujus causa ignoratur : constat tamen Philisthæorum gentem eâ ætate validissimam fuisse, et post Samsonem nunquàm cessâsse gravi jugo Hebræos premere, donec plenam libertatem Hebræi acceperunt à Samuele, cùm primùm rebus præfectus est. (Calmet.)

(2) Lapis hic Adjutorii situs erat inter *Masphath et Sen*.

In Aphec. Urbs erat è tribu Juda, non longè constituenda ab *Eben-Heser*, et à Masphâ; sed quo potissimùm in loco, ignoratur. (Calmet.)

Or les Philistins s'assemblèrent pour combattre Israël. Les Philistins font la guerre au peuple de Dieu, et donnent lieu par là à l'accomplissement des grandes choses que Dieu avait résolu de faire. Les anciens du peuple voyant que les Hébreux avaient eu du désavantage contre leurs ennemis, conseillent qu'on fasse venir l'arche au milieu d'eux. Les enfants d'Héli approuvent et autorisent le désir du peuple de mener l'arche de Dieu dans le camp, et eux-mêmes l'accompagnent. Cependant non obstant toutes les assurances qu'ils avaient du

(1) Vers. 2. — Instruxerunt aciem, etc. Hebræus : *Et ordinaverunt se Philisthiim in occursum Israel, et diffusus est exercitus*, vel dissipatus solutusque est, *et cæsus est Israel*, etc. Quam disciplinam agmine instruendo tenerent copiarum Israeliticarum imperatores, ignoramus : sed instruxisse illos agmina, et bellum arte aliquâ gessisse constat. Septuaginta : *Et inclinavit prælium*, populus pedem remisit, ac se dissipavit.

In illo certamine passim per agros. Ex textu Vulgatæ innui videtur, Israelitas vix expectâsse hostes, actisque illis in fugam per agros, interfecta fuisse circiter quatuor millia. Sed alium sensum reddit Hebræus : *Et percusserunt in ordine*, seu instructo agmine, *in agro fermè quatuor millia*. In ipso prælio cæsa sunt ferè quatuor millia. (Calmet.)

(2) Dixeruntque majores natu. Nemo tunc supremus dux exercitui universo imperabat. Seniores Israelis suæ singuli tribui præerant : quanquàm autem Heli judex Israelis habebatur, effeta nihilominùs viri ætas et oculorum cæcitas prohibebant, ne ipse per se præesset ac duceret copias.

Meminerant Israelitæ eorum quæ in obsidione Jerichuntis, exhibita fuerunt prodigia, cùm mœnia urbis arcâ præsente corruerunt. Nec ignorabant relatas à Josue victorias; quibus simul omnibus accedebat insita menti persuasio, Deum ipsum inter victos referendum fore, si quidem contingeret, ut Philisthæi arcâ præsente vincerent : quare et gloriam ipsam Dei in discrimen venire, ac deinde populi opprobrium in Numinis contumeliam cessurum. Eunt ergo in sententiam, rem propiùs non considerantes, et arcam in auxilium suum adsciscunt.

Cæterùm usus ferendi in castra symbola religionis sanctissima, apud gentes ferè omnes obtinuit. Persæ solemni ritu ignem sacrum ferebant in castra, uti et Jovis sui sacrum currum deferebant. Ante agmen Indorum ferebatur Herculis simulacrum : quod si quis deseruisset, infamiæ notam æternam, quin et ca-

Dominus coram Philisthiim. Tanta fuit strages illa in Hebræorum castris, ut majores natu prudenter conjectaverint, non ab hominibus, sed ab irato Deo illatam esse cladem. Quare causam illius quærunt, et de meliori in posterum eventu deliberant. Quam invenerint exitii tanti causam, Scriptura non explicat; sed consilium, quod post consultationem suscepêre, aliquo modo, licet obscurè, significat. Nam cùm statuerint secum afferre arcam Dei ex Silo, aliquid indicant in castris fuisse, quod arcæ conspectu purificari aut confirmari debuerit. Aut enim videbant seniores illi aliqua inter milites esse peccata, quæ cladem et mortem advocant, quæ putabant ad arcæ conspectum esse resecanda; aut fuisse plus satis confidentiæ, quæ interdùm superbis animis eripit victoriam. Quare, ut nôrant cladem illam non tam illatam à Philisthæis quàm à Deo, sic etiam nôrunt à Deo potiùs quàm ab humanis viribus atque solertiâ comparandam esse victoriam. Audierant namque subactam esse Chananæorum terram à divinâ manu, quia id sæpè cecinerant professique fuerant illi, quibus ipsi non poterant non habere fidem; ideò ad illum confugiunt, à quo sperabant edenda non minora prodigia. Afferunt igitur secum arcam Dei, in quâ lex erat inclusa, quam suis ipse digitis Dominus in tabulis notaverat, à quâ sperabant, quod experientiâ edocti, suis lacertis et omni apparatu bellico obtinere diffiderant. Sed esset consilium magis ad optatum exitum opportunum, si quam descriptam in tabulis legem afferebant, eamdem animis altiùs impressissent; placâssent enim offensum Deum multò magis quàm productâ in aciem arcâ, cujus sanctitatem militari licentiâ et morum improbitate violabant.

Acquievit, opinor, Heli tam populi quàm filiorum precibus, sed invitus, cùm ægrè ferret à tabernaculo distrahi arcam, quam Israelis gloriam arbitrabatur. Certè cùm arca in Philisthinorum potestatem venit, dixit Heli nurus, cùm extremum ageret spiritum : *Translata est gloria de Israel.* Quare, ut ait Josephus lib. 5, cap. 12, filiis suis, qui principes erant in exercitu, edixit, ut vitam potiùs amitterent in acie, quàm arcam suæ fidei commissam desererent. Tulerunt itaque filii arcam, *accepto à patre mandato, si amissâ arcâ vivere sustineant, ne unquàm in conspectu sibi veniant.* Simile aliquid dixisse traditur Lacæna quædam, cùm filio ad prælium profecturo clypeum traderet, quem amisisse magno militibus dabatur

pitis pœnam incurrebat. Signa sua militaria tanquàm numen aliquod suspexisse Romanos, tam certum est, quàm quid aliud. De Germanis hæc Tacitus : *Effigies et signa quædam detracta lucis in prælium ferunt.* Idola sua in castra detulisse Philisthæos, inferiùs narratur; uti et idem servâsse videtur Jeroboamus, vitulos suos aureos secum habens in exercitu.

Numinum suorum imagines pagani olim secum ferebant in bellicas expeditiones. Ita et Hebræi arcam, Turcæ Alcoranum non sine magno apparatu, et omni honoris significamento. (Calmet.)

Amenons l'arche du Seigneur, afin qu'elle nous sauve de nos ennemis. Nous voyons ici un grand exemple de l'esprit des Juifs qui étaient aveugles et présomptueux. L'affliction même où ils étaient les devait porter à se rendre Dieu favorable par la prière et le jeûne, comme ont fait depuis Esther et Judith. Mais ils ne se mettent point en peine de suivre ces règles si saintes. Ils veulent satisfaire cette imagination qui leur est venue de faire venir l'arche dans leur camp, sans consulter auparavant Dieu et ses prophètes pour savoir s'il approuvait que l'on usât de la sorte d'une chose qu'il leur avait rendue si vénérable, et si c'était là le moyen qu'il avait choisi pour les sauver de leurs ennemis.

C'est ainsi que les hommes agissent souvent à l'égard de la sainte Eucharistie, dont l'arche était la figure. Au lieu d'être touchés du regret de leurs péchés, de s'humilier et de s'éprouver devant Dieu, selon l'avis de saint Paul, et de tâcher d'apaiser sa colère par la retraite, par la prière et par toutes sortes de bonnes œuvres, ils ne pensent qu'à faire venir le Fils de Dieu dans leur cœur par la sainte communion, sans examiner si leur âme, qui est encore, sinon brûlée du feu, au moins noircie de la fumée de leurs passions qui ne sont qu'à demi éteintes, sera une demeure assez proportionnée à la majesté et à la sainteté du Dieu qu'ils reçoivent.

Les hommes aussi bien que les Juifs agissent dans ces rencontres tout humainement. Ils n'envisagent point les choses par l'œil de la foi. Ils ne consultent que leurs sens, et ils choisissent ce qui leur est le plus aisé. Ils ont une aversion naturelle de la pénitence et de tous les remèdes salutaires qu'elle prescrit. La retraite est ennuyeuse; le jeûne est pénible; les aumônes coûtent. Mais rien n'est plus facile que de s'approcher de la sainte communion, sans se mettre en peine si l'on est véritablement converti, et si Dieu a changé le cœur, afin qu'ensuite on change de vie. *Muta cor et mutabitur opus,* dit saint Augustin. On peut trouver des ministres de l'Eglise qui nous assurent dans cette conduite, comme les prêtres des Juifs les assuraient dans cette occasion, et avaient donné peut-être eux-mêmes, ou au moins favorisaient ce mauvais conseil. Mais nous devons craindre sur ce sujet la parole de saint Augustin, qui est prise de celle de Jésus-Christ. *Malheur aux aveugles qui conduisent des aveugles! Malheur aux aveugles qui suivent des aveugles! Væ cæcis ducentibus! væ cæcis sequentibus!* (Sacy.)

probro : *aut hunc*, inquit, *redde, aut in hoc redi*, nempe exanimis : clypeus enim in acie mortuis erat olim pro ferali pheretro.

VERS. 4 (1). — ERANTQUE DUO FILII HELI CUM ARCA FŒDERIS DEI (2). Cùm hi duo sacerdotis magni filii forent, et ipsi sacerdotes, sumpserunt arcam de tabernaculo, et tulerunt in castra; et cùm pudorem antea et bonam famam abjecissent, abjicere tamen noluerunt sacerdotale nomen, quod ab illis exigebat fidelem arcæ sedulamque custodiam. Sed quis scit an impuræ sacerdotum manus, quæ arcam minùs quàm decebat religiosè tractaverant, non tam averterint quàm adduxerint aut auxerint illam funestam cladem? Sanè propter illorum impuram vitam illud Heli minax vaticinium accepit, quod nunc primùm experiri cœpit non solius sacerdotis familias, sed totus populus Israel.

VERS. 7. — TIMUERUNTQUE PHILISTHIIM DICENTES : VENIT DEUS IN CASTRA (1). Ex Hebræorum ululatu et acclamatione inopinatâ cognoverunt Philisthini advenisse magnum aliquod subsidium Hebræis, et ubi cognoverunt ex speculatoribus arcam adductam esse testamenti, expaverunt valdè, nihil non sibi ex illius præsentiâ metuentes. Nôrant enim, quot Israelitæ quondàm bella secunda gesserint, cùm secum eamdem arcam in castris habuerunt; quemadmodùm Jerichuntina mœnia ad conspectum arcæ repente corruerint, neque suis rebus aliquid ominabantur melius. Atque

(1) TULERUNT INDE ARCAM FŒDERIS DOMINI EXERCITUUM SEDENTIS SUPER CHERUBIM. Facilè impetratus est ab Heli assensus, ut arca in iis rerum angustiis amoveretur, cùm id præsertim totius gentis principes rogarent. Cùm autem ille oculis captus esset, verisimillimum est, Ophni et Phineem præter consuetum morem in Sanctuarium ingressos, arcam eduxisse. Quæ tunc servatæ fuerint cæremoniæ, ignoratur : silet etiam Scriptura, geminos filios Heli tunc patris munus gessisse, ut summi sacerdotis munia obirent : neque docemur, illud ne munus alter ex iis, an alternatim ambo complerent.

Designat hic Scriptura Deum Israelis gemino epitheto, *Domini exercituum, et sedentis super Cherubim :* phrasis erat Hebræis perfamiliaris; Deum enim exhibebant sibi tanquàm habitantem in tabernaculo suo insidentemque super alas Cherubim, qui arcam fœderis protegebant. Facilè etiam hæc dicta sunt ut ad nostram intelligendi rationem accederent, qui Deum in cœlo residentem nobis fingimus in magnifico solio, interioribus Cherubim quàm longissimè eminentem, Cherubim, inquam, vel solio circumfusis, vel ad ejus pedes provolutis; vel denique vectum curru, quem Cherubim vel angeli, formæ omninò novæ et inusitatæ, trahunt. Deum in opem sui accurrentem ita exhibet David : *Ascendit super Cherubim et volavit super pennas ventorum.* Oculis prophetæ Ezechielis obversabatur Numen igneo curru trahentibus Cherubim vectum. Ex universâ Scripturâ satis constat, vulgò Judæos corpora angelis affinxisse; ut verò ea corpora, quæ figuræ erant non satis cognitæ et distinctæ, exprimerent, nomen illis Cherubim, quod figuram sonat è pluribus compositam et extraordinariam, tribuebant. (*Calmet.*)

(2) *Les deux fils d'Héli, Ophni et Phinées étaient avec l'arche de l'alliance de Dieu.* Si nous ne connaissions d'ailleurs Ophni et Phinées, nous ne verrions rien dans eux que de louable en cette rencontre. Ils sont en leur place. Ils s'acquittent d'un ministère qu'ils n'avaient point usurpé. Ils portent l'arche dans le camp à la sollicitation de tout un peuple. Ils ne l'abandonnent point. Ils ne craignent point le péril, enfin ils meurent auprès d'elle. Tout cela les rendrait louables : comme assurément tout le peuple alors ne les regardait qu'avec respect, et n'en parlait que comme de personnes qui étaient mortes en gens de bien, et en s'acquittant courageusement des devoirs de leur charge.

Mais l'Ecriture nous empêche bien d'avoir d'eux cette pensée. Elle nous les fait regarder comme la première source du malheur du peuple, et elle nous apprend que c'était eux qui avaient apporté la malédiction dans l'armée au lieu de la bénédiction qu'on en espérait.

C'est ce qui doit redoubler la crainte de ceux qui dans l'Eglise tiennent la place d'Ophni et de Phinées. Ils ne se doivent plus regarder comme des personnes particulières, mais comme le canal ou des miséricordes de Dieu sur tout un peuple s'ils sont fidèles dans leur ministère, ou de sa colère s'ils profanent la sainteté de leur charge. Cela se passe invisiblement lorsqu'eux-mêmes et le reste des hommes qui honorent leur dignité, croient souvent tout le contraire. Mais quelque assiduité qu'ils affectent d'avoir en ce qui regarde quelques-unes de leurs fonctions comme Ophni et Phinées, s'ils n'ont évité d'irriter Dieu contre eux en s'attribuant à leur exemple la principale gloire dans les sacrifices du Dieu dont ils sont les ministres, ils doivent craindre que ce sacrilége invisible ne les précipite dans des maux dont ceux d'Ophni et de Phinées n'ont été que la figure. (*Sacy*).

(1) Hebræus et Septuaginta legunt in plurali : *Hi dii venerunt in castra.* Assueti pluribus diis Philisthæi, ex suis præjudiciis loquuntur. (Calmet.)

Allegor. arca fœderis est humanitas Christi, præsertim in Eucharistiâ, ob plures utrinque analogias, quas recenset S. Bonavent. serm. 2 in Dominicâ 4 Adventûs : « Arca, inquit, Dei « velo involvi jubetur Num. 4, v. 5; in velo « ergo arca, in arcâ urna, in urnâ manna fuit. « Per velum species sacramentales, per arcam « corpus Christi, per urnam anima, per manna « Deitas significatur. Hanc arcam timent Phi- « listini, id est, dæmones, imò etiam guttam « sanguinis Christi timent. » Et citat D. Chrysost. qui ait : « Ubicunque viderint sanguinem, « fugunt quidem dæmones, accurrunt autem « angeli. » (Corn. à Lap.)

ideò consternati animis ingemiscentes iterabant illud : *Væ nobis! væ nobis!* Quæ vox magnum ostendit dolorem ac metum, maximè cùm ab illis exprimitur qui robusti sunt et frequentibus assueti victoriis.

VERS. 8. — NON FUIT TANTA EXULTATIO HERI ET NUDIUSTERTIUS. Familiaris iste dicendi modus tempus significat apud Hebræos, quod non ita dudùm, et absolutè interdùm, quod jamjam pridem antecessit. Sic Jacob, Genes. 31, animadvertit faciem Laban, *quòd non esset erga se, sicut heri et nudiustertius.* Et Exod. 4, v. 10, sic Moyses ad Deum : *Non sum eloquens ab heri et nudiustertius, et ex quo locutus es ad servum tuum*, etc.

QUIS NOS SALVABIT DE MANU DEORUM SUBLIMIUM ISTORUM (1)? Pro variis ministeriis ac necessitatibus, varios gentilici populi deos habuerunt, quos etiam in viâ comites, et in bello duces atque auspices adesse sibi existimabant. Quare cùm signa ac manus cum hoste consererent, tutelares quoque deos, et suas fovere atque tueri partes, et ipsos inter se dimicare putabant. Unde sæpè apud poetas legimus deorum pugnas, dùm partibus student contrariis, quibus suam Homerus Iliada replevit, et ex eo in suam Æneida multa contulit Maro, qui lib. 8, deos Romanorum cum Ægyptiorum diis pugnantes inducit :

Omnigenùmque deùm monstra, et latrator Anubis
Contra Neptunum, Venerem, contraque Minervam
Tela tenent.

Et ex eo quod gentes plerùmque cogitant, dixit Ovidius lib. 1 de Trist. Eleg. 2 :

Sæpè premente Deo fert Deus alter opem.
Mulciber in Trojam, pro Trojâ stabat Apollo :
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Æneam proprior Saturnia Turno;
Ille tamen Veneris numine tutus erat.
Sæpè ferox cautum petiit Neptunus Ulyssem;
Eripuit patruo sæpè Minerva suo.

Ex hâc igitur opinione Philisthæi aliquid sibi gravius metuebant à Judæorum Deo, quem tunc adesse putabant, cùm arcam verterent in castrorum medio, quasi in illâ non secùs atque in æde propriâ videretur inclusus. Conjectabant enim ex eo quod celebrari audierant, non solùm Hebræorum, sed etiam aliorum narratione, deos suos, à quibus nihil viderant, aut acceperant egregium, non posse tutò cum Judæorum numine in certamen descendere, neque posse se illius robur sustinere, cui nationes alias succubuisse cognoverant. Sanè non videbantur ignoraturi Palæstini Ægyptiorum deos malè à Judæorum Deo fuisse mulctatos, quia non longè aberant. Quòd verò in Ægyptiorum deos durè sævierit, legimus Numer cap. 33, v. 4 : *In diis eorum exercuerat ultionem.* Quod facturum se Dominus dixerat, Exod. cap. 12, v. 12 : *Et in cunctis diis Ægypti faciam judicia.* Docet autem Hieronymus in Epist. ad Fabiolam, in primâ mansione ex Hebræorum traditionibus, quo tempore egressi sunt Hebræi, corruisse templa sive terræ motu, sive fulminum ictu. Quod etiam refert Artapanus antiquus historicus apud Euseb. lib. 9 de Præpar. cap. ultimo.

Appellant autem non Deum sublimem, sed *sublimes deos*, ex eo communi gentium errore, quo singulos deos singulis attribuunt ministeriis, de quibus Augustinus latè lib. 4 de Civit. cap. 10 et 11. Cùm ergo audiissent multa divinitùs aut Hebræis, aut Hebræorum hostibus accidisse, quæ non ab uno Deo fieri posse cogitabant, ut quòd aperuisset mare, quòd fulmina et fulgura vibrâsset, quòd denique dimicâsset ab æthere, cohibuisset solis cursum, è cœlo suavissimum ac certum præbuisset alimentum ; quæ omnia ab uno Deo patrari posse non credebant, à multis facta sibi persuaserant. Atque ideò non unum, sed plures deos appellant ab operatione multiplici.

Ubi Vulgatus *sublimium*, hebraicè est *adirim*, quæ vox *fortem* significat et *excellentem;* in quâ significatione sumptum arbitror Deum à Philisthæis, quasi illum deorum omnium fatentur maximum maximèque potentem. Vulgatus aptè *sublimium*, reddidit, quia vox illa in quovis genere non vulgare aliquid significat, sed eximium, et quod supra res alias altiùs attollitur. Quòd si vim propriam hujus vocis consideres, sublimis à Philisthæis Deus appellatur, quia multa è cœlo contra Ægyptios, multa contra Madianitas jaculatus est. Aut quia, cùm magna pars terræ Promissionis montosa esset, et aspera, Deus appellabatur montium, quasi in montibus tantùm esset potens, non etiam in cæteris locis. Sic sanè illum existimabant Syri, lib. 3 Reg. cap. 20, v. 23, cùm

(1) Reddi potest Hebræus : *Quis nos salvabit de manu Dei magnifici hujus?* Ita etiam Chaldæus et Arabs reddiderunt ; sed pluralem retinent Septuaginta, Vulgata et commentatorum plerique. Nomen *sublimis*, quod Deo Israëlis additur in textu, elogium est, quo Philisthæi numina sua donare solebant. Appellabatur nomen ejus gentis *Atergatis*, quod nomen infernus sub nomine *Dagonis* occurrit. Est autem *Atergatis* idem facilè ac *Adir* vel *Ader-Dag*, piscis magnificus. (Calmet.)

dixerunt : *Dii montium sunt dii eorum, ideò superaverunt nos ; sed melius est ut pugnemus contra eos in campestribus, et obtinebimus eos.* Ubi, sicut modò Philisthæi, *deos* appellant in plurali numero, et *sublimes*, quia deos montium arbitrantur. Quod fortassè item opinabantur Philisthæi, qui ipsi regionem habitabant campestrem et planam, funiculum nempe maris, minùs sanè montosam quàm quæ communiter ab Hebræis incolitur.

Hi sunt dii, qui percusserunt Ægyptum omni plaga in deserto (1). Audierant Philisthæi multa Deum in deserto edidisse prodigia, audierant item Ægyptios à Deo plagâ confectos esse multiplici; cùmque ipsi et tardo essent ingenio, neque admodùm essent de explorandâ veritate solliciti, multa hìc cogitant et dicunt, quæ minùs cùm fide canonicâ consentiunt. Sicut fecêre alii, qui cùm res Hebræorum audierint, neque tamen accuratè illas explorârint, multa scripserunt, quæ longè aberant à veritate, ut Justinus, Cornelius Tacitus, imò et Josephus non rarò. Quid ergo mirum, si in hâc antiquissimâ historiâ de Ægyptiorum plagis tam errârint turpiter, ut illas in deserto contigisse crediderint ? Sanè Achior Ammonitarum dux, cùm Judith. cap. 5, Hebræorum texuisset historiam, aliqua proposuit, quæ non omninò cum Scripturâ conveniunt. Neque Scriptura sacra illa probat quæ alii dicunt, sed tantùm quæ dixerunt fideliter narrat. Vide in hanc sententiam plura ad caput 1 lib. 2 Reg.

Sed fortassè hìc Philisthinorum nullus error, quia de illâ magnâ plagâ loquuntur, quæ omnium fuit gravissima, quâ Ægyptiorum exercitus in vastâ Rubri maris voragine demersus est. Ex idiomate Hebræorum *omnis* cum epitasi pro *magno* ponitur Isaiæ, 14, v. 29 : *Ne læteris, Philisthæe omnis tu*, id est ; ne læteris tota, aut ne magno efferaris gaudio. Psal. 106 : *Omnem escam abominata est anima eorum*, id est, nobilissimam atque suavissimam, cœleste videlicet manna. Et Psal. 38 : *Universa vanitas omnis homo vivens*, id est, mera, summa atque omnimoda vanitas. Neque alio fortassè sensu dicitur Eccles. 12, v. 13 : *Deum time, et mandata ejus observa ; hoc est enim omnis homo*, id est, qui hoc fecerit, optimus est, et omnium præstantissimus homo. Sic fortassè hoc loco *omnis plaga* nihil est aliud quàm gravissima plaga.

Vers. 9. — Estote viri, Philisthiim, ne serviatis Hebræis. Videbatur Philisthæos viros robustos et audaces suppuduisse, quòd signum edidissent ignobilis atque languentis animi, cùm iterarent illud muliebre *væ*, et de suis rebus actum esse crederent. Sed hìc retractant voces illas femineas et lugubres, et jacentes animos ad viriles excitant cogitationes, et hisce verbis ad strenua virorum opera confirmant. Estote jam viri, ô Philisthæi, et muliebres ululatus, et hoc tantum dedecus procul abjicite; neque patiamini subire ab illis servile jugum, quorum antea cervicibus illud imposuistis. Hoc porrò usitatum est in omni ut opinor, linguâ, ut qui imbelles sunt et timidi, *mulieres* appellentur. Quomodò ab Homero molles quidam Græci Αχαΐδες dicuntur, non Αχαιοὶ. Et dùm lib. 9 Æneidos mollities et ignavia Trojanis exprobratur, *Phrygiæ* dicuntur, et non Phryges. Quare ne quid tale ab inimicis aut subsannante turbâ audiant Philisthæi, viros olere malunt strenuè dimicando, quàm feminas, si ejulatu potiùs quàm armis studeant cædem declinare (1).

Vers. 11. — Et arca Dei capta est (2) ; duo

(1) Supplent alii conjunctionem et in hanc sententiam : *Hic est Deus qui percussit Ægyptum omni plagâ*, et populum suum *in deserto*. Sed temeraria planè est additio. (Calmet.)

(1) Unusquisque in tabernaculum suum, איש לאהליו, sive in domum suam ; non rarò enim Scriptura utitur voce *tentorium* pro domo et ædibus. Nec res patitur, ut de tentoriis militaribus dictum accipiamus. (Calmet.)

Et ceciderunt de Israel triginta millia peditum. Hebræi enim pedites pugnabant, vix equites, eò quòd Deus Deuter. 17, eis si non usum, certè copiam equorum vetuisset, ne in eis, non in Deo spem victoriæ reponerent. Ex hâc communi tot millium strage patet, non solos Heli filios sacerdotes, sed et populum, Deum offendisse neglectu templi, victimarum, oblationum aliisque sceleribus. Sacerdotes enim imitatur populus. Ita Abul. (Corn. à Lap.)

(2) Cur permisit id Deus ? Procop. duas dat causas. Prior est, ut doceret Hebræos rectè viventes Dei providentiæ confidere ; peccantes verò neque arcæ, nec ipsi Deo fidere. *Legis transgressores*, ait auctor Mirab. S. Script. l. 2, c. 7 (extat tom. 3 S. August.), *nequaquàm legis arca tuetur ; sed quæ in eâ lex erat, arguit*, ait Theod. Posterior, ut Philisthæi arcam capientes ejus vim et potestatem agnoscerent ex plagis ab eâ immissis, quas audiemus cap. seq., itàque Deum Hebræorum timerent et colerent. Tertiam causam adde, ut Deus castigaret impietatem filiorum Heli, qui arcâ et altari ad suas rapinas et scelera abutebantur. Sic Deus permisit terram sanctam capi à Chaldæis, et postea à Romanis, ac demùm à Turcis, ut ostenderet se *non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegisse*, 2 Machab. 5, 19; ita Theod. q. 1 in Daniel.

QUOQUE FILII HELI MORTUI SUNT (1). Hic libet afferre, quod non tam Philo, quàm Pseudo-Philo, quicumque est ille (neque enim dignus est, aut cui habeatur fides, aut qui Philonis sibi nomen assumat). Hic igitur tradit tenuisse arcam Dei duos filios Heli, et Saülem filium Cis de tribu Benjamin, ex quibus duos interfecit Goliath Allophylus, qui postea in singulari certamine victus fuit à David; at Saül, cùm velox esset pedibus, elapsus est, et captam esse arcam, et filios occisos, et magnam acceptam esse cladem renuntiavit Heli. Hoc etiam de Saüle nuntio dicit hìc Abulensis placuisse Hebræis; et addit ex illorum sententiâ, quam tamen non probat, eripuisse ex arcâ tabulas legis, et ad sacerdotem retulisse. An hoc posterius, quòd nuntius fuerit Saül, verum sit, auctores ipsi viderint; quod autem per ætatem verum esse potuerit, mihi dubium non est; existimo enim, cùm regnum iniit Saül, fuisse propè sexagenarium; quare hoc tempore vigesimum jam annum attigerat. Sed de hâc re suo loco, id est, ad cap. 13, pluribus.

VERS. 12. — CURRENS AUTEM VIR DE BENJAMIN EX ACIE VENIT IN SILO SCISSA VESTE, ET CONSPERSUS PULVERE CAPUT. De hoc nuntio nihil habemus aliud quàm esse ex tribu Benjamin; quod satis fuit Hebræorum magistris, ut refert Lyra, et Pseudo-Philoni, ut Saülem esse putaverit. Assumpsit tamen ille, quicumque fuit, lugentis habitum, sicut de more faciunt Judæi, qui vestes lacerant, et caput cinere aut pulvere conspergunt, et clamans civitatem ingressus narravit, quam ab hoste Palæstino plagam accepisset Israel. Cùmque communem omnium ordinum ejulatum accepisset Heli, qui sollicitus et de re totâ, sed præcipuè de arcâ, sedebat cæcus, et ipsâ penè senectute confectus, conversus ad locum, ubi futurum esse certamen existimabat, rogavit quid rerum fieret, et quid esset novi, et quæ res esset tam gravis, quæ clamores illos lugubres et ejulatus expressisset ab omnibus. Et cùm ad acerbum nuntium de filiorum cædibus obduruisset, ubi tamen arcam venisse didicit in hostium potestatem, corruit exanimis, et fractis ex illo casu cervicibus expiravit. An verò Heli cum corporali morte, mortem quoque subierit æternam, diximus in principio, in præfatione ad caput 1. Porrò in dolore lacerari vestes et pulvere, ac cinere deturpari caput, diximus probavimusque pluribus ad illud Ezech. cap. 27 : *Superjaciant pulverem capitibus suis.* Et est accommodatum exemplum illud amicorum Job. cap. 2 : *Exclamantes ploraverunt, scissisque vestibus sparserunt pulverem super caput suum.* Et illud Josue cap. 7. Cùm enim gravem populus plagam accepisset, tam Josue quàm seniores alii discidisse dicuntur vestimenta, et capitibus suis imposuisse pulverem. Utrumque ex gentium more in eodem eventu fecisse dicitur Latinus rex, Æneid. lib. 12 :

It scissâ veste Latinus,
Conjugis attonitus fatis urbisque ruinâ,
Canitiem immundo perfusam pulvere turpans.

VERS. (1) 19. — INCURVAVIT SE, ET PEPE-

Tropol. arca ab alienigenis capta indicabat testamentum Dei transiturum ad gentes, ait Eucher. et S. Greg. (Corn. à Lap.)

Nota : Magis puniti sunt Hebræi post adductam in castra arcam, quàm ante adductam; nam ante, cæsa sunt duntaxat quatuor millia, post adductam verò triginta millia, quia scilicet propter arcæ et templi à sacerdotibus et populo violati scelus, à Deo irato et jam in arcâ præsente acriùs puniebantur, præsertim quia scelus hoc aliaque plura seriâ pœnitentiâ non corrigebant. Alleg. significabatur plures Judæos à Deo damnandos fore post Christum, quàm ante Christum; quia scilicet ipsi Christum spreverunt eumque occiderunt, et eorum posteri parentum Christicidium defendentes in Christum credere nolunt. Ita Beda. Sic acriùs à Deo puniuntur qui coram eo in templo peccant, quàm qui foris; sacra enim sacrilegos non tuentur, sed vindicant et castigant. (Corn. à Lap.)

(1) MORTUI SUNT OPHNI ET PHINEES. Cùm fortè humeris impositam gestarent arcam fœderis, cujus sanctitatem licentiæ suæ et scelerum exemplo violaverant, divino consilio factum est, ut qui indignos sese præbuerant sacro ministerio, in ipso ejus exercitio interficerentur. (Calmet.)

(1) VERS. 13. — HELI SEDEBAT SUPER SELLAM, CONTRA VIAM SPECTANS. Codices quidam legunt, *expectans*, vel *auscultans*, pro *spectans*, quòd scilicet Heli, uti supra narratum est, lucis usurâ careret. Littera originalis habet, *considerans* : dictum tamen ita accipi posset, tanquàm si os haberet ad eam partem obversum, habitu hominis qui transeuntes spectet. Sed quem potissimùm locum sedens tenebat? Ex vers. 18 discimus, sedisse illum *juxta ostium*, facilè tabernaculi, in eâdem sellâ quam occupabat, cùm Anna mater Samuelis oratum venit ad templum. Septuaginta et Chaldæus legunt : *Ad ostium civitatis.* Sed narrationis series demonstrat, juvenem illum, qui triste de eventu belli nuntium deferebat, per mediam Silo transisse, antequàm perveniret ad Heli, qui in tabernaculo Domini habitabat. Solebat autem senex hic sacerdos agere ante fores tabernaculi, auditurus eos qui ad causas agendas veniebant; et ipsum facilè ejus tribunal sellæ nomine hìc indicatur. Vox originalis, כסא, usurpari solet pro solio, vel regis sive judicis tribunali. (Calmet.)

Héli était assis sur son siége et tourné vers le chemin : car son cœur tremblait de crainte pour l'arche de Dieu. Tout ce que l'Écriture marque dans Héli en ce chapitre témoigne une grande vertu, et on ne peut s'empêcher de déplorer qu'elle ait été ternie par cette molesse criminelle à l'égard de ses enfants. Ce vieillard, sachant que l'arche de Dieu était dans le camp, ne peut mieux témoigner le respect qu'il avait pour elle, que par cette frayeur continuelle qu'il ne lui arrivât quelque chose. Il se tient sur le chemin, tourné vers elle, et dans une continuelle alarme. Il semble avoir oublié le péril où était tout le peuple, et où étaient ses propres enfants qu'il n'aimait sans doute que trop. L'arche de Dieu occupe toute sa pensée. Il n'est en peine que d'elle, il n'appréhende que pour elle. Dès les premières nouvelles qui arrivent de l'armée, il entend la défaite du peuple et la mort même de ses deux fils, sans qu'il donne aucune marque d'une affliction extraordinaire. Mais au premier mot qu'on lui dit de la prise de l'arche, ses forces le quittent, la douleur le saisit, il tombe et il se tue par cette chute.

Cet exemple d'un prêtre de l'ancienne loi doit avertir les pasteurs de la loi nouvelle du respect profond qu'ils doivent avoir pour les choses saintes, et de la douleur mortelle, si l'on peut user de ce terme, qu'ils doivent ressentir lorsqu'ils les voient entre des mains profanes. Cet empressement de leur foi, et ce zèle qui n'a que Dieu pour objet, leur pourrait faire espérer que Dieu leur pardonnerait les autres fautes qu'ils pourraient avoir commises aussi bien que ce grand prêtre, par la fragilité de la nature.

Ce ne sont pas seulement les prêtres qui doivent ressentir ce zèle et cette tendresse pour les choses de Dieu. Les âmes saintes, à l'imitation de la belle-fille d'Héli, qui approchent de près Jésus-Christ figuré par ce grand prêtre, qui ont quelque part à son sacerdoce royal par la grace de la nouvelle alliance, et qui ne tâchent en toute leur vie qu'à donner des enfants à Jésus-Christ par leurs prières, doivent sentir des douleurs pareilles à celles de l'enfantement, selon l'expression ordinaire de l'Écriture, lorsqu'elles voient la profanation qui se fait souvent dans l'Église de ce qui est sans comparaison plus saint que n'était cette arche. « Car c'est une grande partie de la « piété, comme dit saint Grégoire de Naziance, « de rougir et de pleurer de ces désordres, « quoiqu'il ne soit pas en notre pouvoir de les « empêcher, et de témoigner à Jésus-Christ que « ses intérêts sont les nôtres en nous rendant « sensibles à l'affliction de son épouse. (Salv.)

VERS. 18. — CUMQUE ILLE NOMINASSET ARCAM DEI, CECIDIT DE SELLA RETRORSUM JUXTA OSTIUM (*Templi*, ait Tertull. de Jejuniis c. 10, et S. Chrys. l. 3 contra Vituper. vitæ monast. *vel urbis Silo*; in portis enim sedebant judices, quamvis erat Heli, præsertim quia ipse avidè expectabat ab adventantibus ad portas [illegible] cognoscere eventum prælii), ET FRACTIS CERVICIBUS MORTUUS EST. Hinc [illegible] Abul., Lapid. et alii virum pium fuisse Heli, atque quem non fuerunt, nec populi, ita tangere [illegible] et sacrorum [illegible]. Cecidit ergo [illegible], eò quòd planè consternatus, ac præ angore, pavore et stupore, spiritu deficiente jam se in altâ sede continere non posset. Retrorsum ac-RIT (1); IRRUERANT ENIM IN EAM DOLORES SUBITI. Erat uxor Phinees vicina partui; dolor tamen ex tantâ malorum concursatione conceptus,

tem, quia cathedra hæc erat vacua, et carens fulcris quibus nostræ sedes dorsum sedentis suffulciunt. Ita Abul. Monet ergo nos Heli, ait Dion., quàm nos de terræ sanctæ ac tot Ecclesiarum et animarum captione ab hostibus dolere debeamus. Audi B. Petrum Damiani lib. 1, Epist. 6 ad Nicolaum pontificem prælatos percellentem : « Si Heli propter duos duntaxat « filios, quos non eâ quâ digni erant invectione « corripuit, cum eis simul et cum tot hominum « multitudine periit, quâ arbitramur dignos « esse sententiâ, qui in aulâ ecclesiasticâ et « in aliis judicandum præsident, et super non « ignotis pravorum hominum criminibus ta- « cent? Qui dum dehonestare homines in pu- « blico metuunt, ad contumeliam supernijudicis « divinæ legis mandata confundunt, et dùm per- « ditis hominibus amittendi honoris officium « servant, ipsum ecclesiasticæ dignitatis aucto- « rem crudeliter inhonorant. » (Corn. à Lap..

CECIDIT DE SELLA RETRORSUM JUXTA OSTIUM. Vel sella hæc dorso carebat, vel unà cum sellâ supinus cecidit : triste audiens de captâ arcâ nuntium, ægritudine animi defecit; cùmque nemo adesset qui deficienti succurreret, cecidit supinus; additque opportunè Scriptura : *Senex enim erat vir et grandævus.* Hebræus : *Senex unâ et gravis;* quæ non minima ejus lapsûs causa fuit. Dicit esurialem in memoriam captivitatis arcæ et mortis Heli constituerunt, sed non ab ita veteri ætate, Judæi.

JUDICAVIT ISRAEL QUADRAGINTA ANNIS. Septuaginta, et vetera quidem manuscripta, et Patres nonnulli, qui ita legerunt in Septuaginta, habet viginti annos. Ut hos cum Hebræo concilarent, reputârunt nonnulli, summo sacerdoti socium accessisse Samsonem in munere judicis Israelis spatio viginti priorum annorum; vel fortè sacerdotem illum filios suos in partem dignitatis adscivisse viginti annis vitæ suæ supremis. Sed quæ necessitas laborandi ut ea difficultas tollatur, quæ nonnisi mendo deberetur in textum Septuaginta inducto? Veteres interpretes legerunt quadraginta, ut in Hebræo. (Calmet.)

Héli tombant de son siége se cassa la tête, et mourut. La grave douleur d'Héli peut marquer la cause qui l'a avancée. Il tombe de son siége, et il se brise *la tête* en tombant. Cela nous fait voir, selon les saints, que ce qui lui a manqué principalement, c'est cette solidité de sagesse qui réside particulièrement *dans la tête*, par laquelle il aurait appris à rendre à Dieu et à son ministère ce qu'il lui devait, sans se laisser séduire par la tendresse qu'il avait pour ses enfants. C'est ce que l'on doit appréhender dans les charges de l'Église, où les hommes deviennent les chefs du peuple de Dieu. Une vertu commune ne suffit pas pour se soutenir dans un état si dangereux; et « tel, dit « saint Grégoire, se perd dans ces hautes « dignités, qui se serait sauvé s'il fût demeuré « dans une condition particulière. » (Salv.)

(1) Interpretes quidam : *Gemuit et peperit.* Septuaginta : *Ploravit, et peperit*, sed Vulgatæ interpretatio ceteris præstat. (Calmet.)

dolores alios advocavit, qui abesse non solent à puerperis. Fieri etenim solet, ut gravis aliquis et repentinus motus, qualem non facilè natura fert, quicumque ille fuerit, difficilem illum articulum acceleret, ut multi docent, dùm explicant illud Psal. 28 : *Vox Domini præparantis cervos.* Cùm ergo duo simul dolores, iidemque gravissimi, licet alii aliâ ex causâ profecti, prægnantem invaderent, incurvavit se parturientis more et enixa est; ita tamen, ut cùm vitam dedisse videri potuit et lucem fœtui, ipsa perdiderit. Josephus septimestrem dicit fuisse partum, vitalem tamen, lib 5 Ant. cap. 12. Unde sumpserit, non video, nisi fortassè ex antiquâ Hebræorum traditione. Sed illud de septimestri partu, quominùs verum esse putem, facit, quòd nurus illa Heli vicina dicebatur esse partui, seu ejulatui, qualis edi solet in ipso pariendi nixu; at quæ septem menses uterum gessit, dici non potest vicina partui, qui nono communiter mense contingit. Et ἑπταμηνιαῖος ille partus, maximè qui non à naturâ, sed ab aliquâ vi inimicâ, ac violentâ provenit, immaturus est, neque vitalis esse solet.

Vers. 21. — Et vocavit puerum Ichabod, dicens : Translata est gloria de Israel. Ex eventu sæpè imponuntur nomina, ut illa renovent aut rei feliciter gestæ, aut accepti beneficii, aut durioris alicujus infortunii memoriam. Docent hoc omnes penè filii Jacob, qui ab aliquo sive successu, sive spe nomen acceperunt à parentibus. Huic verò quàmsimillimum fuit illud Rachel, Genes. 35, quæ cùm jam puerperii dolore deficeret, filium, qui extremum illi diem attulit, Benoni appellavit, id est, doloris filium. Sonat autem *Ichabod*, ut exponit Josephus, ἀδοξία, id est, *non gloria*, aut *ubi gloria?* seu, *væ gloriæ*. Quid verò voce illâ eo loco significare voluerit infelix illa mater, satis ostendit, quando addidit statim : *Translata est gloria de Israel.*

Translata dicitur *gloria de Israel*, sed est obscurum, quam appellet gloriam, quæ diò ab Israele migravit. Gloria enim vocari poterat illa quam Israel rebus sæpè feliciter gestis acquisivit, quæ tunc videtur ad Philisthæos esse translata, quando ab illis ingente illâ clade superatus est. Aut certè cùm sacerdotes perière, quorum ad illam pertinebat non minima pars. Sed est sine dubio arca testamenti, quæ hic dicitur *gloria*; tum quia illam plurimùm semper fecerunt Hebræi traduxerantque diu, ac tandem in stabili loco cum gloriâ collocàrunt; tum quia illâ præsente, sicut postea stante Salomonis templo, nihil sibi metuebant adversi. Quare cùm in Philisthæorum potestatem venit, venisse etiam ad illos existimari poterat gloria illa militaris, quæ diù in Israelitico nomine consederat. Translata itaque est gloria de Israel, quia apud illos constitit arca, et quia, eâ sublatâ, victoriarum spes solita excidit Israeli.

Erat hoc gentibus olim persuasum, incolumem civitatem aliquam esse non posse, si deos, quos habebat tutelares, aut excessisse spontè, aut esse ablatos ab hoste contigisset. Notum est, quid de Palladio senserit antiqua gentilitas; et quomodò prudentes quique actum putarent esse de Trojâ, cùm illud ad hostium potestatem venit; et quomodò ex adytis, atque adeò ex urbe dicantur excessisse dii quorum auxilio civitas illa stetisse diù et floruisse credebatur. Quare, ut tradit Macrobius lib. 3 Saturnal. cap. 9, cùm propè esset ut caperetur civitas, certo carmine ab hostibus evocabantur dii tutelares, quia aliter expugnari urbem desperabant. Quod ne accideret, curabant obsessi cives perquàm studiosè. Quod in templo Solymitano accidisse, quando priùs excisum fuit à Chaldæis, et iterùm quando subversum à Romanis, non leve habemus, aut vulgare documentum. De priore tempore est illud Ezech. cap. 3, v. 12, qui paulò antequàm urbem caperent et templum everterent Babylonii, sonum audivit, et indicia non dubia transmigrantis Dei. *Audivi*, inquit, *post me vocem commotionis magnæ : Be nedicta gloria Domini de loco sancto suo;* quasi locum illum à suâ præsentiâ præsidioque relinqueret. De Romanorum tempore hoc ipsum prodit Josephus l. 7 de Bello, c. 12 : « Festo, inquit, die, quem « Pentecosten vocant, noste sacerdotes inti- « mum templi more suo ad divinas res cele- « brandas ingressi, primùm quidem motum « strepitumque senserunt; postea verò subitam « vocem audierunt, quæ diceret : *Migremus « hinc.* » Quod etiam ex prodigiis tradiderunt alii, ut Apollonius lib. 1 Excidii Hierosolymitani; Cornelius Tacitus l. 2 Annal. Hoc igitur suspicari potuit nurus Heli, cùm sublatam vidit arcam de tabernaculo, neque jam esse in Israelitarum potestate; cum arcâ enim bonam fortunam et liberalis spem ad hostes translatam esse meditabatur.

Fuit hic pro moribus observantium, usque adeò tulisse graviter bonam istam feminam, arcam fuisse captam ab hostibus, ut non illam puerperii dolor, quam gravissimus fuit

rat ex arcæ desiderio, vitam ademerit. Sic enim illa cogitatio omnem sentiendi facultatem abstulerat; sic quemcumque alium sensum atque affectum expectorârat altè, ut cùm illi proponeretur, quod feminis maximè solet in votis esse, nempe mascula soboles, tam longè fuerit ut illi aliquid afferret levamenti, ut neque, quid alii de re tam lætâ dicerent, attenderit, sed tantùm dixerit, *Ichabod*, id est, *ubi gloria?* ubi arca Dei? quomodò à nobis ad inimicos abiit? Hic nobis sanè cogitandum, si quando per peccatum Dei gloria à nobis fuerit aliò translata. Sic enim jactura tanta animum afficiat et excruciet oportet, ut neque alia debeat subire cogitatio, neque sonet vox alia in pœnitentium ore, nisi sæpiùs iteratum *Ichabod*, quod formet etiam extremus spiritus, donec tandem exhaletur et deficiat.

CAPUT V.

1. Philisthiim autem tulerunt arcam Dei, et asportaverunt eam à Lapide Adjutorii in Azotum.

2. Tuleruntque Philisthiim arcam Dei, et intulerunt eam in templum Dagon, et statuerunt eam juxta Dagon.

3. Cùmque surrexissent diluculò Azotii alterâ die, ecce Dagon jacebat pronus in terrâ ante arcam Domini : et tulerunt Dagon, et restituerunt eum in locum suum.

4. Rursùmque manè die alterâ consurgentes, invenerunt Dagon jacentem super faciem suam in terrâ coram arcâ Domini : caput autem Dagon, et duæ palmæ manuum ejus abscissæ erant super limen.

5. Porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, et omnes qui ingrediuntur templum ejus, super limen Dagon in Azoto, usque in hodiernum diem.

6. Aggravata est autem manus Domini super Azotios, et demolitus est eos : et percussit in secretiori parte natium Azotum et fines ejus. Et ebullierunt villæ et agri in medio regionis illius, et nati sunt mures, et facta est confusio mortis magnæ in civitate.

7. Videntes autem viri Azotii hujuscemodi plagam, dixerunt : Non maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus ejus super nos et super Dagon deum nostrum.

8. Et mittentes congregaverunt omnes

CHAPITRE V.

1. Les Philistins, ayant donc pris l'arche de Dieu, l'emmenèrent de la Pierre-du-Secours à Azot.

2. Ils mirent l'arche de Dieu, qu'ils avaient prise, dans le temple de Dagon, et la placèrent auprès de Dagon.

3. Le lendemain, ceux d'Azot s'étant levés dès le point du jour, trouvèrent Dagon tombé le visage contre terre devant l'arche du Seigneur; ils le relevèrent, et le remirent à sa place.

4. Le jour suivant, s'étant encore levés dès le matin, ils trouvèrent Dagon tombé par terre sur le visage devant l'arche du Seigneur; mais la tête et les deux mains, en ayant été coupées, étaient sur le seuil de la porte :

5. Et le tronc seul de Dagon était demeuré en sa place, *c'est-à-dire par terre devant l'arche du Seigneur*. C'est pour cette raison que jusqu'aujourd'hui les prêtres de Dagon, et tous ceux qui entrent dans son temple à Azot, ne marchent point sur le seuil de la porte, *le croyant sanctifié par l'attouchement des mains et de la tête de leur dieu.*

6. Cependant la main du Seigneur s'appesantit sur ceux d'Azot, et les réduisit à une extrême désolation. Il frappa ceux de la ville et de la campagne de maladie dans les parties secrètes du corps. Il sortit tout d'un coup des champs et des villages une multitude de rats; et l'on vit dans toute la ville une confusion de mourants et de morts.

7. Ceux d'Azot voyant cette plaie, s'entredirent : Que l'arche du Dieu d'Israël ne demeure point parmi nous, parce que sa main nous frappe, nous et notre dieu Dagon, d'une manière insupportable.

8. Et ayant envoyé quérir tous les princes

satrapas Philisthinorum ad se, et dixerunt : Quid faciemus de arcâ Dei Israel? Responderuntque Gethæi : Circumducatur arca Dei Israel. Et circumduxerunt arcam Dei Israel.

9. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini per singulas civitates interfectionis magnæ nimis : et percutiebat viros uniuscujusque urbis, à parvo usque ad majorem, et computrescebant prominentes extales eorum. Inieruntque Gethæi consilium, et fecerunt sibi sedes pelliceas.

10. Miserunt ergo arcam Dei in Accaron. Cùmque venisset arca Dei in Accaron, exclamaverunt Accaronitæ dicentes : Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, ut interficiat nos et populum nostrum.

11. Miserunt itaque et congregaverunt omnes satrapas Philisthinorum, qui dixerunt : Dimittite arcam Dei Israel, et revertatur in locum suum, et non interficiat nos cum populo nostro.

12. Fiebat enim pavor mortis in singulis urbibus, et gravissima valdè manus Dei. Viri quoque, qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium : et ascendebat ululatus uniuscujusque civitatis in cœlum.

des Philistins, ils leur dirent : Que feronsnous de l'arche du Dieu d'Israël? Ceux de Geth répondirent : Qu'on la mène de ville en ville, *pour voir si c'est elle qui cause ces maux.* Ils commencèrent donc à mener l'arche du Dieu d'Israël d'un lieu dans un autre.

9. Et tandis qu'ils la menaient de cette sorte, le Seigneur étendait sa main sur chaque ville, et y tuait un grand nombre d'hommes. Il en frappait de maladie tous les habitants, depuis le plus petit jusqu'au plus grand ; et les intestins, sortant hors du conduit naturel, se pourrissaient. C'est pourquoi ceux de Geth ayant délibéré ensemble, se firent des siéges de peaux, *pour s'asseoir plus commodément.*

10. Ils envoyèrent ensuite l'arche de Dieu à Accaron ; et lorsqu'elle y fut venue, ceux de la ville commencèrent à crier : Ils nous ont amené l'arche du Dieu d'Israël, afin qu'elle nous tue, nous et tout notre peuple.

11. Ils envoyèrent donc à tous les princes des Philistins, qui, s'étant assemblés, leur dirent : Renvoyez l'arche du Dieu d'Israël, et qu'elle retourne au lieu où elle était, afin qu'elle ne nous tue *plus*, nous et notre peuple ;

12. Car chaque ville *où elle allait* était remplie de frayeur et de mort, et la main de Dieu s'y faisait sentir effroyablement. Ceux qui n'en mouraient pas étaient frappés de maladie dans les parties secrètes du corps, et les cris de chaque ville montaient jusqu'au ciel.

COMMENTARIUM.

Vers. (1) 2. — Et intulerunt eam in templum Dagon. Religiosè videntur Philisthæi tractavisse arcam, cujus antea conspectum horruerunt; quando neque dissolvunt, aut conculcant, aut aliâ quâvis afficiunt ignominiâ, sed in loco statuunt, quem habuerunt maximè religiosum,

(1) Vers. 1. — Philisthiim tulerunt arcam Dei. Mirari subit, cur Deus, qui tanto studio gloriam suam tuetur, quique olim graviter adeò mulctaverat Ozam, ausum tangere arcam, quæ lapsum minitabatur, et Bethsamitas, qui nudam illam aspicere præsumpserant; quique etiam capitali lege vetuerat, ne Levitæ contingerent vasa sacra, antequàm velaminibus suis tegerentur; cur, inquam, Deus passus sit, ut sacrum illud depositum in Philisthæorum manus deveniret, ab illis tangeretur, et tanquàm spolia triumphi in regionem ipsorum transferretur. Sed duo hìc animadvertenda sunt, 1° interdictum tangendi arcam ad Philisthæos non pertinere; nihil est igitur mirum, si Deus nullâ pœnâ affecit violatores legis, quam sive ignorabant, sive cui non subdebantur. 2° Profanationem, quam Deus punivit in Israelitis tangentibus sive audaci oculo arcam Dei sui aspicientibus, nullam esse penès eos qui nec in eamdem cum Israelitis fidem conveniebant, neque idem de Numine Israelitarum sentiebant. Deum hunc respiciebant Philisthæi perinde ac cæterarum gentium numina, rati nullam habere auctoritatem nisi in populum suum, quem tùm tueretur ac defenderet, cùm à validiori numine non prohiberetur, sive ab iis non provocaretur, qui cultum suum profitebantur. Addi posset, victoriam à Deo Philisthæis concessam argumentum esse roboris ejus numinis potiùs quàm imbecillitatis; atque si arcâ suâ privari Hebræos in pœnam criminis passus est, demonstravit tamen Philisthæis, habere se æquè in manu et victores et victos, Hebræos et Philisthæos, ac Philisthæorum quæ vocabant numina : quare ea captivitas gloriam ejusdem numinis æquè apud utrumque populum auxit.

in templo videlicet, quod erat Azoti civitate in eâ provinciâ nobili et lautâ, ubi Dagon, qui apud illos erat deorum maximus, præcipuâ quâdam religione colebatur.

De Dagone varia cogitant et tradunt interpretes. Primùm, de figurâ communiter dicunt expressum esse ad piscis similitudinem ; quod vox ipsa hebraica satis indicat. *Dag* enim, à quo dictus Dagon, *piscis* est, cujus figuram habuisse deum illum, quem peculiarem sibi habuit Ascalon, ipsi etiam profani prodiderunt. Sic sanè Diodorus l. 3, c. 2. Hunc porrò sive deum, sive deam (et hoc posterius magis, ut arbitror, verum) alii *Derceto*, alii *Atergatim* vocant. Collegit omnia, quæ de hoc deo alii dissectim, Cœlius Rhodiginius l. 23 Antiq. lect. cap. 5, cujus hic verba repetam, quæ instar habent omnium. « Semiramidem, inquit, deæ « cujusdam Dercetus fuisse filiam fabulosa pro- « dit historia. Ejus templum fuerat ad Ascalo- « nem Syriæ civitatem apud stagnum piscibus « plenum. Eamdem Plinius prodigiosam vocat « Atergatim, quòd esset facie hominis, et « corporis reliqua in piscem desinerent. Fe- « runt Venerem factam deæ illi obviam quan- « doque adolescentis speciosi amorem inje- « cisse, cui permixta Derceto filiam conce- « perit, etc. At dolore percita Derceto ex facti « turpitudine in lacum se præcipitem dedit, « deformataque in piscem est. » Cum his aliquo modo sentiunt Hebraeorum doctores, ut refert Abulensis et Lyra; dicunt enim in Dagone speciem aliquam esse piscis, nempe caput, quod habuit à pisce, cùm reliquas ad pedes usque partes haberet ab homine. Ego, si ita statuamus, piscem esse, potiùs existimarem ab umbilico ad imas usque partes speciem habuisse animantis aquatilis; partem verò summam rationalis naturæ, quales in femineo sexu Nereides, et in virili Tritones descripserunt poetæ. Est enim hæc figura frequens inter gentilium sacra, neque adeò indecora ac turpis, ut illam horreant adoratores ethnici. Tale nobis monstrum in Arte poeticâ descripsit Horatius :

Turpiter atrum
Desinat in piscem multer formosa supernè.

Incertum est, an hoc idolum muliebrem habuerit, an virilem formam; utramque enim videmus aut à poetis fictam, aut à pictoribus expressam simul cum extremâ parte aquatilis naturæ. Ego juxta superiora magis inclino, ut femineam speciem esse putem; neque valdè me masculina forma commovet, ut virilem credam, quia usitatum est, ut per syllepsim terminatio virilis femineam quoque in se concipiat. Neque inter Hebræos ulla est terminatio, quæ divinam naturam in femineo genere significet; et apud Latinos aliquando deus vocatur, cui femineus datus est sexus. Ita docet Macrobius lib. 3 Saturnal. cap. 8, ubi observat, Venerem vocari deum. Sic sanè Æneid. 2, vocatur à Virgilio :

Descendo, ac, ducente deo tela inter et hostes,
Expedior.

Imò, ut refert Horus Apollo lib. 1, cap. 12, et Ammonius in lib. de Interpretatione, nonnulli deorum ἀρσενοθήλεις et γυνάνδρα credebantur, id est, qui viri sunt simul atque mulieres.

Hoc porrò idolum non erat proprium aut Ascalonis, aut Azoti, apud quos in honore fuisse docent, de Ascalone profani, de Azoto locus iste, in cujus commentatione versamur, sed totius Palæstinæ. Quòd autem Dagon fuerit præcipuum Gazæ fanum, constat ex cap 16 Judic., ubi Samson multa Palæstinorum millia moriens oppressit. Imò hoc fuisse commune toti Syriæ, cujus pars fuit Palæstina, docet ex profanis Xenophon lib. 1 de Expeditione Cyri : « Chalus, inquit, amnis magnis, « ac mansuetis piscibus confertissimus est, « quos Syri sacrosanctos habent, eosque vio- « lare æquè ac columbas nefas putant. » Idem Cicero lib. 3 de Naturâ deorum. Diodorus Siculus lib. 3, cap. 2.

A LAPIDE ADJUTORII IN AZOTUM. Jam animadvertimus, castra Israelitarum ad lapidem Adjutorii posita fuisse; quare necesse est, Philisthæos arcam invenisse in castris post cladem fugamque Israelitarum, et sacerdotes Ophni ac Phineem post prælium eò secessisse : nisi malueris, captâ arcâ propè castra, locum hujus capturæ designatum fuisse ex altero loco maximè omnium propinquo, Azotus ex urbibus præcipuis Philisthæorum est, quam statuunt alii quidem inter Gazam et Ascalonem, alii inter Ascalonem et Accaronem : adeò parùm notus est situs certus veterum urbium Palestinæ. (*Calmet.*)

Les Philistins ayant pris l'arche de Dieu, l'emmenèrent. Les Philistins deviennent enfin maîtres de l'arche. Elle venait d'être le sujet de leur épouvante, et elle l'est maintenant de leur joie. Mais Dieu fit bien voir que ce n'était point par faiblesse que son arche avait été prise. Après s'être vengé des vaincus, il se venge des victorieux. Il fait voir que si les hommes ont besoin de Dieu pour se défendre contre leurs ennemis, Dieu n'a que faire d'eux pour perdre les siens, et que lorsque les choses les plus saintes et les plus essentielles au souverain culte qui lui est dû sont livrées en proie à des mains profanes, il sait les rendre inviolables quand il lui plaît, et les mettre à couvert en même temps des insultes des hommes et de l'insolence des démons. (*Sacy.*)

Quis deus apud gentiles alios fuerit hic Dagon, si modò apud alios religiosus fuit, et nomen habuit aliud, incertum est. Mihi non displicet, quod visum est Serario q. 23, in cap. 16 Judic., ubi Venerem esse putat; quod suadet, quod nuper ex Rhodiginio produximus, ubi Derceto sive Atergatim aquatilem habuisse figuram dicebamus, quod sonat *Dagon*. Deinde quia Venus orta dicitur è mari, ubi pisces agunt; et ideò vocatur Aphrodytis, et sæpè traditur à poetis in piscem fuisse conversa. De quâ Manilius lib. 4 :

In piscem sese Cytheræa novavit,
Cùm Babyloniacus submersa profugit in undas.

De quâ locutus videtur Ovidius lib. 4 Metamorphoseon :

Dubia est de te Babylonia narret,
Derceto, quam versâ squammis velantibus artus
Stagna Palæstini credunt coluisse figurâ.

Sed suadet hoc valdè, quod tradit Herodotus lib. 1, ad medium, ubi Veneris templum apud Ascalonios esse dicit summæ apud illos venerationis illudque omnium antiquissimum, ex quo Cyprii templi consecrati Veneri et Cytheræi formam expresserunt. Ubi græcâ fide, ut fecit lib. 2, cùm exercitus Sennacherib repentinam prodidit stragem, ubi multa addidit, mutavit quædam; non tamen ita ut veræ historiæ ibi vestigium non appareat, ut notavit Josephus l. 10, cap. 1. Sic etiam eodem loco narrat morbum accidisse his qui Veneris templum compilârunt, qualem Palæstini passi sunt, de quo sequenti capite. Hæc mihi gravis est conjectura, ut putem, Dagon non esse alium à Venere. Quod etiam probat, quia ut supra ex Macrobio dicebamus, Venus non rarò vocatur deus in masculino genere, sicut hoc loco Dagon. Hoc etiam sensit in Manilium Scaliger.

Vers. 2. — Et statuerunt eam juxta Dagon. Quo consilio in locum omnium amplissimum arcam intulerint Palæstini statuerintque juxta Dagonis simulacrum, incertum est. Quidam datam illi putant illustrem illam sedem honoris ac religionis ergo, quia magnum in arcâ numen latere existimabant, ut ante congressum cum Hebræis apertè prædixerant, et hoc mihi potius. Alii positam esse credunt eo loco, quasi trophæum quoddam et magnæ victoriæ monumentum, quâ Palæstinus deus, Hebræorum Deum gloriosè subjugavit. Ita Historia scholastica et auctor de Mirabilibus sacræ Scripturæ lib. 2, cap. 7, et indicat Josephus lib. 6, cap. 1, dùm ait, arcam inter donaria fuisse collocatam, quasi donum esset maximum Dagoni à suis cultoribus oblatum. Idem Theodoretus q. 15. Quod fortassè verum, tametsi non videbatur locus opportunus spoliis aut hosti potiùs victo locus ille qui victori fuerat consecratus, et in quo ab aliis divinus impendebatur honor. Quare prior mihi explicatio probatur magis, quæ religionis et observantiæ causâ datum dicit esse arcæ locum in templo Dagonis.

Vers. 3. — Cumque surrexissent diluculò Azotii altera die, ecce Dagon jacebat pronus in terra ante arcam Domini (1). Mansit arca Dei in sublimi loco, unde cecidit Dagon pronus, ita ut facies illius affligeretur terræ, illamque oscularetur, quod victi faciunt in conspectu victoris. Neque fas erat, ut sordida illa numina, imò dæmonum prodigiosa simulacra câdem cum vero Deo statione consisterent. Sive enim Dagon, ut Eusebius putat lib. 1 de Præpar. cap. 7, Jupiter fuerit, quem *Arotrium* vocant, quia terram ad satus præparari docuit; seu, quod magis placet, Venus, illorum neuter ad Domini latus, aut etiam in illius conspectu stare debuit, cùm ille superbus esset, et deorum pater atque rex hominum vocari voluerit; illa et profundæ fuerit libidinis, et aliis flammas inspiret amoris obscœni; cum utroque autem Deus perpetuas gerat et implacabiles inimicitias. Cùm Azotii cives, aut certè Dagonis sacerdotes, quibus templi cura commissa fuerat, Dagonisque custodia, summo mane templum essent ingressi, fortassè ut sacrificium aliquod immolarent victori Deo, aut ut curiosiùs contemplarentur arcam, et quid novi contigerit, scrutarentur, viderunt in loco excelso stare cum dignitate arcam; Dagonem verò, quem triumphatorem salutârant, ignominiosè cecidisse, eo habitu, ut majorem ibi potestatem prono vultu fateri videretur.

Vers. 4. — Rursumque mane die altera consurgentes (2), invenerunt Dagon jacentem super fa-

(1) Quasi ab illâ prostratus, illi subjectus illamque adorans. Nota : Deus hìc injuriam arcæ, id est, sibi super arcam residenti illatam gravi pœnâ ulciscitur, eâque triplici : Prima, in Dagonem, qui arcam quasi devictam sibi subditam habebat, prosternendo ante arcam ut illam adorare videretur; secunda, in Philisthæos, eos partim morte, partim morbo ani pudendo mulctando; tertia, in ipsam regionem, mures immittendo, qui omnia sata et germina depascerent. Unde prudenter Theodoret. serm. 10 de Providentiâ : « Deus, inquit, traditæ arcæ majestatem tuetur allophylos docens quòd non Deum vicissent, sed hominum iniquitatem. » (Corn. à Lap.)

(2) Veteres quidam putârunt, per plures succedentes dies Dagonem coram arcâ dejectum

CIEM SUAM IN TERRA CORAM ARCA DOMINI; CAPUT AUTEM DAGON, ET DUÆ PALMÆ MANUUM (1) EJUS ABSCISSÆ ERANT SUPER LIMEN. Cecidit primùm Dagon ex excelso loco, quem cum arcâ communem habuerat, neque aliquid gravius passus est; cùm tamen ex eodem loco iterùm deturbatus fuit, utramque manum et caput amisit, quæ arca non solùm ex altari, sed etiam ex templo foràs projecit, inventa quippe sunt super limen. Quà in re moralis concionator multa meditatur, valdè ad formandos, seu reformandos mores opportuna. Primùm observo, quod nemo non videt, neque Dagonem simul esse posse cum arcâ, neque cum Christo Belial, quia utrumque procul abest à lege, quæ in lapidibus scripta claudebatur in arcâ, et à Christo, quæ est lex viva, qui procul à se Dagonem ablegat, sive ille sit inverecunda atque lasciva Venus, sive superbus Jupiter, et à Belial, qui hominem significat *sine jugo*, aut *solutum à lege*, qualis erat ille cui dictum est Jerem. cap. 2 : *A seculo confregisti jugum, rupisti vincula, dixisti : Non serviam.*

Secundò coram arcâ neque manus, neque caput inesse Dagoni, quia neque honor est ullus vitiis in conspectu Dei, qui solus est caput; neque ullus regnare, atque præesse debet, nisi per ipsum. Quod fatentur quotidiè christiani sacerdotes, cùm publicè et numerosè cantant : *Tu solus Dominus, tu solus altissimus.* Neque Veneri ullus est locus in templo, neque in hominum animis, quia res est vilissima, sine capite, id est, sine honore, quam arca, id est, lex, quæ in arcâ concluditur, tanquàm aliquid execrabile condemnat. Neque mirum, si cùm sacerdotem nocturnâ illusione pollutum ab se repellat, neque aliquem admittat nisi purum, ipsam impuritatem et turpissimæ intemperantiæ magistram et incendium ab se procul ableget. Tam verò Jovi, si Jupiter est Dagon, quàm Veneri detruncatæ sunt manus, in quibus vis est et solertia ad cujuscumque operis molitionem et fabricam, quia omne vitium torpescit et languet, ubi Deus locum illum implevit, aut insedit; quem vitium antea tanquàm alienus dominus, aut crudelis tyrannus occupaverat. Manet igitur Dagon truncus ante arcam in templo, sicut hostis captivus, et armis atque ornamentis exutus ante victorem Dominum. Ornamenta et arma ducis ac principis, caput sunt et manus; illud enim coronâ redimitur; hæ arma tractant, utrisque spoliatus jacet in terrâ. Et dùm seorsùm spectas caput et manus, id planè doceris, nihil in illo esse, quod suspicias et ames; nihil quod timeas, aut etiam quod speres ab eo qui manus non habet, neque caput.

VERS. 5. — PORRÒ DAGON SOLUS TRUNCUS REMANSERAT IN LOCO SUO (1). Non remansit Dagon in æde suâ aut in altari, ubi priùs apud Azotios cum honore fuerat; dicitur tamen in loco suo remansisse, id est, in eo loco in quem è suo gradu atque statione ceciderat; cùm enim è gravi collisione, à trunco resiliissent manus, et caput extra templum; truncus tamen ipse in eo loco mansit, quem cadens primùm occupavit; neque enim gravior illa moles moveri potuit, sicut partes aliæ leviores, quæ avulsæ à corpore ad limen usque projectæ sunt. Est itaque sensus : Truncus, caput et manus, in suis quodque locis, jacuerunt; truncus eo in loco in quem cecidit primùm; manus et caput ab eo loco longè rotata, et ad portam usque templi projecta.

PROPTER HANC CAUSAM NON CALCANT SACERDOTES DAGON, ET OMNES, QUI INGREDIUNTUR TEMPLUM EJUS, SUPER LIMEN DAGON (2) IN AZOTO. Si quid

occurrisse ingredientibus; Scripturam verò nonnisi primum illum diem et postremum expressisse, utpote quòd major solitò tunc dejectio appareret. Quod tamen huic interpretationi faveat, in textu nihil occurrit. (Calmet.)

(1) Hugo Victor. l. 5 Allegor. c. 8 : « Caput, « ait, Dagon, significat superbiam diaboli : duæ « palmæ operationem idololatriæ, limen finem « impiæ culturæ. » (Corn. à Lap.)

(1) Simulacri hujus corpus perseverabat super basim; caput et brachia à reliquo corpore avulsa jacebant super limen. Pedes et reliqua corporis extrema humi projecta jacuisse ferunt Septuaginta : sed Hebræus silet, id autem si admittamus, quomodò Dagon super basim suam perseveravit? Hinc nihilominùs ostenditur, eos interpretes ita sibi exhibuisse Dagonem, tanquàm numen pedibus manibusque instructum; quare si piscis figuram referebat, eorum piscium formam retulisse necesse est, qui pedibus utuntur, uti phocarum :

Desinat in piscem mulier formosa supernè.

Textus Hebræus ad litteram : *Dagon tantùm remanserat super illum*, vel super se; vel nominis Dagon litterali significatione acceptâ : *Piscis tantùm remanserat super eum.* Nihil illi remanserat, nisi piscis imago, avulso capite et manibus, quæ posterior sententia frequentes habet auctores. (Calmet.)

(2) Judæi quidam superstitione Philisthæorum infecti, vel ipsâ Sophoniæ ætate, id servabant, ne calcarent limen templi Dagonis; ita enim exponuntur verba illa Prophetæ 1, 9 : *Visitabo in die illâ super omnem qui ingreditur super limen;* vel juxta Hebræum : *Visitabo super omnem transilientem super limen.* Nec à limine tantùm hujus numinis continebant se veteres pagani : eodem etiam obsequii genere

inesset Palæstinis mentis, et nisi à Dagon, id est, ab ambitione, sive libidine, ereptum esset omne consilium, satis intelligere potuissent, deum, aut monstrum Palæstinum calcandum esse potiùs, quàm religiosè colendum, cùm cecidisset ex altari, et ejus caput, id est, quod in ipso erat majori dignum reverentiâ, eo esset loco, ubi non poterat omnibus non esse ludibrio, cùm esset in limine, quod omnium hominum vestigia calcabant. Sed amens omninò est Venus et ambitio, quæ neque quid res ipsa postulet, aut portendat, considerant, neque ab ipso etiam Deo se doceri sinunt. Hæc videtur Deus docere voluisse, Dagonis caput et manus calcanda potiùs esse, quàm religioso cultu veneranda. At illi non solùm laboriosè, sed indecorè ingrediuntur templum, transiliuntque limen, ne pedibus terant locum illum, quem dissipatis membris suis initiâsse

aliorum templorum limina observabant; quin et osculis illa et cultu prosequebantur : *Tarpeium limen adora*, ait Juvenalis satyrâ 6, et Tibullus :

Non ego, si merui, dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.

Veteres Christiani oscula imprimebant liminibus sacrarum apostolis et martyribus ecclesiarum. Limina forium Vestæ sacra erant apud Romanos : hujus numinis tantum erat obsequium, ut nova nupta ad mariti ædes se primùm conferens, limen ædium contingere non permitteretur :

Translatâ vetuit contingere limina plantâ.

Porrò nonnisi per summum nefas limen tunc tactum fuisset, violatâ sanctitate numinis, quod castitatem amare quàm maximè credebatur : *Ne à sacrilegio conjugium inchoaret, si calcaret limen Vestæ numini castissimo consecratum.* Persæ hodiè pariter pedibus tangere verentur limina quarumdam moschæarum, quæ argento plerùmque vestiuntur. Nefas est apud illos nonnisi gravissimis pœnis expiandum, limina illa contingere. Si quis à rege beneficio aliquo extraordinario donatus fuerit, statim ad aulam se confert, et nisi regem nactus fuerit, osculum figit limini ædium, quod totum constat ex ingenti lapide porphyretico viridi, quem calcare pedibus nemo audet.

Usque in hodiernum diem ; usque ad tempus, quo auctor hujus libri scribebat; nec tamen hoc indicio tempus illud magis noscimus : id tantùm indicari videtur, scripsisse illum ætate post rem hanc gestam satis remotâ. Si textum illum Sophoniæ, quem recitavimus, Philisthæorum mores arguere certum esset, superstitionem illam ad regnum usque Josiæ perseverâsse constaret. Sed alias conjecturas in eumdem textum dedimus.

(Calmet.)

A l'occasion de ce verset où l'auteur sacré remarque qu'après la chute de l'idole de Dagon, *les prêtres de Dagon ne marchent point sur le seuil du temple d'Azoth jusqu'aujourd'hui...* « Ces mots, dit Bolingbrooke, prouvent deux « choses : l'une, que ce miracle pitoyable ne « fut imaginé que long-temps après; l'autre, « que l'auteur ignorait les coutumes des Phé- « niciens dont il n'a parlé qu'au hasard ; il ne « sait pas que non seulement les Phéniciens « et les Syriens, mais encore les Grecs et les « Romains consacraient le seuil de tous les « temples, qu'il n'était pas permis d'y poser le « pied, et qu'on le baisait en entrant dans le « temple. »

D'abord, cette expression, *jusqu'à ce jour*, ne suppose pas un long temps. Ce fut en 1792 que les Français entrèrent dans la Savoie. Un écrivain ne pourrait-il pas dire aujourd'hui : *Les Français ont pris la Savoie en* 1792, *et l'ont conservée jusqu'à présent ?* Samuël a donc bien pu écrire, dans un âge avancé, que l'idole de Dagon étant tombée lorsqu'il était encore dans sa première jeunesse, les prêtres de ce temple observaient jusqu'au jour où il écrivait de ne point poser le pied sur le seuil du temple où on l'avait trouvée brisée.

Le critique ne cite point les auteurs qui parlent de la coutume de ne point poser le pied sur le seuil des temples. Le savant Grotius n'a trouvé parmi les profanes que des auteurs du siècle d'Auguste ou plus modernes qui aient fait mention de cet usage. Cette superstition qui, du temple d'Azoth, s'était communiquée aux autres idolâtres de Syrie, où Sophonie semble nous la montrer établie avant la captivité, passa de la Syrie à Rome où l'on en ignorait l'origine.

N'est-il pas *pitoyable* d'entendre deux sophistes du dix-huitième siècle (Bolingbrooke et son écho) débiter que Samuël et l'auteur qui a rédigé ses Mémoires peu après son décès, *ignoraient les coutumes des Phéniciens*, au milieu desquels ils vivaient, et qu'*ils n'ont parlé qu'au hasard* du temple d'Azoth, qui subsistait de leur temps et qui n'était qu'à huit ou dix lieues de l'endroit où ils écrivaient ? Mais le reproche qu'ils font à l'auteur du premier livre des Rois, au sujet des Romains, n'est-il pas plus *pitoyable* encore et plus absurde ? *Il ne sait pas que les Romains consacraient le seuil de tous les temples.* Quoi ! un écrivain qui vivait dix siècles avant notre ère, par conséquent trois siècles avant la fondation de Rome, devait savoir ce qui se pratiquait dans cette ville du temps d'Auguste et de Varron, du temps de Tibulle et de Juvénal qui parlent de cette pratique des Romains au sujet de seuil des temples ?

Remarquons ici une altération du texte par Voltaire bien caractérisée. L'hébreu, la version grecque, la Vulgate, etc., disent que les Philistins affligés d'une maladie honteuse consultèrent leurs prêtres, *leurs devins, kosmin, manteis, divinos.* A ces noms il substitue celui de *prophètes*, et dans sa remarque sur cet endroit il dit « qu'il est étrange que l'auteur, prophète « lui-même, regarde les prophètes des Philis- « tins comme de vrais prophètes, » tandis que cet auteur sacré affecte de donner à ces prêtres idolâtres le nom de *devins, kosmin*, au lieu de celui de *prophètes, nebim.* (Duclot.)

videbatur Dagon; quo testimonio non obscurabant, aut obterebant, sed potiùs augebant, æternamque reddebant Dagonis infamiam. Quam enim rationem redderent Palæstini illis, qui aliunde profecti novum illum et ridiculum ingrediendi modum essent contemplati, cur saltu potiùs quàm incessu molli templum inirent; nisi rationem se habuisse religiosam et piam Dei sui Dagonis, cujus membra ignominiosè dissipata aditum illum templi constravissent? Quare cæremonia illa Dei potiùs veri gloriæ quàm Dagonis honori ac religioni serviebat. Hujus religionis Sophonias meminit cap. 1 : ubi enim Vulgatus legit : *Qui arroganter ingreditur super limen,* hebraicè est : *Qui transilit limen,* ut observavit eo loco Hieronymus, et transferunt omnes penè recentiores interpretes, quæ nonnulli de hâc Palæstinorum consuetudine accipiunt, ut nos pluribus ad hunc Sophoniæ locum. Cedrenus in limine Dagonis à sacerdotibus non calcato significari innuit, ex eo tempore Dagonem in honore esse desiisse. Illius enim honor procul dubio perit cujus limen non calcat populus, id est, quod hominum multitudo non frequentat.

Gregorius hic graviter in nostri temporis sacerdotes invehitur, qui cùm Dagonis caput et manus calcare debuissent, tamen ea contingere non audent, quia a Dagone aut aliquid expectant, aut quod ab illius manibus accepère relinquere non audent. Quid autem à Dagone aut habeant aut capient, obscurum non est, si in Dagone arrogantem Jovem, cum Eusebio, aut impudicam Venerem cum aliis intelligas. Sic autem eo loco Gregorius : « Sacerdotes Dagon « usque in hodiernum diem remanent, quia « qui per immunda desideria antiquo hosti « sacrificet, adhuc est. Qui profectò super « templi limen calcare refugiunt, quia neque « immundis suggestionibus nec malis operibus « resistunt. Dagon itaque sacerdotes sunt, « quia etsi manu factis se idolis non humiliant, « concupiscentiarum tamen simulacris per ne- « faria opera se incurvant. »

Vers. 6. — Aggravata est autem manus Domini super Azotios; et demolitus est eos (1). Sævierat Dominus priùs in Dagonem, quem Philisthini vero Deo et illius arcæ prætulerant. Quò facilè cognoscere potuit populus ille gentilicus, in suo Dagone nihil esse honoris, nihil virtutis. Nunc aliud edit suæ virtutis argumentum, dùm populum illum insolentem victoriâ, crudeli ac fœdo vulnere percussum, in suo corpore habere voluit ad dolorem acerbum, et ad ignominiam grave monumentum. Sic autem populus fœdo affectus est vulnere, ut magnâ ex parte perierit; qui verò mortem effugerunt, sic sunt durè fœdèque vexati, ut vitam illam ignominiosam et ægram cum morte commutare in votis habuerint; atque ideò manus Domini dicitur Azotios demoliri, quia alios ad mortem adegit, alios ad eum vitæ modum, ignominiam et dolorem, ut pro mortuis judicari potuerint.

Et percussit in secretiori parte natium Azotum, et fines ejus. Multi de hoc Palæstinorum morbo multa dicunt. Illud certum, ignominiosum fuisse morbum, et in eâ corporis parte, quam natura verecunda et solers maximè ab hominum oculis avertit. Quis tamen ille sit morbus, minùs est exploratum, neque mihi id usque adeò explorare libet, ut minuta persequar. Hebraicè, עפלים, *Apholim,* quod Hebræi legunt aliter quàm scribunt; nempe, טחרים, *techorim.* In utrâque radice multa invenies in Thesauro Pagnini. In summâ, morbus est, qui illam præsertim corporis partem infestat, per quam confecti cibi reliquiæ et sordes egeruntur, quas Græci *hæmorrhoides,* Latini *ficus,* aut *mariscas* appellant. Quæ licet durè afficiant affectas illas corporis partes, aliquid tamen Azotiis videtur accidisse molestius, quod ejulatus edere coegit, et ad mortis usque necessitatem adduxit. Quare ad hanc vexationem alii alia addunt, viscerum tormina, et earumdem partium carcinomata et ulcera, eaque graviora quàm à malè constitutâ naturâ provenire solent. Aquila, ut Theodoretus et Procopius docent, transtulit φαγεδαίναν, id est, *ulcus rodens* et *exedens.* Josephus lib. 6, cap. 1, pestem di-

(1) *Dieu frappa ceux d'Azoth d'hémorrhoïdes dans les parties secrètes du corps.* La plaie dont Dieu frappe le peuple d'Azoth doit faire trembler, selon le sentiment des saints Pères, ceux qui, connaissant Dieu, ne l'honorent pas comme Dieu. Ils ont une grande idée de sa puissance, comme les Philistins; mais ils se contentent de cette connaissance stérile, et ils ne l'honorent que des lèvres lorsqu'ils le combattent par leurs actions. Ils veulent allier l'honneur qui lui est dû avec celui de Dagon, c'est-à-dire, avec le culte qu'ils rendent à l'idole de l'ambition ou de l'avarice. Cependant rien ne touche ces personnes. Ils sont tellement enchantés de leurs passions que dans l'impossibilité d'allier Dieu et le monde, l'arche et Dagon, au lieu de dire : Que Dagon demeure renversé par terre, ils font tous leurs efforts pour le relever. Ils disent, au contraire, comme ceux d'Azoth : *Que l'arche de Dieu ne demeure plus avec nous.* (Sacy.)

cit in Azotios terminos immissam, quæ viscera corrumperet illaque putrefacta et graviter olentia dissolveret : « Postremò, inquit, gra- « vissima pestis Azotiorum urbem, atque « agrum adorta est; correpti enim dysenteriâ « cruciabiliter moriebantur; nonnulli intera- « nea vitiata, morboque corrosa evomebant. » Theodoretus non negat Azotios dissenteriâ laborâsse; putat tamen ex illâ secessum illum, qui ciborum egerit excrementa, utpote sæpè eo labore vexatum, contraxisse morbum, quem alii variis nominibus explicant. Ego hìc non ampliùs morabor, quia, ut qui cœnosis hærent, et grave aliquid halantibus locis, quàm primùm possunt, inde se expediunt, sic ego hinc quamprimùm evolare studeo.

Illud tamen non omittam (quia ad communem cogitationem plurimùm facit, et ad id, quod supra putabamus verisimile, nempe in Dagone descriptam esse Venerem) morbum, quem immissum esse dicit Herodotus loco à nobis superiùs allegato, his qui Ascalone templum Veneris, id est, Dagonis, expoliârunt, esse, quas Latini *ficus,* seu *mariscas* appellant. Morbum enim illum Herodotus θηλεῖαν appellat, quem illius interpres *theliam* reddidit; et docet medicos, qui fœdum illum morbum curant, ἐνάρεας vocari. Θηλεῖα porrò à θήλη derivatur, quæ pars in uberibus extrema, quæ dicitur *papilla,* quæ tumor est ab uberibus extans : unde papillatum dicimus, quod tumentibus quibusdam gemmis, seu baccis instructum est; qualem Hieronymus appellavit *corymbum.* Ab hujus similitudine tumor, qui ex vitioso aliquo humore turget in humano corpore, *papilla* dicitur, quæ vox à *papulâ* derivata est, quâ ad explicandos ejusmodi tumores utuntur Latini. Et quidem Serenus morbum illum, quo sedes in homine tumet et laborat, *papillam* appellat :

Excruciant turpes anum si fortè papillæ.

Licet autem in eâ historiâ sæpiùs peccaverit, ut in aliis assolet, Herodotus tamen satis indicat ad hanc historiam respexisse, et morbum illum hominum opinione, quibus res tanta tamque admirabilis non erat ignota, fuisse quas à figurâ non admodùm diversâ Latini *ficus* vocant.

Et ebullierunt villæ et agri in medio regionis illius, et nati sunt mures, et facta est confusio mortis magnæ in civitate. Hæc verba non sunt in hebraico textu, quem nunc habemus, neque in multis latinis codicibus, quorum non paucos numerat Lucas Brugensis in suis Notationibus ad sacra Biblia. Quibus ego addo hispanicam translationem, quam ex Hebræo jampridem converterunt Judæorum doctissimi. Lyranus hìc et Abulensis hæc non putant à Hieronymo fuisse conversa; sed cùm sequenti capite aliqua significetur plaga à muribus inflicta, neque tamen in hoc capite ullus sermo de muribus, studiosus aliquis id notavit in margine, quod deinde scriptorum incuriâ irrepsit in textum.

Ego non puto hæc antiquis temporibus abfuisse à textu hebraico, licet in illo modò non inveniantur. Quod ideò mihi persuadeo, quia ante Hieronymum alii quoque hoc ipsum tradiderunt, ut Josephus lib. 6, cap. 1, et Septuaginta, quos credibile non est aliquid in suam translationem contulisse quod non esset ex Hebræo desumptum. Quæ autem fuerit hæc plaga à muribus illata, obscurum est. Quidam mures illos, qui repente ebullierunt, ex agris ascendisse putant ad partes illas exulceratas, et quod extrorsùm extabat è visceribus, corrosisse, quod ubicumque locorum essent, evitare non poterant, quia nullus erat locus, qui non scateret murium innumerabili multitudine, quibus nullum occurrebat impedimentum, quominùs intestina depascerentur, et loca tumentia atque exculcerata perfoderent, cùm nihil à feminalibus adesset opportuni remedii. Et ideò sedes sibi fecêre pelliceas, quas infestis soricum morsibus opponerent. Ita putat hìc Gregorius, Abulensis, Lyra, Comestor et Hugo, et quidam alii ad illud Psal. 77, vers. 66 : *Percussit eos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis.*

Ego potiùs probo, quod Theodoreto placuit, et prodit Josephus l. 6, cap. 1, quòd videlicet mures non tam morderent lacerarentque affecta loca et exta defluentia, quàm vastabant agros, et spem omnem frugum arboribus et agris adimebant. Quod satis meo judicio patet ex cap. sequenti v. 5 : *Facietis similitudines murium, qui demoliti sunt terram.* Historiam hanc de muribus tradit Theodoretus q. 15 : « Cùm nulla, inquit, civitas auderet arcam « excipere, eam foris reliquerunt sub dio : sic « enim docuit historiographus. Fuit enim, in- « quit, arca Dei in agro (Vulgatus *in regione* « legit, hebraicè *bisde,* quæ vox plerùmque « agrum sonat) alienigenarum menses sep- « tem. Postquàm autem existimârunt, foris « manente arcâ, se esse liberos à plagis à Deo « immissis, intulit Deus supplicia etiam rebus

« inanimis. Immisit enim murium multitudi-
« nem in vites et segetes, qui omnes eorum
« fructus perdiderunt. »

Ex hâc murium in Palæstinis agris multitudine ac vi vehementer noxiâ, ut inquit Philastrius in hæresi Musoritarum, orta hæresis fuit, quam quidam tenuêre, qui à suæ religionis materiâ Musoritæ vocati sunt. « Musoritæ,
« ait, sunt quidam nomine, qui sorices colunt,
« qui sub Belo (ego *sub Helo*, seu *Heli* lego)
« sacerdote, cùm fuisset capta arca testamenti
ab Allophylis, atque ex irâ Dei produxisset
« terra sorices, ut eorum fruges deperirent,
« admoniti à suis fecerunt aureos mures. »

Hunc locum sine dubio spectavit David Psal. 77, v. 73, cùm dixit : *Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis.* Opprobrium appellat sempiternum; cur tamen *sempiternum* dicatur, incertum est. Fortassè non illi solùm qui ceperunt arcam, et eodem quo Dagonem in loco statuerunt, ignominiosâ plagâ percussi sunt; sed etiam eorum posteri, ita ut vulnus illud fuerit hæreditarium. Quomodò à posteris Giezi, propter parentis avaritiam, in æternum paterna lepra non recessit l. 4 Reg. cap. 5, vers. 27; sic Elisæus ad Giezi : *Sed et lepra Naaman adhærebit tibi et semini tuo usque in sempiternum.* Et Judæorum posteris parentum supplicium sic adhæsit, ut nunc vagi essent, et in alienis semper sedibus inquilini, et odorem tetrum nunquàm deponant; propter quod jam olim communi publicoque convicio *fœtentes* dicebantur. Neque nostris seculis exempla defuerunt ejusmodi. Ut enim refert Polydorus Virgilius lib. 13 Histor. Anglicanæ, illorum posteri, qui equi, quo vehebatur S. Thomas Cantuariensis, caudam amputârunt, omnes ad unum prodière caudati. Hoc fortassè modo qui ex genere nati sunt Philisthinorum, eodem quo parentes morbo laborârunt, aut iisdem, quibus parentes, moribus agros suos vexatos habuerunt.

Sed alias ob causas credo genus illud hominum opprobrium habuisse sempiternum; vel quia aureos cum arcâ mures conjunxerunt, et aureos anos pudendo illo vulnere deformatos, quos verisimile est, diligentissimè ab Hebræis in omne tempus fuisse servatos, ut extaret divinæ virtutis, quæ Philisthæos eò redegit, æternum quoddam monumentum. Sicut enim homines rerum à se præclarè gestarum ad omnem ætatem monumenta excitant, quæ illarum memoriam interire non sinunt, sic Deus voluisse videtur, expressis anis ac muribus è pretiosâ materiâ, æternam illius facti conservare memoriam. Hæc mihi explicatio minùs displicet, quàm superior.

Sed est, opinor, tertia minùs abs re. Ex rebus naturâ suâ aut illustribus, aut maximâ aliquâ ignominiâ, aut infortunio notatis, non solùm homines sed etiam provincias sumpsisse cognomenta aut sordida, aut illustria, nemini dubium est. Unum aut alterum adducam exemplum huic rei accommodatum valdè; tu plura invenies. Tradit Plutarchus q. 5, Convivali, Cornelius Tacitus lib. 21 Annal. et, ut refert Josephus lib. 2 contra Appionem, Possidonius et Apollonius Molonis, falsò quidem et ineptè, tradunt tamen ex communi vulgi opinione, quod sæpè nullâ ratione ac fundamento ducitur, quo tempore populus Hebræorum egressus ex Ægypto, desertum est ingressus, laborâsse siti, et cùm extrema jam esset desperatio, apparuisse gregem asinorum, qui ad copiosas aquarum venas sitientes deduxit, eamque ob causam asini effigiem, quo duce illud naturæ deficientis subsidium invenerant, in intimo templi recessu sacravisse. Quæ opinio, ex hominum errore nata Judæis *Asinariorum*, id est, asini cultorum, nomen attribuit. Hoc ipsum eadem gens Palæstina docet, quæ *Allophyla* dicitur, quasi quæ alieno solo in regionem illam commigrârit, quod in maledictis atque conviciis audire solent homines, quos Hispanorum vulgus *advenedizos* vocat. Tertium sit exemplum: Theseus Atheniensium fuit fundator et pater; ille quia, ut est in fabulis, aliquid contra infernos deos molitus est, affixus est petræ, et in eâ in æternum sedere coactus. Hercules tamen illum ab eo supplicio liberavit, ita tamen ut in eo saxo natium partes affixas reliquerit; quare eo fermè modo deformatus rediit, et exesâ sede laceratus, sicut Palæstini à fœdo illo ulcere, quod attulit Dei manus aggravata. Ab illo utique vulnere, quia exesam retulit et mutilam sedem, *Depygis* appellari potuit; sanè ab eo Athenienses, qui illum suæ civitatis agnoscunt auctorem, *Depyges* dicuntur, licet ab eâ corporis parte nihil fuerit illis sive à morbo, sive ab hoste detractum. Vide Rhodiginium lib. 4, cap. 8, et Hesychium in voce λίσπαι, et Scholiastem Aristophanis. Sic puto Palæstinorum filios idem à parentibus habuisse cognomen, qui *Depyges* fuerunt, quamvis ipsi nihil ejusmodi aliquando pertulerint. Hoc est sempiternum opprobrium, quia à parentum ignominiosâ labe hanc etiam posteri compellationem habuerunt.

Sempiternum etiam opprobrium appellari potuit, quia à re illâ, et rarâ et horribili, proverbium aliquod emanavit, quo gravis fœdaque calamitas exprimitur. Quale est illud : *Lemnium malum, Ilias malorum, Lerna malorum, Imus dolores.* Sic puto, cùm aliquis turpe aliquid et durum patiebatur, et cùm idem aliquis imprecaretur alteri, ab hâc Palæstinorum plagâ comparationem olim adhiberi solitam. Sic sanè nunc etiam adhibent Hispani, qui plagam fœdam et duram, qualem sustinuerunt Azotii, *Azotes* appellant, et ejusmodi plagas infligere, *azotar,* quasi dicas, *azotizare.* Et illis maximè plagis hoc accommodant nomen, quas in eâ parte subeunt pueri à pædagogis et magistris, quæ maximè in Azoto aliisque civitatibus Palæstinæ vexata est.

Et facta est confusio mortis magnæ in civitate. Magnam attulit cladem civitati pestilens ille, et non vulgaris, aut usitatus morbus, qui cùm ubique grassaretur, et dolores afferret acerbissimos, quibus passim homines et ubique conficeret, non poterat civitas non confundi atque clamare. Confusio porrò dicitur mortis, quia gravis erat pudor, et mortis instar, ex eâ morbi turpitudine conceptus ; aut clamor erat ex morientium et laborantium dolore permixtus. Qualis antea, opinor, audiebatur in Ægypto, cùm nulla domus esset, in quâ non jaceret extinctus primogenitus. Aut quod de captâ Trojâ cecinit Maro Æneid. l. 2 :

Diverso interea miscentur mœnia luctu.

Et paulò post :

Crudelis ubique
Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago.

Vers. 8. — Et mittentes congregaverunt omnes satrapas Philisthinorum. Cùm viri Azotii ultoris Dei severam in se manum essent experti, et adhuc viderent ad alias atque alias plagas intentam, de suâ salute et adhibendâ tanto morbo medicinâ deliberant. Quare undecùmque advocantur satrapæ, quorum consilio res administrabatur publica, et quid facto opus sit, illorum consultatione decernitur. Ubi Vulgatus *satrapæ,* hebraicè est סרנים *Seranim,* quæ vox *præfectos, principes,* aut *magistratus* significat. De quâ nos pluribus in nostris Commentaris in Danielem ad illud cap. 3, v. 2 : *Ad congregandos satrapas.* Hic puto *satrapæ* dicuntur, qui civitatibus præerant, aut provinciis. Sanè imperium Persicum in centum et viginti satrapias divisum est, quibus totidem satrapas præfecit Darius, Dan. cap. 6. Quod item usitatum esse apud Palæstinos constat hoc ipso libro, cap. 29. Ubi qui uno loco satrapæ, alio dicuntur principes. E quorum numero videtur fuisse Achis, qui, cap. 27, rex appellatur Geth. Hi igitur sive satrapæ, sive principes, de summâ rerum in Azoto conventu provinciali deliberant. Erant autem quinque in Palæstinâ præfecturæ, quarum moderatores et principes, Josue c. 13, reguli vocantur.

Responderuntque Gethæi. Apparet Geth præfecturam esse omnium nobilissimam, quæ jus haberet primo loco dicendæ sententiæ. Ex eâ fuit Achis, qui summum locum habuisse videtur inter regulos alios, 1 Reg. cap. 27. Hujus autem consilio subscripserunt alii ex eâdem præfecturâ seniores, qui aliarum civitatum suffragia ad suam sententiam adduxerunt.

Circumducatur arca Dei Israel (1). Hæc summa fuit Gethæorum sententia, ne in uno loco contineretur arca, sed per varia Palæstini soli loca traduceretur. Quæ verò ratio satrapas in illam adduxerit sententiam, non constat ex textu ; est tamen verisimile, quod Lyra docet atque Procopius, dubitâsse in illo provinciali conventu satrapas, an ab Hebræorum Deo, aut ab arcâ captâ, quod idem erat in illorum sententiâ, lues illa tetra provenisset ; an ab aliquâ terræ aerisque dispositione malignâ. Quare ab Azoto summoveri jubent arcam, ut reipsà cognoscant unde tam gravis tamque repentina calamitas ingruerit. Id verò ex eo fit plusquàm verisimile : quia postquàm aliæ etiam civitates, quas lustravit arca, iisdem affectæ plagis et incommodis afflictæ sunt, adhuc tamen dubitant, an divinitùs fuerit accepta plaga, aut ab aliquâ naturali causâ profecta. Ideò enim arcam à vaccis sine ullo rectore in plaustro ferri jubent, ut ex illarum progressu ac viâ illius calamitatis auctorem agnoscant.

Vers. 9. — Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini per singulas civita-

(1) Septuag. vertunt : *Transeat arca ad nos,* quasi dicat : Non timemus arcam arcæque vindictam ; veniat illa ergo ad nos. (Cor. à Lap.)

Reddi posset Hebræus alio sensu, longè diverso à Vulgatâ : *Responderunt : Ducatur in Geth arca Dei Israel.* In hanc interpretationem concesserunt Septuaginta : *Transeat arca Dei ; et transiit arca Dei in Geth.* Sed Vulgatæ expositio pronior videtur ; non enim satis luculenter exprimit textus, arcam in Geth constitutam fuisse. Theodoretus et Procopius animadvertunt, Philisthæis facilè primùm in mentem venisse, mala hæc sibi è naturalibus causis, puta è corrupto aere, inducta fuisse ; idque ut persuaderent Azotiis, statuisse arcam per urbes provinciæ circumducere. (Calmet.)

TES INTERFECTIONIS MAGNÆ NIMIS. Satis grave documentum divinæ offensionis et vindicis manûs habuerunt Palæstini, quando nulla fuit civitas in quam ingressa est arca captiva, quam non invaserit acerbissimus dolor et dira lues. Neque enim levior fuit divina manus in alias civitates, quàm fuerat priùs in Azotum, quam, ut vidimus, fœdo percussit ulcere, et cadaveribus implevit. Hanc verò manum ultricem et duram primi post Azotios agnovêre Gethæi, ut indicat illud, quod statim additur, à Gethæis contra plagam illam aliquod quæsitum esse remedium, de quo statim. *Fieri manum* super aliquem juxta Hebræorum idioma, est potentiam suam in aliquem ostendere, sive ornando, sive benefaciendo, sive deprimendo, aut alio quovis modo divexando. Favorem sanè et auxilium significat, Psal. 77 : *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ*. Sic sæpè facta fuisse dicitur manus Domini super Prophetas, cùm illos aut Spiritu afflabat divino, aut ad magnum aliquod opus roborabat. Ezech. cap. 1, v. 3 : *Et facta est super eum ibi manus Domini*. Et idem de Eliâ dicitur lib. 3 Reg. 18. Significat etiam aliquid durum et hostile. Ezech. 13, cap. 9 : *Et erit manus mea super Prophetas, qui vident vana, et divinant mendacium.*

ET COMPUTRESCEBANT PROMINENTES EXTALES (1) EORUM. Ubi Vulgatus *extales*, hebraicè est, עפלים *Apholim*, quâ voce supra significari diximus morbum illum, quo secretiora natium fœdè vexantur, quales sunt, quæ *mariscæ*, seu *ficus* appellantur, quæ etiam prominentes appellari possunt, quia dùm tument, ab ore sacro, id est, à suâ naturali sede extuberant et emergunt. Quidam intestina putant, quæ ex sedis vitio molestè ac periculosè pendent; quod accidit persæpè, cùm intestinum rectum in ipso excernendi nixu atque conatu descendit, et cum ipsis quoque ciborum fæcibus dejicitur. Et hoc posterius videtur magis cum nostrâ translatione congruere; neque enim tam *extales* dici possunt partes illæ, quæ in sede à fico tument, quàm intestina, quæ è suis locis commota è sede defluunt et pendent. Ubi Vulgatus, *computrescebant*, hebraicè est ישתרו, *iisteru*, à radice סתר, *satar*, ubi ש ponitur pro ס. Quod variè à variis redditur. Pagninus : *Incognitæ eis mariscæ*. Cajetanus : *Fuerunt absconditæ eis mariscæ*. Quod ipse sic exponit : *Ad interiora corporis retracta plaga marescarum*. Quomodò etiam explicuit Vatablus et Rabb. David, et indicat Isidorus. Tigurina : *Ut laterent eis morbi*. Septuagínta, Chaldæus et hispanica antiqua translatio, *hæmorrhoides* exponunt. Et in hanc quoque sententiam trahi possent illorum translationes, qui aliquid occultum interpretantur, exceptis paucis, qui morbum intrinsecùs exortum putant. Nam reverà morbus ille, cùm partem totius corporis occultissimam vexet, occultus atque etiam incognitus appellari potuit. Quis enim morbum illum, nisi ei qui manus admovet medicas, aperuit, nisi qui mentem, aut pudorem amisit?

Sed, ut dicebam, mihi illud magis videtur verisimile, hìc significari præter hæmorrhoides, intestina defluentia ac pendula, quæ è secessu illo emergunt et prominent. Quod putat Lyra, Abulensis et Gregorius, et quotquot intestina dicunt à muribus fuisse corrosa. Et quidem in extremam illam partem, per quam excernuntur confecti cibi reliquiæ, non tam extorum nomen convenit, quàm in viscera, quorum pars intestina sunt. Nisi dicas illa, quæ propriè dicuntur exta, computruisse, et jam in saniem resoluta per secessum egesta, quod non nemo putabat. Et fortassè hoc est, quod lib. 2 Paralip. cap. 21, v. 15, minatus est Deus per Eliam Joram : *Tu autem ægrotabis pessimo languore uteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies*. Quod impletum est, ut habes statim v. 19 : *Sic longâ consumptus tabe, ita ut egereret etiam viscera sua, languore pariter et vitâ caruit*. Quomodò autem id fieri possit, viderint anatomices periti. Ego enim alienam materiam satis jam pro meâ facultate, imò plus satis tractâsse videor.

INIERUNTQUE GETHÆI CONSILIUM, ET FECERUNT SIBI SEDES PELLICEAS (1). Apparet primùm ab

(1) Idem est morbus de quo supra, v. 6 : *Et absconditus erat anus eorum*. Affecti sunt morbo hæmorrhoidum intimo et latenti, ex quo utique dolor major et gravior pernicies. Alibi : *Et morbus iste latebat illos*. Nihil tale unquàm experti fuerant, cui remedium nullum erat adhuc sive ab arte, sive ab experientiâ.
(Calmet.)

Porrò congrua hæc fuit culpæ Philisthæorum pœna; quia enim ipsi suum Dagonem ab arcâ, solio sedeque suâ dejectum in illud restituerant, justè ipsi morbo puniti sunt in eo membro quo sedere solebant, ut sedere non possent nisi in sedibus pelliceis, eò quòd Deo vero solium divinitatis abnegâssent illudque suo Dagoni assignâssent. Ita Theodor. : « Sedis, inquit, morbum passi sunt, qui arcam « divinam impiè locaverunt, nempe apud « Deum falsò appellatum. » Sic et Procop.
(Corn. à Lap.)

(1) Et fecerunt sibi sedes pelliceas, ut mollias sedentes molestiam utcumque levarent. Veteres minùs quàm nos delicati, et minùs in

Azotus ad Gethæos arcam fuisse traductam, quando isti omnium primi dicuntur illud de pelliceis sedibus consilium iniisse, nisi dicamus illos, utpote omnium principes, in communi de re Palæstinâ ac publicâ deliberâsse. Hæc verba non inveniuntur in hebraico codice, atque ideò recentiores interpretes omiserunt, imò ex antiquis nonnulli, ut Chaldæus, neque in aliquibus Septuaginta codicibus, ut in Complut.; sed Theodoretus illam apud Septuaginta lectionem agnoscit, licet non legat *pelliceas sèdes,* sed, *aureas.* Errat, opinor, ubi ille legit χρυσᾶς, id est, *aureas,* βυρσᾶς, id est, *pelliceas,* seu *scorteas.* Sed licet in Hebræo, aut in Græco non esset, non tamen quasi superfluum rejici debuit à nobili quodam nostræ ætatis interprete, cùm neque ubique hebraici græcique codices incorrupti sint, et illis insit ab Ecclesiæ judicio canonica fides.

Quæ fuerint, aut quid spectaverint *sedes* istæ pelliceæ, videndum est. Quidam, teste Theodoreto, hunc locum sic exponunt, ut *sedes* nihil sit aliud quàm pars illa corporis quæ ventris excipit et egerit onus, quæ à Latinis honesto vocabulo *sedes* appellatur. Καὶ περιελύθησαν αὐτῶν αἱ ἕδραι : *Et undique resolutæ sunt eorum sedes.* Quæ explicatio commodior erat superiori clausulæ, ubi Philisthinorum extales extabuisse, seu computruisse dicuntur. Sed planè ut Vulgata, sic etiam Septuaginta translatio hæc à superioribus secernunt.

Quidam *sedes* esse putant molliùs substratas, pulvillis è pelliceâ materiâ, plumâ, aut aliquo mitiori tomento infertis, ut sine dolore commodiùs sederent; aut quia naturalis *sedes* tumens aut saucia laborabat, aliam sibi *sedem* assuerunt, quam secum quocumque locorum circumferrent. Ego puto *sedem* hoc loco significare tegumentum illud, quod partes illas vestit et celat, quibus homines sedent, quasque morbus ille molestè vexabat. Si enim intestina defluebant, minùs viderentur cautè suæ valetudini consuluisse, si nihil adderent quod illa colligeret ac sustentaret; neque si illa deessent, adhiberi poterant medicinæ aut splenia quæ parti illi omninò declivi aliquod possent afferre subsidium. Nam, ut pluribus ostendimus in nostris Commentariis in Cantica, ad illud cap. 5 : *Crura illius columnæ marmoreæ,* Hebræis, quod etiam de Palæstinis sentiendum, nulla fuêre feminalia. Rationes ibi plures adduximus, ex illis has accipe. Levit. cap. 6 et 16, sacerdos ingressurus sanctuarium jubetur assumere femoralia, ex quo intelligitur, aliis temporibus ac locis illa non habuisse. Et Exod. 20, prohibetur sacerdos ascendere per gradus ad altare, ne ipsius turpitudo nuda revelctur; à quo periculo tutum illum redderent femoralia, si illa gestaret. Quæ femoralia, ubi suo munere perfunctus esset in tabernaculo, sacerdos, in gazophylacio deponebat, sicut alia sacerdotalia vestimenta. Ezech. c. 44, v. 18. Cùm ergo feminalibus Palæstini carerent, quæ morbo magno videbantur futura subsidio, illa sibi confecerunt è pellibus, quæ illæ magis erant firmæ, et ad sustinendum intestinorum pondus opportunæ. Hoc mihi magis videtur ad veritatem; quod enim alii dicunt, sedes illas pelliceas eo consilio fuisse comparatas, ut mures arcerent, neque sinerent intestina diffluentia corrodere, mihi nunquàm probari potuit. Quid enim mures nocumenti Philisthæis attulerint, satis explicat Scriptura, neque ullam nobis conjecturam offert, ut talia cogitemus, qualia hi de muribus aut sentiunt, aut conjectant. Deinde, quia illarum nonnulli tunc dicunt aut in lacerâ nates, aut in prominentia intestina mures irruere, cùm ipsi ventris onus deponerent; at tunc feminalia illa è pellibus consuta nullum usum contra soricum insidias et molestiam afferrent, cùm partes illæ tunc essent nudatæ necessariò, quas infesti mures tantùm appeterent.

Sedes porrò pro *sedis,* id est natium integumento sumi novum non est, cùm id sit Scripturæ sacræ et profanæ quoque disciplinæ non infrequens, ut ornamentum, aut vestis illius partis nomen sibi vindicet, quam ornat aut tegit. Sic *pedes* pro calceamentis sumuntur, Deut. 8, v. 4, Esdræ l. 2, c. 9, v. 21; *corpus* pro corporis tegumento, Exod. 21, v. 3, ubi Vulgatus : *Cum quâ veste intravit, cum tali exeat.* Hebraicè : *Cum quo corpore intravit.* Et ita vertunt Pagninus et Vatablus. Plura in omni linguâ habes in nostris Commentariis super Cantica, proleg. 9. Cùm ergo feminalia partes illas corporis velent, quæ *sedes*

commoda ingeniosi, nihil habebant mollius, ubi sederent, quàm pelles hœdorum vel boum, super sedilia lapidea vel lignea stratas. Vulgò autem sedebant super nudum lapidem vel lignum : honoris verò vel molliùs sedendi gratiâ, interdùm sedili imponebatur linea vestis vel pellis. Procos Penelopes exhibet Homerus, dùm talis ludunt, sedentes super pelles boum, quos ipsi per se mactaverant. Pisistratus filius Nestoris sedere jubet Telemachum super pelles ovium : et Penelope mensæ assidet in sellâ, tecta lineo mundo, et sericè elaborato.

(Calmet.)

appellantur, ipsa quoque nominantur *sedes*.

Vers. 10. — Miserunt ergo arcam Dei in Accaron (1). Cùm Gethæi non minùs gravem divinam manum essent experti, quàm priùs Azotii, ad Accaronitas arcam transmittendam curârunt. Erat autem Accaron copiosa civitas et lauta, quæ regulum habuit, sicut et Geth, ut constat ex Josue c. 13. Placet quod Josephus putat, per omnes Palæstinæ satrapias circumductam arcam, et secum, quòcumque pergeret, pestilentem illam plagam circumtulisse. Quod inde mihi fit certum, quia si non omnes illæ quinque provinciæ, sive satrapiæ, non fuissent illo morbo percussæ, non misissent Philistæi cum arcâ anos quinque aureos, et totidem mures pro provinciarum numero. Ut apertè dicitur c. 6, v. 5, ubi omnes illæ satrapiæ eodem vulnere dicuntur esse percussæ. Percutiebantur autem illæ civitates quas arcam Domini ingredi contingeret. Neque de quinque tantùm civitatibus, quæ provinciarum erant capita atque metropoles, sed de singulis etiam civitatibus, quæ illarum jurisdictioni suberant, intelligendum est. De omnibus enim dicitur : *Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini per singulas civitates interfectionis magnæ nimis.* Sed Scriptura brevitatis gratiâ non omnes enumerat, sed postea variis modis non obscurè significat, ut statim v. 12, et c. 6, v. 5. Quâ de re satis Abulensis q. 18, ubi etiam quærit, an sicut Dagonem arca dejecit et contrivit, sic etiam aliarum civitatum deos eodem etiam modo turpaverit confregeritque. Et docet, unum tantùm Dagonem in eâ regione fuisse contritum, quia aliter rem tantam Scriptura non tacuisset, præsertim cùm de aliis civium plagis satis fuerit disertè locuta. Quâ de re nos aliqua c. 6, v. 5.

Vers. 12 (1). — Viri quoque, qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium. Ex his verbis fit verisimile, plurimos ex illâ regione ad aspectum arcæ mortem subiisse repentinam, ad eum modum quo viri Bethsamitæ, cùm ad illorum conspectum appulit arca, perierunt. Hic enim duo videntur constitui hominum genera, alterum illorum qui fœdo illo atque occulto morbo laborârunt; illorum alterum, quos arcæ conspectus aut adventus extinxit. Quasi dicat historicus sacer, Philisthinorum alios subitâ fuisse morte sublatos, alios ulcere correptos intolerabili.

Ascendebat ululatus uniuscujusque civitatis

(1) Accaron una erat è maximis urbibus Philisthæorum, sita ad Mediterraneum, inter Azotum et Jamniam.

Exclamaverunt Accaronitæ, facilè principes et magistratus ; queruntur enim : *Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, ut interficiat nos et populum nostrum.* (Calmet.)

Ceux d'Accaron crièrent : Ils nous ont amené l'arche de Dieu afin qu'elle nous tue. Le peuple d'Accaron qui s'écrie de frayeur au premier bruit qu'ils entendent que l'arche va venir chez eux, représente admirablement ces personnes qui, au premier mot qu'on leur dit pour leur salut, et à la première vérité de l'Evangile qu'on leur annonce, rejettent l'arche de Dieu, c'est-à-dire sa parole et sa vérité, et croient qu'on leur veut imposer un joug qui leur serait insupportable. Bien loin de penser à devenir les véritables adorateurs du Dieu qui reposait dans l'arche, ils crient *qu'on renvoie cette arche*, de peur qu'elle ne les fasse mourir, et ils ne peuvent souffrir même parmi eux la présence des hommes de Dieu, qui sont les fidèles dispensateurs de sa parole et de sa loi, dont cette arche était la dépositaire. Mais ils ne laissent pas d'être frappés comme les autres. Il suffit d'être Philistin pour être maltraité de l'arche. Il faut ou renoncer à ce peuple réprouvé de Dieu, ou s'attendre d'être enveloppé dans sa ruine. Qu'on reçoive l'arche ou qu'on la rejette, on sera toujours ennemi de Dieu, à moins de devenir son peuple et d'être animé de son esprit. (Sacy.)

(1) *Chaque ville où allait l'arche était remplie de frayeur et de mort.* Ces châtiments de Dieu semblent effroyables. Ils sont proportionnés à la dureté de ces peuples, qui n'étaient touchés que de ce qui leur frappait les sens. Mais ceux de la religion chrétienne sont bien plus terribles, quoique étant insensibles et spirituels selon l'état de la loi nouvelle, ils aient besoin de la foi pour être compris. Dieu vengeait alors son arche qui était sainte, et qui était la figure du Saint des saints. Il venge maintenant la chair adorable de son Fils qui est la vérité de cette figure, et qui souvent est abandonnée à des âmes indignes, qui sont le temple, non d'une idole seulement, comme était Dagon, mais d'autant de démons qu'ils ont de passions qui les dominent. On profane ainsi par un sacrilége ce qu'il y a de plus saint dans le ciel et dans la terre ; et il semble que ce soit impunément. Mais on peut dire véritablement que l'impunité apparente de ces crimes en est le plus grand supplice *Impunitas ipsa pœnalis est,* dit saint Augustin. Dieu ne fait plus sentir le poids de ses jugements par des punitions effroyables; mais il abandonne l'âme à cette léthargie intérieure qui ne lui laisse aucun sentiment. Il ne frappe plus les corps par des plaies honteuses, mais il les livre à des passions qui sont les maux effectifs dont ces maladies étaient les images.

Ainsi ils ne se plaignent point comme faisaient alors ces idolâtres, *dont les cris montaient jusqu'au ciel ;* mais ils doivent craindre que demeurant toujours insensibles et à leur péché et à leur endurcissement même qui en est la peine, ils ne se ferment enfin la porte de la miséricorde de celui dont la bonté ne se lasse point de les souffrir. (Sacy.)

IN CŒLUM. Hyperbolicum dicendi genus, quo quæ magna sunt ad cœlum ascendere dicuntur. Sicut Deut. 1, v. 28, civitates dicuntur ad cœlum usque fuisse munitæ. Et Psal. 106, de gravi tempestate dicitur : *Ascendunt usque ad cœlos, descendunt usque ad abyssos.* Neque id minùs apud profanos usitatum. Unus Virgilius lib. 2 Æneid. plurima suppeditabit exempla :

..... *Penitùsque cavæ clangoribus ædes*
Femineis ululant; ferit aurea sidera clamor.

Et iterùm de Laocoonte :

Clamores simul horrendos ad sidera tollit.

CAPUT VI.

1. Fuit ergo arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus.

2. Et vocaverunt Philistiim sacerdotes et divinos, dicentes : Quid faciemus de arcâ Domini? indicate nobis quomodò remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt :

3. Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis reddite ei pro peccato : et tunc curabimini, et scietis quare non recedat manus ejus à vobis.

4. Qui dixerunt : Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntque illi :

5. Juxta numerum provinciarum Philisthinorum quinque anos aureos facietis et quinque mures aureos, quia plaga una fuit omnibus vobis et satrapis vestris. Facietisque similitudines anorum vestrorum, et similitudines murium, qui demoliti sunt terram, et dabitis Deo Israel gloriam, si fortè relevet manum suam à vobis et à diis vestris et à terrâ vestrâ.

6. Quare aggravatis corda vestra, sicut aggravavit Ægyptus et Pharao cor suum? nonne, postquàm percussus est, tunc dimisit eos, et abierunt?

7. Nunc ergo arripite et facite plaustrum novum unum : et duas vaccas fœtas, quibus non est impositum jugum, jungite in plaustro, et recludite vitulos earum domi.

8. Tolletisque arcam Domini, et ponetis in plaustro, et vasa aurea quæ exsolvistis ei pro delicto ponetis in capsellam ad latus ejus, et dimittite eam ut vadat

CHAPITRE VI.

1. L'arche du Seigneur ayant été dans le pays des Philistins pendant sept mois,

2. Les Philistins firent venir leurs prêtres et leurs devins, et leur dirent : Que feronsnous de l'arche du Seigneur? Dites-nous comment nous la renverrons au lieu où elle était. Ils leur répondirent :

3. Si vous renvoyez l'arche du Dieu d'Israël, ne la renvoyez point vide ; mais rendez-lui ce que vous lui devez pour *l'expiation de* votre péché ; et alors vous serez guéris, et vous saurez pourquoi sa main ne se retire point de dessus vous.

4. Ils leur demandèrent ensuite : Qu'est-ce que nous devons lui rendre pour notre péché? Les prêtres répondirent :

5. Faites cinq anus d'or, et cinq rats d'or, selon le nombre des provinces des Philistins, parce que vous avez tous été frappés, vous et vos princes, d'une même plaie. Vous ferez donc des images de la partie qui a été malade, et des images des rats qui ont ravagé *votre* terre, et vous rendrez gloire au Dieu d'Israël, *en reconnaissant que c'est lui qui vous a frappés, et que c'est de lui seul que vous attendez votre guérison.* Il retirera peut-être sa main de dessus vous, de dessus vos dieux et de dessus votre terre.

6. Pourquoi appesantiriez-vous vos cœurs, comme l'Egypte, et comme Pharaon appesantit son cœur? Ne renvoya-t-il pas enfin les Israélites, après avoir été frappé *de diverses plaies?* et ne les laissa-t-il pas aller? *N'attendez pas, comme lui, à la dernière extrémité.*

7. Prenez donc *maintenant* un chariot, que vous ferez faire tout neuf, *par respect pour l'arche;* et attelez-y deux vaches qui nourissent leurs veaux, auxquelles on n'aura point encore imposé le joug ; et renfermez leurs veaux dans l'étable.

8. Prenez *ensuite* l'arche du Seigneur, et placez-la sur le chariot ; et ayant mis à côté, dans une cassette, les figures d'or que vous lui aurez payées pour votre péché, laissez-la aller,

9. Et aspicietis : et siquidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande : sin autem minimè, sciemus quia nequaquàm manus ejus tetigit nos, sed casu accidit.

10. Fecerunt ergo illi hoc modo; et tollentes duas vaccas, quæ lactabant vitulos, junxerunt ad plaustrum vitulosque earum concluserunt domi.

11. Et posuerunt arcam Dei super plaustrum, et capsellam, quæ habebat mures aureos et similitudines anorum.

12. Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Bethsames, et itinere uno gradiebantur, pergentes et mugientes; et non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram : sed et satrapæ Philisthiim sequebantur usque ad terminos Bethsames.

13. Porrò Bethsamitæ metebant triticum in valle; et elevantes oculos suos viderunt arcam, et gavisi sunt cùm vidissent.

14. Et plaustrum venit in agrum Josue Bethsamitæ, et stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus; et conciderunt ligna plaustri, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino.

15. Levitæ autem deposuerunt arcam Dei, et capsellam quæ erat juxta eam, in quà erant vasa aurea, et posuerunt super lapidem grandem. Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, et immolaverunt victimas in die illà Domino.

16. Et quinque satrapæ Philistinorum viderunt, et reversi sunt in Accaron in die illà.

17. Hi sunt autem ani aurei quos reddiderunt Philisthiim pro delicto Domino : Azotus unum, Gaza unum, Ascalon unum, Geth unum, Accaron unum,

18. Et mures aureos secundùm numerum urbium Philisthiim quinque provinciarum, ab urbe muratà usque ad

9. Et vous verrez *ce qui en arrivera*. Si elle va par le chemin qui mène en son pays vers Bethsamès, ce sera le Dieu d'Israël qui nous aura fait tous ces grands maux; si elle n'y va pas, nous reconnaîtrons que ce n'est pas sa main qui nous a frappés, mais que ces maux sont arrivés par hasard.

10. Ils firent donc ce que leurs prêtres leur avaient conseillé; et prenant deux vaches qui nourrissaient leurs veaux de leur lait, ils les attelèrent au chariot, après avoir renfermé leurs veaux dans l'étable;

11. Et ils mirent l'arche de Dieu sur le chariot, avec la cassette où étaient les rats d'or et les cinq figures des anus.

12. Les vaches, ayant commencé d'aller, marchèrent tout droit par le chemin qui mène à Bethsamès, et avançaient toujours d'un même pas, en beuglant, sans se détourner ni à droite ni à gauche. Les princes des Philistins, *pour s'assurer par eux-mêmes de la vérité du fait*, les suivirent jusqu'à ce qu'elles fussent arrivées sur les terres de Bethsamès.

13. Les Bethsamites moissonnaient alors les blés dans une vallée; et, levant les yeux, ils aperçurent l'arche, et eurent une grande joie en la voyant.

14. Le chariot vint se rendre dans le champ de Josué Bethsamite, et s'arrêta là. Il y avait au même lieu une grande pierre; et les Bethsamites, ayant coupé en pièces le bois du chariot, mirent les vaches dessus, et les offrirent au Seigneur en holocauste.

15. Les lévites descendirent l'arche de Dieu, avec la cassette qui était auprès, où étaient les figures d'or, et ils les mirent sur *cette* grande pierre. Les Bethsamites offrirent alors des holocaustes *devant l'arche*, et immolèrent des victimes au Seigneur.

16. Les cinq princes des Philistins ayant vu ceci retournèrent le même jour à Accaron.

17. Voici *les noms des villes qui offrirent* les cinq anus d'or que les Philistins rendirent au Seigneur pour leur péché : Azot, Gaza, Ascalon, Geth et Accaron en donnèrent chacune un,

18. Avec autant de rats d'or qu'il y avait de villes dans les cinq provinces des Philistins tant des villes murées que des villages sans murs, jusqu'à *la pierre nommée depuis* le Grand

villam quæ erat absque muro, et usque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam Domini : quæ erat usque in illum diem in agro Josue Bethsamitis.

19. Percussit autem de viris Bethsamitibus, eò quòd vidissent arcam Domini : et percussit de populo septuaginta viros, et quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eò quòd Dominus percussisset plebem plagâ magnâ.

20. Et dixerunt viri Bethsamitæ : Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti hujus? et ad quem ascendet à nobis?

21. Miseruntque nuntios ad habitatores Cariathiarim dicentes : Reduxerunt Philisthiim arcam Domini; descendite, et reducite eam ad vos.

Abel, *ou le grand deuil,* sur laquelle ils mirent l'arche du Seigneur, qui est encore aujourd'hui dans le champ de Josué, Bethsamite.

19. Or, *ce qui fit donner ce nom à cette pierre, c'est que* le Seigneur frappa de mort les habitants de Bethsamès *et des villes voisines,* parce qu'ils avaient vu *avec curiosité* l'arche du Seigneur ; *et pour cette faute,* il fit mourir soixante-dix personnes des principaux de la ville, et cinquante mille hommes du peuple; et ils pleurèrent tous de ce que le Seigneur avait frappé le peuple d'une si grande plaie.

20. Alors les Bethsamites dirent : Qui pourra subsister en la présence de ce Seigneur et de ce Dieu si saint, et chez qui d'entre nous pourra-t-il demeurer?

21. Ils envoyèrent donc des gens aux habitants de Cariathiarim, et leur firent dire : Les Philistins ont ramené l'arche du Seigneur ; venez et emmenez-la chez vous.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Fuit ergo arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus (1). Theodoretus, ut dicebamus supra, existimavit arcam toto illo tempore fuisse in agro ; vox enim שדה *Sadeh,* quam Vulgatus interpres *regionem* convertit, etiam agrum significat. Fuit autem in agro, quia cùm in civitate magnam edidisset hominum stragem, et pestilentem morbum invexisset, è re suâ existimârunt fore Palæstini, quando jam steterat, illam ad antiquum locum et possessionem non esse referendam, in agro relinquere, et deserto ab hominibus loco, ut non haberet, in quos vim suam hostilem, cujus aculeos tanto suo malo fuerant experti, conferret. Sed neque defuerunt Domino arma quibus regionem illam ab habitatoribus desertam popularetur et perderet. Ut enim Ægyptios culicibus et ranis malè vexavit, et immissis crabronibus è suis sedibus Chananæos exegit, sic etiam Philisthinos agros erumpentibus undecùmque muribus vastavit, et jacta semina, aut jam enata atque adulta corrupit.

Quòd si septimo mense, ex quo capta fuit arca, restituta est, cùm illa tempore messis triticeæ fuerit reducta, verisimile est ad mensem novembrem gestum esse bellum, quo ad Philisthinorum manus arca pervenit ; nam ex eo ad triticeam messem, quæ in maii plerùmque extremum tempus incurrit, sub festum videlicet Pentecostes, septem interjecti sunt menses. De hoc tempore Abulensis cap. 6, q. 3, qui tamen, contra quàm putabat Theodoretus, censet totum illud tempus per alias aliasque civitates circumductam arcam. Illud mihi minùs placet, quod dicit Theodoretus, arcam locatam esse in subdiali loco ; neque enim videmus sic à Palæstinis arcam esse despectam, ut in aperto loco, imbribus ac ventis, imò et agrestibus animalibus pervio locari debuerit : Existimo potiùs in honestâ aliquâ et splendidâ domo fuisse religiosè conclusam, quales in lautis civitatibus, in suburbano tractu reperiuntur plurimæ.

Vers. 2. — Et vocaverunt Philisthiim sacerdotes et divinos (2), dicentes : quid faciemus de arca Domini? Cùm ægrè affici corpora et vastari agros ac vineas viderent Palæstini, statuerunt omninò è suis finibus quamprimùm ablegandam arcam ; sed quia quod ad modum attinet, quia ad scientiam sacerdotalem seu auguralem pertinere existimabant, quia res

(1) Ita Hebr., Chald. et cæteri. Perperàm ergo Josephus habet, *quatuor mensibus.* (Corn. à Lap.)

(2) Divinatio et auguria familiarissima erant apud omnes Orientales ; hanc autem superstitionem ex Ægyptiis facilè acceperant Philisthæi. Non satis apertè definiri potest, utrùm sacerdotes apud illos artem divinandi, ac futura prædicendi profiterentur : id tamen non sine veri specie reputaverimus, cùm idem mos apud omnes ferè gentes obtineret. Hanc artis professionem agebant sacerdotes, cùm magica et superstitiosa callerent. (Calmet.)

erat sacra, ideò augures, seu divinos ac sacerdotes in consilium advocant. A quibus non rogant, an arca remittenda sit, jam enim hoc ipsi decreverant, sed quid circa arcam, pietas ac religio præscriberet, ne dùm avertere à se student, inflammarent potiùs, et acuerent divinum furorem. Vocant autem sacerdotes, quia hi, cùm sacra tractant, sacros etiam ritus et cæremonias didicêre, quibus socios addunt divinos et aruspices, qui futuros rerum eventus prænoscere aut conjectare, et si quid impendeat adversi, illud avertere aut frangere posse existimantur.

VERS. 3. — SI REMITTITIS ARCAM DEI ISRAEL, NOLITE DIMITTERE EAM VACUAM, SED QUOD DEBETIS, REDDITE EI PRO PECCATO (1), ET TUNC CURABIMINI. Primum, statuunt sacerdotes et divini non oportere arcam ad suas sedes vacuam remitti, si placare Dominum vellent, et exorare pro communi vulnere medicinam. Ut enim hospes ab amico ingenuo et liberali domum sine apophoreto reverti non solet, sic etiam arca, quæ aliquandiù apud Palæstinos hospitata fuit, ut cùm bonâ gratiâ dimissa videretur, sine aliquo munere dimittenda non fuit. Audierant fortassè à Judæis, quia illos vicinos semper, et aliquando subjectos habuerunt, solemne fuisse illis, ne unquàm vacuas afferrent manus, si conspectum Dei subire vellent, juxta illud Exod. 23, v. 15 : *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* Atque ideò monent, ne sine munere ex suis sedibus abire patiantur. Et addunt aliquid pro peccato deberi Deo Israel, et si id, quidquid est, ritè ac religiosè retulerint, sanitatem à vulnere, et ubertatem in agris, quos mures corroserant, pollicentur.

(3) Peccatum intellige ablatæ arcæ, ideòque irreverentiæ Deo Hebræorum illatæ, præsertim in Philisthinorum opinione et conscientiâ, ait Abulens. Nam alioqui si Philisthini justum contra Hebræos gerebant bellum, non erat grave peccatum, cum reliquis spoliis arcam quoque religiosè transferre. Peccatum autem verum et grave, ob quod à Deo flagellabantur, erat, quòd ipsi arcam cum suo idolo Dagon collocâssent, imò eam Dagoni subjecissent, et quasi trophæum dicâssent; sed ipsi, utpote idololatræ et cultores Dagon, non æstimabant hoc esse peccatum, ideòque Deus eos percussit, ut inde discerent hoc peccatum æstimare arcamque esse majorem Dagone. (Corn. à Lap.)

Si vous renvoyez l'arche du Dieu d'Israël, rendez-lui ce que vous lui devez pour votre péché. Les Philistins sont contraints enfin de rendre gloire au Dieu d'Israël, et leurs prêtres mêmes leur conseillent de donner des marques publiques de la satisfaction qu'ils lui font pour avoir violé le respect qui était dû à ce qu'il y avait de plus saint parmi son peuple. Ainsi l'arche, qui était entrée comme vaincue dans le pays des Philistins, en retourne comme en triomphe, emportant avec elle dans des vases d'or les images des plaies horribles dont le Dieu des Hébreux avait affligé ces peuples, pour être comme un monument éternel de sa puissance, et comme les trophées de sa victoire.

Ce sens qui est celui de la lettre paraît clairement dans toute la suite. C'est pourquoi les vaches qui emmènent le chariot où était l'arche, marchent dans leur chemin sans se détourner ni à droite ni à gauche, et sans que l'amour de leurs petits qu'elles avaient laissés dans l'étable les fît retourner en arrière, parce que n'ayant aucun homme pour les conduire, cette même main invisible qui avait frappé ces peuples les poussait invisiblement jusqu'à ce qu'elles fussent descendues sur les terres d'Israël pour y déposer l'arche au lieu que sa providence leur avait marqué.

Mais saint Gregoire dit excellemment, « que « plus les circonstances de cette histoire paraissent petites, plus elles nous doivent être « vénérables; étant certain que le Saint-Esprit « ne les a exprimées avec tant de soin que « parce qu'elles renferment des instructions « très importantes. Ces maladies des Philistins, « honteuses en tant de manières, marquaient « visiblement la plaie des péchés. » Ces images sont d'or, qui est la figure de la charité, parce que *c'est la charité seule qui éteint les péchés*, comme dit saint Augustin, *sola charitas extinguit peccata*, et que nous ne sommes vraiment guéris que lorsque l'amour de Dieu prend dans notre cœur la place que notre amour propre y tenait auparavant.

« C'est pourquoi il y a cinq figures d'or de « cette maladie honteuse, qui nous marquent « les cinq sens, selon le même pape, parce que « comme le démon s'en était servi auparavant « comme d'armes et d'instruments du péché, « il faut qu'ils soient ensuite consacrés à « Dieu, afin qu'il les rende *des armes de la « piété et de la justice*, selon l'expression de « saint Paul. » Le même saint ajoute « que ces « figures de la plaie du péché sont d'or, pour « nous apprendre qu'encore qu'il soit très utile « de nous représenter nos péchés, afin de re- « connaître la miséricorde infinie de Dieu qui « nous en a délivrés, nous ne devons pas « néanmoins les envisager souvent dans la « difformité qui leur est naturelle, et qui est « marquée par cette plaie ignominieuse des « Philistins, de peur que cette représentation « n'excite dans les sens quelque nuage téné- « breux qui ternisse en quelque sorte la pureté « de notre âme.

« Lorsque le pécheur ne vient que d'être « touché de Dieu, dit ce saint, il faut néces- « sairement qu'il pense à l'horreur de ses dé- « sordres. Mais après qu'il les a long-temps « pleurés, il doit se les représenter sous des « figures d'or, c'est-à-dire autant qu'il lui est « nécessaire pour s'animer à la reconnais- « sance, et pour s'humilier profondément sous « la main de celui qui l'a tiré de cet abîme de « mort. » *Peccata diluta magnis fletibus non attentius, nec in deformitate suâ respicienda, sed æstimatione humilitatis aliquando cogitanda.* (Sacy.)

Ubi Vulgatus : *Quod debetis, reddite et pro peccato ;* hebraicè est : *Reddite illi ;* אשם, *asam,* id est, *peccatum.* Sumitur autem in Scripturâ sæpè *peccatum,* pro eo quod pro peccato debetur, quale est sacrificium aut munus. Quo sensu Christus dicitur pro nobis *factus esse peccatum,* id est, sacrificium pro peccato, et sacerdotes *comedere populi peccata,* id est, oblationes, quas populus offert pro peccatis.

Peccatum intercessisse facilè sacerdotes et divini ex acceptâ plagâ et agrorum vastitate conjectant. Quia id aut in fabulis, aut in veris etiam historiis audierant, ubi gentium dii suas ulciscuntur injurias, dùm illos severè puniunt, à quibus contempti aut violati creduntur. Multa habes, et in hanc sententiam exempla accommodata apud Valerium lib 1, cap. 1, de observatâ aut neglectâ Religione. Solere autem gentilium deos (quo ipsi modo, aut quâ simulatione faciant, non disputo), solere, inquam, cùm quis dolere se de peccato aliquo vel munere, vel observantiâ profitetur, sanitatem reddere, aut commoditatem, quam abstulerant, docet ex eo quod sæpè observârat Ovidius, lib. 1 de Ponto, eleg. 1 :

Vidi ego Niligenæ numen violâsse fatentem
Isidis, Isiacos ante sedere focos.
Alter ob huic similem privatus lumine culpam
Clamabat, mediâ se meruisse viâ.
Talia Cœlestes fieri præconia gaudent,
Ut sua quid valeant numina, teste probent ;
Sæpè levant pœnas, ereptaque lumina reddunt,
Cùm benè peccati pœnituisse vident.

Didicerant etiam muneribus placari offensa numina, et fieri benevola in illos quos infenso priùs animo insectabantur. Nonius *dona* appellari dicit, quæcumque placandorum deorum causâ templis inferebantur. Et Cicero lib. 2 de Legibus, vetat ne quis impius oblatis donis Deum placare audeat. Et cùm non dissimilia pateretur Aristæus in apibus extinctis, atque Palæstini in agro à muribus everso, munera jubetur deferre ad deorum aras, et eorum placare offensos animos.

..... Miserabile nymphæ
Exitium misêre apibus; tu munera supplex
Tende, petens pacem, et faciles venerare Napæas.

Ovid lib. 3, de Arte :

Munera, crede mihi, placant hominesque deosque;
Placatur donis Jupiter ipse datis.

Ex hâc disciplinâ sacerdotes et divini oblatis muneribus placandum esse dicunt Deum Israel.

Et scietis, quare non recedat manus ejus a vobis. Septem ipsos menses, ut apparet, in viros agrosque Palæstinos divina manus sæviebat, et tamen quo erant aut mentis stupore, aut in Hebræos odio, dimittere nolebant captivam arcam, aut sibi persuadere, divinitùs esse plagam illam immissam ; sed dubitabant, an calamitas illa publica potiùs esset profecta à naturali causâ. Horum itaque cogitationi dubiæ respondent sacerdotes et rerum obscurarum conjectores, facilè ex suo consilio cognituros esse Palæstinos unde clades illa tanta suis et civibus et agris advenisset. Si enim arcâ cum muneribus ad propria dimissâ, pestis illa cessaret, tunc arcam præsentem illius extitisse indubitatam causam ; sin verò adhuc illud perseveraret incendium, aliam quærendam esse causam, illique diversum opponendum esse remedium.

Illud hìc admirandum, aut tam fuisse stolidos et pingues Palæstinos, ut tot mensibus et tam claris experimentis divinitùs inflictum esse malum non agnoverint; aut tam in suo consilio pertinaces, ut tamdiù diebus singulis accipere gravia detrimenta maluerint, quàm arcam ad suos cum honore et donis post tot suorum funera remittere. Miramur Pharaonis sive obstinationem sive amentiam; quem cùm Exod. cap. 8, v. 10, divina urgeret manus, et dirâ populus vexaretur plagâ, audissetque à Moyse: *Constitue mihi, quando deprecer pro te, et pro servis tuis, et pro populo tuo, ut abigantur ranæ à te et à domo tuâ*, ipse tamen respondet, *cras,* cùm urgere debuisset, ut nullam interponeret moram ; sed quamprimùm, et quàm ardenter incumberet in preces. Multò ego hìc admiror magis Palæstinorum insaniam, qui cùm ululatus undecùmque ad cœlos ascendant, multique quotidiè cadant, et agri à muribus corrosi squalescant et pereant, ipsi tamen non minùs septimestri spatio hæreant obstinatò, et tot hominum penè continenti funere suam insaniam tueri et sustentare velint.

Vers. 5. —Juxta numerum provinciarum Philisthinorum quinque anos aureos (1) facietis,

(1) Philisthæorum ditio in quinque provincias utique non distinguebatur ; tota enim intra modicum terrarum spatium comprehensa, nihil magis quàm unicam justam provinciam reddebat. Sed quinque in eâ erant urbes majores, singulis satrapis, vel principibus subditæ : quare textus Hebræus fert tantùm : *Juxta numerum sarenim Philisthæorum.* Quinque igitur imagines anorum, et totidem murium aureorum formatæ sunt ; quæ omnia condidêre

ET QUINQUE MURES AUREOS. Planè admirabile aut illud donum tam vile ac sordidum oblatum esse Deo, aut certè ex auro à quoquam sano fuisse formatum. Gregorius aliquid hìc contemplatur altius et ad mores egregium; quem tu vide. In summâ, hìc arcæ, id est, Deo, ut sacerdotes et divini clamabant, aureos mures et totidem anos deberi ait, quos offert Deo vera pœnitentia, quæ deformitatem et turpitudinem suam, quam habet à peccato et diabolo, ante arcam proponit, et suam solemni et quasi legitimâ formâ ignominiam fatetur, ut à Deo scelerum exoret veniam, et supplicii acerbitatem declinet. Id enim est *dare gloriam Deo*, qui gloriæ sibi ducit, cùm gloriam suam atque omnipotentiam parcendo maximè et miserando manifestat. Quare ille dicitur *dare Deo gloriam*, qui sua Deo confitetur peccata. Quod dixit Josue Acham, cap. 7, v. 19 : *Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, et confitere atque indica mihi quid feceris.* Quæ dicendi forma familiaris videtur fuisse Judæis, quando cæco à nativitate dicunt, dùm monent, ut verum fateatur : *Da gloriam Deo*, Joan. c. 9. Hoc ipsum dicunt sacerdotes statim : *Et dabitis Deo Israel gloriam*, dùm supplices ingenuè, quod ipsa horret pudica cogitatio, non divinis solùm, sed humanis etiam oculis objiciunt.

Item gloriosum est Domino, quod vile naturâ suâ est, aspectu horridum et auditu fœdum, si illud idem jam per pœnitentiam deletum et occisum sit. Quemadmodùm immundæ bestiolæ, quales mures sunt et lacerti, dùm spirant et vivunt, odiosæ sunt et nauseam movent; at illi iidem ex auro conflati, et pro nativis maculis, gemmis, aut alio pretioso ornamento distincti, in deliciis habentur à viris, quorum lauta est et splendida supellex. In quinque anis et totidem muribus quinque sensus considerat Gregorius, Angelomus et Glossa; illi cùm sordida, et quæ à mundo et carne tetrum aliquid olent immoderatè captant, id est, cùm planè voluptarii sunt, plane à moribus, qui in terræ visceribus latent, et è terræ corruptione generantur, non longè discedunt, et ab his partibus quas natura verecunda celavit, cùm indecorè ab infami et sanioso ulcere putrescunt. Quid turpius oculis, quos libido distorquet, et transversum inverecundè spectare facit, ex quibus scintillas excutit furor, et emissitios facit esse cupiditas. Quid odiosius maledicâ linguâ, quæ vel apertè lacerat, vel occultè mordet, et sensim immedicabile venenum instillat? Quid auribus illis minùs purum, quæ et obscœnis verbis et detractionibus patent, et tanquàm publicæ foricæ, quidquid est sordidum aut in privatis domibus, aut in publicis civitatum conventibus excipiunt? Hæc tamen omnia jam aurea et munda, quæ melioribus studiis vacant, et quæ magnorum scelerum administra fuerant, jam pietatis et religionis instrumenta sunt. Quod Paulus monet ad Rom. 6 : *Sicut exhibuistis membra vestra servire immunditiæ et iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem.* Sic Magdalena, quæ, ut canit Ecclesia, facta est ex lebete phiala, lenocinia et blandimenta libidinis in Christi honorem et obsequium impendit. Et similes extitêre quàmplurimæ, quæ cùm priùs ex sordido ac meretricio quæstu sordes contraxissent longè turpissimas, post tamen, cùm illas excoxisset pœnitentiæ fornax, tanquàm aurea et pretiosa munera Dominus accepit.

Adde quòd, quemadmodùm bestes vivi, præferoces, et qui militare signum in nostrum caput extulerunt, terrori nobis sunt, neque illos benevolis spectamus oculis, at cùm jam strenuè superati nostræ gloriæ atque triumpho serviunt, libenter intuemur, eorum imagines ex auro expressas nobiscum circumferimus, celamus in gemmis, gestamus in annulis tanquàm nobile generis stemma et æternum virtutis bellicæ monumentum, sic quæ Deo, cùm fuêre viva, odiosam suî præbuêre memoriam, eadem jam mortua, longèque projecta eidem tantùm honoris ac lætitiæ præbent, quantùm odii atque offensioni ante præbuerant. Fuerat priùs Nicanoris manus armata ferro terrori Judæis, qui pro patriâ religione certabant, at eamdem cum humero abscissam Machabæus Jerosolymam attulit, illamque ad populi voluptatem et gloriam contra templum suspendit, 2 Machab. cap. 15, vers. 30, et deinde.

Illud ad extremum addo (licet hoc alienum valdè fuerit ab Allophylis, id est, ab illis qui evangelicis legibus informati non sunt), à viris, quos cœlestis patriæ desiderium inflammat quique stimulis agitari se sentiunt ad virtutis studium, aut à præcipiti vitiorum semitâ revocari, instrumenta quibus ad illorum salutem usus est Deus, amari plurimùm, et eo haberi

in arculâ positâ ad latus arcæ fœderis, ut essent veluti monumentum, quo agnoscere se proiterentur, plagas illas quibus infecti sunt, à Deo sese excepisse, nec ab alio morbi remedium sperare. Hæc maximè communis et vera opinio (Calmet.)

in pretio, quo ea quæ magnæ nobis voluptati atque honori fuerunt, quæ homines illustri statuunt loco, curantque ut oculis quàm frequenter occursent. Novi ego hominem, qui sæpè contractam osculabatur manum, quia ab illius priùs dolore, deinde deformitate admonitus, de melioris vitæ formâ cogitare cœpit. Neque pauca ejusmodi occurrunt exempla. Sanè ita putabat David, qui humiliatus didicit, quod felix et potens ignorârat; Psal. 118 : *Bonum mihi, quia humiliâsti me*. Docuerunt idem hoc loco Philisthæi, qui aureos Deo offerunt mures, qui ipsorum agros ac vineas populati sunt, et illius morbi simulacra, à quo saniosum vulnus et insigne dedecus acceperunt.

Quia plaga una fuit omnibus vobis et satrapis vestris. Eodem modo principes et satrapæ, et popularis turba laborârunt, et fœdato corpore turpi plagâ, et vastatis agris à murium infestâ multitudine. Cùm autem quinque tantùm satrapiæ fuerint, et earum cujuslibet una plaga, atque eadem genere, non autem individuo numero, optimè sacerdotes inferunt et divini, quinque anos et totidem aureos mures esse conflandos. Quare non placet, quod quidam, in quibus sunt Gregorius, Chaldæus et auctor Traditionum hebraicarum, quicumque est, existimârunt, tot fuisse mures ex auro conflatos, quot in eâ provinciâ fuerunt civitates et vici.

Facietisque similitudines anorum vestrorum. Josephus statuas esse dicit hominum, neque fortassè malè, tametsi communiter alii contra sentiant, quia aliter non videtur, quomodò ex figurâ separatâ ac solâ cognosci posset, quid sibi vellet inusitata species, et hominum oculis à naturâ summota. At in humanâ formâ exprimi posset pars illa tumefacta et saucia, et situs ipse facilè ostenderet quod esset morbi genus. Sicut adamas aut lapis alius quicumque pretiosus separatus aut pictus in tabulâ, aut fictus ex solidâ materiâ, difficilè, inclusus tamen in annulo facilè cognoscitur. Alii communiter, et, ut opinor, meliùs, partem illam à toto corpore secernunt, eamque in circularem formam effigiant, cui à mariscis additus tumor, et quæ à morbo illo, ubi duriùs incruduit, abesse non solent.

Et similitudines murium, qui demoliti sunt terram. Hinc fit mihi plusquàm verisimile, mures non tam in homines sæviisse arrodendo extales, quæ prominebant è secessu, quàm in agros et vineas, quibus assiduo ac pestilenti morsu perniciem et tabem attulerunt; sicut aliæ quoque faciunt minutæ bestiolæ. Quòd autem animalia quædam exigua non tam viribus quàm multitudine infesta, non oppida solùm, sed etiam insulas totas suis civibus ac cultoribus spoliârint, docet Plinius lib. 8, cap. 29, ubi tradit à talpis civitatem in Thessaliâ fuisse suffossam; et ex Gyaro Cycladum insulâ incolas à muribus esse fugatos. Et quod nunc à muribus Palæstinos passos fuisse dicimus, id quoque aliis ab eâdem murium incursione contigisse scribit lib. 10, cap. 65. Cùm enim de murium incredibili fœcunditate egisset, addit : « Itaque desinit mirum esse, unde vis tanta « messes populetur murium agrestium. » Ubi etiam tradit ita plurimos ad Troadem provenisse, ut jam incolas inde fugaverint.

Si fortè relevet manum suam a vobis, et a diis vestris, et a terra vestra. Ex hoc loco fit verisimile, non solùm homines ab ulcere, et agros à muribus malè fuisse vexatos, sed etiam Palæstinorum deos, quod licet alibi sacer historicus tacuerit, non tamen nunc silent sacerdotes, qui cùm sacra deosque pro suo instituto curarent, sicut Dagonem Azotii, sic etiam ipsi deos alios ex suo loco deturbatos et allisos terræ, et graviter contritos aspexerant. Sicut cùm Christus ingressus est Ægyptum, omnia simulacra corruerunt, sicut prædictum ante fuerat Isaiæ cap. 19. Quod tacitè Scriptura significâsse videri potuit, dùm in aliis civitatibus aggravatam dicit Domini manum; et cùm morbi tantùm sedis et extalium meminisset, de muribus siluit, cùm tamen graveu à muribus plagam accepissent. Sic etiam ibidem intellexisse videtur simulacra collisa, licet illa speciatim non expresserit. Hæc ego conjectando dixerim. Abulensis q. 18, in cap. 5, contrarium probat, et fortassè verè, quà de re nos cap. 5, v. 10.

Vers. 6. — Quare aggravatis corda vestra, sicut aggravavit Ægyptus (1)? Non ignorabant Palæstini, sicut neque alii vicini populi,

(1) *Pourquoi appesantissez-vous vos cœurs comme Pharaon?* Les prêtres des Philistins donnent un sage conseil à ce peuple de ne pas endurcir leur cœur comme le peuple d'Égypte, auquel ils se comparent eux-mêmes dans les plaies de Dieu dont ils commençaient d'être frappés. Ils proposent à ce peuple de renvoyer l'arche dans un chariot traîné par des vaches sans être conduites de personne, pour éprouver si c'était la providence de Dieu ou le hasard qui les avait affligés de tant de plaies. Mais si nous cherchons dans cette histoire un sens plus spirituel, ces vaches qui ayant laissé leurs petits, traînent l'arche sans se détourner,

quid olim Hebræorum populo contigisset, sivè cùm Ægyptium jugum excussit è cervicibus, sive cùm vario successu inveteravit in deserto. Atque ideò sacerdotes harum rerum magis periti Ægyptiorum exemplo Philisthæorum satrapas deterrent, ne diutiùs apud se captivam arcam obstinatò detineant, ne talia patiantur qualia Ægyptii quondàm, dùm captivum populum toties admoniti liberum ab se discedere non sinunt. Sic etiam Achior dux Ammonitarum, Judith cap. 5, de Hebræorum gestis longam pertexuit narrationem. Monent igitur, ne sicut Ægyptii variis affecti plagis, obduruêre tamen, donec tandem confecti sunt, sic ipsi, dùm plagis non admodùm diversis exagitantur, et tamen pertinaciter in eâdem hærent sententiâ, simile post à Deo patiantur exitium (1).

Vers. 7. — Nunc ergo arripite, et facite plaustrum novum. Indignum putabant sacerdotes, si plaustrum portaret arcam Domini, quod rustico ministerio, aut humanis commodis ante servierat. Quare id primo loco statuunt, ut plaustrum novum fiat, quod tunc primùm, et si quando postea, uni Deo serviat. Quod etiam fecit David, qui plaustro item novo arcam imposuit, cùm illam ex Cariathiarim transtulit in domum Obededon, 2 Reg. 6, v. 3. Nôrunt id sacerdotes ab ipso naturæ lumine illustrati. Sanè Christus, quàm id divinam majestatem deceat, in seipso non obscura documenta dedit; nam quando cum aliquâ majestate et triumphali plausu Jerosolymam ingredi decrevit, pullum asinæ sibi afferri voluit, in quo nullus hominum antè sedisset. Sic enim Marci cap. 11, v. 2: *Invenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit; solvite illum, et adducite.* Et Lucæ 19, v. 29, hoc idem iisdem penè verbis iteratur. Et cùm de cruce depositus est, viri religiosi ac pii id etiam curârunt, inspirante sine dubio Spiritu sancto, ut in sepulcro novo, quod nullum illatenùs cadaver imbuerat, conderetur, Lucæ cap. 23, v. 53; sic de Joseph: *Posuit eum in monumento exciso, in quo nondùm quisquam positus fuerat.* Neque mihi dubium est, sindonem, quæ Christi corpus ad sepulturam involvit, illum primum usum habuisse. Quod ideò mihi persuadeo, quia illa à Matthæo cap. 27, munda vocatur; et Marcus cap. 15, v. 46, illam à Josepho emptam esse significat; emi autem ejusmodi vestes à viro locuplete et nobili, qualis esse dicitur Joseph, non solent nisi novæ. *Joseph autem mercatus sindonem, et deponens eum involvit sindone, et posuit eum in monumento.* Quis autem credat, cùm in emendo aromate ad ungendum corpus Jesu tam fuerint liberales viri pii, ut aloes et myrrhæ libras quasi centum attulerint in comparandâ sindone tam fuisse illiberales et parcos, ut illam tritam, et aliis antea usibus applicatam attulerint? Neque est improbabile, vestes quas Christus in mortali statu induit, à nullo unquàm homine gestatas esse priùs. Certè de interiori atque inconsutâ tunicâ, quam Virgo mater acu contexuit, aut opere textili confecit, sentiunt nonnulli, et probat Euthymius, qui in cap. 27 Matthæi ait, id se accepisse è traditione Patrum; hanc accepit Jesus infans attemperatam tunc infantili corpori; quæ tamen crescente corpore ipsa quoque crescebat, donec ad illam magnitudinem ascendit, quam habuit Christus dùm actus est in crucem. Ita Salmeron tom. 10, tract. 38, ubi hoc ipsum docet de vestibus filiorum Israel, quæ toto tempore quo in solitudine fuerunt, attritæ non sunt; quas dicit tale incrementum accepisse, quale sensim accipiebant parvulorum corpora. Quod item refert Abulensis in cap. 8 Deut. q. 1, ex Hebræorum sententiâ, quam ipse non improbat. Quare Christus toto vitæ tempore nullam aliam videtur habuisse tunicam, nisi quam à matre infans acceperat, atque adeò nullum habuisse vestimentum interius, quod alieno esset imbutum sudore, aut quod alienum unquàm corpus attigisset. Ex quo probabilis duci potest conjectura, B. Virginem sine ullâ originalis culpæ labe fuisse conceptam. Si

nous apprennent, selon saint Grégoire, « que « nous devons étouffer en nous les sentiments « de la nature pour n'avoir égard qu'à Dieu « que nous avons l'honneur de porter en nous; « que nous pouvons bien donner nos prières « et nos gémissements à ceux qui ont un « amour trop charnel pour nous, mais que « nous ne devons pas laisser de marcher « droit dans la voie de Dieu, sans nous en « détourner en aucune sorte. » *Dant ab intimis mugitus, et ab itinere non deflectunt gressus, ut compatiantur proximis per charitatem, et tamen de viâ Dei non exorbitent per compassionem.* (Sacy.)

(1) Nonne postquam percussus est, tunc dimisit eos, et abierunt? Volentes nolentesque, tandem ad hæc extrema cogemini. Hebræus: *Nonne Ægyptii dimiserunt eos, quando* (Deus) *illusit in eos?* vel postquàm illos oppressit? Sunt qui aliter accipiant: Ægyptii et Pharao nonne remiserunt illos, postquàm ipsos percussissent? Nonne coacti sunt tandem remittere Hebræos, postquàm longo adeò temporis tractu illos oppressissent? Ex his omnibus intelligimus, historiam liberati populi ex Ægypto gentes illas non latuisse. (Calmet.)

enim Christus vestem non habuit, aut vivus, aut mortuus, quæ alienis usibus serviisset (nisi cùm ignominiæ causâ purpuram ab illudentibus oblatam inductus est), quomodò est verisimile carnem induisse acceptam à Mariâ, quæ aliquando sub diaboli potestate fuerit? Quòd si diabolus indui dici potest illis quos subjectos habuit, et suo inustos stigmate et proprio charactere notatos, quomodò Isaiæ cap. 49, v. 18, Deus hominibus justis tanquàm ornamento dicitur esse vestiendus? planè dicendum esset (quod aures horrent et aversantur piæ) Christum illam indutum esse carnem, quam pro ornamento diabolus ante gestaverat.

Est itaque hoc divinæ Majestati debitum, ut nôrunt etiam ipsi gentiles, ne quid illi alienis usibus attritum offeratur, ne quid priùs ex oblato munere libârit humana commoditas. Neque sine causâ sacri præcipiunt canones, ne ulla consecretur Deo, nisi cui sit illibatus virginitatis flos; licet enim Deus conjugatas amet et viduas, quæ humanum et corruptibilem torum inierunt, tamen nobiliori quodam modo sponsæ dicuntur, quæ pudorem servant intaminatum et integrum, neque viriles unquàm amaverunt amplexus. Cum his sese Deus oblectat, ut cantat Ecclesia: *Qui pascis inter lilia septus choreis virginum.* De his Apocal. cap. 14, v. 4: *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt, et sequuntur agnum, quòcumque ierit.*

Et duas vaccas fœtas, quibus non est impositum jugum, jungite in plaustro, et recludite vitulos earum domi. Multa hìc congerunt sacerdotes isti atque divini, quorum tamen nihil videtur otiosum. Eò enim spectant illorum consilia, ut explorent an ab offenso Deo, vel à naturali causâ illam Palæstini plagam, aut illorum agri vastitatem acceperint. Quare illa proponunt documenta et signa, quæ nunquàm, aut rarò solet edere natura mortalium, ut illa à Deo potiùs quàm à naturâ edita nemo non agnoscat. Difficile est, indomitas vaccas, quæ neque cervicem jugo, neque dorsum oneri subjecerunt, jugum subire, et plaustrum trahere, neque declinare de viâ, cùm tamen neque rhedarius regat, aut stimulis adigat, aut illa vis aliena adhibeatur, quæ durum illud et insuetum ministerium obire compellat. Difficile est, cùm libero vaccæ progrediantur incessu, vitulorum amore, et iterato sæpiùs vagitu non revocari de medio cursu. Hæc sanè neque natura efficit, neque ullo modo patitur nisi invita. Quare si id ultrò, neque ab aliis instimulatæ vaccæ præstiterint, argumentum est prudentibus, remque suis momentis explorantibus, divinum esse negotium, non humanum. Natura enim horret grave et insuetum opus, et indocile collum detrectat potiùs et excutit quàm admittit jugum. Et filii, qui pars sunt et viscera parentum, non deseruntur, nisi disruptis lacerisque præcordiis; quocirca unus est Deus, qui tot potest vincula disrumpere, tot impedimenta superare.

Fœtæ dicuntur *vaccæ*, cùm tamen jam fuerint vitulos enixæ; neque tamen hìc aliquid dicitur inusitatum aut infrequens. Licet enim fœta dicatur illa quæ nondùm fœtum edidit quem gerit in utero, tamen apud eos etiam qui non vulgare nomen obtinent inter Latinos, illæ etiam appellantur *fœtæ*, quæ jam partu solutæ atque levatæ sunt. Exempla nos, et hujus nominis causam adduximus ad illud Isaiæ cap. 40: *Fœtas ipse portabit.* Plinius lib. 8, cap. 42, de equâ post editum pullum: *Hippomanes, quod statim, edito partu, devorat fœta.* Et Virgilius lib. 3 Georg. vaccas, quæ jam vitulos alunt, *fœtas* vocat, easque mulgeri vetat, ne vitulis à materno ubere alimentum desit.

Nec tibi fœtæ
More patrum nivea implebunt mulctralia lacte,
Sed tota in dulces consument ubera natos.

In eâdem significatione habes Genes. 32, v. 15, ubi sic de Jacob: *Separavit camelos fœtas cum pullis suis.*

Hìc ego pro religiosorum ordinum commendatione aliquid supra naturam et multiplici nomine admirandum invenio, quod sanè probat institutum illud planè apostolicum et divinum, neque inventum esse humano consilio, neque ad illius studium et amplexum homines ab alio agi quàm à divino motu, qui vim omnem et nutum naturalem, si non omninò extinguit, at certè vehementer obtundit atque debilitat. In vaccis enim, quæ indocile priùs collum jugo submiserunt, neque curârunt quid vituli relicti mugiendo requirerent, sed licet gravi quodam sensu ac dolore compunctæ, cœptam tamen persequuntur viam quam ingressæ fuerant, religiosi viri studium et officium agnosco, et Dei ipsius in illud hominum institutum et genus singularem providentiam et curam. Cùm enim magnum sit suorum viscerum, id est, affectuum et appetitionum oblivisci, et reluctantes naturæ sentientis impetus frenare, et divinæ legis imperio subjicere, neque unquàm deponere evangelici jugi pondus, quod inexperti ducunt intolerabile, Deus

tamen ipse suavi suâ providentiâ efficit, ne quid in eâ contentione durum, et in re quæ naturæ videtur bellum intulisse, nihil nisi à naturali sensu profectum appareat.

Vers. 8. — Et vasa aurea quæ exsolvistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus ejus. Vas latissimam apud Hebræos habet significationem. Hebraicè קלי *keli,* hìc pro anis aureis et muribus item aureis usurpatur. Hos verò in capsâ aut arculâ quâdam inclusos ad arcæ latus constituerunt; neque enim, ut apparet, illam sunt ausi reserare, vel quia aliquid in eâ sacrum reverebantur, aut quia si quid in illam tentâssent audaciùs, horribile aliquod supplicium metuebant.

Et dimittite eam, ut vadat. Jubent sacerdotes, ut nullus plaustro imponatur auriga, sed sine rectore pergant vaccæ, quòcumque illarum feratur appetitus, persuasi illis pro rectore et aurigâ futurum esse Dominum, qui eò ageret quantùmvis invitas et obluctantes vaccas, unde sumi possent de illatæ calamitatis causâ certæ conjecturæ. Et planè ita accidit: ea enim vaccarum progressio fuit, ut dubitare gentiles illi populi non potuerint, plagam illam tam deformem et duram contigisse divinitùs. Simili consilio S. Ignatius, Pater noster, exprorare voluit, cùm adhuc esset rudis in christianâ militiâ, quidnam Deo, cujus se jam obsequio totum mancipârat, magis esset acceptum. Cùm enim Agarenus quidam de Matris Christi Mariæ perpetuâ virginitate loqueretur audaciùs, dubitare cœpit, an ab illo christiana pietas exigeret, ut quem ratione convincere non poterat, pugione conficeret, eoque modo purissimæ Virginis ulcisceretur injurias: tandem statuit, equo, quo vehebatur, habenas permittere; et si, cùm ventum esset ad bivium, ad oppidum diverteret, quò Agarenus ille declinaret, eriperet illi sceleratum spiritum, quo in B. Virginem impia verba formaverat; sed rexit tunc Dominus equum, cui rector deerat, sicut modò plaustrum ab aurigâ vacuum moderatus est.

Vers. 9. — Et si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande. Usitatum fuit antiquo illo seculo, ut homines certum inter se signum constituerent, ut ex eo cognoscerent quidnam facto opus esset, et qualis expectari posset rerum eventus. Quod etiam signum Jonathas adhibuit infra, cap. 14, quibus interdùm Deus pondus aliquod inesse voluit, qui sortes ab hominibus in sinum urnamve conjectas ipse moderatur. Proverb. 16, v. 33: *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.* Sic temperatæ sunt sortes quibus Acham anathematis reus, Josue cap. 3, et lib. 1 Reg. cap. 14, Jonathas violati jejunii indicti à parente deprehensus est. Sic sortes, quibus usus est Nabuchodonosor, ut exploraret quid magis sibi futurum esset ex usu, movere-ne contra Ammonitas castra, an contra Jerusalem. Sic ergo nunc explorare Palæstini volunt, an Deus fuerit illius cladis et ignominiæ auctor, aut à naturali causâ res tota provenerit. Judicium verò sumendum esse statuerunt è vaccarum progressu, quæ si rectà, relictis aliis viis quæ se in eo cursu passim offerebant, pergerent Bethsames, quæ prima in Israelis finibus occurrebat, illud esse signum voluerunt divinæ vindictæ; sin secùs, naturali causæ infortunium illud esse tribuendum. Deus autem usus illorum sive ineptâ, sive inspiratâ cogitatione (de hoc enim nihil habemus certum), directo in Bethsames plaustro divinitùs inflictam esse plagam edocuit.

Vers. 12. — Et itinere uno gradiebantur pergentes, et mugientes (1). Tradit Josephus

(1) Mysticè vaccæ mugientes et vitulos suos relinquentes, ac portantes arcam rectà versùs Bethsames, id est, domum solis, significant prædicatores et sanctos, qui Spiritu Dei acti rectà per mortificationem carnalis affectùs erga filios et parentes, et bona opera in cœlum concorditer contendunt. Ita S. Greg., Eucher., Raban., Rupert., Hugo, Lyran., Dion. et alii. Audi S. Greg.: « Pergunt vaccæ quia sancti « viri bona incessanter faciunt: mugiunt verò, « quia carnalia desideria in seipsis extinguere « sine magnâ quotidiè tribulatione non possunt. Mugire namque ad laborem edomandæ « carnis pertinet, pergere autem ad perseverantiam bonæ voluntatis. Nam dùm contra « naturam caro carnales motus comprimere « cogitur, velut mugit, dùm graditur, quia « propria desideria adimplere prohibetur. » Et mox: « Benè, inquit, duo hæc in sanctorum « profectione describuntur, pergere et mugire, « quia etsi eis ad supernam patriam festinantibus magna est instantia desiderii, est nihilominùs invincibilis patientia laboris. » Probat id exemplo Apostoli dicentis: *Ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis,* Phil. 3, 14. Et tamen mugiebat dicens: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Rom. 7, v. 23 et 24. Sic igitur ait S. Greg.: « Mugiunt « vaccæ, sed pergunt, quia sancti viri, etsi « magna sunt tentamenta, quæ perferunt, « viam tamen supernæ patriæ non relinquunt. » Plura in hanc rem congerit hìc noster Mendoza.

Ibant autem in directum vaccæ per viam

arcam in trivio positam, et vaccas rectam, id est, mediam tenuisse viam, neque in alterutram partem divertisse. Ego plures vias, sive à rectâ viâ plurima fuisse divortia non dubito; neque enim aliter aliquid valeret illa Palæstinorum conjectatio de vaccarum progressu in Bethsames, si una tantùm esset via per quam necessariò pergendum esset. Puto etiam ante illa viarum divortia plaustrum esse positum, et vaccas jugum subire coactas, quæ ubi ad illa pervenêre diverticula, rectam tenuerunt, id est, mediam viam. Et illud est in directum ivisse vaccas, et uno itinere fuisse progressas, quia si ad alterutrum latus deflexissent, via judicari posset aliquâ ratione diversa. Hoc porrò opus esse Dei, qui eo modo suum hominibus voluit aperire consilium, sentiunt communiter interpretes; ita Augustinus lib. 10 de Civit. cap. 17; Theodoretus q. 13, ipsam arcam sic fuisse dicit onus plaustri, ut etiam illius fuerit auriga. Unus est Origenes, quod ego viderim, homil. 16 in cap. 23 Numer., qui contra sentiat: putat enim progressum illum vaccarum, quo explorare voluerunt Palæstini an plaga illa à Deo potiùs offenso quàm à causâ proveniret naturali, fuisse à dæmoniacâ potiùs et auguratrice scientiâ, quàm à divino instinctu, et opus illud à dæmone potiùs quàm à Deo temperatum. « Quis, inquit, præsciên-« tiam hanc, quæ de boum directione prædicta « est, vel fortuitam dicat, vel aliquâ arte « compositam, et non operatione quàdam dæ-« monum ministratam? » Ubi plura in hanc sententiam.

Pergebant mugientes vaccæ, quia mugientes audiebant vitulos, et quasi suam orbitatem lugentes, quibus ipsæ materno admugiebant affectu, et licet dolerent, pergebant tamen non intermisso gressu, neque tantillùm à directâ viâ declinantes, cùm tamen, ut diximus, urgeret nemo, nemo regeret. Quod egregium est symbolum illius qui legem portat Dei inclusam non in arcâ, sicut vaccæ, sed insculptam in corde, quæ jubet ut relinquamus vitulos, et à rectâ, licet arctâ, viâ non declinemus.

VERS. 13. — PORRÒ BETHSAMITÆ METEBANT TRITICUM IN VALLE. Messis triticea in illud incurrebat tempus in quo Pentecoste celebratur, in quâ primæ illius anni fruges offeruntur, id est, *panes primitiarum duo de duabus decimis similæ fermentatæ*, ut habes Levit. cap. 23. Cùm autem triticea messis, sicut etiam Pentecoste sub finem maii frequenter incurrat, ducta videtur in regionem Philisthinorum arca sub mensem novembrem; ex eo enim ad maium usque extremum septem intersunt menses, quot arca Domini apud Palæstinos exulavit.

ET ELEVANTES OCULOS SUOS VIDERUNT ARCAM. Non difficile fuit Bethsamitis arcam illam arcam esse testamenti cognoscere, tum ex formâ quam habuit cum aliis arcis non communem; tum ex splendore qui non poterat esse non eximius, cùm tam intùs quàm foris laminis tegeretur aureis, quæ à sole percussæ radios vibrabant solaribus quàm simillimos. De splendore ac fabricâ vide Exodum cap. 25. Quòd si tecta, sicut in deserto, vehebatur arca, non fuit difficile illam cognoscere, cùm non minùs, imò multò magis ex tegumento cognoscere potuerint, quod magis erat notum, quàm arca quæ nunquàm aut perquàm rarò nuda oculis patuit popularium. Gavisi sunt autem vehementer Bethsamitæ, ubi reducem arcam conspexerunt, qui suo exemplo docent quàm exultare debeat homo, cùm aliqua bona conjectura ducitur, ut putet rediisse ad se Deum, quem priùs à se peccando repulerat, et illius in se odorem aliquem sentit, et quasi splendorem ex laminis aureis intuetur.

VERS. 14. — (1) ERAT AUTEM IBI LAPIS MAGNUS,

QUÆ DUCIT BETHSAMES. Voluit Deus arcam Bethsames potiùs quàm ad aliam urbem à vaccis duci, quia Bethsames erat vicina Philisthææ, ex quâ reducebatur arca (ut patet ex Chorographiâ Adrichomii), eratque urbs sacerdotalis; sacerdotes autem decebat arcam custodire et curare; *Bethsames* Hebr. idem est quòd *domus*, id est, sedes et civitas *Solis*. Fuit à Judæis ædificata instar Heliopolis Ægypti..... Sicut enim vitulos aureos quasi Deos ab Ægyptiis, ita et cultum solis Judæi acceperunt, ait Sanchez Jerem. 43, in fine capitis. Porrò Bethsames hæc non erat in tribu Benjamin, uti scribit S. Hieron. in Locis Hebr., nec in tribu Dan, ut vult Adrichom., sed in tribu Juda, uti disertè dicitur 4 Reg. cap. 14, v. 11. Erat alia quoque Bethsames in tribu Nepthalim, ut patet Josue 19, 38. Et alia in tribu Issachar, ut liquet Josue 19, 22.

(Corn. à Lap.)

(1) IN AGRUM JOSUE BETHSAMITÆ. Nomen erat viri privati incolæ Bethsames. Josue enim populi Dei imperator, et Moysis in regimine Israelis successor, Bethsamites utique appellari nequit, cùm in eâ urbe nunquàm moram traxerit. (*Calmet.*)

ET PLAUSTRUM VENIT IN AGRUM JOSUE, sive Jesu, qui erat typus Jesu Christi; hic enim est Bethsamita, id est, incola domùs Solis, quia ipse ut Sol divinus radios suos sapientiæ et gratiæ in fideles suos circumquàque diffundit. Audi S. Just. Dialog. contra Tryphon.: « Non ad eum « venêre locum, unde arca abrepta fuerat, sed « in agrum hominis cujusdam Jesu, seu Josue « dicti illi cognominis, qui Jesu nomine trans-

ET CONCIDERUNT LIGNA PLAUSTRI (1), etc. In agro Josue Bethsamitæ, ad quem pervenit, et ubi primùm constitit plaustrum cum arcâ, lapis erat magnus, qui altaris loco suffectus est, in quo Bethsamitæ pro illo tanto tamque insperato beneficio gratias agunt, et quam à Palæstinis paratam habuêre materiam, non omiserunt. Habuerunt autem ab illis plaustrum novum, id est, mundum lignum, et nulli nisi sacro oneri ac ministerio subjectum, quo ignem in holocaustum accenderent, et vaccas, quas in illo altari oblato potiùs à naturâ quàm ab arte ædificato comburerent. Quare plaustrum dissipant, et ligna illius ad incendia disponunt, et ex duabus vaccis luculentum faciunt holocaustum. Quod eo nomine gratum videri potuit, quia nullâ morâ interpositâ, statim oblatum fuit. Ut enim acutè Seneca lib. 2 de Beneficiis cap. 5, *tantùm de grātiâ demis, quantùm adjicis moræ.* Et paulò post idem cùm de beneficiis ac muneribus ageret: *Multùm,* inquit, *celeritas fecit, multùm abstulit mora.* Neque alio fortassè consilio (licet in hâc promissione alii judicium et prudentiam desiderent) Jephthe, Judic. 11, promisit Deo, si de Ammonitis victoriam esset consecutus, oblaturum se quidquid obvium è domo suâ primum habuisset, quàm ut celeritate offerendi aliquid sacrificio adderet ponderis et gratiæ.

« nominatus fuerat, quique populum in ter-
« ram introduxit, et hæreditario jure ipsis eam
« divisit; in quem agrum cùm venissent, con-
« stiterunt. Quo facto indicatur, virtute nomi-
« nis ductas esse; haud aliter quàm prior po-
« pulus per eum qui nomen Jesu recipit, in
« terram est deductus. » (*Corn. à Lap.*)

(1) CONCIDERUNT LIGNA PLAUSTRI, VACCASQUE IMPOSUERUNT SUPER EA. Plaustrum illud quod arcæ servierat, in alios profanos usus adhiberi religio fuit: quare illud aptissimum succurrit, ut altaris igne absumeretur. Vaccæ pariter quoddam sanctitatis genus retulisse creditæ sunt, quâ cæteris omnibus usibus, præter quàm sacrificio, indignæ videbantur; quas nefas esset in aliud servile opus adhibere. Cùm autem Philisthæi unà cum plaustro illas dimisissent, non immeritò credebantur ita deseruisse illas, ut sibi habere ultra nollent, easque destinâsse in sacrificium Domino. Sunt etiam ex interpretibus quidam, qui putent, Philisthæos arcam sequentes plaustrum igni tradidisse, et vaccas mactâsse. Ut conjecturæ huic veritatis colorem aliquem tribuant, animadvertunt, 1° Hebræis nullum fuisse jus sive in vaccas sive in plaustrum; nemini autem fas esse è rebus alienis dare sacrificia. 2° Vaccas in holocaustum offerri legis sanctione non permitti, sed tantùm ex alterius sexûs animalibus id sancitum esse. 3° Vetare apertissimè Moysem, ne offerantur sacrificia extra tabernaculum fœderis, ac nisi per sacerdotes: hìc autem nunquàm occurrere sacerdotes. Malunt alii, sacrificia hæc immolâsse Israelitas Bethsamiticos. (*Calmet.*)

VERS. 15. — LEVITÆ AUTEM DEPOSUERUNT ARCAM DEI, ET CAPSELLAM, etc., ET POSUERUNT SUPER LAPIDEM GRANDEM. Hìc duo observanda: Primum, lapidem illum grandem, qui fuisse dicitur in agro Josue Bethsamitæ, non fuisse saxum aliquod excisum è monte, quale à Latomis ad extruendas domos erui solet è lapidicinis, sed esse grande aliquod et naturale saxum, quod in illâ sede primùm induruit, seu quod ibi primum et solum natum est. In quo satis fuit spatii, ut in eo statui posset cum dignitate arca, et quasi in altari magnum aliquod offerri sacrificium.

Deinde Levitas, in quibus etiam sacerdotes numerantur, non unam habuisse civitatem aut sortem in Israelitide terrâ definitam, sed habuisse civitates varias à Josue cap. 21, per omnium tribuum funiculos variè dispersas; ex quarum numero fuit Bethsames, ut ex eo cap. v. 16 liquet. Quare verisimile est, ex messoribus illis Bethsamitis aliquot ex genere natos esse Levitico. Quare non mirum si ad præstanda illa, quæ muneris essent Levitici, tam facilè ex eo ordine aliquot accesserint. Quare ut Levitæ, id est, qui erant ex familiâ Levi (in quibus etiam sacerdotes intelligo, quia filiis Aaron sacerdotis assignata dicitur Bethsames), arcam dicuntur deposuisse ex plaustro, sic etiam dicendum est, eosdem holocaustum illud, et alias, de quibus statim, immolâsse victimas, neque enim à profanâ turbâ sacrum illud munus administrari debuit. Hi ergo Levitæ arcam depositam ex plaustro statuerunt in lapide, cujus alia pars vicem obtinuit aræ, in quâ holocaustum ex vaccis, et alia etiam sacrificia peracta sunt.

Quærit hoc loco Abulensis, q. 19, an in hoc holocausto offerendo peccatum fuerit à Bethsamitis, et multa objicit, quæ difficilè illos vindicant à culpâ, quia cùm victimæ esse debeant è masculino genere (lex enim femineum genus prohibet ab altari), illi tamen vaccas immolârunt. Deinde quia alienum opus Bethsamitæ tentârunt; cùm enim hoc sacrum esset, et sacerdotale ministerium, illud tamen obiit laica atque profana turba. Addo ego, quia extra tabernaculum offerri sacrificium non debuit, neque in altari, quod non esset ritè ad illud sacrificale negotium comparatum, at quæ sanctitas, aut quæ destinatio legitima in illo saxo, quod nulla munitio à cœlorum injuriâ, aut ab armentorum conculcatione tuebatur.

Concludit Abulensis, in eo sacrificio peccâsse Bethsamitas, primùm, quia in holocausto femellis non erat locus. Ego ex nullo capite arbitror ab illis esse peccatum; neque enim puto Scripturam tacituram fuisse peccatum istud, cùm causam reddidit, cur tot ex eo populo ac tractu sub illud idem tempus periissent; ut enim aliam tradidit, hanc non omisisset, in quâ, si quid esset peccatum, longè videbatur esse gravius. Deinde, quia aliquid apparebat in illis vaccis singulare, propter quod eâ immolatione non viderentur indignæ; neque Bethsamitæ credebant, ut est verisimile, vaccas illas ab hominibus eò esse deductas, cùm nullus appareret auriga aut stimulus, qui reluctantes illas et triste aliquid mugientes impelleret. Quare eò illas existimabant actas, et ad illud opus ex numeroso grege sumptas esse divinitùs. Quare quod à Deo sumptum esse crediderant, id deberi Deo et ad aram adduci posse arbitrabantur. Quid enim aliud de re sacrâ, et quam Dominus sibi delegisset, fieret honestè? Casus itaque rarus, et qui aliquid in vaccis divinum ostenderet, prudenter Bethsamitas in illam cogitationem induxit. Adde quòd lex illa, quæ masculum exigit ad holocaustum, feminam repudiat, tunc videtur vim habere, quando id solemni fit modo in destinato ac legitimo loco, ut in tabernaculo, temporibus à lege definitis. Quòd si aliquando in aliquo gravi rerum articulo, extra ordinem, casu videlicet extraordinario fiat, non puto feminas, si masculorum desit copia, ab holocausti religione depelli. Quale fuit holocaustum illud, quod Reg. 3, cap. 18, obtulit Elias, ubi multa sunt, quæ nemo auderet in tabernaculo, si legitimo faceret atque solemni ritu. Nam primùm obtulit extra templum, obtulit non sacerdos, adhibuit aquam, et victimam iterùm ac tertiò respersit aquâ. Multa præterea Samuel fecit statim, cap. 7, in offerendo holocausto, quæ lex sacrificalis non admitteret, in quibus nemo prophetam accusat violatæ legis, quia illius articuli exigebat necessitas, neque major tunc commoditas occurrebat. Sic ergo cùm casus ille rarus esset, neque major sese commoditas offerret, arripuêre Bethsamitæ quod habuêre primum, quodque ab ipso Deo oblatum sibi ad illud opus existimabant.

Secunda ratio Abulensis minùs habet impeditum nodum. Ut enim diximus supra, Bethsames civitas erat sacerdotalis, atque ideò sacerdotes, sicut alii plures, Bethsamitæ vocantur. Quare cùm à Bethsamitis oblatum dicitur sacrificium, sine dubio res dicitur à sacerdotibus peracta.

Quod ad locum attinet, non nimis premit. Ut enim solemni ritu, et cùm legitimus paratus est locus, alibi sacrificari non licet, si tamen neque locus sit aptus, et necessitas urgeat, etiam extra templum aut tabernaculum sine ullâ violatæ legis suspicione offerri potest holocaustum. Id satis confirmat Samuelis et Eliæ, quod modò produximus, exemplum, qui extra tabernaculum sacrificârunt, neque tamen viros hosce sanctissimos, et divinæ legis reique sacrificalis non ignaros, quisquam aut imperitiæ, aut temeritatis accusavit. Accedit, quòd cùm præcipua tabernaculi pars esset arca, et illius quasi species et anima, censeri non debuit extra tabernaculum immolâsse victimas, qui in arcæ conspectu obtulit holocaustum. Neque enim sine causâ dicitur super eumdem lapidem arcam esse locatam, et duas vaccas super plaustri ligna fuisse combustas.

At dices, ab aliis, licet alieno in loco, excitatas tamen esse aras; de Eliâ expressum habemus, quod item de Samuele existimandum. Respondeo, satis esse probabile novam aram à Samuele non esse constructam, quia cùm hostis insperatus vehementer urgeret, non videbatur excitari potuisse. Sed quidquid illud sit, nihil ab hâc re oritur incommodi, si modò verum est, quod putant Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus, lapidem illum grandem aram esse, quam excitavit Abraham, et in quâ ipse sacrificavit. Quod si ita est, satis esse debuit tanti patriarchæ memoria, ut sanctus esset lapis ille, et ad sacrificandi ministerium idoneus. Sed nobis supra probabilius visum est, saxum esse, quod eo loco natura posuit, non quod ars expolivit. Verumtamen in saxo naturali ac vivo, quid obstat quominùs offerri sacrificium posset? Neque improbabile est, saxum illud à posteris vocatum esse altare, sive aram Abrahæ. Quemadmodùm saxum quoddam, ubi cæsâ victimâ fœdus inter Pœnos atque Romanos percussum fuit, vocatum fuit *Aræ Annibalis*, sive *Africanæ*, ut putant communiter auctores ad illud lib. 1 Æneidos:

Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus aras.

Quòd verò Abraham in illo saxo sacrificaverit, aliquod nos infra vestigium adducemus.

Vers. 16. — Et quinque satrapæ Philisthinorum viderunt, et reversi sunt. Sequebantur Philisthinorum satrapæ, non regebant plaustrum, ut juxta sacerdotum divinorumque con-

s lium explorarent, quò tandem appelleret. Ubi verò conspexêre in Bethsamitarum finibus constitisse, certi quòd Hebræorum Deus illam tantam cladem et stragem edidisset, domum revertuntur, neque ultra progressi sunt, tum quia nihil habebant, quod præterea requirerent, tum etiam quia tutum in hostium suorum fines aut conspectum venire non putabant.

An consecuti fuerint Palæstini, quod optabant, nempe ut à suis corporibus fœdam illam plagam depellerent, et agros suos à murium vastatione vindicarent, ex Scripturâ non constat. Est tamen probabile, cessâsse tunc utramque plagam, cùm restituta fuit arca, cujus gratiâ grandis illa calamitas ingruerat. Neque aliter cognovissent Palæstini, divinitùs immissam esse lucem illam, et non provenisse ex naturali causâ, quod ipsi scire studebant, si transmissâ arcâ, adhuc tamen perseveraret morbus qui corpora, et mures qui agros vexarent et arroderent.

Vers. 17. — Hi sunt autem ani aurei. Quinque fuisse aureos anos nemo dubitat, sive illi separati à corpore formati fuerint, sive simul cum totâ hominis figurâ, ut supra dicebamus ex Josepho. De murium numero res est magis dubia, quia locus iste de muribus magis implexè atque obscurè loquitur. Vers. 18 : *Et mures,* inquit, *aureos secundùm numerum urbium Philisthiim, quinque provinciarum ab urbe muratâ usque ad villam quæ erat absque muro.* Ex quibus verbis putat Gregorius et Hebræi, ut in libro hebraïc. Tradit. refert Hieronymus, Petrus Comestor, qui Isidorum citat, apud quem ego non invenio; indicat tamen alter Isidorus recentior, cum Vatablo, tot fuisse mures, quot in regione Palæstinorum fuerunt civitates et vici. Sed alii fermè omnes quinque tantùm mures fuisse putant; et illos ex auro ex omnibus civitatibus ac vicis corrogato fuisse conflatos. Ita Lyra, Hugo, Dionysius, Emmanuel Sâ, Mariana. Sanè translationes aliæ magis indicant, quàm Vulgata; neque tamen Vulgata ad hanc sententiam difficilè trahitur.

Et primùm observo pro posteriori hâc sententiâ, quæ tantùm mures ex omnium civitatum collatione, ac symbolo conflatos esse putat, mihi valdè videri verisimile, civitates illas inhonestâ illâ atque secretâ plagâ fuisse percussas, in quas arca captiva ingressa est. Quare quinque illæ civitates provinciarum capita, quæ eo morbo fœdè laborârant, aureos conflârunt anos numero quinque; in fines tamen omnes Palæstinorum arbitror grassatos esse mures. Quod supplicii genus ad quinque civitates, quæ arcæ Domini aut insultârunt, aut illam captivam conclusêre, pertinuit. Quomodò enim illæ alimenta compararent, si civitates vicinæ atque subjectæ, unde vitæ conquiri possent necessaria subsidia, nullum aut ex vite atque arbore, aut ex semente facta fructum retulissent? Hæc mea conjectura est.

Ex his ego colligo accommodatè ad posteriorem sententiam, civitates omnes et vicos, quorum nullus ab illâ murium strage fuerat immunis, contulisse aurum, ut ex illo conflarentur murium simulacra, quæ veros atque viventes mures aut extinguerent, aut ex patriis finibus aliò relegarent; sicut multis ante seculis Hebræi, ut aureum effingerent vitulum, ornamenta ex uxorum ac filiarum auribus sublata contulerunt. Tunc autem vulgatam lectionem nonnihil implexam sic instituo, atque ordino : Hi sunt aurei ani, quos reddiderunt Philisthini, nempe quinque; et mures, nempe totidem, secundùm numerum civitatum, quæ quinque satrapiis, sive provinciis præerant, corrogato auro ex omnibus civitatibus ac vicis, qui in quâlibet continebantur satrapiâ; ex quâ pensione nullus excludebatur locus, sive vallatus esset mœnibus, sive à murorum ambitu nudus et apertus. Ita videtur non incommodè vulgatæ lectioni satisfieri, quæ aliter de anis ac de muribus aureis videtur locuta.

Nihilominùs ego tam quinque anos quàm quinque mures (neque enim plures esse arbitror) ex collecto ex omnibus civitatibus auro conflatos esse puto; quod auctores sentiunt aut omnes, aut plerique, quos superiùs adduxi. Neque id gravatè ferrent civitates aliæ, cùm eadem mala aut paterentur aut timerent. Et recta exigit ratio et administratio prudens, ut quando ad publicam et communem salutem illud consilium spectat, ex publicis etiam, ac communibus expensis aureum illud donarium fiat, quod duram Domini manum suspendat aut avertat. Dixit hoc hispanica translatio, quam jam olim converterunt ex Hebræo Judæorum doctissimi, cujus hic verba referam, quia communem Hebræorum cogitationem expromunt. Dixerat esse quinque illos anos, quos quinque civitates aliarum capita obtulerunt, Azotum, Gaza, etc., et addit : *E los ratones de oro* (quos nempe illæ quinque obtulerunt civitates) *a cuenta de todas las villas de los Filisteos.* Ubi vocem hebraïcam *mispar*, quam Vulgatus *numerum* reddidit, ipsi trans-

tulerunt *cuenta*, id est, *rationem*, fortassè, quia quælibet civitas pro civium facultate ac numero assignatam sibi partem conferebat.

Et usque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam Domini. Apparet Bethsames primam esse civitatem quam è suâ regione ingrediuntur Palæstini, et Abel magnum esse partem illam Bethsamitici agri, quam Palæstinorum fines proximè attingunt. Dùm ergo dicuntur civitates munitæ et apertæ ad illum usque locum, ad conflanda illa donaria, aut plagarum monumenta, pecuniam aut aurum contulisse, dicuntur nullæ civitates esse reliquæ, quæ non pro suâ quæque facultate aliquid impenderit. *Abel magnus* lapis ille est, qui depositam ex plaustro arcam excepit, et in quo super ligna plaustri combustæ sunt vaccæ. Cur lapis ille dicatur *Abel*, obscurum est. Quidam אבל, *Abel*, positum esse putant pro אבן, *eben*, quæ vox *lapidem* valet. Ita Rabb. David. Facilis autem esse potuit litteræ unius in aliam commutatio. Alii *Abel* lapidem illum, id est, saxeam molem, quæ ex illâ planitie in dorsum erupit, dictum esse conjectant, quia ibi magnus excitatus est Bethsamitarum luctus, propter ingentem cladem, quæ in eo loco magnam illius populi multitudinem stravit. Sicut etiam Genes. 50, v. 11, locum, ubi Ægyptii Jacob sepulturam funebri planctu prosecuti sunt, אבל *Abel* appellârunt. *Idcircò vocatum est nomen loci illius, Planctus Ægypti.* Et hoc postremum mihi non displicet. Solent autem scriptores in omni idiomate nomen adhibere, quod paulò, imò longè post rebus inditum est. Ut cap. 4, v. 2, diximus, ubi observavimus *lapidem* tunc *adjutorii* per prolepsim vocari illum cui postea, cap. 7, nomen illud datum est.

Quæ erat usque in illum diem in agro Josue Bethsamitis. Quid referat illud, *quæ*, obscurum est. Quidam ad *arcam* pertinere existimant, sed non video, quo sensu. Alii ad lapidem, super quem arca fuit posita, et holocaustum immolatum, referendum putant. Quod ego magis probo. Sed duo obstant maximè: alterum est, quòd lapis generis est masculini; hic verò *quæ* ponitur, quæ vox generis feminei. Alterum, quia supra diximus, lapidem illum mobilem non esse, aut è latumiis erutum, sed vivum, et terræ adhuc, ex quâ emerserat, infixum. Prior pars non multùm movet eos qui nôrunt genus sæpè in translationibus servari, quod in originali fuerat; quod exemplis optimis aliunde probavimus in nostris Commentariis in Isaiam c. 7, ad illud : *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum.* Sic Apocal. 2, candelabra dicuntur *stantes*, quia λύχνιαι græcè generis sunt feminei. Et ex Hebræis est illud Genes. 3 : *Ponam inimicitias inter te et mulierem, et semen tuum, et semen illius; ipse conteet caput tuum.* Illud *ipse* non refert latinam vocem *semen*, quæ generis est neutrius; sed hebraicam זרע *zerahh*, quæ masculini generis est. Sic *quæ* non refert *lapidem* masculini sed אבל *Abel*, quæ feminei generis est.

Neque secunda ratio admodùm urget; nam licet vivum ac naturale saxum moveri non soleat, sicut illud, quod excisum est, tamen ab agricolis moveri solet, ubi est in agro opimo et pingui, et in mediâ valle, qualem ex v. 13 constat illam fuisse, in quâ segetes metebant Bethsamitæ. Quòd si verum est, quod ex Hebræorum sententiâ, putabat Hieronymus, Abraham in illo saxo sacrificâsse, quod ex hoc loco non parùm accipit firmamenti, non est vulgaris ratio, cur dicatur lapis ille ad illum usque diem perseverâsse, cùm ex eo viri pii propter tanti patriarchæ memoriam, aliquam partem ad suarum ædium ædificationem excidere potuerint, imò et fortassè debuerint.

Quærit hìc Abulensis, q. 13 et 14, quid factum de capsellâ fuerit, quæ aurea claudebat illa Palæstinorum sive anathemata, sive vota; ac tandem definit, aut in vasa sacra ad tabernaculi ministerium fuisse conversa, aut certè ibi ad tanti casûs æternam memoriam esse reservata. Sicut postea gladius Goliath et Holophernis conopæum, tanquàm divinæ virtutis monumenta servata sunt. Ut enim gentes vota suspendunt ad deorum altaria, quibus illorum sive potentiam, sive benignitatem profitentur; sic certè non est improbabile, in tabernaculo primùm, deinde in templo à Salomone constructo multa fuisse vota, multa à multis suspensa donaria, aut certè divinæ justitiæ testimonia. Sic Numer. 21, servatus est æneus serpens, qui prædicaret ab ignitis serpentibus peccatores fuisse percussos, qui usque ad Ezechiæ tempora servatus absque dubio in tabernaculo priùs, deinde in templo, cùm aliquid esset sacrum et formatum à Moyse. Et Numer. 16, servata sunt in tabernaculo thuribula eorum quorum Dominus rebelles ac pervicaces animos morte punivit, ut divinæ vindictæ æternum extaret monumentum. Quæ ex consilio servata sunt in tabernaculo, licet in laminas producta, ut dicitur ibidem, v. 40 :

Ut haberent postea filii Israel, quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena, et qui non est de semine Aaron, ad offerendum incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core et omnis congregatio ejus. Ad hunc modum arbitror in capsellâ servata illa anorum muriumque simulacra, quæ divinæ potentiæ et conculcatæ religionis renovarent memoriam ; aut certè in laminas producta, sicut thuribula, de quibus proximè, in quibus aliquod esset signum impressum, quod ex aureis simulacris factas esse doceret. Quomodò tam in Salomonis, quàm in gentilium templis solita essent vota, aut signa proponi, quæ depulsum malum aut illatum ostenderent, diximus in nostris Commentariis super Isaiam ad cap. 38, in principio cantici Ezechiæ.

VERS. 19. — PERCUSSIT AUTEM DE VIRIS BETHSAMITIBUS, EÒ QUÒD VIDISSENT ARCAM DOMINI (1).

(1) Codices quidam Græci initio hujus versiculi hæc addunt : *Et non sunt delectati filii Jechoniæ in viris Bethsam, qui viderant arcam Domini. Et percussit in eis septuaginta viros et quinquaginta millia virorum.* Id autem exponit Theodoretus docens, filios Jechoniæ punitos fuisse meritò impietatis suæ, et quòd ægrè tulissent restitutionem arcæ : addit autem populum eidem ultioni obnoxium fuisse, quòd ne minimum quidem discrimen adire voluisset, ut arcam ex hostium manibus eriperet. Sed huic de filiis Jechoniæ narrationi fides minimè adhibenda est, utpote quam fulsit unicus è textibus Septuaginta minùs accuratus et correctus. Reddi etiam posset in alium sensum, scilicet filios Jechoniæ viros fuisse pietate et sapientiâ præstantes, qui libertatem Bethsamitarum in contemplandâ arcâ Domini increpuerint; quæ sanè libertas septuaginta è Bethsamitis capitalis fuit, etc. (Calmet.)

Mysticè S. Gregorius : « Qui sunt, ait, Bethsamitæ percussi, nisi falsâ contemplatione « decepti hæretici ? Dùm arcam videre in la« pide præsumerent, percussi sunt ; qui cùm « Domini ac Redemptoris nostri sacramenta « indignè discuterent, æternæ damnationis « laqueis, per fallaciam sunt depressi erro« ris. »

Allegor. Arca continens manna repræsentabat Eucharistiam, quam qui irreverenter aspiciunt et indignè sumunt, morte præsenti sæpè puniti, et semper æternà punientur, uti docet Apost. 1 Cor. 11, v. 30 ; ita Dion. (Corn. à Lap.)

Or le Seigneur punit de mort les habitants de Bethsamès, parce qu'ils avaient vu l'arche. L'arche qui avait fait mourir tant de Philistins lorsqu'ils la tenaient captive, n'épargne pas le peuple de Dieu lorsqu'elle revient dans leur pays. Le peu de respect qu'elle trouve dans les Bethsamites qui la reçurent d'abord, fit qu'elle en tua jusqu'à cinquante mille ; et elle fit par cette mortalité qu'ils s'écrièrent : *Qui pourra subsister en la présence de ce Dieu si saint ?*

C'est ce que nous dirions peut-être avec

Quærunt hìc interpretes, cur tanta ac tam dira clades in Bethsamitarum finibus acciderit ? neque vulgaris videtur fuisse causa quæ tot hominum millia tam brevi, tamque inopinatò

des transports de frayeur, si nous avions les yeux assez éclairés pour voir les épouvantables jugements qu'exerce invisiblement Jésus-Christ de son arche sainte, c'est-à-dire dans l'Eucharistie. Il y a bien des personnes qui ressemblent aux Bethsamites. Ils sont comme eux du peuple de Dieu, c'est-à-dire enfants de l'Eglise; ils ont de la joie en voyant et en recevant le Fils de Dieu, comme les Bethsamites en témoignèrent en voyant et en recevant l'arche. Mais ils ne font point ce qu'ils doivent pour honorer le Fils de Dieu, comme les Bethsamites ne le firent point à l'égard de l'arche. Car ces Hébreux auraient dû être touchés de cette effroyable marque de la colère de Dieu sur eux, comme Héli leur grand-prêtre l'avait été, et ils devaient témoigner, par leurs prières et par leurs gémissements, la part qu'ils prenaient à une affliction si publique : au lieu qu'ils avaient continué pendant ce temps-là de vivre à l'ordinaire et de travailler à recueillir les fruits de leur terre comme s'ils eussent été en pleine paix.

C'est là l'image d'une infinité de chrétiens. Ils ne considèrent point qu'ils ont irrité Dieu contre eux; que leur âme est percée de plaies; que lorsque leur vie paraît plus réglée, ils sont attachés au monde en mille manières par les plus secrètes affections de leur cœur. Mais étant toujours prêts de commettre et de confesser les mêmes péchés sans jamais en faire de pénitence, ils s'approchent avec hardiesse de ce mystère terrible dont l'arche n'était que la figure, *et changeant en venin,* selon l'expression des saints, le remède qui les devait guérir, ils trouvent la mort dans la source de la vie. (Sacy.)

« Le Seigneur, dit Voltaire, fit périr cin« quante mille soixante et dix hommes de son « peuple, uniquement parce qu'ils avaient re« gardé son arche qu'ils ne devaient pas regar« der. Tant, ajoute-t-il, les lois, les mœurs de « ce temps, l'économie judaïque diffèrent de « tout ce que nous connaissons ! Tant les voies « inscrutables de Dieu sont au-dessus des nô« tres ! La rigueur exercée, dit le *judicieux dom « Calmet,* contre ce grand nombre d'hommes, « ne paraîtra excessive qu'à ceux qui n'ont pas « compris jusqu'à quel point Dieu voulait être « craint et respecté parmi son peuple, et qui « ne jugent des vues et des desseins de Dieu « qu'en suivant les faibles lumières de leur « raison. »

L'incrédule a reproduit cette objection, répétée par plusieurs autres impies, dans sa Bible expliquée, avec cette réflexion : « Le Seigneur « ne punit ses ennemis que dans la plus secrè« te partie des fesses, tandis qu'il tue cinquan« te mille soixante et dix hommes de son pro« pre peuple pour l'avoir regardée (l'arche). » 1° Quand même le nombre de ces téméraires punis de mort aurait été aussi considérable que le suppose ici dom Calmet, quand il serait certain, ce qui ne l'est assurément pas, qu'il faudrait s'en tenir à l'opinion commune des

concidit. Variæ à variis adducuntur causæ : quidam dicunt, ideò viros illos periisse, quia arcam Dei nudam conspexêre, quod putat Abulensis, q. 26, et alii plures, Lyra, Hugo, Dionysius; et ex recentioribus Cajetanus et Serarius. Id verò Numer. cap. 4, severè præceptum est à Deo, et v. 15 et 19, propositâ capitali pœnâ prohibitum, ne quis tangat sanctuarii vasa. Et v. 20, eadem capitis proponitur pœna illis qui tabernaculi instrumenta conspexerint non involuta. *Alii nullâ curiositate videant, quæ sunt in sanctuario, priusquàm involvantur, alioquin morientur.* Placet mihi Abulensis sententia; et addo arcam à Philistæis missam esse tectam eodem prorsùs modo quo ab Israelitis fuerat in aciem educta; neque ideò occisos esse Bethsamitas, quòd arcam vidissent involutam : alioqui periissent omnes, qui in castris fuerunt Israel, quia omnes, ut apparet, illam coopertam aspexerunt, et in deserto cùm moverentur castra, haud dubiè illam infinita peregrinantium millia conspexêre. Fuit ergo peccatum, quod Deus non leviùs quàm supplicio punivit capitali, quia curiosiùs quàm patria religio permittebat, detracto integumento nudam aspexerunt arcam. Et hoc propriè significat videre arcam Domini ; neque enim illa videre dicimur, nisi admodùm impropriè, quæ velata nostris objiciuntur oculis. Quis unquàm dixit se vidisse imaginem obtento velo, aut faciem larvatam, aut quam flammeum in nuptialibus sacris celat et obnubit?

Alii gravius aliquod peccatum agnoscunt, nempe non solùm arcæ detractum involucrum,

interprètes, y aurait-il donc là de quoi tant révolter la raison? Que les gouvernements humains sacrifient au maintien des lois et à la gloire de l'état des milliers d'hommes, on vante leur sagesse; et l'on ne concevrait pas que Dieu eût immolé cinquante mille coupables pour venger ses lois enfreintes et sa majesté outragée! *Maître absolu de notre vie,* dit un écrivain célèbre (Grotius), *Dieu peut, sans aucun sujet et en tout temps, ôter à chacun, toutes et quantes fois que bon lui semble, ce présent de sa libéralité.* Quelque rigoureux que ce châtiment pût paraître, serait-il comparable à ces fléaux terribles que sa main vengeresse répand de temps en temps sur la terre pour punir les peuples!

La peine de mort était prononcée dans la loi contre tout Israélite, même lévite, qui porterait un *regard curieux* sur l'arche découverte. Il y avait défense expresse à tout Israélite qui n'était pas lévite de l'approcher de trop près : cette loi ne regardait pas les Philistins qui l'ignoraient. Les Bethsamites qui en étaient instruits ne laissèrent pas de porter un regard curieux *dans l'arche,* comme le texte sacré le dit expressément; la maxime de punir sévèrement les fautes des particuliers et d'épargner une multitude coupable est bonne pour les souverains de la terre qui n'exercent leur pouvoir que par le bras de la multitude; mais elle n'a pas lieu par rapport à Dieu dont les hommes, en quelque nombre qu'ils soient, ne peuvent arrêter la puissance. Si donc il y eut cinquante mille coupables à Bethsamès, nous ne voyons aucune raison solide de nier que Dieu les ait tous frappés.

Mais 2° il n'est rien moins que certain qu'il y ait eu *cinquante mille soixante et dix hommes* frappés de mort en cette rencontre. En effet, est-il probable que cinquante mille soixante et dix hommes aient regardé dans l'arche? Et conçoit-on aisément que tant de personnes se soient permis une curiosité si sévèrement défendue? L'historien Josèphe ne compte que *soixante et dix Bethsamites* frappés de mort. M. Kennicot assure qu'il a vu deux anciens manuscrits qui n'en portent pas davantage. Les versions arabes et syriaques n'ont lu dans leurs manuscrits que *cinq mille hommes du peuple.* Ces variations dans les nombres portent déjà naturellement à soupçonner quelque altération dans le texte. Ce soupçon se confirme quand on considère que la construction de la phrase du texte hébreu paraît embarrassée dans cet endroit : il signifie à la lettre que Dieu frappa *soixante et dix hommes cinquante mille hommes,* ce qui ne fait aucun sens.

Au reste, s'il y a eu altération dans ce texte, elle ne consiste que dans l'omission d'une particule, d'une seule lettre, l'*M* des Hébreux. C'est une particule qui répond à l'*à* ou *è, ex, de,* des Latins. On la joint aux noms, ainsi que plusieurs autres particules hébraïques. Mais il n'y a aucune nécessité d'admettre ici une altération. Qu'on suppose seulement avec les savants Bochart, Le Clerc, etc., cette particule sous-entendue (ce qui est conforme au génie de la langue hébraïque), on peut traduire d'une manière très-simple et très-naturelle : Dieu frappa soixante et dix hommes *de* ou *sur cinquante mille hommes.* Traduction qui les réduit au même nombre que Josèphe et les deux manuscrits du docteur Kennicot.

Observons que l'auteur *de la Bible enfin expliquée* a représenté ici très-infidèlement le sentiment du docteur Kennicot, lorsqu'il lui fait dire que *lui et l'évêque d'Oxford sont bien revenus de leurs préjugés en faveur du texte.* Ce n'est pas du texte primitif que ces savants pensent qu'il soit permis de s'écarter, eux qui s'appuient sur d'anciens manuscrits et sur les anciennes versions; c'est seulement de l'hébreu des Juifs modernes que les Protestants ont mis long-temps au-dessus de tout.

« Enfin, disent les incrédules, si le nombre « des Bethsamites qui furent frappés de mort « a été si petit, comment le peuple d'Israël a- « t-il pu regarder ce châtiment comme *une* « *grande plaie?* » Nous répondons qu'il aura dû en juger ainsi. Est-ce donc une plaie légère que la mort tragique et inopinée de soixante et dix personnes? Qu'on se rappelle la consternation des Hébreux, lorsque les habitants de la ville d'Haï leur eurent tué trente-six hommes! (Duclot.)

sed etiam arcam reseratam, et quid in eâ clausum lateret, curiosiùs fuisse investigatum. Ita Rab. David, cujus sententiam Emmanuel Sâ, et Joannes Mariana non improbant; idque indicari putant ab hebraico textu, qui non tam exterius aliquid, quàm interius ostendit. Ad verbum sic habent hebræa : *Eò quòd aspexerant in arcam Domini.* Tigurina : *Quòd introspexissent in arcam Domini.* Pagninus : *Quia aspexerant quæ erant in arcâ Domini.* Et hoc videtur mihi non improbabile, non quidem propter textum hebraicum, cujus verba non cogunt, ut aliquid ibi intelligamus interius et in arcâ conclusum, sed quia verisimile est, id fecisse viros Bethsamitas, et quia hoc peccatum non mitiori pœnâ videbatur esse puniendum, et quia causæ non deerant, quæ curiosos animos ad resignandam arcam excitare possent. Primùm, quia nulla videbatur postea futura facultas, sicut neque ante fuerat, spectandi arcam et tabulas legis, quas Dominus suo tetigerat et consignârat digito. Illud autem, quod latebat intùs, dignum videbatur, quod homines cum magno etiam rerum dispendio spectandum curarent. Deinde, quia cùm diù apud Palæstinos exulâsset arca, timere non immeritò poterant, ne ab illis qui à Judæorum religione et sacris longè erant alieni, aliquid esset ab arcâ sublatum, seu additum aliquid, quod minùs arcæ sanctitatem deceret. Sicut viderant in capsellâ aureos anos et mures fuisse conclusos, qui cùm naturâ suâ aliquid esset sordidum et vile, ignominiæ atque ludibrii causâ formatos, et adhibitos arcæ suspicari possent. Hoc igitur studium, quod plus curiosæ intemperantiæ quàm pietatis habuit, Dominus tam severi supplicii acerbitate multavit. Aliæ ab aliis afferuntur causæ, quas consultò prætereo; quatuor adducit Lyra, quas Abulensis optimè confutat.

De numero etiam illorum, quos arcæ conspectus interemit, variè interpretes cogitant. Quidam existimant non plures septuaginta eo rerum articulo periisse; quòd verò hominum deinde quinquaginta millia interfecta traduntur, variis modis aut salvant, aut eludunt. Alii dicunt, occisos fuisse septuaginta, qui tamen sic erant robore et ingenio præstantes, ut pro quinquaginta hominum millibus censeri potuerint. Ita Hebræi, ut refert Hieronymus in Tradit. Hebraicis, et Lyra, quibus nonnihil favet textus hebraicus, qui sic ad verbum habet: *Et percussit in populo septuaginta viros, quinquaginta mille viros.* Quasi dicat, illos instar habere quinquaginta millium; quomodò de Davide dicitur lib. 2 Reg. cap. 18 : *Tu unus pro decem millibus computaris.*

Alii quinquaginta millia hominum fuisse putant in eo populorum concursu, qui ad arcæ inopinatum appulsum convenerunt, et ex eo numero septuaginta tantùm periisse, ita ut sit sensus, de populo, qui quinquaginta mille habebat hominum capita, septuaginta à Domino percussi ceciderunt. Cui explicationi non parùm suffragatur textus hebraicus, qui, ubi noster legit : *Et percussit de populo septuaginta viros, et quinquaginta millia plebis,* ipse habet : *Et percussit de populo septuaginta viros, quinquaginta millia virorum.* Ubi copulativa conjunctio non est, quæ duos illos numeros adjungat; neque est in fine *plebis.* Hanc explicationem apud certum aliquem auctorem non invenio ; tacito tamen nomine ab aliis citari video, ut à Marianâ, Serario et Emmanuele Sâ, qui ad hanc explicationem difficilis non est.

Ego, quid in hâc controversiâ mihi magis videatur verisimile, breviter expedio. Et primùm dico, mihi valdè videri verisimile, ex eâ multitudine, quæ ad quinquaginta hominum millia pervenit, occisos esse duntaxat septuaginta. Quod dixit apertè Josephus lib. 6, cap. 11, tenet Lyra, et doctores hebræi, et omnium acerrimè tuetur et probat Abulensis, q. 27. Quod ut credam, multa, eaque non vulgaria, firmamenta faciunt. Primùm, quia hæc accidisse videntur eo die quo ad Bethsamitarum fines plaustrum appulit; neque tunc alii præter Bethsamitas convenisse dicuntur; certè ex illorum numero interiisse dicuntur, quotquot ad aspectum arcæ perierunt. Quis autem credat ex oppido non admodùm copioso quinquaginta hominum millia oppetiisse mortem, et plurimos alios esse relictos, qui contribulium suorum funera lugerent? Deinde, quia, ut magis judicabamus esse probabile, dirum illud supplicium ideò inflictum fuit Bethsamitis, quia nimis curiosè reseratâ arcâ videre studuerunt quæ latebant intùs. Et cùm illis, quibus videre contigit, repentinus advenerit interitus (ut nemo, sicut opinor, dubitabit, quod probat mors Ozæ subita, cùm minùs gravis intercessisset culpa), sanè nimis alii forent aut stupidi, aut vitæ non amantes, qui cùm viderent alios cecidisse repentè, neque mortis causam ignorarent, auderent tamen propiùs accedere, et ab irato Deo dirum illud infortunium subire. Neque parùm est, si urgente divinâ vindictâ, et tam durum ac velox

supplicium repetente, septuaginta ex quantocumque numero accedere ausi fuerint ad reseratam arcam, et quid conclusum esset intùs, aspicere.

Juxta hanc sententiam ordinari littera sic poterit : *Percussit de populo septuaginta viros, et quinquaginta millia aderant;* facilè autem hoc verbum suppleri solet. Seu certè hoc modo : *Percussit de populo quinquaginta millium virorum,* seu, *in quo erant viri quinquaginta mille, viros septuaginta;* ita ut illud, *quinquaginta millia,* ab illo, *de populo,* dependeat, et in secundo casu collocetur. Ligari verò particulam aliquam cum remotiori, apud Hebræos non est inusitatum aut infrequens. Tradidit hanc regulam Pagninus, lib. 4 Institut. cap. 16, quam multis confirmat exemplis, quorum nos hìc aliqua producemus. Psal. 138, v. 14 : *Mirabilia opera tua, et anima mea cognoscet nimis.* Illud, *nimis,* ligandum esse dicit cum, *opera tua,* non cum verbo, *cognoscet,* in hunc sensum : *Mirabilia opera tua nimis.* Et Psal. 118, v. 8 : *Justificationes tuas custodiam, non me derelinquas, usquequàque.* Illud, *usquequàque,* quod idem est quod, *valdè,* seu, *omninò,* cum, *custodiam,* ligatur. Et iterùm Psal. 98, v. 7 : *Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus.* Hoc postremum cum Moyse atque Aarone ligatur, non cum Samuele, quia ille sacerdos non fuit. Sic ergo hìc illud, *de populo,* cum quinquaginta virorum millibus conjungo, non cum septuaginta. Putoque numerum hunc quinquaginta millium, non esse illorum, qui metebant triticeam messem, aut qui ex urbe videndæ arcæ studio fuerant egressi, sed illorum, qui urbem incolebant, quæ tot incolarum capita numerabat. Neque enim verisimile est, tam brevi ingentem illum numerum convenisse, aut civitatem omninò nudatam esse civibus. In quam sententiam et explicationem inclinant Mariana, et Emmanuel Sà, licet communem aliam amplectantur. Abulensis textum hunc corruptum esse putat, quasi ab eo aliquid detractum sit, aut additum interversum; ego integrum puto, et in hanc explicationem et sensum non invitum venire.

Sed quando alii frequentes in aliam sententiam feruntur, illam nos etiam amplectamur; plurimùm enim roboris ex multorum, eorumque sapientium sensu, atque auctoritate sumit quævis opinio, quæ se vel hoc solo fundamento ab omni reprehensione atque calumniâ tuetur. Tunc autem sensus est, quem adducit Cajetanus, septuaginta viros supra quinquaginta mille interiisse. Est autem apud Hebræos familiare, ut in computando minor plerùmque numerus antecedat.

Luxitque populus, eò quòd Dominus percussisset plebem plaga magna. Post cædem illam adhuc supererat populus, unde nonnulla conjectura sumitur, non esse tantam multitudinem interfectam, quanta reperiri vix queat in civitate magis quàm Bethsames copiosâ. Neque exigua fuit plaga, quæ populo, quantùmvis frequenti, septuaginta viros, eosque, ut est verisimile, præcipuos ademit. Sed, ut dixi, communem sententiam libentiùs amplector.

Vers. 20. — Et dixerunt viri Bethsamitæ : Quis poterit stare in conspectu Domini (1)? Deterriti Bethsamitæ gravi illâ atque inopinatâ plagâ, et veriti ne divina manus graviùs in reliquos, qui è cæde supererant, sæviret, statuerunt ab se quamprimùm ablegare. Quare mittunt ad vicinam civitatem, quæ, utpote lautior atque frequentior, honestiùs apud se retinere poterat, ut quamprimùm divinitùs restitutum donum ad se transmittant. Quantùm porrò temporis arca Dei apud Bethsamitas commorata fuerit, non constat; non diù tamen in illorum hæsisse finibus verisimile est. Quia neque viri Cariathiarim se præbuêre difficiles, neque ipsi admodùm videbantur cupidi illam apud se diutiùs retinendi (2).

(1) Quis poterit stare in conspectu Domini? Hæc accipi commodè possunt tanquàm populi querelæ de nimiâ Dei severitate; quasi scilicet populus nihil curans inquirere de causâ provocati in se Numinis, ut eam auferre studens, Deum placaret, mallet Deum illum tanquàm difficilem et perniciosum è regione suâ amovere. Vel aliter hæc dicta accipi possunt de ingenuâ confessione populi, agnoscentis graviter se quidem ab æquissimo judice, at sine excessu, puniri; nulla enim est proportio inter Deum læsum, et à simplici creaturâ exhibitam, quæcumque hæc fuerit, satisfactionem. (Calmet.)

(2) Miserunt nuntios ad habitatores Cariathiarim. Cur ad hanc urbem præ cæteris? Cur non potiùs ad Silo, ubi diutiùs arca substiterat, et adhuc tabernaculum ejus stabat? Denique cur hæc ad cives Cariathiarim renuntiantur? *Descendite et reducite eam ad vos;* quasi scilicet antea arcam apud se habuissent. Sed Hebræus legit tantùm : *Descendite, et ascendere facite eam ad vos.* Fatendum est utique, causam ignorare nos, cur Bethsamitæ potiùs cives Cariathiarim, quàm alios quoslibet convenerint; nisi fortè id reputemus, reliqua vasa sacris ministeriis destinata perseverâsse in Silo, donec ad Nobe deducta non sunt, ubi Saülis ætate servabantur.

Cariathiarim, Cariathbaal, Josue 15, 60. *Baala* ibidem 9. *Baalim-Juda,* 2 Regum 6, 2.

CAPUT VII.

1. Venerunt ergo viri Cariathiarim, et reduxerunt arcam Domini, et intulerunt eam in domum Abinadad in Gabaa : Eleazarum autem filium ejus sanctificaverunt, ut custodiret arcam Domini.

2. Et factum est, ex quâ die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies (erat quippe jam annus vigesimus), et requievit omnis domus Israel post Dominum.

3. Ait autem Samuel ad universam domum Israel, dicens : Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestrî, Baalim et Astaroth : et præparate corda vestra Domino, et servite ei soli, et eruet vos de manu Philisthiim.

4. Abstulerunt ergo filii Israel Baalim et Astaroth, et servierunt Domino soli.

5. Dixit autem Samuel : Congregate universum Israel in Masphath, ut orem pro vobis Dominum.

6. Et convenerunt in Masphath, hauseruntque aquam, et effuderunt in conspectu Domini, et jejunaverunt in die illâ, atque dixerunt ibi : Peccavimus Domino. Judicavitque Samuel filios Israel in Masphath.

7. Et audierunt Philisthiim quòd congregati essent filii Israel in Masphath, et ascenderunt satrapæ Philisthinorum ad Israel. Quod cùm audîssent filii Israel timuerunt à facie Philisthinorum.

8. Dixeruntque ad Samuelem : Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, ut salvet nos de manu Philisthinorum.

9. Tulit autem Samuel agnum lactentem unum, et obtulit illum holocaustum integrum Domino : et clamavit Samuel ad Dominum pro Israel, et exaudivit eum Dominus.

CHAPITRE VII.

1. Ceux de Cariathiarim, étant venus, emmenèrent *chez eux* l'arche du Seigneur, et la mirent en la maison d'Abinadab, *située* dans *le lieu le plus élevé de la ville, appelé, à cause de sa hauteur,* Gabaa ; et ils consacrèrent son fils Eléazar, afin qu'il gardât l'arche du Seigneur.

2. Or il s'était passé beaucoup de temps depuis que l'arche du Seigneur demeurait à Cariathiarim, et il y avait déjà vingt ans, lorsque toute la maison d'Israël commença à chercher son repos dans le Seigneur, *après quarante années de servitude sous les Philistins.*

3. Alors, *vingt ans après le retour de l'arche,* Samuël dit à toute la maison d'Israël : Si vous revenez au Seigneur de tout votre cœur, ôtez du milieu de vous les dieux étrangers, Baal et Astaroth, *qui ont causé votre ruine;* tenez vos cœurs prêts *à obéir* au Seigneur, et ne servez que lui seul, et il vous délivrera de la main des Philistins.

4. Les enfants d'Israël rejetèrent donc Baal et Astaroth, et ne servirent que le Seigneur.

5. Et Samuël leur dit : Assemblez tout Israël à Masphath, afin que je prie le Seigneur pour vous.

6. Et ils s'assemblèrent à Masphath, *ville de la tribu de Juda :* ils puisèrent de l'eau, qu'ils répandirent devant le Seigneur, et ils jeûnèrent ce jour-là, et dirent : Nous avons péché contre le Seigneur. Or, Samuël jugea *pour la première fois* les enfants d'Israël à Masphath, *et continua dans la suite d'y venir de temps en temps rendre la justice.*

7. Les Philistins ayant appris que les enfants d'Israël s'étaient assemblés à Masphath, leurs princes marchèrent contre Israël. Ce que les enfants d'Israël ayant appris, ils eurent peur des Philistins.

8. Et ils dirent à Samuël : Ne cessez point de crier pour nous au Seigneur notre Dieu, afin qu'il nous sauve de la main des Philistins.

9. Samuël prit un agneau qui tettait encore; il l'offrit tout entier en holocauste au Seigneur, *parce que le temps pressait;* il cria au Seigneur pour Israël, et le Seigneur l'exauça.

Sedei-jabarim in psalmo 131, 6, varia sunt ejusdem urbis nomina. Cariathiarim, Gabaa, et Nobe urbes erant inter se propinquæ, et Cariathiarim nonnisi 10,000 passibus, vel tribus leucis et semis circiter aberat ab Jerosolymâ. Silo multò septentrionalior erat in tribu Ephraimi. (Calmet.

10. Factum est autem, cùm Samuel offerret holocaustum, Philisthiim inière prælium contra Israel : intonuit autem Dominus fragore magno in die illâ super Philisthiim, et exterruit eos, et cæsi sunt à facie Israel.

11. Egressique viri Israel de Masphath persecuti sunt Philisthæos, et percusserunt eos, usque ad locum qui erat subter Bethchar.

12. Tulit autem Samuel lapidem unum, et posuit eum inter Masphath et inter Sen : et vocavit nomen loci illius Lapis Adjutorii. Dixitque : Hùc usque auxiliatus est nobis Dominus.

13. Et humiliati sunt Philisthiim, nec apposuerunt ultra ut venirent in terminos Israel. Facta est itaque manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis.

14. Et redditæ sunt urbes quas tulerant Philisthiim ab Israel Israeli, ab Accaron usque Geth et terminos suos : liberavitque Israel de manu Philisthinorum, eratque pax inter Israel et Amorrhæum.

15. Judicabat quoque Samuel Israelem cunctis diebus vitæ suæ.

16. Et ibat per singulos annos circuiens Bethel et Galgala et Masphat, et judicabat Israelem in supradictis locis.

17. Revertebaturque in Ramatha : ibi enim erat domus ejus, et ibi judicabat Israelem : ædificavit etiam ibi altare Domino.

10. *En effet,* lorsque Samuël offrait son holocauste, les Philistins commencèrent le combat contre Israël; mais en même temps le Seigneur tonna avec un bruit épouvantable sur les Philistins, et les frappa de terreur : ainsi ils furent défaits par Israël.

11. Les Israélites étant sortis de Masphath, poursuivirent les Philistins, en les taillant en pièces jusqu'au lieu qui est au-dessous de Bethchar.

12. Et Samuël prit une pierre qu'il mit entre Masphath et Sen, et il appela ce lieu la Pierre-du-Secours, en disant : Le Seigneur est venu jusqu'ici à notre secours.

13. Les Philistins furent alors humiliés, et n'osèrent plus venir sur les terres d'Israël; car la main du Seigneur fut sur les Philistins, tant que Samuël gouverna *le peuple.*

14. Les villes que les Philistins avaient prises sur Israël, depuis Accaron jusqu'à Geth, furent rendues, avec toutes leurs terres, au peuple d'Israël; ainsi Samuël délivra les Israélites de la main des Philistins, et il y avait paix entre les Amorrhéens et Israël.

15. Samuël ne cessa de juger Israël durant tout le reste de sa vie;

16. Il allait tous les ans à Béthel, et de là à Galgala, et ensuite à Masphath, et *parcourant ainsi tout le pays,* il y rendait la justice à *tout* Israël.

17. Il retournait *de là* à Ramatha, qui était le lieu de sa demeure, et où il jugeait aussi le peuple. Il y bâtit même un autel au Seigneur *pour le consulter.*

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Venerunt ergo viri Cariathiarim (1), et reduxerunt arcam (2). Mirum, si cives Cariathiarim gnari tantam illam multitudinem, quam communis sententia probat, esse

(1) Audi Adrichom. p. 22 : « Cariathiarim « i. e. urbs Sylvarum, quæ, et Cariath-baal, « et Bala, Baala, interdùm Baal et Pharasim, et « conjunctim Baalpharasim, Hieronymo etiam « Iarim. Est de Jerusalem ad quatuor milliaria, « et dimidium contra occidentem euntibus « Diospolim. Hieron. ait milliario uno. Urbs « priùs Gabaonitarum, postea tribûs Judæ, « estque terminus tribûs Judæ et Benjamin, « sita in colle. In hâc mansit arca Domini annis « 20 in domo Abinadab, quæ erat in Gabaa, « id est, in excelso, donec à Davide transfer- « retur Hierosolymam. De hâc fuit Zacharias « F. Joiada, quem occiderant inter templum « et altare. De hâc fuit Urias propheta, quem « interfecit Joachim rex in Jerusalem. »

In domum Abinadab in Gabaa. Addit Beda illum collem fuisse arcem totius civitatis. Ille ergo locus, utpote celsus, honoratus, munitus, congruebat arcæ, quæ erat quasi arx totius Israelis. Hinc arca erat typus B. Virginis, quæ super omnes cœlos exaltata omnibus se invocantibus patrocinatur. (Corn. à Lap.)

(2) Hebræus : *Ascendere fecerunt arcam Domini :* deduxerunt in urbem suam, quæ in loco editiori quàm Bethsames considebat. Meritò reputamus, Samuelem in hâc re consultum fuisse; uti et convenisse ad ritum solemnem universum populum, ut nihil deesset ad pompam et rectum apparatûs ordinem : denique in hoc populi cœtu agnitum fuisse Samuelem in judicem et principem gentis. Deinceps enim ea prædi-

sublatam, reducere ad se voluerint restitutam arcam; ex quo ad priorem cogitationem nonnihil accedebat momenti. Venerant tamen, quia sibi honori esse putabant, eximium illud donum apud se habere, et quia aliorum edocti periculo evitare se posse existimabant, quod Bethsamitæ infortunium subierunt.

Et intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa (1). Erat in eâ civitate è Levitico genere, ut inquit Josephus, de quo nos infra, lib. 2, c. 6, vir opinione religionis atque justitiæ celeber, qui domum habuit in Gabaâ, ad quam, tanquàm ad opportunum et religiosum hospitium, arcam transtulerunt cives Cariathiarim. Porrò Gabaa non est civitatis nomen, ut putavit Lyra, sed loci editi, aut collis in eâ civitate. Gabaa enim hebraicè גבעה, collem significat, unde civitas quædam nomen accepit, quæ in sublimi loco ædificata fuit in tribu Benjamin, ubi natus Saül. Hìc tamen locum significat, qui in civitate magis erat sublimis, atque munitus, quique magis videbatur dignus, qui arcæ Dei religiosum et tutum præberet hospitium. Sicut David, cùm eamdem arcam transmisit Hierosolymam, arcem elegit Sion, quæ civitas appellatur David, locum nimirùm maximè in eâ civitate sublimem, quò vis hostilis aspirare non possit. Quod non obscurè constat ex lib. 1 Paralip. cap. 13, v. 6, ubi quæ hìc *Gabaa* dicitur, *collis* appellatur: *Ascendit David, et omnis vir Israel ad collem Cariathiarim*, etc., *ut afferret inde arcam Domini de domo Abinadab.*

Eleazarum autem filium ejus sanctificaverunt, ut custodiret arcam (1). Sanctificare, idem est, quòd destinare, ut diximus in nostris Commentariis super Jeremiam ad illud cap. 1: *Antequàm exires de vulvâ, sanctificavi te.* Est autem destinatus Eleazarus ille, ut curam ha-

tum dignitate se prodit; nec æquum est reputemus, hanc sibi auctoritatem absque Dei jussu et consensu populi usurpasse. Usus est autem opportunâ hâc occasione reditûs Arcæ, ut ad abjiciendam idololatriam, quam ex illis plures admiserant, Israelitas adhortaretur. Admonuit, ut de libertate sibi procurandâ cogitarent; indixitque conventum populi cum armis in Masphath, ubi scilicet necessaria omnia ad optimum populi regimen statuerent. Hæc omnia in totâ serie hujus capitis ita narrantur, ut concisæ nimiùm narrationi plurima supplenda sint. Porrò narrationis ejusdem et eventuum series, ita rem totam actam fuisse, quemadmodùm hìc commenti sumus, demonstrat. Samuel, qui primas saltem schedas, unde hi libri expressi sunt, exhibuisse creditur, plura de se modestissimè tacuit, quæ in nimiam sui gloriam concessissent; quâ viri modestiâ uti nos in morum ædificationem S. Spiritus voluit.

Ceux de Cariathiarim étant venus ramenèrent l'arche du Seigneur. On ne peut assez admirer les secrets jugements de Dieu. L'arche, qui était venue d'elle-même chez les Bethsamites, n'y demeure pas. Ceci peut marquer les grâces passagères que reçoivent quelques âmes qui s'en rendent indignes par leur ingratitude et leur négligence, et qui les perdent aussitôt après. Les habitants de Cariathiarim vont au-devant de l'arche pour la mener dans leur ville; et cette marque de leur déférence fait qu'elle agrée cette demeure, et qu'elle se fait comme un temple de la maison d'Abinadab. Aussi ce peuple qui avait appris par l'exemple des autres avec quel respect il devait traiter l'arche, prend garde que ceux qui l'approchent soient dignes de cet honneur. C'est pourquoi il est marqué *qu'ils consacrèrent le fils d'Abinadab*, nommé Eléazar, avant que de lui commettre ce soin: ce qui est d'une grande instruction pour les prêtres de la loi nouvelle qui gardent la véritable arche, qui ne doivent point s'appeler eux-mêmes à ce ministère, mais y être appelés de Dieu, et qui doivent se souvenir qu'il faut être saint pour s'approcher dignement du Saint des saints. (Sacy.)

(1) Septuaginta cum interpretibus plerisque nomen *Gabaa* in sensu appellativo pro loco edito usurpârunt. Mirari subit, cur arcam in tabernaculum ad Silo non retulerint.

(1) Certa causa, cur Eleazarus prælatus fuerit Abinadabo patri suo, in consecratione et dignitate custodis arcæ Domini, divinari utique non potest. Non temerè tamen reputaverim, Abinadabum jam tum decessisse, ejusque nomen mansisse domui, quam coluerat, sive quòd illam ædificâsset, sive quòd ejus familia ibidem versaretur. Eleazaro duo erant fratres *Ahio* et *Oza*, qui eidem successisse creduntur in dignitate custodis sacri depositi. De Eleazaro nusquam ulterius sermo occurrit in pompâ translatæ arcæ sub Davide; ibi enim solùm leguntur Ahio, et Oza, filii vel posteri Abinadabi. Cariathiarim inter Leviticas urbes non recensebatur; sed Abinadab ad tribum Levi pertinuisse creditur. Ejus tamen nomen non legitur in censu hujus familiæ, sive quòd altero etiam nomine appellaretur, sive quod remotior esset à fonte, ut venire non posset in genealogias, quæ sanè non longè in Scripturâ deducuntur.

Quid esset ea consecratio, vel sanctificatio Eleazari in custodem arcæ, ignoratur. Sunt qui unctum, vel initiatum sacerdotem credant; quæ utique opinio è familiâ Aaronis Eleazarum temerè prorsus arcessit. Malunt alii consecrationem fuisse Leviticam, quâ Eleazarus destinaretur ministerio Levitarum solemnibus iis cæremoniis, quæ in Numer. 8, 7, describuntur. Alii denique Hebræam vocem reddunt: *Præparârunt*, vel imperârunt, ut pararet se ad excipiendam domi suæ arcam, sanctificans sese, abstinens ab exterioribus maculis et à voluptatibus sensuum, et lotione vestium ritè; denique nihil omitteret lustrationum in simili rerum articulo præscriptarum. Postrema hæc opinio planior est et melior; vox enim originalis, quæ redditur *sanctificare* valet etiam sæpè *præparare.* (Calmet.)

beret sedulam dati sibi negotii, ne quid illi indecori accideret, vel adversi. Sacerdotem summum fuisse non puto, quia non videtur ortus de familiâ Heli, à quâ sacerdotium summum ablatum non fuit ad tempus usque Salomonis, qui repudiato Abiathar, Sadoc ad tanti nominis titulum adscivit.

Vers. 2. — Erat quippe jam annus vigesimus (1). Viginti jam erant anni, neque arca Domini egressa erat de Cariathiarim, de loco nimirùm Palæstinis vicino, et de extremis finibus Israel, quò commodè ex aliis tribubus pietatis ergo accedere non poterant Hebræi. Quomodò verò et quo tempore ad alia loca fuerit translata, suis dicemus locis; nunc enim importuna esset et præpropera tractatio. Illud tantùm dico, aliquando inde ad Hebræorum castra adductam esse arcam, sicut accidit, quando capta fuit à Philisthæis, ut constat 1 Reg. cap. 14, v. 18, ubi arca dicitur fuisse in castris Saül, sed inde ad domum Abinadab esse relatam; unde post multos annos aliò translata fuit à David, ut habes lib. 1 Paralip. cap. 13, et lib. 2 Reg. cap. 6.

(1) Ex hoc textu interpretes plures repetunt eorum omnium, quæ hìc deinceps referuntur, epocham. Qui verò credibile est, Samuelem, tamdiù populum monere cessâsse, ut derelictis numinibus ad Dominum reverteretur? Quo autem pacto hæc hypothesis cohæreat cum iis quæ leguntur infrà v. 13: *Facta est manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis?* Constat enim, Prophetam hunc rebus nonnisi vicennio præfuisse. Hinc igitur colligendum esset, nunquàm sub eo judice populum tranquillitate pacis frui potuisse, siquidem reputandum sit, Philisthæorum res minui cœpisse post viginti demùm annos à constitutâ in Cariathiarim arcâ, cœptoque à Samuele Israelis regimine.

Præstat igitur totum hunc versiculum intra parenthesim claudere, tanquàm penitùs avulsum ab iis quæ proximè sequuntur. Monet nos tantummodò sacer historicus, post adventum arcæ in Cariathiarim, vicennalem pacem consecutam esse in Israele, manente populo ad obsequium Domini; quæ utique felicitas toto tempore regiminis Samuelis perseveravit. Statimque post hæc narrat scriptor res primitùs gestas à Samuele ad clavum Israelis admoto, quâ ratione procuraverit ille populo longam illam vicennalem pacem, quam ante innuerat. Ita ergo textum Hebræum reddere maluerim: *Et factum est, ex quâ die mansit arca in Cariathiarim, longum tempus effluxit, spatium scilicet viginti annorum, quibus domus Israel requievit in pace post Dominum.* Postrema hæc verba, quæ Vulgata reddit: *Requievit post Dominum*, alii interpretes vertunt: *Convenerunt ad Dominum;* vel: *Fleverunt ejulàrunt que ad Dominum.* Septuaginta: *Reversi sunt ad Dominum*, in quam etiam interpretationem Syriacus et Arabs concesserunt. (Calmet.)

Et requievit omnis domus Israel post Dominum. Nil aliud est, opinor, quàm domum Israel, quæ lubrico vacillabat vestigio, quæ modò in hanc, modò in illam religionem incerta ferebatur, tandem mutato animo, et meliori jam studio, unum elegisse Deum, cujus adhæreret auspiciis, et mandata compleret. Illud autem est requiescere post Deum, et in ejus obsequio gradum figere stabilem et certum. Unde autem illa tanta tamque opportuna mutatio contigerit, statim declarat.

Vers. 3. — Ait autem Samuel ad universam domum Israel, dicens: Auferte deos alienos, etc. Rationem reddit, cur populus ab impietate et idololatriâ, ad quam ante defluxerat, revocatus avitam religionem rursùs amaverit coluerìtque; quia nempe Samuel, cujus erat apud omnes singularis auctoritas propter morum probitatem et prophetiæ donum, cujus non semel documenta dederat, suis exhortationibus seu publicis ad hominum cœtus, seu privatis ad singulos perfecit, ut puderet illos superioris vitæ, et de meliore fruge cogitarent. Quod præstare cœpit, non quidem anno vicesimo, de quo nunc, sed toto tempore, quo sublato Heli, illius loco suffectus est, non ut sacerdos esset, sed judex, qui rem curaret et tueretur publicam. Ita Abulensis, q. 24, et Lyra, Cajetanus. Anno verò vigesimo illam habuit orationem ad populum, de quâ mox, quâ id agit, ut abjiciant prorsùs Israelitæ quidquid reliquiarum ex impiâ atque alienâ religione supererat. Quam orationem antequàm explicare aggredior, operæ pretium est explorare quo tempore, aut quâ ætate, reipublicæ clavum Samuel tenere cœperit. Quod quidem hìc leviter, accuratiùs tamen, cùm ventum erit ad illud cap. 13: *Filius unius anni erat Saül.*

Quâ in re varias video inter auctores fuisse sententias. Quidam constitutum esse judicem putant anno ætatis suæ quadragesimo. Ita Augustinus Tornielus ad annum mundi 2940, n. 1. Alii aliter putant. Canus lib. 11 de Locis, cap. 5, Genebrardus in Chronic. quod Serario nostro placuit, iniisse principatum post viginti illos annos, atque ideò grandior jam erat, et supra adolescentiæ annos, quando judex esse cœpit in Israel. Placet, quod nobis visum est in nostris Commentariis super Acta ad illud cap. 13: *Dedit eis Saül filium Cis virum de tribu Benjamin annis quadraginta*, ubi diximus, illum cùm adhuc esset adolescens, obtinuisse principatum. Quod tenet Abulensis in cap. hoc

7, q. 23; Dionysius in cap. 13 lib. 1 Reg. Et hoc mihi omninò videtur esse dicendum, quod non obscurè ipse docet Samuel infra cap. 12, ubi ab adolescentiâ tenuisse aut dicit, aut indicat, locum illum, aut gradum, quem tunc habebat, quando à se magistratum illum abdicavit. *Itaque conversatus coram vobis ab adolescentiâ meâ usque ad hanc diem, ecce præstò sum. Loquimini de me coràm Domino, et coràm Christo ejus; utrùm bovem cujusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu alicujus munus accepi,* etc. Hæc omnia, quæ in suâ vitâ ab adolescentiâ explorari jubet Samuel, illius sunt peccata propria, qui cum potestate est; quare cùm in suam adolescentiam de ejusmodi rebus inquiri jubet, planè docet Samuel, ab adolescentiâ se Israelitici imperii tenuisse clavum.

Cùm ergo viginti annis, ex quo vitâ functus est Heli, constitutus jam populi judex Samuel cum populo egisset, ut mores deponerent, qui superiorum judicum incuriâ, et nimiâ sacerdotum sive intemperantiâ, sive conniventiâ sensim inoleverant, illud sic est assiduitate et studio consecutus, ut dici potuerit populus requievisse post Dominum, quo sensu à nobis explicatum est. Cùm tamen adhuc ex eo, quod popularium animis ex veteri contagione altiùs insederat, superesset exurendum, neque tutum putaret vir sanctissimus renovare bellum, si aliquid esset intùs, quod magis debilitaret vires, quàm hostilis furor, admonet, ut nihil secum residere patiantur, quod impietatem oleat antiquam, sed abjiciant idola, et unum Deum, quem ipsorum coluerunt parentes, venerentur, quo patrono atque auspice nihil timeri potest adversum.

Hic tu pro moribus observa, plus esse à nobis ipsis cavendum, quàm ab hostium copiis, quantùmcumque ad omne oppugnationis genus potenter instructis, atque ideò magistratus malè saluti consuluisse publicæ, si contra externum hostem machinas comparent, et militem undecùmque conscribant, nisi priùs cruentum bellum peccatis, id est, domesticis hostibus, et omnem munitionem sensim corrumpentibus indixerint. Viginti annos dux optimus et imperator Samuel in corrigendis subditorum moribus impendit; neque segniùs cum illis toto hoc tempore, quàm cum Palæstinis uno aut altero die dimicavit; neque dubitavit de victoriâ, cùm à suorum finibus intestinos illos hostes excessisse cognovit. Atque ideò dicit audacter:

Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestri, Baalim, et Astaroth, etc., et eruet vos de manu Philisthiim. Littera obscura non est. Converti ad Deum toto corde, ut satis explicant quæ proximè succedunt, est, sic ad unum aspirare, ut nihil ex corde, nihil ex animo alienæ religionis sordibus adhæreat, sed unum Deum nostræ spectent cogitationes, atque consilia. Baalim, aut commune est nomen gentilium deorum, aut quia Baal deorum erat præcipuus et maximus, cujus vicini populi sacra complexi sunt, in illo dii alii inferiores intelliguntur. Sed sanè ista conjunctio Baalim et Astaroth, quæ aliis locis etiam inveniuntur conjuncta, aliquid significat occultiùs latere, maximè cùm in numero inveniatur plurali. Ut Judic. cap. 2, v. 13, cap. 3, v. 7, cap. 10, v. 6, et infra 12, v. 10. Quare illud, quidquid est, eruere tentemus.

Vox ista *Baal*, ut pluribus ostendimus in cap. 2 Oseæ ad illud: *Et non vocabit ultra Baali;* aliquid significat eximium et excellens, nempe *Dominum;* quo nomine gentiles deos suos appellabant, et uxores viros suos, observantiæ atque amoris ergo. Quare, si hoc nomen idolorum monstris, et fœdis dæmonum simulacris non esset impositum à gentibus, ad Deum etiam verum accommodari posset, quem in eumdem sensum *Adonai*, id est, *Dominum meum*, appellamus. Verùm sicut δαίμων, *dæmon*, vox est honestissima, quam, si non diabolo foret quasi propria nota familiariter imposita, in beatos spiritus et sanctos omnes aptare possemus, quia non valet aliud, nisi *fortunatum*, et *felix;* nihilominùs vocem illam, propterea quòd rei turpissimæ penè solùm, certè familiariter adhæret, abominamur omnes et horremus. Sic etiam, quia *Baal* honoris gratiâ mutis simulacris adhibuêre gentiles, à Deo vero removent viri pii, ne quid Deus verus cum diis falsis, vanisque gentilium videatur habere commune.

Porrò hoc nomen generale est, et usque adeò patet, ut non solùm masculis diis, quos finxit antiquitas, sed etiam deabus accommodetur. Sanè Theodoretus generale putat esse nomen. Septuaginta quidem nomini *Baal* articulum plerùmque præponunt femineum, ut Jeremiæ cap. 2, bis, et cap. 7; imò et apud Paulum, cap. 11, v. 4. Sed puto *Baal* generatim usurpari pro diis masculis; *Astaroth* autem pro femellis à præcipuâ aliquâ deâ, quæ Venus esse creditur, quam à Sidoniis acceperunt Hebræi;

de quâ 3 Reg. cap. 11. Syros autem et Palæstinos coluisse deas jam supra docuimus, dùm Dagonem formam diximus habuisse femineam. Et quidem Ovidius lib. 4 Fastor. Palæstinas vocat deas, non deos.

Sæpè Palæstinas jurat adesse deas.

Est præterea *Astaroth* in plurali numero formâ femineâ, sicut Baalim masculinâ formâ. Quare admonere videtur hoc loco Samuel illos qui in populo nondùm abjecerant gentilicæ superstitionis studium, ut deos deasque omnes et eorum phylacteria procul abjiciant, et animos assumant prorsùs Israeliticos, hoc est, Israele progenitore dignos, et uni Deo omninò consecratos (1).

Vers. 5. — Congregate universum Israel in Masphath, ut orem pro vobis Dominum. Quia orâsse dicitur Samuel in Masphath, existimant Lyra, Angelomus, et auctor Tradit. hebraic. in civitatem illam arcam esse translatam, et inde in Galgala, inde in Nobe, inde in Gabaam; postea à Davide in domum Obededom. Quorum sententiam optimè confutat Abulensis, q. 10. Quia David, ut satis liquet ex lib. 2 Reg. cap. 6, et lib. 1 Paralip. cap. 13, arcam transtulit ad domum Obededom ex Cariathiarim ex domo Abinadab. Neque clariùs quisquam id significare potuit. Audi nunc verba ex lib. 1 Paralip.: *Congregavit ergo David cunctum Israel à Sihor Ægypti usque dùm ingrediaris Emath, ut adducerent arcam Dei de Cariathiarim. Et ascendit David, et omnis vir Israel ad collem Cariathiarim*, etc. *Imposueruntque arcam Dei super plaustrum novum de domo Abinadab.*

Advocavit autem populum in Masphath, quia locus erat opportunus magis, in quem populus latè dispersus posset convenire commodiùs. Vocavit autem, ut pro illis et cum illis simul oraret. Quomodò autem orare et sacrificare potuerit Samuel, cùm sacerdos non esset, diximus pluribus cap. 2, v. 35, ad illud: *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem.* Neque habeo aliquid amplius, quod adjiciam. Fuit autem illa oratio pro pœnitentibus, et ut dixi, cum pœnitentibus neque enim tantùm orat propheta, sed etiam alios aut orare docet, aut orando præit, aut etiam orantes comitatur. Quæ enim sequuntur, opera sunt, et verba pœnitentis populi.

Vers. 6. — Et convenerunt in Masphath, hauseruntque aquam, et effuderunt in conspectu Domini (1). Qui priùs divinæ legis immemores, alienam coluerant, sua consilia condemnant, sibique à Deo pacem et veniam petunt. Quare ad orationem dolentem et supplicem, alia adhibent orationis subsidia, quæ offensum Deum ad lenitatem et misericordiam inflectant. Quale est jejunium, quod alimenta subtrahit et corpus sublatis etiam necessariis attenuat. De aquâ haustâ, illâque in Domini conspectu effusâ, varia meditantur interpretes; neque mirum, cùm hoc tantùm loco audiamus in dolore ac luctu de peccatorum gravitate concepto effusam esse aquam. Quid Hebræi antiqui existimaverint, docet Hieronymus in Traditionibus hebraicis, quæ hic libet adducere, licet longè abesse putem à vero atque germano sensu. Sic autem ibi Hieronymus, aut quicumque est, qui opus illud concinnavit: « Hebræi « tradunt quòd coram Domino in eamdem « aquam maledicta congesta sint. Et sicut in « lege mulier zelotypa haustâ aquâ probatur, « ita et hic idololatræ hâc aquâ probati sunt; « hi videlicet, qui se idola coluisse penitùs de- « negabant. Tradunt enim, quòd quicumque « idololatra hanc aquam gustâsset, labia ejus « ita sibi adhærerent, ut nequaquàm ea ab in-

(1) Præparate corda vestra Domino. Audi S. Gregor.: « Cor Domino præparat qui mentem non solùm ab immundâ cogitatione se- « parat; sed etiam cogitationum sanctarum ac « virtutum fulgoribus illustrat, ut velut abje- « ctis et comminutis idolis, se Dei templum « efficiat; dùm illic divinæ gratiæ sedem erigit, « ubi reprobos spiritus manere per prava de- « sideria non permisit. » (Corn. à Lap.)

Vers. 4. — *Les enfants d'Israël rejetèrent Baal et Astaroth, et ne servirent que le Seigneur.* Aussitôt que l'arche est revenue dans Israël, Samuël commence à agir en prophète. Il prêche d'abord la pénitence et le vrai changement de vie, qui consiste *à renoncer aux idoles,* c'est-à-dire aux passions dont nous sommes idolâtres. Les Israélites obéissent à la voix de ce saint prophète. On voit par là le fruit que peuvent faire parmi le peuple de fidèles ministres de Dieu, lorsqu'ils se sont préparés saintement comme Samuël pendant tout le cours de leur vie pour s'acquitter de leur charge.

Après que le peuple a témoigné son regret intérieur, en renonçant effectivement *aux idoles* de son cœur, en quoi consiste la vraie pénitence, Samuël leur ordonne de s'assembler afin qu'il prie pour eux, et l'on voit combien est grand l'effet de cette prière. Car le peuple y reçoit de nouveaux mouvements de pénitence par ce jeûne qu'il garde, et par *cette eau* qu'il répand. Elle marque les larmes d'un cœur contrit accompagnées d'un sentiment d'humilité, qui fait que nous nous regardons devant Dieu comme un peu d'eau tirée d'un fleuve, et qui étant répandue sur la terre se sèche aussitôt. (Sacy)

(1) Quid effusio aquarum in jejunio sibi velit, obscurum est; fortassè, juxta consuetum Orientalibus tropum, liberalitatem, quâ Hebræi nunc se totos Deo tradere vellent, indicat. (Iahn.)

« vicem idololatra separare posset. Hoc indicio « idololatra deprehendebatur et interficiebatur. « Quod et sequentia demonstrant in eo quod « ait : *Judicavitque Samuel filios Israel in Mas-* « *pha.* Judicare in hoc loco idololatras secun- « dùm legem, morti tradere intelligendum est. « Dicunt etiam, quòd Moyses hoc modo idolo- « latras, qui sibi vitulum fecerant, probaverit, « quando arripuit vitulum et combussit, et « contritum usque ad pulverem sparsit in « aquam, et dedit ex eo potum filiis Israel. » Hæc Hebræi, qui sæpè sua commenta nobis pro oraculis venditant; ego in alia omnia libentiùs abeo. Hoc probat Rupertus, et Historia scholatisca docet quibusdam visum esse, quos tamen non nominat, quoddam idolum redactum esse in pulverem à Samuele, et mixtum aquâ propinatum populo, sicut quondam fecit Moyses, et in illorum barbis esse cognitum, quis esset idololatra. Quod etiam tenet Hugo. Sed planè divinant, qui ita cogitant.

Alii hanc aquam metaphoricam putant, et pro lacrymis sumunt, quæ compunctum produnt et pœnitentem animum. Ita quidam ex Hebræis; lacrymæ autem aqua sunt, quæ ex liquefacto corde, et in hunc humorem resoluto hauriuntur, et effunduntur foràs. Sumitur autem metaphora à fontis scatebris, quæ in terræ visceribus conceptæ, per venas tandem in omnium erumpunt aspectum. Id spectâsse videtur Jeremias, cap. 9, v. 1, ubi fontem optat, unde lacrymas hauriat, *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum? et plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei.* Fontem statuit in capite, unde ad oculos lacrymas deriyet, quæ post in terram defluant. Cum Hebræis sentit quoque Gregorius; cujus hic verba lubens adjiciam. « Quid est, inquit, aquam « haurire, nisi de profundâ animæ pœniten- « tis confusione lacrymarum fluenta produ- « cere? Velut enim aquam haurimus, dùm « quàm profundâ iniquitate cecidimus consi- « derantes plangimus. Quam profectò aquam « in conspectu Domini effundimus, si cùm « pœnitendo compungimur, de ejusdem com- « punctionis fletu non quærimus favorem se- « culi, sed solum fructum divinæ placationis. « Sed et dùm mens flendo compungitur, ne- « cesse est, ut etiam caro, quæ delectationibus « subjacuit, affligatur. »

Alii aquam propriè sumunt, sed variè interpretantur, nempe ut eluant sordes, quas, dùm pœnitentium speciem et personam assumunt, contraxerunt. Nam lugentes et tristes omnium penè gentium consuetudine in squalore jacent, in pulvere cubant, cinerem aspergunt capiti, omnem denique munditiam et elegantiam evitant. Ut hæc igitur, quæ ex hoc vitæ modo pœnitentium adhæsêre corporibus, eluant, aquam hauriunt, et illam cum sordibus simul, quas deterserunt, in conspectum Domini effundunt. Ita ex auctore non bono dicit Serarius; quod neque ipse probat, neque alicui viro cordato probari potest. Hoc tamen tempore, in quo hæretici horrent et exagitant Confessionis et Pœnitentiæ nomen, habemus ab hæretico (talis est enim illius sententiæ auctor) optimum Confessionis atque sacramentalis Pœnitentiæ symbolum. Illa enim eluit animæ sordes, et ita in conspectum Domini effundit, ut animam illuvie priùs deformem et fœdam mundet atque purificet. Facit enim Pœnitentiæ sacramentum, quod aqua quædam est expiatoria, quod baptismalis aqua, quæ, quas invenit in animâ sordes, detergit, et quod reperit contaminatum, emaculat.

Alii hanc aquam effusam coràm Domino symbolum esse putant eorum quæ in animis occultè fiunt, cùm quis operam dat animæ expiandæ, aut ad grande aliquod divinæ liberalitatis beneficium disponendæ, qualis est oratio, quæ si vera est, totam coram Deo animam effundit. Sicut cap. 1, dixit Anna, quam cùm ex orandi contentione Heli sacerdos temulentam putâsset, ipsa respondit, non illa signa esse à temulentâ, sed quòd animam suam effudisset coram Deo. Porrò quid sit *animam effundere*, diximus eo loco. Aut certè eo symbolo significant sic fuisse ex animis peccata depulsa, sicut è vase aqua sic effunditur, ut nulla in eo gutta remaneat. Aut, ut Rabb. Salomon citatus à Lyrâ, symbolum est animi, qui de se humiliter sentit ac loquitur; quasi, effusâ aquâ coràm Domino, dicant viri illi, quos anteactæ vitæ pœnitet et pudet, se omninò, dùm suis indulgent affectibus, effusæ aquæ similes extitisse. Ut enim effusa aqua perit, neque recuperari potest, ubi illam terra arida bibit, sic illi qui se peccatores agnoscunt, dolentque quòd quas acceperunt à Domino dotes sic in terrâ defossæ fuerint et abjectæ, sicut aqua effusa, quæ in lutum abiit, neque apparet uspiam.

Glossa ordinaria aliquid hic videt veræ pœnitentiæ proprium, quòd videlicet qui eo nomine digni sunt, illi sic omnem sibi peccandi facultatem præciderunt, ut ad errata vitæ liberioris omnem præcluserint aditum, omnes illecebras, omnia blandimenta sustulerint.

Quemadmodùm ille satis probat, se nihil velle haurire de poculo, qui quidquid erat liquoris in poculo, ad extremam usque guttulam effundit.

Hæc sanè non abs re, et quod ad moralem sensum pertinet, egregia. Ego tamen addam aliquid, quod mihi si minùs ad ritus consuetudinesque sacrificiorum, at certè ad mores non videtur alienum. Et primùm puto verum esse, quod q. 28 censet Abulensis, aquam in sacrificiis offerri non posse, quia nunquàm illius in re sacrificali nomen auditum, nisi fortè ad lavandas victimas et sacerdotum munditiem; et ideò mare æneum in templo fuit, et prope templum probatica piscina, sed aqua legitimè, quod ego viderim, nunquàm oblata. Nisi fortè dicas, oblatam à Davide aquam, quam viri fortes illius desiderio avidiùs et audaciùs, quàm ipse vellet, obsecuti hauserunt de cisternâ Bethlehem. Illa enim oblatio, neque à sacerdote fuit, neque legitima, ut fieri solet ad altare; sed qualis fieri solet à profanis, cùm propter Dei obsequium aliquo se privant commodo, quod appetebat animalis natura. Ut si quis propter Deum cohibeat manum ab hoste, quem ante pedes prostratum habet, contineat prurientem libidinem, ac tandem id à se prorsùs depellat et resecet, ad quod natura impetu ferebatur præcipiti. Quâ de re nos plura suo loco.

Nihilominùs puto verè ac propriè effusam esse coram Domino aquam; non quia sacrificium aut libamentum fuerit, sed quòd actione illâ externâ ac hieroglyphicâ aliquid significaretur, quod latebat in animo. Quid verò illud sit, non obscurè, ut opinor, docet, quod proximè sequitur, de quo statim. Quòd autem illa cæremonia in usu fuerit Hebræis, quâ significent nihil sibi fuisse reliquum in quolibet genere, mihi argumento est, tum quia id sonat hic locus, qui cùm optimè possit in significatione proprià sumi, non est cur ad metaphoricos sensus torqueatur; tum deinde quia in Scripturâ sacrâ sæpiùs videmus, cùm aliquid funditùs exinanitum ostenditur, per aquam effusam significari. Quod igitur metaphorico verbo sæpe, quid mirum si idem hieroglyphico signo nonnunquàm exprimatur? Id ergo jam nonnullis Scripturæ testimoniis in argumentis valdè inter se diversis explicemus. Dicitur Deus iram suam effundere in aliquos, quando totam iram, quam in divino pectore peccator condiderat, aut (ut cum Paulo loquar) thesaurizârat, evomit, ita ut totum expromat, quod latebat intùs, id dicitur effundi sicut aqua. Oseas cap. 5: *Super eos effundam, sicut aquam, iram meam.* Deuter. 12: *Comedes absque esu duntaxat sanguinis, quem super terram sicut aquam effundes.* Sic ab animali sanguinem exprimes, ut ne gutta quidem supersit in venis. Et idem cap. 15. Hinc Deus Psal. 21, cùm significare vult nihil fuisse sanguinis in corpore, quod pro hominum salute non expenderit: *Effusus sum sicut aqua.* Et Genes. 49, Jacob ad filium Ruben: *Effusus es sicut aqua; non crescas, quia ascendisti cubile patris tui*, id est, totum te in libidinem laxâsti, ita ut nullam in te pudoris aut temperantiæ particulam reliqueris; meminit autem Scriptura tam hoc loco, quàm aliis, aquæ potiùs quàm liquoris alterius; quia alii, ut maximè cupias studeasque, non ita effunduntur è vase, ut non in illo aliquid adhæreat; oleum puta, mel, vinum; quorum in vase manet saltem color, odor, sapor; at ex aquâ sic purum manet vasculum, ut nemo judicet in illo unquàm aquam fuisse conclusam.

Hâc ergo similitudine, actioneque hieroglyphicâ docent hi viri, quos ad veram conversionem Samuel, et ut vestigium hactenùs lubricum in unius Dei religione firment, hortatur; aiunt, tam à se projiciendam impietatem antiquam, et deorum dearumque omnium execrandam esse memoriam, ut non minùs excedant ab animo, quàm aqua, cùm è vase, in quo conclusa fuerat, effunditur, cujus neque sapor manet ullus, neque odor, usque adeò tota vanescit et perit. Admirabile hoc symbolum est animi verè pœnitentis, qui nihil apud se retinere vult vitæ, cujus illum pœnitet et pudet (1).

Judicavitque Samuel filios Israel in Mas-

(1) Et jejunaverunt. Ecce hic tres actus pœnitentiæ, scilicet contritio, significata in effusione aquæ; confessio, cùm dicunt: *Peccavimus Domino;* satisfactio cùm jejunant. Hoc enim jejunium non erat *onasin*, id est, coactivum, sive à lege præceptum, sed *coasin*, id est voluntarium et spontè à pœnitentibus susceptum. Nam, ut ait S. Gregor., « dùm « mens flendo compungitur, necesse est etiam « ut caro quæ delectationibus subjacuit, affli- « gatur. » Audi S. Hieron. l. 2 contra Jovin.: « Congregatum, ait Samuel populum in Mas- « phath indicto jejunio roboravit, et fecit ho- « stibus fortiorem. » Et S. Leo serm. 1 de Quadragesimâ, ubi agens de Hebræis hoc loco jejunantibus: « *Ut superare*, ait, *hostes suos pos-* « *sent, vires animi et corporis indicto sibi repa-* « *ravêre jejunio.* » Et post pauca: « *Abstinentes* « *ergo à cibo et potu, severæ sibi castigationis* « *adhibuêre censuram, et ut hostes suos vince-* « *rent, gulæ illecebram in se ipsis ante vicerunt.* »

(Corn. à Lap.)

PHATH (1). *Judicare* sub hoc Samuelis tempus idem est quòd moderari ac regere; unde qui ante hoc tempus rem administrârunt Israeliticam, vocati sunt judices. Ex eo tempore habuisse videtur stabile domicilium, et quasi imperii sedem in Masphath, cùm ante illud tempus aliis atque aliis locis statuisset. Cùm enim nactus esset rempublicam profligatam et perditam, in quâ tot videbat excitatas aras, quot apud gentes, deorum dearumque nomina colebantur; neque illos, utpote in varia studia religionesque distractos, ad locum unum facilè posset convocare aut cogere, nisi priùs ad unam religionem et fidem conspirâssent; necessarium illi fuit per varia loca subinde discurrere, et omnes officii proditi et neglectæ religionis admonere. Quod ubi consecutus est in Masphath, ubi qui adhuc religioni adhæserant alienæ, Baalim et Astharoth, id est, deos deasque omnes sic abjecerunt, ut neque illorum odoris aliquid esset, aut saporis reliquum; sicut neque aliquid aquæ manet in vasculo ex quo effusa est, stabilem sibi constituit sedem in Masphath, ubi jus diceret, et rem moderaretur publicam.

VERS. 7. — ET AUDIERUNT PHILISTHIIM, QUÒD CONGREGATI ESSENT FILII ISRAEL IN MASPHATH. Ex quo tempore decessit Heli, satis habuerunt filii Israel, confirmare se ab illâ plagâ, quam acceperant à Philisthæis, quando capta est arca. Neque fortassè Philisthæi, cùm jam essent in se ipsis et in agris experti severam Dei manum, ausi sunt iterùm aliquid contra Israelitas bellicum moliri. Quare ad hoc usque tempus, id est, ad annum vigesimum ab arcâ restitutâ, ab utrâque parte siluerunt arma, quia satis habuerunt utrique curare sua, neque tutum putabant aut opportunum aliena turbare. Ubi verò vident in Masphath à summo præside haberi comitia, suspicati aliquid in suum caput ab adversariis adornari, ipsi quoque parant arma, et delectus habent militares, ostentant metum, ac tandem in Israeliticos fines hostiliter irrumpunt (1).

VERS. 9. — TULIT AUTEM SAMUEL AGNUM LACTENTEM UNUM (2), ET OBTULIT ILLUM HOLOCAUSTUM INTEGRUM DOMINO (3). Expavit Israel jamdudùm

(1) Porrò urbes dictæ Masphath, fuêre quatuor. Prima in tribu Gad, Josue 13, 26. Secunda in dimidiâ tribu Manasse ad radices Hermon, quæ fuit patria Jephte, Judic. 11. Tertia trans Jordanem in terrâ Moab, de quâ 1 Reg. 22, 3. Quarta hæc nostra in confinio tribûs Juda et Benjamin, in quâ erat orationis locus, ideòque ad eam crebrò conveniebant Hebræi. Alibi *Maspha* vel *Masphe* vocatur. Hanc postea ædificiis munivit Asa rex Juda, et in eâ habitavit Godolias, 4 Reg. 25. Et Jeremias propheta c. 40, 41. Nota : Arca non erat in Masphath, uti nonnulli conjiciunt ex hisce Samuelis comitiis ibidem peractis, sed in Cariathiarim.

Mysticè S. Greg. : « In Maspha, ait, sacerdos « judicat, cùm non humanum arbitrium sequi- « tur, sed divinum. » (Corn. à Lap.)

(1) ASCENDERUNT SATRAPÆ PHILISTHINORUM AD ISRAEL. Tropol. S. Greg. : « Ablatis, ait, diis « alienis, peracto jejunio, exhibitâ à prædica- « tore censurâ examinis, ad Israel Philisthino- « rum principes ascendunt; quia cùm altiori « vitâ proficimus, maligni spiritus, qui semper « benè agentibus invident, nobis infestiores « sunt. » (Corn. à Lap.)

Les princes des Philistins marchèrent contre Israël. Les Israélites ne sont pas plus tôt réconciliés avec Dieu, que les Philistins s'assemblent et leur font la guerre. C'est ce qui doit apprendre aux vrais fidèles qu'ils ne manqueront point d'ennemis au dedans et au dehors, lorsqu'ils penseront sérieusement à se convertir à Dieu. Mais qu'ils ne craignent point, ou s'ils craignent, que ce ne soit, comme il est marqué ici, que pour avoir recours aux prières des vrais serviteurs de Dieu, et pour leur dire : *Ne cessez point de crier pour nous au Seigneur.* (Sacy.)

(2) Cur Samuel lactentem agnum obtulit, vetante lege, ne coquatur hædus in lacte matris suæ, id est, ne lactens adhuc in sacrificium immoletur ? Cautio ne coquatur hædus in lacte matris suæ, definienda est ad hædum vel agnum paschalem, qui anniculus, id est, aliquantulùm adultus imperatur : de cæteris autem victimis nihil interdictum erat; modò tamen per septem dies lactâssent : *Septem diebus erunt sub ubere matris suæ; die autem octavo et deinceps offerri poterunt Domino.* (Calmet.)

(3) Quid sibi vult hoc ? an holocausta non integra à quoquam non offerebantur ? *Integrum* holocaustum obtulit Samuel, id est, perfectum, omni maculâ et defectu carens. Denique obtulit *integrè* victimam in holocaustum : additur illud, *integrè,* ex pleonasmo, ut commodè etiam omitti possit. Septuaginta. *Obtulit cum universo populo.* (Calmet.)

Cur dicitur hoc *holocaustum integrum?* Resp. *integrum,* id est, indissectum; solebat enim victima in partes dissecari, itàque in altari comburi : hoc verò ob ingruentes hostes Philisthinos dissecari non potuit; sed integrum fuit aræ impositum. Alioqui in omni holocausto tota et integra hostia debebat Deo comburi. Ita Salianus. (Corn. à Lap.)

Samuël prit un agneau qui tettait encore, qu'il offrit en holocauste au Seigneur. Ceci nous montre le devoir des prêtres dans le péril de ceux que Dieu leur a adressés pour les conduire. Non seulement ils doivent prier pour eux comme Samuël, mais ils doivent encore avoir recours au Sauveur figuré par cet agneau qu'offre Samuël, parce qu'il est la victime de propitiation pour effacer les péchés, et pour réconcilier Dieu avec les hommes. « Le Sauveur « *est agneau,* dit saint Grégoire, parce qu'il « est la sainteté même. C'est un agneau ten-

desuetus arma tractare, cùm hostiles acies in suos terminos invectas videt; et quia Samuelem Deo multis indiciis gratum esse cognoverant, in ejus precibus spem victoriæ, et dubiæ fortunæ felicem exitum statuunt. Quare obsecrant ne ab oratione cesset, et suam apud Deum causam tueatur. Quod ipse fecit diligenter juxta aliorum vota, et ad preces sacrificii quoque illud genus adjecit, quod Deo ideò putabatur esse maximè gratum, quòd totum cederet in ipsius gloriam, nec ex eo sibi aliquid homo vindicaret, quod est holocaustum. Sumpsit igitur agnum tenerum, qui nondùm erat à lacte depulsus, totumque Deo tradidit, et in eo etiam populum, cujus ipse curam atque tutelam Deo commendante susceperat. Non quæro hìc, quomodò, cùm Samuel sacerdos non fuerit, sacrificaverit, quia eâ de re pluribus egimus cap. 2, ad illud : *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem.* Quidam dicunt, sacrificâsse quidem Samuelem, per sacerdotem tamen, cujus erat sacrum illud ministerium. Quemadmodùm princeps id fecisse dicitur, quod ut alii facerent, ipse curavit. Sed necesse non est ad illam solutionem confugere, cùm aliquando etiam non sacerdotes urgente aliquo graviori casu sacrificaverint, ut eo loco diximus, sicut fecit Elias, et in Samuele gravior apparet, et propria quædam ratio. Quod ad altare attinet, diximus cap. 6, ad illud v. 14 : *Imposuerunt super ea holocaustum.* Hìc credo altare raptim esse constructum, quia hostis urgebat, neque satis tunc erat otii, ut excitaretur accuratiùs.

Vers. 10. — Factum est autem cum Samuel offerret holocaustum, Philistiim iniere prælium. Cùm superiori plagâ graviter foret afflicta Palæstina, et civibus, qui tueri possent, et amplificare rempublicam, orbata, externum sibi adsciverunt auxilium à vicinis populis, à Tyriis puta, et his, qui Tyriorum suberant imperio. Sic habes ex Eccli. cap. 46, ubi cùm sermo esset de hoc ipso tempore, profligati dicuntur cum Philisthæis principes Tyri. *Intonuit de cœlo Dominus, et in sonitu magno auditam fecit vocem suam; et contrivit principes Tyriorum, et omnes duces Philistiim.* Hi igitur omnes eâ celeritate in Israelitarum fines irruperunt, et ad illum usque locum progressi sunt, ubi princeps Samuel conventus habuerat, ut priùs illatum viderint bellum Israelitæ, quàm comparatum audirent. Quare inermes erant, utpote quia magis religionis gratiâ, et aliis de rebus essent instituta comitia, quàm ut hostibus tunc bellum inferrent, aut illatum à patriâ propulsarent. Deus tamen quocum Samuel sacrificiis precibusque certabat, totam illam belli molem repentè disjecit et pro populo sibi jam abjectis idolis conciliato sic pugnavit è cœlo, ut uno illo congressu plus amiserint honoris et virium Palæstini, quàm multis antea bellis cum hoste collatis.

Intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, et exterruit eos, et cæsi sunt a facie Israel. Hæc eadem habes Eccl. cap. 46, quæ omnia optimè describit Josephus lib. 6 Ant. cap. 2 : « Priùs, inquit, « quàm totam victimam flamma absumeret, non- « dùm sacro peracto, hostis in conspectu aciem « explicat, rem factam se habere putans, in- « terceptis Judæis imparatis ad pugnam, et « tantùm non inermibus, ut qui non in eum « locum ad hoc convenerant. At longè aliter « accepti sunt, quàm crederent, etiamsi quis « prædixisset. Primùm enim terra, jubente « Deo, sub pedibus eorum intremuit, et vacil- « lante vestigio nutabant; nonnulli etiam in « improvisos hiatus prolabebantur; deinde « fulminibus crebris attoniti, et ignitis fulguri- « bus oculos, ac manus semiustulati, ut ne « arma quidem retinere possent, in fugâ spem « totam ponebant. » Hujusmodi Deus sæpe bella pugnavit pro populo, ut tempore Gedeonis et Debboræ, et infra, cap. 14, cùm Jonathas et ejus armiger stragem magnam in Palæstinorum castris ediderunt. Neque Evangelii seculis desunt exempla quæ docent adesse Dominum suis, et temporis momento disperdere, quibus mortalis nulla potentia obniti posse videbatur. Unde prudens quisque facilè cognoscet, invictas esse acies, quas armat et moderatur Deus, et murum esse æneum

« dre et *qui est encore au lait,* parce qu'il s'est « rendu faible pour sauver les faibles, et qu'il « s'est revêtu de notre chair. *Il est unique,* « comme le Fils du Père, et comme l'Epoux « et le chef de son Eglise ; et il est *offert tout* « *entier en holocauste,* parce qu'il s'est immolé « pour nous dans le sacrifice de la croix, et « qu'il s'offre encore sans cesse pour nous « dans le sacrifice de son Eglise ; » comme nous nous devons aussi donner à lui sans réserve, puisque le sacrifice que nous lui offrons de notre cœur est la suite et l'accomplissement de celui qu'il offre sans cesse pour nous.

Le même saint Grégoire tire cette instruction importante de cet exemple de Samuël, « que « lorsque les vrais pasteurs voient que les âmes « dont Dieu leur a donné le soin sont tentées, « ils doivent les soutenir, en leur procurant « le secours non seulement de leurs prières, « mais aussi de leurs sacrifices : » *Tentatis subditis pastores boni non solùm orationum præsidia conferant, sed etiam sacrificiorum.* (Sacy.)

cùm nulla in castris culpa grassatur (1).

Vers. 12. — (2) Et vocavit nomen loci illius : Lapis adjutorii. Usitatum fuit superioribus seculis, ut beneficiorum omnium quæ quisque accepisset, aliquod eo ipso in loco monumentum relinqueret, quod apud posteros æternam conservaret memoriam. Sic Jacob excitavit altare, ubi illustrationem accepit à Deo singularem. Sic Josue notatum voluit esse locum, per quem Jordanem sicco gradu trajecit. Sic modò Samuel, ne tanti apud posteros beneficii memoria periret, excitavit lapidem, cui nomen imposuit ab eo beneficio, quod eo in loco cæsis fugatisque Palæstinis, populus accepit. Hoc porrò nomen per prolepsim audivimus cap. 4, quia Samuel, à quo eventus ille litteris mandatus est, scripsit multis annis, postquàm feliciter eo tempore pugnatum est, cùm jam locus illo esset nomine consignatus; et fortassè tunc scripsit cùm jam esset regni administratione defunctus.

Ad hunc ego locum aliquid invenio apud Tertullianum contra Psychicos, quod ego non intelligo. Indicat enim in aquâ illâ, quam hauserunt, effuderuntque in Masphath viri Israelitæ, aliquod fuisse peccatum ; quod unde ille suspicari aut conjectare potuerit, divinare non possum. Neque quod statim addit, benè pastos irrupisse Palæstinos, illis autem Hebræos occurrisse jejunos ; quorum jejunio videtur insignem illam tribuisse victoriam, non Samuelis precibus. Verba illius audi adversùs Psychicos cap. 7, et quid significare voluerit, tute ipse conjecta. Sic autem ille : « Deliquerat « Israel in aquatione apud Masphath congre- « gatus à Samuele ; ita statim delictum jejunio « diluit, ut periculum prælii simul fugerit. « Cùm maximè Samuel offerebat holocau- « stum, in nullo magis procuratam audimus « Dei clementiam, quàm abstinentiâ populi. « Et Allophyli prælio admovebant, ibidem Do- « minus intonuit voce magnâ super Allophylos, « et confusi sunt, et corruerunt in conspectu « Israelis. Et processerunt viri Israel ex Ma- « sphath, et persecuti sunt Allophylos, et usque « Betheor ceciderunt pastos impasti, armatos « inermes. Hæ erunt vires jejunantium Deo, « cœlum pro ejusmodi militat. Habes formam « præsidii etiam spiritualibus bellis necessa- « riam. » Hæc Tertullianus, in quibus multa invenio, quæ non satis accommodo textui, aut cohærere video cum historiâ. Tu illa, si plus habes otii, accuratiùs expende; mihi sat fuerit illa in medium attulisse.

Vers. 13.—Nec apposuerunt ultra, ut venirent in terminos Israel. Ut paulò ante Palæstini plagâ divinitùs immissâ perterriti, nihil hostile contra Israelitidem gentem moliti sunt, sic etiam nunc, cùm stare contra se Deum non dubiâ conjecturâ cognoscerent, continuêre se intra fines suos, neque turbârunt pacem, quam toto Samuelis tempore Dominus Israeli largitus est. Sed est difficile statuere, quomodò verum esse possit, non ultra Palæstinos in Hebræorum fines rediisse, cùm sciamus, regnante Saule, rediisse sæpè, et malè vexàsse rem Israeliticam. Quidam hic non simpliciter negant rediisse Palæstinos, sed eo tantùm tempore, quo vixit Samuel. Ita Historia scholastica. Ego hanc vocem, *ultra*, sic exponendam puto, sicut exposui apud Isaiam cap. 2, ad illud : *Nec exercebuntur ultra ad prælium.* Ubi ostendi, sicut *æternum, sempiternum*, et similia non semper significant quod fine caret, sed quod diuturnum est, sic etiam *non ultra, non amplius*, et quæ ejusdem sunt significationis, non aliquid omninò negare, sed protrahere longiùs. Quomodò Isaiæ cap. 23, de Sidone dicitur : *Non adjicies ultra, ut glorieris;* et tamen priori fortunæ restituta gloriari potuit. Et idem de Tyro Ezechiel affirmat, c. 26 : *Et sonitus cytharardm tuarum non audietur amplius.* Et paulò post : *Neque ædificaberis,* cùm tamen iterùm ædificata fuerit, et ad veteres cantus, id est, tractandas merces

(1) Vers. 11. — Usque ad locum qui erat subter Bethchar. Nomen *Bethchar* sonat *domus agni*, vel *ovile*. De urbis hujus situ inter geographos non convenit. Sunt qui eumdem esse locum cum *Sen*, de quo infra, v. 12. Censet Bonfrerius, Bethchar non longè abfuisse ab Aphec et Bethsames, adeòque ad tribum Juda pertinuisse. Occurrit Betakad inter Jezrael et Samariam. Urbs Ceila alio etiam nomine Bethsachar appellata est. (Calmet.)

Porrò *Bethchar* erat in tribu Juda, vicinus Bethsames, ait S. Hieron., in Abenezer, nec longè ab Aphese, et lapide Adjutorii.

Mysticè S. Gregor. : « *Bethchar*, id est, *domus* « *agni*, notat vitam et conversationem Christi, « ad quam omnes contendere debemus, « etiamsi ad illam pertingere non possimus. « Quia, inquit, per indesinentem conatum cer- « taminis, contendere debemus ad arcam per- « fectionis, ubi jam tantò simus hostibus no- « stris terribiliores, quantò redemptori nostro « viciniores. » (Corn. a Lap.)

(2) Inter Masphath et inter Sen. Reddi potest Hebræus : Inter *Masphath et dentem*, id est, lapidem illum præruptum, cui ex figurâ nomen dentis inditum est. Interdùm Hebræi rupes nomine dentium appellant. Hunc locum vocat Chaldæus *Sina;* Syriacus et Arabs. *Bethjasan.* (Calmet.)

iterùm revocata. Sed utrumque contigit, postquàm plures jam dies exacti sunt. Quare cùm toto Samuelis tempore Palæstini nihil contra Israelitas tentaverint hostile, juxta hunc Hebræorum usum dici optimè possunt, non ultra in illorum fines esse reversi. Ita etiam putat Abulensis, q. 32, et Adrianus Finus lib. 7, oppositione 5, ad 4, quod etiam hoc loco tenet Serarius.

Sed addo ego, idem videri esse dicendum, cùm aliquid licet non longè post fiat, minùs tamen fit sæpè, aut non eodem eventu, quo priùs. Aperta sunt exempla, lib. 4 Reg. cap. 6, v. 23, ubi Syri non dicuntur *ultra* venisse in terram Israel, et tamen paulò post Benadab rex Syriæ armâsse traditur exercitum, et invasisse Samariam. Et Genes. 30, v. 10, dictum ab angelo Jacob : *Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum.* Et tamen statim, v. 20, appellatur Jacob, et alibi millies : non tamen ita frequenter sicut antea, neque legitimo et proprio, sed jam deposito et quasi alieno nomine. Illud itaque dicitur *non ultra* fieri, quod extraordinario modo fit, et extraordinario plerùmque successu. Quomodò etiam ex usu Scripturæ, quod inutile est aut exitu caret, quem aliquis captabat, fuisse negatur. Redierunt sanè Philisthiim tempore Saülis, et adhuc vivente Samuele, imò fortassè aliquando Samuele regnante ; licet id rarò, et successu nullo; verùm quia post longum tempus, et irrito conatu, dicuntur non ultra rediisse. Quòd autem diebus Samuelis aliquando Palæstini rediisse videri potuerint, sed infelici planè successu, indicat illud, quod statim sequitur : *Facta est itaque manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis.* Indicat, inquam, non probat; quia fieri potuit, etiamsi id ex Scripturâ non habeamus, ut potiùs Samuel Palæstinorum fines sit ingressus vindice manu, quàm ut Palæstini Samuelis regnum, id est, Israelis terminos acie tentaverint. Sed id habemus certum, quocumque id acciderit modo, rem Palæstinorum votis accidisse contrariam (1).

Vers. 14. — Et redditæ sunt urbes, quas tulerant Philisthiim ab Israel, Israeli (2). An ultrò Palæstini reddiderint urbes quas ab Hebræis ante sustulerant vel vi ab illis Samuel eripuerit, ex Scripturâ non constat, quia tantùm dicuntur *redditæ,* quod idem valet, quòd *reversæ.* Vox enim hebraica *Tasobna, redierunt* significat ; et vox hebraica, quæ generis est feminei, cum Philisthiim convenire non potest. Et Septuaginta, licet obscuriùs, id tamen in suâ translatione significant : *Et redditæ sunt civitates, quas ceperant alienigenæ de filiis Israel, et reddidêre se ipsi Israeli ab Ascalone usque Azob ; et terminum Israel abstulerunt de manu alienigenarum.* Res planè est incerta ; sed in hoc posterius magis inclino, quâ de re postea pluribus, cap. 13.

Liberavitque Israel de manu Philisthinorum. Eratque pax inter Israel et Amorrhæum. Duo hìc contigisse dicuntur in aureo verè Samuelis dominatu ; alterum, Israelem excussisse jugum quod ipsorum cervicibus imposuerunt ante Palæstini ; alterum, vicinos alios populos, qui hìc Amorrhæorum explicantur vocabulo, à bellis etiam abstinuisse, quæ habuerunt omnibus propè seculis assidua. Quare nihil deerat, quominùs tempus illud videretur ex omni parte fortunatum. Hìc tamen Abulensis hæret, neque, ut

(1) Facta est manus Domini super Philisthæos. Hæc phrasis designat interdùm opem et protectionem Dei, uti : *In Juda facta est manus Domini, ut daret eis cor unum ;* id est, perfectâ charitate illos conjunxit. Sæpè manus Domini est Spiritûs S. in Prophetam operatio : *Manus Domini facta est super Eliam, et currebat ante Achab donec veniret in Jezrahel.* (Calmet.)

(2) Redditæ sunt urbes.... ab Accaron usque Geth. Accaron et Geth Philisthæis parebant ; sed inter utramque mediæ erant urbes quædam Daniticæ, quæ ad eam tribum redierunt. Hinc autem illud illustratur, quod in libro Judicum 18, 1, legitur, Danitas scilicet cùm urbes ditionis suæ subigere non possent, coactos fuisse alias sibi procurare sedes ; habuisse autem sibi in urbe Laisa, quam occupaverant ad radicem Libani, idolum Michæ, *omni tempore quo fuit domus Dei in Silo,* id est, usque ad initum à Samuele regimen, cùm arca in Cariathiarim locata est, ac Philisthæi secedere ab iis Danitarum urbibus, quas occupabant, coacti sunt.

Textus Hebræus ita pariter redditur : *Restitutæ sunt Israeli urbes, quas Philisthæi occupaverant ab Accaron usque Geth ; et liberavit earum terminum Israel,* id est, adjacentem urbibus hisce Israelitarum usurpatis regionem, *è manibus Philisthæorum.* Non modò coacti sunt Philisthæi reddere urbes, sed et ab illarum finibus longiùs remoti sunt, ut plena libertas regioni pareretur. (Calmet.)

Les villes que les Philistins avaient prises furent rendues à Israël. Il faut avoir soin de reprendre sur les Philistins les places qu'ils nous avaient prises, comme il est marqué en cet endroit, c'est-à-dire de rentrer dans nos premières dispositions, et de ranimer notre première ferveur. Cette paix que Dieu donne à son peuple, fait voir que Dieu a toujours soin de son Eglise, et qu'il sait entremêler les biens et les maux, la paix et la guerre, afin qu'une paix non interrompue ne la rende point lâche, et qu'une guerre continuelle ne l'accable pas. (Sacy.)

vides, sine gravi causâ, quia cum hâc libertate non aptè convenit, quod infra, cap. 13, v. 19, traditur; usque adeò videlicet oppressos fuisse Hebræos à Palæstinis, ut neque fabrum habere ferrarium permiserint, non modò qui arma cuderet, sed neque qui obtusa rustica ferramenta, ligonem puta, falcem, securim et vomerem acueret. Id verò non est liberos esse à Palæstinis, sed ab illis duriùs et inclementiùs tractari, quàm à domino servos. Quid autem durum magis quàm in toto populo, cùm esset jam intentus ad bellum, ipso adhuc vivente, licet non jam regnante Samuele, nullum aut gladium, aut hastam reperiri, nisi in rege Saül, et in ejus filio Jonatha? Respondet ad hæc Abulensis, q. 26, non omninò liberatum esse Israelem à Palæstinorum dominatu, sed relevatum ab illorum jugo; et si qua esset servitutis species, illam longè fuisse mitiorem. Quare tributum adhuc Palæstinis pendebat Israel, neque bellicum aliquod instrumentum sive cudere, sive gestare secum permittebatur, donec tandem David superavit illos, et tulit ab eis frenum tributi de quo lib. 2 Reg. cap. 8: *Percussit David Philisthiim, et humiliavit eos, et tulit David frenum tributi de manu Philisthiim.* Quare non tam ab illis liberati sunt Hebræi, quàm eorum compressa vis et audacia, ut novas agerent prædas; et licet ab illis aliquot essent civitates ereptæ, non tamen omnes. Quâ de re, cùm ventum fuerit ad cap. 13, pluribus agemus; nunc satis sit hæc paucis tetigisse.

Fortassè ideò in toto exercitu Saül non inveniebantur arma, quia cùm Samuelis tempore silerent Palæstini, neque pacem et otium turbarent Amorrhæi, in quibus, ut dixi, vicini populi et alienæ religionis asseclæ intelliguntur, arma nova conflata non sunt; et vetera, ut fieri assolet, ubi nullus bellorum strepitus aut sonat, aut timetur, conversa fuerant in arma rustica; quod sæpè audimus tam in sacrâ, quàm in profanâ eruditione. Id sanè in tempus evangelicum promittit Dominus, Isaiæ cap. 2, v. 4: *Et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces; non levabit gens contra gentem gladium.* Hoc idem de eodem tempore cecinit Zacharias cap. 9, v. 10: *Et disperdam quadrigam ex Ephraim, et equum de Jerusalem, et dissipabitur arcus belli.* De militaribus armis in rustica conversis, dùm affulgente pace, nullus se ab hoste metus ostendat, est illud Martialis lib. 14, epigr. 34, cujus titulus: *Felix ex ense*:

Pax me certa ducis placidos conflavit in usus;
Agricolæ nunc sum, militis ante fui.

Cur autem Amorrhæus pro omnibus qui in Chananæo solo Hebræis occurrerunt armati, hìc et aliis locis usurpetur, diximus ad illud Amos cap. 2: *Ego autem exterminavi Amorrhæum à facie eorum.* Duas autem eo loco adduximus rationes: altera est, Amorrhæos Chananæorum omnium esse fortissimos, ut eo loco ostendit Amos, et terram habitare uberem et lætam, et ab ipsâ naturâ expugnatu difficilem; unde à regione præcipuâ nationibus aliis nomen datum est. Altera, quia ea regio omnium prima Hebræis occurrit armata, et omnium prima cognita et superata est: fieri autem solet, ut locus, aut civitas, quæ prima exploratoribus aut navigantibus occurrit, nomen suum toti accommodet communicetque provinciæ. Quare cùm de omnibus nationibus loqueretur Deus, quæ incoluêre terram Chanaan, Amorrhæorum tantùm meminit, quia illud nomen habuêre commune. Gen. 15, v. 16: *Nondùm completæ sunt iniquitates Amorrhæorum.*

VERS. 15. — JUDICABAT QUOQUE SAMUEL ISRAELEM CUNCTIS DIEBUS VITÆ SUÆ (1). Ex hoc dicendi

(1) Samueli centum annorum circiter vita tribuitur: agebat quadraginta fermè annos, cùm rebus præfectus est: opus est igitur, ut Israeli sexaginta circiter annis præfuerit. Quo autem pacto ista cohæreant cum regno Saülis, cujus exordium cum vigesimo regiminis Samuelis componitur? An Samuel munus judicis retinuit per totum Saülis regnum? Responderi posset, Samuelem omni vitæ suæ tempore auctoritatem obtinuisse summam tum in reliquum populum, tum in Saülem, non modò in causis religionis, sed in privatis etiam Israelitarum; cujus auctoritatis exempla plura in hâc historiâ sese offerent. Ita in bello Ammonitico Saül edixit, eum qui sese et Samuelem non sequeretur, passurum in bobus suis, quod tunc propriis ipse rex bobus faceret: statimque illos in frusta concidit. Cùm Philisthæi aggressi sunt Israelem, Saül rebus sacris operatus est, non expectato Samuele; in cujus rei pœnam à Deo reprobatus est. Samuel jussu Dei denuntiat bellum in Amalecitas, ejusque gentis regem, cui Saül pepercerat, manu suâ interficit. Mortuum Samuelem, tanquàm principem suum luxit populus. Saülis auctoritas minor tum fuit apud populum, cùm aperuit Propheta, reprobatum esse illum à Deo, ejusque loco substitutum esse alterum ex Dei voluntate, cùmque Davidis electio palam facta est. Qui per intervalla regem invadebat furor, ineptum illum juri dicendo ad populum reddebat; ejusque auctoritas tota ad res bellicas redigebatur. Samuel semper unus habitus fuit oraculum Israelis, et gentis suæ unicus consul. Sunt qui verba illa: *Cunctis diebus vitæ suæ*, definiant ad viginti annos, qui Saülis regnum præcesserunt; positumque id censent in exem-

modo colligo, paulò postquàm defunctus est magistratu Samuel, defunctum fuisse vita. Cùm autem mortuus fuerit paulò post Saül, hinc etiam colligo, Saülis regnum non fuisse diuturnum, sed durâsse tantùm biennio, ut expressè Scriptura docet infra, cap. 13. Est autem usitatum in Scripturâ, ut cùm ex magno numero exiguum aliquid detractum est, nihil existimetur fuisse detractum. Quare omnes dicuntur esse mortui, cùm ex ingenti numero pauci fuêre superstites, et nullus dicitur aliquid fecisse, cùm ex magno numero fecêre paucissimi. Cùm ergo annos plurimos Samuel rempublicam fuerit moderatus, et duobus tantùm annis extremis vitæ suæ ab illâ administratione cessaverit, optimè dici potest toto vitæ tempore Israelem judicâsse. Hæc mihi solutio facilis est, et cum innumeris aliis locis communis, in quibus eadem omninò difficultas est.

Alia videri posset non importuna ratio, si dicas tamdiù judicâsse Samuelem, quamdiù per ætatem et valetudinem licuit; hoc etenim juxta communem loquendi modum est toto vitæ tempore judicare : nam tempus rebus agendis ineptum, quâcumque id ex causâ proveniat, viri prudentes neque vitale judicant, neque ad vitam pertinere existimant, cùm mortis habeat vices. Vide quæ diximus cap. 2, ad illud : *Dominus mortificat et vivificat.* Sic sanè, quando Samuel præfecturam suis filiis, et deinde Saüli tradidit, jam censeri potuit, quoad grave illud pondus, quod sustinere non poterat, è vivis excessisse. Quomodò mortuus dicebatur Abraham, et uxor Sara, comparatione generandæ prolis, licet adhuc in vivis agerent egerintque postea diebus non paucis. De quibus Paulus ad Roman. cap. 11, v. 12 : *Propter quod et ab uno orti sunt (et hoc emortuo) tanquàm sidera cœli in multitudine, et sicut arena, quæ est ad oram maris innumerabilis.* Et ad Rom. cap. 4, v. 19 : *Et non infirmatus est in fide; nec consideravit corpus suum emortuum, cùm ferè centum esset annorum, et emortuam vulvam Saræ.* Ut ergo quoad generationis opus mortui censebantur duo illi conjuges, sic etiam Samuel quoad judicandi, id est, administrandi populi negotium, mortuus existimari potuit, cùm tantum pondus effœto jam et exhausto præ senectute corpore sustinere non posset. Utraque solutio satis videtur facere objectioni; neque mihi promptum est, utram illarum magis probem.

Vers. 16. — Et ibat per singulos annos circuiens Bethel, et Galgala, et Masphath. Quamdiù per ætatem licuit, nunquàm cessavit Samuel, neque passus est suos in officio aut in legis observantiâ torpere. Quòque datam sibi à Domino provinciam posset obire et moderari commodiùs, tres in eâ civitates constituit, in quibus certis anni temporibus conventus ageret, et jus diceret, et ortas inter suos controversias ex lege, aut ex æquo bonoque componeret. Quod item fecerunt nationes aliæ, quæ cùm durum esse existimarent, ad unum locum populos latè dispersos judicii gratiâ cogere, civitates quasdam constituerunt, quas appellavêre conventus, ubi de suis controversiis quisque judicium audiret. Exemplo nobis sit in Hispaniâ provincia Bethica, in quâ Romani quatuor designaverunt conventus, id est, quatuor fora, in quibus constituti sunt judices, qui causas cognoscerent, et de rerum statu deliberarent. Audi Plinium lib. 3, cap. 1 : « Bethicæ juridici conventus quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astogitanus, Hispalensis. » Ad hunc modum tres civitates maximè opportunis in locis designavit Samuel, Bethel, Galgala, Masphath, in quibus, cùm provinciam lustraret, subsistebat aliquandiù, dicebatque jus et de regni statu docebatur; lustratâ tandem provinciâ revertebatur in Ramatha, ubi forum habuit stabile, et proprium, atque natale domicilium.

Aliqui in harum civitatum, seu conventuum nominibus aliquid inveniunt, quod rectam ostendit in judicando viam, à quâ si quispiam aberraverit, non poterit rectum ac legitimum ferre judicium. *Masphath* speculationem valet, quam si judex non adhibeat, sed temerè præceps in judicando feratur, labatur necesse est, et commissam sibi causam omninò conturbet et prodat. *Bethel* domum significat Dei, in quâ disceptari debent causæ; quod tunc faciunt judices, cùm in judicando unum spectant Deum, ad cujus voluntatem et legem, totam

plum numeri indefiniti pro numero certo. Hæc verò expositio violenta nimis esse videtur. (Calmet.)

Tropol. S. Greg. : « Qui sunt, inquit, dies « uniuscujusque doctoris, nisi virtutum spiritua- « lium claritates ? Omnibus namque diebus vi- « tæ suæ Israelem judicat, qui lucem justitiæ « quam loquendo asserit, ad subditorum fide- « lium exemplum perfectione repræsentat « bonæ conversationis. Qui autem virtutum « spiritualium lucem non habet, quia ad do- « cendum assumit bona conversationis extra- « neæ, diebus profectò judicat vitæ alienæ. » (Corn. à Lap.)

judiciorum rationem attemperant. Quod tunc denique faciunt, cùm statuunt apud se Dei sibi commissum esse munus, neque ideò se Dei supremi judicis sustinere personam. Quod audierunt judices 2 Paralip. 19, ad quos sic Josaphat: *Videte*, ait, *quid facietis, non enim hominis exercetis judicium, sed Domini, et quodcumque judicaveritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, et cum diligentiâ cuncta facite; non est enim apud Deum Dominum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.* Tertia civitas fuit *Galgala*, in quâ locati sunt duodecim lapides, quos è Jordanis alveo sumpserunt Hebræi tanquàm siccati fluminis illustre testimonium, et in quo circumcisi sunt, qui multis ante annis lapideum circumcisionis cultrum non subierant; unde, ut habes Josue cap. 5, locus ille nomen accepit. Ex his duo habent judices documenta præclara; alterum sumptum ex duodecim lapidibus, in quibus sedent ad judicandum, quia illi civitatis, quæ postea Galgala vocata est, prima fuerunt fundamenta, cùm priùs collis esset nudus, non locus habitatus et frequens. Ut ergo lapides, qui priùs delituerunt fluctibus submersi, in arduum locum emerserunt, deposueruntque quidquid humidum erat et cœnosum, sic expedit maximè, ne quid sit in judice lubricum et cœnosum, cui adhæreant aliena, sicut lapidi aut sabulo quod in alveo conditur fluminis, adjunguntur arenæ, quæ inolescunt illi, faciuntque ut accretione novâ ex alienâ substantiâ sensim augeatur. Id planè faciunt judices, qui humana venantur commoda, quæ fluentes aquæ et suâ naturâ instabiles adumbrant, quos in profundos gurgites demersit cupiditas, aut alia quævis turpis et lubrica voluptas. Oportet igitur, ut occultas illas et cœnosas sedes derelinquant; et se ad aridum locum et patentem efferant, ubi nihil occultè moliantur, nihil sine testibus faciant, nihil attrahant ad se ex alienis opibus, quod in suâ tandem commoda convertant.

Deinde in Galgalis circumcisi sunt, qui multis jam annis præputium alucrant; sic in judiciis circumcidere se debent insi judices, et illa amputare, quæ rectum transvertunt judicium; manus nimirùm, quas continere debent à rapinis; oculos, ne externam hominum speciem intueantur, et personas accipiant; et illa tandem omnia, quæ excæcant oculos et animos allicant. Debent præterea illa omnia in aliis circumcidere, quæ exorbitant à lege, quæ tam privatis quàm publicis rationibus officiunt; et ea præcipuè quæ in eâ corporis parte significantur exercentur, quam lapideus Hebræorum gladius circumcidit in Galgalis. In quo etiam intelligo voluptarios sensus, quibus malè institutus animus et indomitus appetitus obsequitur (1).

Vers. 17. — (2) Ædificavit etiam ibi altare Domino (3). Quia ibi Samuel plerùmque morabatur, altare constructum esse voluit, quod haberet sibi familiare, et in quo frequentiùs quàm alibi (si modò alibi esset sacrificandi usus, aut facultas) immolarentur victimæ. An liceret offerre sacrificia extra tabernaculum aut templum, diximus cap. 6, ad illud v. 15: *Levitæ autem deposuerunt arcam.* Theodoretus, q. 15, et Procopius sentiunt ante templum ædificatum, variis in locis sacrificium offerri potuisse; cautum tamen esse, ne gens ad idolatriam prona, si ubique locorum sacrificari posset, ad idolorum cultum gentium more diffluereret, ne extra templum aut tabernaculum excitarentur aræ, et mactarentur hostiæ. His tamen qui eo periculo carerent, omnem locum esse sacrum et victimis immolandis idoneum,

(1) Et judicabat Israel in supra dictis locis. Pro: *In supradictis locis*, legunt Septuaginta: *In omnibus sanctificatis his locis;* alii: *In omnibus locis, ubi aliquis sanctorum erat.* (Calmet.)

(2) Revertebatur in Ramatha. Substiterat eò usque Samuel in Silo, ministerio tabernaculi addictus usque ad captam arcam et obitum Heli. Voto à matre nuncupato, consecratus erat Domino devotione perpetuâ: *Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus.* Ut verò renuntiatus est judex Israelis, cujus munera assiduum tabernaculi ministerium non ferebant, sedem in Ramathâ patriâ suâ locavit. (Calmet.)

(3) *Samuël bâtit à Ramatha un autel au Seigneur.* Samuël est aussi humble dans les bons succès que ferme et fidèle dans le péril. *Il dresse un autel à Dieu.* Dieu ne voulait être adoré qu'en un même lieu, pour ôter à ce peuple qui était si faible les occasions de tomber dans le culte des idoles. Mais quelques interprètes remarquent que, comme l'arche n'avait point alors de lieu arrêté, ainsi qu'elle en a eu depuis, lorsqu'elle fut mise dans le temple, on adorait Dieu en divers lieux. Et de plus, comme dit très-bien Théodoret, Dieu avait ordonné qu'on l'adorât en un même lieu, parce qu'il savait que le peuple Juif était toujours porté à l'idolâtrie. Mais ces hommes admirables qui pénétraient la fin de la loi et des décrets de Dieu, savaient que tout lieu était propre pour l'adorer, et étant nés sous la loi ancienne, ils vivaient déjà par l'esprit de la nouvelle. C'est pourquoi il est marqué que Gédéon, Manué, David et Eli, ont bâti des autels en divers lieux, quoiqu'il fût ordonné à tous les Hébreux d'aller adorer dans le temple de Jérusalem. (Sacy.)

qualis erat Samuel, et Elias, et David, qui toto illo progressu et cursu, in quo arcam transtulit ex domo Obededom in civitatem suam, sexto quoque passu sacrificia peregit. De quo lib. 2 Reg. v. 13 : *Cùmque transcendissent, qui portabant arcam Domini, sex passus, immolabat bovem, et ovem, et arietem.* Lyra hæc facta ex Dei dispensatione putat, cujus voluntatem viri prophetæ non videntur ignorâsse. Hæc fortassè vera. Abulensis hoc prophetis permissum esse dicit. De quorum sententiâ judicabunt alii ; ego non improbo, quia res est obscura, neque aliquid invenio in quo omninò acquiescat animus. Quid sentirem exposui ad similem difficultatem cap. 6, ad v. 14 et 15.

CAPUT VIII.

1. Factum est autem cùm senuisset Samuel, posuit filios suos judices Israel.

2. Fuitque nomen filii ejus primogeniti Joel, et nomen secundi Abia, judicum in Bersabee.

3. Et non ambulaverunt filii illius in viis ejus : sed declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera, et perverterunt judicium.

4. Congregati ergo universi majores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha,

5. Dixeruntque ei : Ecce tu senuisti, et filii tui non ambulant in viis tuis : constitue nobis regem, ut judicet nos, sicut et universæ habent nationes.

6. Displicuit sermo in oculis Samuelis, eò quòd dixissent : Da nobis regem, ut judicet nos. Et oravit Samuel ad Dominum.

7. Dixit autem Dominus ad Samuelem : Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi ; non enim te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos.

8. Juxta omnia opera sua, quæ fecerunt à die quà eduxi eos de Ægypto usque ad diem hanc : sicut dereliquerunt me, et servierunt diis alienis, sic faciunt etiam tibi.

9. Nunc ergo vocem eorum audi : verùmtamen contestare eos, et prædic eis jus regis, qui regnaturus est super eos.

10. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat à se regem,

11. Et ait : Hoc erit jus regis, qui imperaturus est vobis : Filios vestros tollet,

CHAPITRE VIII.

1. Samuël étant devenu vieux, établit ses enfants pour juges sur Israël.

2. Son fils aîné s'appelait Joël, et le second Abia : *ils exerçaient la charge de* juges dans Bersabée, *conjointement avec leur père.*

3. Mais ils ne marchèrent point dans ses voies, *n'imitant point sa sage conduite;* ils se laissèrent corrompre par l'avarice, reçurent des présents, et rendirent des jugements injustes.

4. Tous les anciens d'Israël s'étant donc assemblés, vinrent trouver Samuël à Ramatha,

5. Et lui dirent : Vous voyez que vous êtes devenu vieux, et que vos enfants ne marchent point dans vos voies ; *maintenant donc* établissez sur nous un roi comme en ont les autres nations, afin qu'il nous juge.

6. Cette proposition déplut à Samuël, voyant qu'ils lui disaient : Donnez-nous un roi, afin qu'il nous juge, *ne paraissant pas contents de son gouvernement ni de celui de Dieu, sous l'autorité duquel il les avait toujours jugés. Cependant* il offrit sa prière au Seigneur, *pour connaître sur cela sa volonté;*

7. Et le Seigneur lui dit : Écoutez la voix de ce peuple dans tout ce qu'ils vous disent, *et ne vous en affligez point,* car ce n'est point vous, mais c'est moi qu'ils rejettent, afin que je ne règne point sur eux.

8. C'est ainsi qu'ils ont toujours fait, depuis le jour où je les ai tirés de l'Egypte jusqu'aujourd'hui : comme ils m'ont abandonné, et qu'ils ont servi des dieux étrangers, ils vous traitent aussi de même, *et veulent être gouvernés par un roi.*

9. Ecoutez donc ce qu'ils vous disent : mais auparavant faites-leur bien comprendre et déclarez-leur quel sera le droit du roi qui doit régner sur eux, *et les prérogatives qu'il s'arrogera.*

10. Samuël rapporta au peuple, qui lui avait demandé un roi, tout ce que le Seigneur lui avait dit ;

11. Et il ajouta : Voici quel sera le droit du roi qui vous gouvernera : Il prendra vos fils

et ponet in curribus suis, facietque sibi equites et præcursores quadrigarum suarum :

12. Et constituet sibi tribunos et centuriones, et aratores agrorum suorum, et messores segetum et fabros armorum et curruum suorum.

13. Filias quoque vestras faciet sibi unguentarias, et focarias, et panificas.

14. Agros quoque vestros, et vineas, et oliveta optima tollet, et dabit servis suis.

15. Sed et segetes vestras, et vinearum reditus addecimabit ut det eunuchis et famulis suis.

16. Servos etiam vestros, et ancillas, et juvenes optimos, et asinos auferet et ponet in opere suo.

17. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei servi.

18. Et clamabitis in die illâ à facie regis vestri, quem elegistis vobis; et non exaudiet vos Dominus in die illâ, quia petîstis vobis regem.

19. Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt : Nequaquàm; rex enim erit super nos.

20. Et erimus nos quoque sicut omnes gentes : et judicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit bella nostra pro nobis.

21. Et audivit Samuel omnia verba populi, et locutus est ea in auribus Domini.

22. Dixit autem Dominus ad Samuelem : Audi vocem eorum, et constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel : Vadat unusquisque in civitatem suam.

pour conduire ses chariots; il s'en fera des gens de cheval, et les fera courir devant son char.

12. Il en fera ses officiers pour commander, les uns mille hommes, et les autres cent. Il prendra les uns pour labourer ses champs et pour recueillir ses blés, et les autres pour lui faire des armes et des chariots.

13. Il se fera de vos filles des parfumeuses, des cuisinières et des boulangères.

14. Il prendra aussi ce qu'il y aura de meilleur dans vos champs, dans vos vignes e dans vos plants d'oliviers, et le donnera à ses serviteurs.

15. Il vous fera payer la dîme de vos blés et du revenu de vos vignes, pour avoir de quoi donner à ses eunuques et à ses officiers.

16. Il prendra vos serviteurs, vos servantes, et les jeunes gens les plus forts, avec vos ânes, et les fera travailler pour lui.

17. Il prendra aussi la dîme de vos troupeaux, et vous serez *comme* ses esclaves.

18. Vous crierez alors contre votre roi que vous vous serez élu; et le Seigneur ne vous exaucera point, parce que c'est vous-mêmes qui avez demandé d'avoir un roi.

19. Le peuple ne voulut point écouter ce discours de Samuël. Non, lui dirent-ils, nous voulons avoir un roi qui nous gouverne; *et nous ne nous en lasserons point.*

20. Nous voulons être comme les autres nations *qui sont gouvernées par des rois. Ainsi* notre roi nous jugera; il marchera à notre tête, et combattra pour nous dans toutes nos guerres.

21. Samuël ayant entendu la réponse, la rapporta au Seigneur.

22. Et le Seigneur lui dit : Faites ce qu'ils vous disent, et donnez-leur un roi qui les gouverne. Samuël dit donc au peuple d'Israël : Que chacun retourne en sa ville, *et soyez assurés que vous aurez un roi.*

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CUM SENUISSET SAMUEL, POSUIT FILIOS SUOS JUDICES ISRAEL (1). Quid longo illo tempore, quo genti Israelitidi præfuit Samuel,

(1) Audi S. Gregor. : « Ecce qui prophetiæ « spiritu plenus fuerat, quos judices Israeli « ponebat, non cognovit. Quid ergo mirum, si « falli in disponendis ordinibus possunt, qui « prophetiæ gratiam non accipiunt; si ii qui « prophetiæ spiritum habent, eumdem spiri-

gestum sit, extremis verbis complexus est Samuel, cùm dixit, fractam esse Palæstinorum audaciam, et reddidisse urbes, quas ex Israelis finibus acceperant, aut certè fuisse ab illis contra pugnantibus et invitis ablatas. Deinde aut initum esse fœdus cum Amorrhæis, id est,

tum ad disponenda cuncta non habent! »
(Corn. à Lap.)

cum vicinis hostibus, quicumque forent, aut certè usque adeò illos sibi timuisse, atque cavisse ab Hebræorum armis, ut benè secum actum existimaverint, si ipsis otio et pace liceret in patriâ frui. Cùm autem cessarent arma, et datus esset locus legibus, quæ inter tumultus bellicos silere solent, ipse lustrabat provincias, et instauratâ atque roboratâ religione, quæ magnâ ex parte collapsa fuerat, utilem et pacatam operam dabat juri dicendo, atque in officio ac fide continendæ reipublicæ. Cùm autem in pacatis urbibus rarò aliquid accidat inusitatum et grande, quod historiæ mandetur, paucis Samuel multorum temporum historiam absolvit. Postquàm autem urgente atque tardante senectute sustinere propheta non potuit molem illam ingentem præfecturæ, quam integrè ac sedulò ad illud usque senile tempus obierat, partitus est cum filiis provinciales curas; unde magnæ sunt exortæ turbæ, et magna facta rerum mutatio. Hinc jam multa habuit Samuel annalibus digna ad diem usque mortis, quæ minutiùs persecutus est.

Cùm grave esset præfecturæ pondus, et latior provincia quàm ut ab uno, eoque jam ævo laboribusque confecto, lustrari quotannis et gubernari posset, retinuit sibi Samuel bonam provinciæ partem, et illam, quæ ad austrum pertinet, filiorum fidei ac curæ commendavit. Qui, ut pater Ramatham, sic illi Bersabee nobilem, et ad extremam oram australis plagæ civitatem elegerunt. Josephus alterum filiorum Samuelis consedisse tradit in Bersabee, alterum in Bethel; sed unde id acceperit non video. Scriptura sanè unius tantùm meminit Bersabee, et non obscurè indicat, utrumque filium in eâ civitate judicâsse. Quid enim aliud sonat illud : *Nomen filii ejus primogeniti Joel, et nomen secundi Abia judicum in Bersabee* (1)?

VERS. 3. — (2) SED DECLINAVERUNT POST AVARITIAM, ACCEPERUNT MUNERA, etc. Vetus est Latinorum proverbium : *Heroum filii noxæ*. Quo significabant magnorum parentum filios valdè à parentum moribus esse degeneres, quâcumque id ratione consideres. Ab strenuis enim et fortibus imbelles nascuntur et timidi; à sapientissimis stolidi et bardi, quos non valdè à belluarum naturâ secernas; à viris justissimis sanctissimisque filii in quibus nulla justitiæ ac religionis vestigia deprehendas. Sed cùm in omni conditionum genere id observârint antiqui, et nos hodiè passim observemus, tamen id in excelso nomine atque potentiâ videmus quotidiè, et gemimus : tunc enim posteri planè pessimi, nisi ut ab egregiis parentibus genus hæreditârunt et opes, sic etiam hæreditarios habeant ingenuos et religiosos mores. Exemplorum adducit satis Ælius Spartianus in Severo, ubi hâc de re nonnihil. Sed habemus in Scripturâ non pauca, in quâ viri omnium sanctitate ac religione principes, nequissimos dicuntur genuisse filios. Moyses, divinæ gloriæ zelator et vindex, posteros genuit non solùm idololatras, sed idolorum antistites. Quis sceleratior Absalone à sanctissimo patre Davide genito? à pio maximè Ezechiâ ortus est impius Manasses, à Josiâ rege sanctissimo nati sunt filii vitæ omninò profligatæ, qui coluerunt idola, et eò adegerunt divinum furorem, ut civitatem et templum sibi consecratum omninò vastaverint. Exemplum recens habemus in filiis Heli, quorum vitâ nihil videtur esse potuisse scelestius; et nunc in filiis Samuelis, quorum neque paren-

(1) JUDICUM IN BERSABEE. Alii ita vertunt Hebræum : *Posuit illos judices usque ad Bersabee*, in universam regionem usque ad Bersabee; vel à Dan usque ad Bersabee; vel denique à Ramathâ, ubi ipse considebat usque ad eam urbem quæ remotissima erat in Palæstinâ, ad meridiem. Suppetunt exempla complura, in quibus præpositio *in* usurpatur pro *usque*. (Calmet.)

(2) *Les enfants de Samuël ne marchèrent point dans ses voies.* Le déréglement des enfants de Samuël nous fait voir quel est l'état de l'Eglise dans ce monde. Elle ne peut avoir long-temps de bons pasteurs, et les meilleurs quelquefois sont suivis d'autres qui ne leur ressemblent pas. Quelque déréglés que fussent ces enfants de Samuël, il n'est point marqué que le père fut puni de Dieu comme Héli pour les fautes de ses enfants, parce qu'il n'y consentait point par un silence criminel, ou que les fautes de ces derniers étaient d'une autre nature que celles des enfants d'Héli. Car les enfants de Samuël ne sont accusés que d'avarice et d'injustice dans les jugements; ce qui se passant d'ordinaire dans le secret, pouvait être inconnu à leur père, selon la remarque de Théodoret. Mais les fautes des enfants d'Héli étaient des crimes d'impiété et de scandale, qui joignaient les adultères et les incestes aux sacriléges et à la profanation de l'autel.

Samuël était fils d'une sainte. Il avait été très-bien élevé, et il devint lui-même un très-grand saint. Ses enfants avaient un père très-saint qui les éleva sans doute avec toute l'application qui lui fut possible; et cependant leur vie n'eut rien de conforme à la sainteté de leur naissance, et ils déshonorèrent leur père par leurs injustices. Cela nous fait voir non que l'excellente éducation soit inutile, mais qu'elle n'est pas toujours également heureuse, quoiqu'elle soit toujours également nécessaire, parce que, si elle ne sanctifie pas les enfants, elle sanctifie les pères, qui ont fait tout ce qu'ils ont pu pour faire passer leurs vertus dans leurs enfants, et pour rendre à Dieu ceux qu'ils avaient reçus de lui. (Sacy.)

tis integritas, neque domestica disciplina potuit aut cohibere manus à rapinâ, aut animos à pervertendo judicio. Quod verò dixi de filiorum moribus, qui ab optimorum principum parentum ingenio ac disciplinâ, toto cœlo dissentiunt, usque adeò notum erat et frequens, ut illud sic esse fato comparatum dixerit quidam è profanis (hic est Demosthenes), ut heroum filii sunt plerùmque indigni, qui ex illâ illustri stirpe procreentur. Ælius Spartianus in Severo ita omninò sentit : « Reputanti « mihi, inquit, Diocletiane Auguste, neminem « propè magnorum virorum optimum, et uti- « lem filium reliquisse satis claret. Denique « aut sine liberis viri interierunt, aut tales « habuerunt plerique, ut meliùs fuerit de re- « bus humanis sine posteritate discedere. »

Quærit hic Theodoretus, q. 16, cur cùm usque adeò in parente Heli punierit Dominus filiorum peccata, non tamen exegerit à Samuele pœnas eorum quæ filii cùm essent cum potestate, in subditos sibi populos admiserunt? — Respondet autem, plura peccata, eaque graviora commissa à filiis Heli, neque filiorum peccata Samueli fuisse comperta, quemadmodùm Heli; atque ideò in Samuele nullam hæsisse culpam, quam removere à suâ vel inertiâ, vel mollitie non poterat Heli. Legimus enim à filiis Heli profanatum esse templum, cùm ausi fuerint cum feminis, quæ religionis et voti gratiâ excubabant ad ostium tabernaculi concumbere; cùm sacrificiorum ritus et ordinem perverterint, sibique applicuerint quæ Deus honori suo ex omni victimarum genere vindicârat. At Samuelis filii tantùm dicuntur accepisse munera, et dùm suis commodis ac studiis serviunt, pervertisse judicia. Id verò pater, quia procul aberat illorum præfectura, non agnoverat; ingenium verò suum nondùm prodiderant, cùm adhuc essent in parentis domo, et illius metus et observantia in officio et patriâ disciplinâ continerent. Atque ideò pater optimus excusari potuit, quòd filiis provinciam illam, quæ integritatem et constantiam requirit, commendâsset. Ita Gregorius in hunc locum. Ubi tu pro moribus observa, quantùm faciat ad morum honestatem parentum disciplina; quantùm moribus libertas et potestas officiat. Vixerunt Samuelis filii moderatè atque integrè, quando privatam egerunt vitam sub paternâ ferulâ : sed ubi suo se arbitratu moderati sunt, et cum potestate in magistratu vixerunt, mutaverunt ingenium et mores. Et brevi sic à se ipsis defecerunt, ut in Samuelis filiis non jam filios Samuelis agnoscas. Rara avis planè est, quam non mutat atque pervertit præfectura.

VERS. 5. — ECCE TU SENUISTI, ET FILII TUI NON AMBULANT IN VIIS TUIS : CONSTITUE NOBIS REGEM (1).

(1) *Les anciens d'Israël dirent à Samuël : Vos enfants ne marchent point dans vos voies.* Ces anciens d'Israël ne sont point blâmables pour avoir découvert des fautes dans les enfants de Samuël qui étaient toutes visibles. On ne peut les accuser non plus de ce qu'ils ont tâché d'y apporter quelque remède, et de ce qu'ils viennent trouver le Prophète pour l'avertir des désordres de ses enfants. Mais ils passent trop avant ; et ils font voir que souvent on veut corriger des maux par des maux encore plus grands. Le déréglement des ministres de l'Église est assurément une grande tentation pour les fidèles. Mais il arrive quelquefois qu'au lieu de se tenir en ces rencontres dans une grande modération, on passe jusque dans des sentiments de division et de révolte, et que l'on tombe par une fausse prudence dans un désordre qui irrite plus Dieu que celui que l'on a voulu arrêter.

L'avarice des enfants de Samuël n'a pas été si insupportable à Dieu que le murmure de ce peuple, qui s'est terminé au renversement de ce que Dieu avait établi ; et la première faute aurait pu paraître beaucoup moindre, si elle n'avait été cause de la seconde. Quand on voit naître quelque déréglement dans des pasteurs que Dieu même a établis, il les faut long-temps souffrir avec une humble patience et un gémissement intérieur, avant que de se porter à y chercher quelque remède. Et surtout il ne faut pas s'emporter tout d'un coup aux dernières violences comme ce peuple, et prétendre changer ce qui dans son origine est venu de Dieu. Mais ce qui rend la conduite de ce peuple encore plus criminelle, c'est qu'ils font par eux-mêmes des desseins si importants sans avoir consulté Dieu par la prière, et sans demander conseil à ses serviteurs. Ils devaient au moins délibérer d'une affaire si grande avec Samuël, qui se donna bien de garde de faire aucune réponse sur ce sujet avant que d'avoir prié Dieu, et su de lui ce qu'il devait répondre.

C'est en suivant ainsi l'emportement d'un peuple fondé sur un faux raisonnement qu'on s'établit insensiblement à la place de Dieu, et qu'on se fait à soi-même la voie qu'on veut suivre pour aller à lui. On s'embarrasse dans une infinité de maux que l'on ne voit pas même quand les autres nous les découvrent, comme on peut le remarquer dans cette conduite des Hébreux. Ils rejettent les pasteurs que Dieu leur avait donnés, et en les rejetant, c'est Dieu même qu'ils rejettent. *Etablissez,* disent-ils, *un roi sur nous, comme en ont toutes les autres nations.* La vue des coutumes qui s'observaient dans les autres peuples avait corrompu leur esprit, et ils préfèrent ce qui se passait parmi les idolâtres à ce qu'ils avaient reçu de la part de Dieu. Ils choisissent un roi pour les sauver de leurs ennemis, et ce n'est point ce roi qu'ils ont élu qui les en délivre, puisque nous verrons dans la suite qu'il est vaincu lui-même en combattant et qu'il perd la couronne avec la vie.

Hæc verba sunt majorum natu, qui patres appellari poterant patriæ, quos natura ipsa videbatur ad publicam patriæ communemque custodiam patronos elegisse. Ii nihil in Samuelis gubernatione condemnant, neque aliud vident impedimentum, quominùs possit tam gravem sustinere personam, nisi quòd illi provectior ætas, atque debilior ad tantam molem susti-

Car Dieu prend plaisir à s'élever contre l'orgueil des hommes lorqu'ils forment des desseins contraires aux siens, et il aime à leur faire voir que tout ce qu'il n'a point établi tombe de soi-même, et que lorsque l'on s'écarte de sa volonté et de son ordre, on ne trouve que des ruines et des précipices. (Sacy.)

Minister Jurieu hoc maximè loco utebatur ut ostenderet populo fuisse jus regem sibi creandi; quem doctè Bossuetius errare disputavit (*Avertissements sur les lettres de M. Jurieu*). Hanc porrò disputationem non injucundam fore arbitramur, hoc maximè tempore, cùm de *jure divino imperandi* tanto animorum æstu quæstio agitatur. Quapropter breviter hic referemus quæ contra Jurieu scripsit Bossuetius. « Dieu, dit M. Jurieu, s'était fait roi comme « immédiat du peuple hébreu : et cette nation « durant environ trois cents ans n'a eu aucun « souverain sur terre, ni roi, ni juge souve- « rain, ni gouverneur. » Il n'y a rien de tel que de trancher net, et cela donne un air de savant qui éblouit un lecteur. Mais je demande à M. Jurieu : que veulent donc dire ces paroles de tout le peuple à Josué : *Nous vous obéirons en toutes choses comme nous avons obéi à Moïse : qui ne vous obéira pas mourra?* ce qui prouve la suprême autorité, non seulement en la personne de Moïse, mais encore en celle de Josué. Est-ce là ce qu'on appelle n'avoir aucun juge ni magistrat souverain? Les autres juges, que Dieu suscitait de temps en temps, n'eurent pas une moindre autorité, et il n'y avait point d'appel de leurs jugements. Ceux qui ne déférèrent pas à Gédéon furent punis d'une mort cruelle : Samuël ne jugea pas seulement le peuple avec une autorité que personne ne contredisait; mais il donna encore la même autorité à ses enfants : et la loi même défendait sous peine de mort de désobéir au juge qui serait établi. C'est donc une erreur grossière de vouloir nous dire que le peuple de Dieu n'eut ni juge souverain, ni gouverneur durant trois cents ans. Il est vrai qu'il n'y avait point de succession réglée : Dieu pourvoyait au gouvernement selon les besoins; et encore qu'il soit écrit *qu'en un certain temps* et avant qu'il y eût des rois, *chacun faisait comme il voulait*, il en est bien dit autant du temps de Moïse, et cela doit être entendu avec les restrictions qu'il n'est pas ici question d'examiner.

« Cet état du peuple de Dieu sous les juges, est plus important qu'on ne pense : et si M. Jurieu y avait pris garde, il n'aurait pas attribué au peuple l'établissement de la royauté au temps de Samuël et de Saül. « Quand, dit il, le « peuple voulut avoir un roi, Dieu lui en donna « un. Il fit ce qu'il put pour l'en détourner, le « peuple persévéra et Dieu céda. Qu'est-ce que « cela signifie, sinon que l'autorité des rois dé- « pend des peuples, et que les peuples sont na- « turellement maîtres de leur gouvernement, « pour lui donner telle forme que bon leur « semble? » Je le veux bien lorsqu'on imaginera un peuple dans l'anarchie. Mais le peuple hébreu en était bien loin, puisqu'il avait en Samuël un magistrat souverain, et c'est à M. Jurieu une erreur extrême et d'une extrême conséquence, que de vouloir rendre le peuple maître de son sort en cet état. Aussi, loin d'entreprendre de se faire un roi, ou de changer par eux-mêmes la forme de ce gouvernement, ils s'adressent à Samuël, en lui disant : *Vous êtes âgé, et vos enfants ne marchent point dans vos voies : établissez-nous un roi qui nous juge, comme en ont les autres nations.* Ils en usèrent d'une autre manière envers Jephté : *Venez*, lui dirent-ils, *et soyez notre prince.* Parce qu'alors la judicature, pour parler ainsi, était vacante, et le peuple pouvait disposer de sa liberté; mais il ne se sentait pas en cet état sous Samuël, et c'est aussi à lui qu'il s'adresse pour changer le gouvernement. Le même peuple avait dit autrefois à Gédéon : *Dominez sur nous, vous et votre fils*, où ils semblent vouloir disposer du gouvernement sous un prince déjà établi : il faut remarquer que c'était en sa faveur, puisque loin de lui ôter son autorité, ils ne voulaient que l'augmenter et la rendre héréditaire dans sa famille; et néanmoins ce n'était ici qu'une simple proposition de la part du peuple à Gédéon même; et pour avoir son effet, on peut dire qu'il y fallait non seulement l'acceptation, mais encore l'autorisation de ce prince; à plus forte raison la fallait-il pour ôter au prince même son autorité.

« C'est pourquoi le peuple eut raison de s'adresser à Samuël en lui disant : *Établissez-nous un roi;* et Dieu même reconnut le droit de Samuël, lorsqu'il lui dit : *Ecoute la voix de ce peuple, et établis un roi sur eux*, et un peu après : *Samuël parla en cette sorte au peuple qui lui demandait un roi :* c'était donc toujours à lui qu'on le demandait. Que si Samuël consulte Dieu sur ce qu'il avait à faire, il le fait comme chargé du gouvernement, et à la même manière que les rois l'ont fait en cent rencontres. Ce fut lui qui sacra le nouveau roi; ce fut lui qui fit faire au peuple tout ce qu'il fallait, qui fit venir les tribus et les familles les unes après les autres, qui leur appliqua le sort que Dieu avait choisi comme le moyen de déclarer sa volonté sur celui qu'il destinait à la royauté, et tout cela, comme il le déclare, en exécution de la demande qu'ils lui avaient faite : *Donnez-nous un roi.* M. Jurieu brouille encore ici à son ordinaire : « Le sort, dit-il, est une espèce d'élec- « tion libre; car encore que la volonté ne « concoure pas librement au choix du sujet « sur lequel le choix tombe, elle concourt li- « brement à laisser faire le choix au sort, et à « confirmer ce que le sort a fait. » Fausse subtilité, que le texte sacré dément, puisque le sort n'est pas ici choisi par le peuple, mais commandé par Samuël. Aussi lorsque le sort se fut déclaré et que Saül eut paru, Samuël ne dit pas au peuple : Voyez celui que vous avez choisi; mais il leur dit : *Voyez celui que le Seigneur a choisi;* par où aussi s'en va en fumée l'imagination du ministre, qui voudrait nous

nendam vires et facultatem ademisset. In filiis alia inveniunt et accusant, quæ illos ad gradum illum publicum aspirare non sinunt, cùm illa desint aut ingenii, aut animi subsidia, sine quibus stare diù non potest publica ratio, aut inter cives conservari tranquillitas. Quocirca, cùm patrem ætas gravior et laboribus fracta; filios verò avaritia morumque perversitas à gubernando deterreant, statuunt omninò viri illi proceres natuque majores, novam induci oportere judicandi ac moderandi formam. Sed errant in eo quòd illam optant exiguntque, quam gentibus à verâ religione alienis placuisse vident, illâ repudiatâ, quam Deus primùm in electum sibi populum introduxit. Neque eâ de re Samuelem consulunt, aut per otium secum ipsi deliberant; sed præcisè dicunt : *Constitue nobis regem;* sic obfirmato in eam sententiam animo, ut propositis etiam his incommodis, quæ declinari non poterant, si regia inducatur et peregrina forma, ab eo tamen consilio, quod semel arripuêre, dimoveri non possint.

Vers. 6. — Displicuit sermo in oculis Samuelis, eò quòd dixissent : Da nobis regem (1).

Non tam dolebat Samuel, ut apparet, quòd ipse aut filii depellerentur à regno, aut à præfecturâ regiæ simili, quàm quòd regia induceretur gubernandi ratio; quæ cùm aliquid secum videretur importare supremum, non poterat non esse communibus rebus importuna. Hoc indicat ipsa littera quæ dolendi causam ex regio nomine sumit, et commutatâ judicandi formâ, non ex injuriâ sibi aut familiæ suæ in posterum illatâ. Ita Josephus lib. 6, cap. 4 : « Hæc, « inquit, populi voluntas vehementer Samue- « lem contristavit, qui propter innatam justi- « tiam non amabat regiam potestatem, ut « nimiam. Valdè enim optimatum gubernatione « delectabatur, non aliam ad felicitatem populi « conducibiliorem existimans. » Deinde eâ curâ sic esse dicit Samuelem afflictum, ut sollicitus de re summâ neque somnum capere, neque ægritudinem ex animo detergere potuerit.

Et oravit Samuel ad Dominum (1). Non temerè Samuel, sicut fecerunt qui majores natu erant in Israel, de regni statu moderationeque deliberat. Non affectione ducitur, aut privatæ commoditatis studio; atque ideò dimisso populo, quocum, inconsulto Deo, deliberare tutum non putabat, in secessum abit, ibique ad preces, sicut in aliis fermè rebus, intentus, rem Deo totam commendat, et ab illo, quod futurum sit ex usu populi, consilium exquirit; quem in re usque adeò gravi auctorem magis et ducem sequi vult, quàm tumultuantem populum aut prudentiam suam, quæ sæpè in rebus etiam minùs obscuris cæcis errat vestigiis.

faire accroire que Dieu avait laissé au peuple la liberté ou l'autorité *de confirmer ce que le sort avait fait :* au lieu que sans demander sa confirmation ni son suffrage, Samuël leur dit décisivement, comme on vient d'entendre : *Voilà le roi que le Seigneur vous a donné.* Ce fut encore Samuël *qui déclara à tout le peuple la loi de la royauté, la fit rédiger par écrit et la mit devant le Seigneur.* Le peuple en tout cela ne fait qu'obéir aux ordres qui lui sont portés en cette occasion, comme dans toutes les autres, par son magistrat légitime; et l'obéissance est si peu remise à la discrétion du peuple, qu'au contraire il est écrit en termes formels, qu'*il n'y eut que les enfants de Bélial qui méprisèrent Saül;* c'est-à-dire qu'on ne pouvait résister que par un esprit de révolte.

(1) Selon les incrédules, la demande du peuple Hébreu, qui désirait un roi, déplut à Samuël, parce qu'il ne voulait point que le pouvoir sortît de ses mains ou de celles de ses enfants. « Il voulait inspirer au peuple, dit « Voltaire, de l'horreur pour la royauté et du « respect pour le sacerdoce. »

Nous demandons d'abord quel intérêt pouvait avoir Samuël de relever l'ordre sacerdotal, lui qui n'était pas descendant d'Aaron? Si l'auteur du premier livre des Rois était si partial en faveur du sacerdoce, pourquoi est-il entré dans tant de détails sur les désordres des prêtres et sur la molle indolence d'Héli? Pourquoi ce zélé partisan de Samuël écrivait-il que sur ses vieux jours ce prophète ne pouvait contenir ses enfants qui abusaient du pouvoir qu'il leur avait confié en les établissant juges sur Israël? 2° Pourquoi Samuël lui-même, s'il fut ambitieux, fit-il intervenir l'autorité divine dans le choix de Saül, et ensuite dans celui de David? Pourquoi dit-il lui-même que Dieu lui ordonna d'acquiescer à la volonté du peuple? Pourquoi, lorsque le peuple se repentit d'avoir demandé un roi et craignit d'en être puni, le rassura-t-il? *Ne craignez rien; servez fidèlement le Seigneur, servez-le fidèlement de tout votre cœur, et le Seigneur ne vous abandonnera point.* (Duclot.)

Samuël fut fâché de ce qu'ils lui disaient : Donnez-nous un roi. Ce n'est pas que le gouvernement monarchique ne soit juste en soi, lorsqu'il a été une fois légitimement établi. Mais ce peuple était très-coupable de renverser l'ordre de Dieu, qui lui avait donné pour le gouverner des juges qui lui tenaient lieu de princes. Il témoigne qu'il voulait avoir des rois comme les païens, dans lesquels ils considéraient peut-être principalement cet éclat et cette magnificence qui accompagne la majesté royale; au lieu qu'il se devait tenir infiniment heureux de la gloire qu'il possédait d'être l'unique peuple du monde dont Dieu fût proprement le gouverneur et le roi. (Sacy.)

(1) Tradit Josephus, totam noctem egisse insomnem, et inquieto animo agitantem ea quæ à populo audierat : in hâc autem animi procellâ versanti Deum per visum apparuisse.

Vers. 7. — Audi vocem populi, etc.; non enim te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos (1). Non diù suspendit Dominus Samuelis vota, aut distulit responsum, sed statim docuit quid tunc factum magis esset ex usu. Monet autem ut conniveat postulatis à populo, neque graviter ferat, se ab illis, quorum ante saluti tanto studio atque aviditate servierat, tam videri contemptum. Et à se ipso discat, quomodò accipi interdùm debeant homines ingrati; quàm patienter ferendæ, quæ videntur, imò quæ reverà judicantur injuriæ; cùm non minùs ipse contemptus fuerit, qui rationem illam antiquæ gubernationis induxit, quàm Samuel ipse, qui à præfecturâ, in quâ meliora ætatis tempora posuerat, abjectus est. Quod grave documentum est, et honestissima ratio, quæ homines adducere, imò et cogere debeat, ut injurias æquo ferant et libenti animo, et condonent quidquid contra ipsos peccatum est, quando Deus, cui etiam fit injuria, cùm ipsius conculcantur præcepta, liberaliter largitur, imò ultrò provocat et invitat ad veniam.

Quærit hìc, multisque modis disceptat Abulensis, à q. 7, an peccaverint Israelitæ, dùm regem petierunt; nam peccâsse certum est, cùm Deus ipse dixerit non tam Samueli quàm sibi ipsi illatam ab Israelitis injuriam; cùm Deus ante regnavisset in Hebræorum populo, nunc autem inductâ novâ judicandi formâ ipse videatur à gubernatione dejectus. Ac tandem constituto monarchiam esse licitam, neque Hebræorum populo fuisse negatam (alioqui neque Deus nunc concessisset, ut rex præficeretur populo, neque David postea Deo ipso jubente foret unctus in regem, neque Deut. c. 17, præscriptus esset modus et forma constituendi regis), nihilominùs docet in eâ petitione grave intercessisse peccatum. Quod Samuel ipse exprobravit apertè c. 12, v. 17 et 20, confirmavitque miraculo; et ipsi confessi sunt Israelitæ ibid. v. 19.

Peccârunt primùm, quia Samuelem rejecerunt, cujus experti fuerant assiduam operam et utilem reipublicæ, cùm domuisset Palæstinos, et eò adduxisset finitimos populos, ut ne hiscere auderent Samuele regnante, et collapsam morum religionisque disciplinam abjectis idolorum sordibus instaurâsset. Deinde quia regem postulant, sicut cæteræ habent nationes; quâ in re leges illas respuisse videntur, quas regibus Israelitis Dominus indixit, Deut. cap. 17, et illas admisisse, quas auctore diabolo barbari reges et idololatræ aut tulerunt ipsi, aut ab aliis acceptas coluerunt. Quæ et impiæ fuerunt, et reipublicæ noxiæ, et mores aluerunt approbatione publicâ et scelerum impunitate corruptos. Quàm verò gentilium regum mores secuti fuerint Israelitæ reges, tam qui in Judâ, quàm qui in Israele regnârunt, hinc apertè liquet, quòd ex omnibus tres tantùm sunt inventi, qui non aliquando aberrârint à patriâ religione, et ad gentilium simulacra diffluxerint. Id docet Ecclesiasticus cap. 49, v. 5: *Præter David, Ezechiam et Josiam, omnes peccatum commiserunt; nam reliquerunt leges Altissimi reges Juda, et contempserunt timorem Dei.* In *peccato* verò idololatriam intelligi docent communiter interpretes; neque enim quisquam negaverit peccatum commisisse Davidem, illudque gravissimum et multiplex. Et in Ezechiâ aliquod etiam peccatum reprehenditur. Hi tamen tres nunquàm in peregrinum cultum dicuntur prolapsi, imò dicuntur ab idololatriæ sordibus purgâsse regnum. Alii verò omnes aut convincuntur idola coluisse, aut saltem non sustulisse excelsa, id est, lucos et aras in idolorum cultum excitatas. Quare sic videntur regnâsse, sicut reges quos habuerunt nationes aliæ.

Non enim te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos. Quomodò judicum tempore potiùs Deus in Hebræorum populo regnaverit, quàm quo reges ejusdem populi tenuerunt gubernacula, tradit Abulensis, q. 9, ubi docet, quomodò populus dùm regem petit, Deum regem suum et Dominum abjiciat. « Cùm enim, inquit, regem non habebant, Deus erat im-

(1) Moral. Disce hìc quòd qui prælatum spernit, Deum spernit, et qui illum honorat, Deum honorat. Audi S. Ignatium Epist. 6 ad Magnes.: « Decet, inquit, et vos obedire episcopo, et in « nullo illi refragari. Terribile namque est tali « contradicere. Nec enim hunc fallit, qui videtur; sed invisibilem fallere nititur, qui non « potest à quoquam falli. Nam, si id fit, non « ad hominem, sed ad Deum redit contumelia. « Samueli namque dicit Dominus : *Non te spreverunt, sed me.* » Et S. Cyprian. Epist. 18 : « Quomodò, inquit, possunt censuram Dei ultoris evadere, qui talia ingerunt non solùm « fratribus, sed et sacerdotibus, quibus honos « tantus de Dei dignitate conceditur, ut in « ipsis contemptis, Deus ipse contemptus censeatur, juxta hunc locum : *Non te abjecerunt, « sed me.* » Porrò S. Cyrillus Alexand. l. 10 in Joan. c. 30 : « Apostolorum, inquit, vexatio « in eum ascendit qui illos in apostolatûs apicem evexit. Sic enim etiam ad Samuelem de « filiis Israel dictum esse didicimus : *Non te,* « inquit, *sed me contempserunt.* Periculosum « igitur nimiùm est, convenientem honorem « sanctis non attribuere, cùm eorum contemptus in illum transeat, à quo missi sunt. » (Corn. à Lap.)

« mediatus Rex et Dominus eorum ; cùm autem « acciperent regem, haberent præter Deum, « alium, quem vocarent regem et dominum. « In quo licet non possent auferre Deo supre- « mam potestatem, quæ est sibi naturalis in « omnes res, auferebant tamen sibi immedia- « tionem dominii, cùm alium immediatum « dominum et regem cognoscerent. Et ita ipse « dixit ad Samuelem : *Non te abjecerunt, sed « me, ne regnem super eos.* » Hæc Abulensis. Hoc idem docuit Theodoretus, q. 17, dùm ait : « Dominus Deus domini et regis implevit mu- « nus. Propheta autem erat, administer, et « veluti quidam præfectus, aut dux, et impe- « rator. » Quod item Josephus docet lib. 6, cap. 4. Hoc idem nos aliquando docuimus in nostris Commentariis in Isaiam ad illud cap. 1 : *Et restituam judices tuos, ut fuerunt prius; post hæc vocaberis civitas justi, urbs fidelis.* Ubi nos sic ibi : « Superiores judices non tam ipsi re- « gnabant, quàm Deo et populi principibus, « juxta formam à Deo traditam gubernandi ac « judicandi potestatem permittebant. Quare « non ad suum sive arbitratum, sive libidinem « rem administrabant publicam, sicut reges et « principes, contra quos Isaias hìc acriter in- « vehitur, sed juxta modum à Domino præ- « scriptum. Quocirca cùm populus more aliarum « gentium regiæ potestati subesse voluit, re- « pulso Samuele, qui judicum postremus rei- « publicæ præfuit Judaicæ, quasi reges suo « potiùs arbitratu, quàm divino consilio rem « essent gubernaturi publicam, dicit illi Deus : « *Non te abjecerunt, sed me, ne regnem super « eos.* Et Gedeon non rex, sed judex Israel, « cùm ipsi ejusque posteris juxta regum con- « suetudinem populus summam rerum detu- « lisset, respondit, Judic. 8 : *Non ego domi- « nabor in vos* (id est, non ero rex), *nec filius « meus, sed dominabitur in vos Dominus Deus « vester.* Quare cùm Abimelech non tam ad Dei « voluntatem atque præscriptum, quàm ad « suam, rem non tam regeret, quàm perver- « teret Israeliticam, eodem judicum tempore « vocatus est, non judex, sed rex, Judic. 9. « Eam ob rem omnes judices Israel sancti fue- « runt, de quibus Paulus ad Hebr. 11, magni- « ficè loquitur, et Eccles. 46, illorum memo- « moriæ fausta precatur : *Et judices singuli « suo nomine, quorum non est corruptum cor, « qui non aversi sunt à Domino, ut sit memoria « illorum in benedictione, et ossa eorum pullulent « de loco suo, et nomen eorum permaneat in æter- « num, permanens ad filios illorum sanctorum « virorum gloria.* Cùm tamen è regibus, qui « judicum ordini successerunt, paucissimi « fuerint non idololatræ. »

Dici præterea possunt reges abjecisse Deum, quia vixdùm regium nomen in suo populo audierat Israel, cùm veri Dei nomen aut abjectum est, aut vile apud plurimos haberi cœpit. Qui tertius regium nomen inter Israelitas obtinuit Salomon, finitimarum gentium idolis supplicavit : vix quartus rex Roboam regnum inivit, cùm decem tribus, paternâ religione aut omninò proditâ, aut magnâ ex parte contemptâ, aureos conflârunt vitulos, et gentilicos mores amplexæ sunt. Neque minùs acriter cum tribu Juda, quæ patriam obtinuit religionem, bellum gesserunt, quàm alii populi, qui nunquàm idem cum illis institutum, eamdem vitæ rationem tenuerunt. Neque duæ aliæ tribus fuerunt illius tam inverecundæ ac stolidæ impietatis exortes : nam etiam coluerunt idola, et delubra et aras passim excitârunt; denique sic se in illam impiam superstitionem effuderunt, ut decem alias tribus non æquârint solùm, sed etiam superârint, ut sub metaphorâ Oolla et Ooliba expressit Ezechiel c. 23.

Si peccârunt Israelitæ regem petendo, quomodò rex illi à Domino concessus? — Non erat prohibitum in lege regem præponi, ut constat Deut. c. 17, v. 14, modò servarentur leges ibi præscriptæ. Prohibitus tamen erat ille rex, quem illi penè convicio postulabant, juxta morem gentium. Et ideò Deus ita illorum reprehendit petitionem, ut tamen jubeat illorum postulatis annuendum, quia fieri poterat, ut reges non gentilico more moderarentur populum, sed juxta datas priùs à Domino leges. Id quod curavit Samuel Domino jubente. Quare jure reprehensus est populus, quasi alienum saperet atque gentilicum; neque malè concessus est rex, quia fieri poterat, ut aliter rem administraret publicam, quàm tunc populus ille meditabatur.

Illud hìc pro facili prudentique reipublicæ administratione observandum, interdùm à summo jure, quæ summa nonnunquàm injuria judicatur, perverti commune bonum, et maximè in hominum cœtu necessariam pacem cum magno publicarum rationum incommodo turbari. Quare prudentis est connivere postulatis, licet non admodùm aut nostris, aut communibus rebus opportunis, si majus ex contrariis studiis dispendium timeatur. Sæpè enim dùm justa obtinere nitimur, injusta patimur; et dùm commoditatem captamus, injuriam su

bimus. Quod dixit acutè Comicus in Adelphis :

Pecuniam in loco negligere maximum interdùm est lucrum.

Et alius quidam, qui dixit subeunda esse minora detrimenta, neque nostra pertinaci studio esse repetenda, aut conservanda, si majora timentur incommoda, aut majus aliquod expectatur bonum.

Munera, quæ dederas, habeat sine lite jubeto,
Esse solent magno damna minora bono.

Audierat aliquid de se gravius Saül, 1 Reg. cap. 10, v. 27; ille tamen accommodavit se temporis articulo, et cùm verba audiisset ignominiâ plena, illa tamen audire se dissimulabat. Notum est, quid viri ætate jam et judicio maturi consilii dederint Roboam, cùm tumultuans populus ab illo tributorum laxationem oraret; qui monuerunt, ut cum bonâ gratiâ populum dimitteret, et connivendo regnum stabiliret, quod tunc primùm inierat. Quod cùm à juvenibus, quos seorsùm in consilium adhibuit, seductus, respuisset, et opinionis plurimùm, et maximam imperii partem amisit. Necesse est enim, si quando stringere necesse fuerit, quod evitari sæpiùs in longâ administratione non potest, quæ minùs in præsentiâ videbantur ex usu, opportunè laxemus; officiis enim et clementiâ demeremur animos, nobisque ad difficilia etiam munera obsequentes habemus; summo autem jure et ingenio instituto morosiùs alienamus. Quod si accidat, frustra imperator contra impetum conabitur fluminis, frustra ad officium adducet repugnantes. Hoc consilio usus est Deus, ut meditatur Tertullianus contra Psychicos cap. 4, dùm præcepta laxat, et quædam hominibus in cibum permittit, quæ negârat priùs. Illum nunc accipe. Quæsierat enim, cur in primordio herbidum tantùm et arboreum hominibus addixisset in pabulum; post verò exacto diluvio, sicut antea fruges et olera, sic animalia omnia, tam quæ gradiuntur in terrâ, quàm quæ innatant aquis et volant in aere, in cibum largitus est : « Omnis, inquit, itaque justitiam judicii præ« ministrans, materiam libertatis emisit, per « veniam supparans disciplinam, permittens « omnia, ut demeret quædam plus exacturus, « si plus commisisset, abstinentiam impera« turus, cùm indulgentiam præmisisset. »

Vers. 8. — Juxta omnia opera sua, quæ fecerunt a die qua eduxi eos de Ægypto. Consolatur Samuelem Dominus, cùm illum à culpâ liberat, docetque à morum ingeniique levitate potiùs ortum esse illud populi consilium, quàm quòd causa alia urgeret gravior, quæ illam administrationis novam formam exigeret. Ille enim inveteratus aut innatus fuit vivendi modus ab illo etiam tempore, quo ex Ægyptiâ servitute liberatus est. Neque mirandum, si à Samuele ejusque familiâ defecerit, cùm Dominum etiam, à quo magnum aliquod diebus singulis beneficium acceperat, sicut illo proximo tempore, sic etiam à sui generis exordio, reliquerit, et novam semper religionem, novam vivendi formam singulis propè momentis amoverit.

Vers. 9. — Verumtamen contestare eos, et prædic eis jus regis, qui regnaturus est super eos (1). Cæco majores illi natu ferebantur con-

(1) Hic doctissimè probat Bossuetius contra Jurieu auctoritatem regum prorsùs à populo *independentem* esse, Deique solius potestati subjacere.

Ministri Jurieu errorem renovârunt inter multos Rousseau (*Contrat social*), et his temporibus La Mennais.

Hæc habet clarissimus Bossuetius : « Dieu parle ainsi à Samuël : *Raconte-lui le droit du roi qui règnera sur eux.* Et Samuël leur dit : *Tel sera le droit du roi....*, tout le monde sait le reste. C'est, en abrégé : *Il enlèvera vos enfants et vos esclaves ; il établira des tributs sur vos terres et sur vos troupeaux, sur vos moissons et sur vos vendanges, et vous lui serez sujets.* Voilà ce que Dieu fit dire à son peuple avant que de consentir à sa volonté : et quand le roi fut établi, Samuël prononça au peuple le droit du royaume, et l'écrivit dans un livre qu'il posa devant le Seigneur, c'est-à-dire, qu'il le posa devant l'arche, comme une chose sacrée.

« M. Jurieu prétend que ces deux endroits n'ont rien de commun l'un avec l'autre. « Ceux « qui outrent tout, dit-il, et qui ne compren« nent rien, veulent que cette description de « la tyrannie des rois (au chapitre 8, vers. 9 « et 11) soit la même chose que le droit des « rois dont il est dit dans le chapitre 10, « vers. 25 : *Lors Samuël prononça au peuple le « droit du royaume, et l'écrivit dans un livre, « qu'il posa devant le Seigneur.* » Voilà donc, selon ce ministre ce que disent *ceux qui outrent tout et ne comprennent rien.* Mais lui qui *n'outre rien et qui comprend tout*, prend un autre parti, et voici pourquoi : « C'est, dit-il, qu'il n'y a « qu'à voir la différence des termes dont Sa« muël se sert dans ces deux endroits, pour « connaître la différence des choses. Dans ce « dernier passage (chapitre 10, vers. 25) ce « que Samuël proposa au peuple est appelé *le « droit du royaume*, et dans le chapitre 8, les « menaces qu'il énonce sont appelées *le traite« ment : Déclare-leur comment le roi qui règnera « sur eux les traitera*, et non pas, comment il « aura droit de les traiter, et Samuël dit aussi : « *C'est ici le traitement que vous fera le roi qui « doit régner sur vous :* il ne dit pas : C'est ici « le traitement qu'il aura droit de vous faire. »

« A entendre parler ce ministre avec une distinction et une résolution si précise, vous diriez qu'il ait lu dans l'original les passages

silio, et illa obstinatò cupiebant, quæ minùs ex eorum usu videbantur futura. Quare monet Deus, ut illis Samuel suo nomine leges illas edicat, quas ipsi rerum ignari ultrò à regibus imponi volunt, ne suo desit muneri bonus antistes, si illos in errore hærere patiatur; ne-

qu'il entreprend d'expliquer : mais non; car au lieu qu'il dit décisivement que le Saint-Esprit se sert de mots différents au huitième et au dixième chapitre pour expliquer ce qu'il a traduit, *traitement* et *droit*, il ne fallait que des yeux ouverts, et seulement savoir lire, pour voir que le Saint-Esprit emploie partout le même terme : *Raconte-leur le droit du roi* : (ch. 8, 9, *mischpath.*); *tel sera le droit du roi* (ibidem 11; encore *mischpath*). *Samuël prononça au peuple le droit du royaume* (chap. 10, 25, pour la troisième fois *mischpath*) et les Septante ont aussi dans les trois endroits le même mot, et partout δικαίωμα, qui veut dire, *droit, jugement*, ou comme on voudra le traduire; toujours en signifiant quelque chose qui tient lieu de loi, qui est aussi ce que signifie naturellement le mot hébreu, comme on pourrait le prouver par cent passages.

« Il faut donc, par les principes du ministre, prendre le contre-pied de ses sentiments. Le rapport du chapitre 8 et du chapitre 10 est manifeste. Le droit du chapitre 10 n'est pas la conduite particulière des rois; ce n'est pas le traitement qu'ils feront au peuple à tort ou à droit, que Dieu fait enregistrer dans un livre public et consacrer devant ses autels, c'est un droit royal; donc le droit dont il est parlé au chapitre 8, est un droit royal aussi, et il ne faut pas objecter qu'il s'ensuivrait que le droit royal serait une tyrannie. Car il ne faut pas entendre que Dieu permette aux rois ce qui est porté au chapitre 8, si ce n'est dans le cas de certaines nécessités extrêmes où le bien particulier doit être sacrifié au bien de l'état et à la conservation de ceux qui le servent. Dieu veut donc que le peuple entende que c'est au roi à juger ces cas, et que s'il excède son pouvoir, il n'en doit compte qu'à lui : de sorte que le droit qu'il a n'est pas le droit de faire licitement ce qui est mauvais, mais le droit de le faire impunément à l'égard de la justice humaine, à condition d'en répondre à la justice de Dieu, à laquelle il demeure d'autant plus sujet, qu'il est plus indépendant de celle des hommes; voilà ce qui s'appelle avec raison le droit royal, également reconnu par les protestants et par les catholiques; et c'est ainsi du moins qu'on régnait parmi les Hébreux. Mais quand il faudrait prendre ce droit, comme fait M. Jurieu, pour le traitement que les rois feraient aux peuples, le ministre n'en serait pas plus avancé, puisque toujours il demeurerait pour assuré que Dieu ne donne aucun remède au peuple contre ce traitement de ses rois. Car loin de leur dire : Vous y pourvoirez, ou vous aurez droit d'y pourvoir, au contraire il ne leur dit autre chose sinon : *Vous crierez à moi à cause de votre roi que vous aurez voulu avoir, et je ne vous écouterai pas;* leur montrant qu'il ne leur laissait aucune ressource contre l'abus de la puissance royale que celle de réclamer son secours, qu'ils ne méritaient pas après avoir méprisé ses avis. D'autres veulent que cette loi du royaume dont il est parlé au 1er des Rois 10, 25, soit celle du Deutéronome, où

Dieu modère l'ambition des rois et règle leurs devoirs. Mais pourquoi écrire de nouveau cette loi, qui était déjà si bien écrite dans ce divin livre, et déjà entre les mains de tout le peuple? Et d'ailleurs les objets de ces deux lois sont bien différents. Celle du Deutéronome marquait au roi ce qu'il devait faire, et celle du livre des Rois marquait au peuple à quoi il s'était soumis en demandant un roi. Mais qu'on le prenne comme on voudra, on n'y gagne pas davantage, puisqu'enfin cette loi des rois dans le Deutéronome, ne prescrit aucune peine qu'on puisse leur imposer s'ils manquent à leur devoir; tout au contraire de ce qu'on voit partout ailleurs, où la peine de la transgression suit toujours l'établissement du précepte. Mais lorsque Dieu commande aux rois il n'ordonne aucune peine contre eux, et encore qu'il n'ait rien omis dans la loi pour bien instruire son peuple, on n'y trouve aucun vestige de ce pouvoir sur les rois, que notre ministre lui donne comme le seul fondement de sa liberté : au contraire, tout y tend visiblement à l'indépendance des rois, et la preuve démonstrative que tel est l'esprit de la loi et la condition de régner parmi les Hébreux, c'est la pratique constante et perpétuelle de ce peuple, qui jamais ne se permet rien contre ses rois. Il y avait une loi expresse qui condamnait les adultères à mort : mais nul autre que Dieu n'entreprit de punir David qui était tombé dans ce crime; la loi condamnait encore à mort celui qui portait le peuple à l'idolâtrie, et si une ville entière en était coupable, elle était sujette à la même peine. Mais nul n'attenta rien sur Jéroboam *qui pécha et fit pécher Israël* (comme le répète vingt et trente fois le texte sacré); qui érigea les veaux d'or, le scandale de Samarie et l'erreur des dix tribus. Dieu le punit; mais il demeure à l'égard des hommes paisible et inviolable possesseur du royaume que Dieu lui avait donné. Ainsi en fut-il d'Achab et de Jézabel; ainsi en fut-il d'Achaz et de Manassès, et de tant d'autres rois qui idolâtraient et invitaient ou forçaient le peuple à l'idolâtrie. Ils étaient tous condamnés à mort, selon les termes précis de la loi, et ceux qui joignaient le meurtre à l'idolâtrie, comme un Achab et un Manassès, devaient encore être punis de mort par un autre titre, et par la loi spéciale qui condamnait l'homicide. Et néanmoins ni les grands ni les petits, ni tout le peuple, ni les prophètes, qui envoyés de la part de Dieu devaient parler plus haut que tous les autres, et qui parlaient en effet si puissamment aux rois les plus redoutables, ne leur reprochaient jamais la peine de mort qu'ils avaient encourue selon la loi. Pourquoi? Si ce n'est qu'on entendait qu'il y avait dans toutes les lois, selon ce qu'elles avaient de pénal, une tacite exception en faveur des rois; en sorte qu'il demeurait pour constant qu'ils ne répondaient qu'à Dieu seul. C'est pourquoi lorsqu'il voulait les punir par les voies communes, il créait un roi à leur place, ainsi qu'il créa Jéhu pour punir Joram, roi de Samarie, l'impie Jézabel, sa mère, et

que alii causari possint, ubi in medios aculeos indui se ac stimulari sentiant, sibi qualis esset futurus exitus, non prædictum. Contestari autem est, publicâ formâ et denuntiatione legitimâ alios admonere (1).

Vers. 11. — Hoc erit jus regis, qui imperaturus est vobis (2). De hoc regio jure, quale

toute leur postérité. Mais de ce pouvoir prétendu du peuple, et de cette souveraineté qu'on veut lui attribuer naturellement, il n'y en a aucun acte ni aucun vestige, et pas même le moindre soupçon dans toute l'histoire sainte, dans tous les écrits des prophètes, ni dans tous les livres sacrés. On a donc très-bien entendu dans le peuple hébreu ce droit royal, qui réservait le roi au jugement de Dieu seul; et non seulement dans les cas marqués au premier livre des Rois, qui étaient les cas les plus ordinaires, mais encore dans les plus extraordinaires et à la fois les plus importants, comme l'adultère, le meurtre et l'idolâtrie. Ainsi on ne peut douter qu'on ne régnât avec ce droit, puisque l'interprète le plus assuré du droit public, et en général de toutes les lois, c'est la pratique.

« Mais voici un autre interprète du droit royal. C'est le plus sage de tous les rois qui met ces paroles dans la bouche de tout le peuple : « J'observe la bouche du roi : il fait tout ce qui lui plaît, et sa parole est puissante, et personne ne peut lui dire : Pourquoi faites-vous ainsi? » façon de parler si propre à signifier l'indépendance, qu'on n'en a point de meilleure pour exprimer celle de Dieu. *Personne*, dit Daniel, *ne résiste à son pouvoir, ni ne lui dit : Pourquoi le faites-vous?* Dieu donc est indépendant par lui-même et par sa nature, et le roi est indépendant à l'égard des hommes et sous les ordres de Dieu qui seul aussi peut lui demander compte de ce qu'il fait; et c'est pourquoi il est appelé le Roi des rois et le Seigneur des seigneurs.

« M. Jurieu se mêle ici de nous expliquer Salomon, en lui faisant dire seulement, qu'il n'est pas permis de contrôler les rois dans ce qu'ils font quand leurs ordres ne vont pas à la ruine de la société, encore que souvent ils incommodent. Ce ministre prête ses pensées à Salomon, mais de quelle autorité, de quel exemple, de quel texte de l'Écriture a-t-il soutenu la glose qu'il lui donne? Auquel de ces rois cruels et impies, dont le nombre a été si grand, a-t-on demandé raison de sa conduite, quoiqu'elle allât visiblement à la subversion de la religion et de l'état? On n'en trouve aucune apparence dans un royaume qui a duré cinq cents ans : cependant l'état subsistait, la religion s'est soutenue, sans qu'on parlât seulement de ce prétendu recours au peuple, où l'on veut mettre la ressource des états.

« Il ne faut pas s'imaginer que les autres royaumes d'Orient eussent une autre constitution que celui des Israélites; lorsque ceux-ci demandèrent un roi, ils ne voulaient pas établir une monarchie d'une forme particulière. *Donnez-nous un roi*, disaient-ils, *comme en ont les autres nations; et nous serons*, ajoutent-ils, *comme tous les autres peuples;* et dès le temps de Moïse : *Vous voudrez avoir un roi comme en ont tous les autres peuples aux environs.* Ainsi les royaumes d'Orient, où florissaient les plus anciennes et les plus célèbres monarchies de l'univers, avaient la même constitution. On n'y connaissait non plus qu'en Israël cette suprême autorité du peuple, et quand Salomon disait : *Le roi parle avec empire, et nul ne peut lui dire : Pourquoi le faites-vous?* il n'exprimait pas seulement la forme du gouvernement parmi les Hébreux; mais encore la constitution des royaumes connus alors, et pour parler ainsi, le droit commun des monarchies. »

(1) Vers. 10. — Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum. Samuël donne ici toutes les marques d'un véritable pasteur. Il n'est point touché de ses offenses particulières. Il ne s'afflige point de ce que le peuple lui reproche sa vieillesse et le désordre de ses enfants, et qu'il pense à transférer toute l'autorité hors de sa maison. Il ne gémit que pour les intérêts de Dieu qu'il considère uniquement, et il déplore le malheur de ceux qu'il conduit, lorsqu'il voit qu'ils préfèrent les coutumes des païens à la loi de Dieu. Sa conduite si sage apprend aux pasteurs évangéliques à ne pas abandonner les âmes aussitôt qu'elles commencent à se dérégler et à sortir de la voie où Dieu les avait mises. Ils doivent alors comme Samuël redoubler leurs prières pour elles, et leur représenter avec force tout ce qui leur doit arriver, comme ce saint prophète représente à ce peuple toutes les suites fâcheuses que son injuste demande allait attirer sur lui. (Sacy.)

(2) *Voici quel sera le droit du roi.* Le mot de *droit* est mis en ce lieu pour celui *de jugement*, ainsi qu'il paraît par la langue originale, comme s'il disait : Voici la manière dont les rois vous jugeront, après que vous les aurez mis à la place des juges que Dieu vous avait donnés. Voici le droit qu'ils prétendront avoir sur vous.

Le prophète en représentant aux Israélites quelle devait être la conduite de leurs rois, y mêle l'injustice et la violence avec ce qui se peut faire selon la justice, afin qu'ils appréhendassent d'attirer sur eux une puissance souveraine, dont il est d'autant plus aisé d'abuser qu'elle n'a que Dieu au-dessus d'elle. Car il est juste qu'un prince choisisse parmi son peuple ceux qui doivent commander ses armées pendant la guerre, ou labourer ses champs pendant la paix. Il est juste aussi qu'on paye les tributs et les impôts en la manière que Jésus-Christ l'ordonne, en rendant à César ce qui est à César, et selon que saint Paul nous exhorte à le faire. Mais ce serait une violence dont une prince aurait de l'horreur, quand même il ne serait juste qu'autant que l'ont été des rois païens, que d'ôter sans aucun sujet les terres et les maisons à des particuliers pour les donner à ses serviteurs, et de dépouiller ainsi les uns de ce qui leur appartient légitimement, pour paraître libéral envers les autres.

Et il est aisé de voir combien Dieu détesta ces violences, par la manière dont il punit Achab pour s'être emparé de la vigne de Naboth. Car il est certain que ce prince n'eut pas la moindre pensée de prendre par force cette

..., vide S. Thomam lib. 3 de Regim. principum, cap. 11, et lib. 2, cap. 9 et 12, q. 105, art. 1 et 2. Non hic significatur, quid reges jure possint, sed quid audeant, et pro supremâ potestate, quam habere se putant, contra naturæ leges et omnem humanitatem tyrannicè decernant. Tales optabant majores illi natu gubernatores habere, quales exteræ habuêre nationes; reges videlicet qui non communi consilio populum, sed suo tantùm arbitratu rem versarent publicam; neque haberent ullum cujus timerent potentiam et expectarent assensum. Sed cùm id solùm captarent, declinare non potuerunt, quod regiam potentiam et superbos spiritus plerùmque comitatur. Nam quæ externi reges, et Israelitidi regioni vicini licere sibi existimârunt, ut gravia ex subditorum bonis exigerent vectigalia, ut onera imponerent quotidiè, quæ miserorum humeri sustinere non possint, ut ingenua corpora servituti ubjicerent, et ad illa adigerent ministeria, quæ servis etiam essent ignominiosa, qualia nunc propheta ex ore Domini singulatim persequitur, eadem reges Israel, aut non valdè dissimilia in liberam ante atque ingenuam regionem induxerunt. Quæ autem hic dicuntur de variis sordidisque ministeriis, quibus filios filiasque Hebræorum alligabunt reges, explicatione non egent; tantùm significant, quidquid regibus erit operis urbani aut rustici, pecuarii aut bellici id totum nullis regiis impendiis administratum iri, sed abductis à parentum sinu filiis filiabusque, sive è gregibus jumento ac pecore, aut addecimatis sive ex areâ, sive ex vindemiâ fructibus, rem totam esse peragendam.

Quàm gravia reges subditis imposuerint vectigalia, docuit Salomon, qui populum sic gravavit vectigalibus, ut ab illis se relevari voluerit. Quare ubi primùm Roboam relictum à defuncto patre imperium occupavit, ad illum advolant principes populi, dicuntque: *Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis; tu itaque nunc imminue paululùm de imperio patris tui durissimo, et de jugo gravissimo, quod imposuit nobis, et serviemus tibi.* Neque filius leviora cogitabat; sed cùm supremum se dominum existimaret, et populi bona suam esse possessionem arbitraretur, sic respondit inclementer et barbarè: *Pater meus aggravavit jugum vestrum, ego autem addam jugo vestro; pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.* Neque mirum, cùm reges, contra quàm judices antea soliti, magnum haberent satellitium, domos fabricarent eburneas, equos alerent et quadrigas, et concubinas haberent non paucas, easque pro regiâ magnificentiâ luculenter instruerent; quid, inquam, mirum, si tam in subditos essent inclementes et duri, cùm sibi suisque tam intemperanter indulgerent? Didicerunt fortè reges Israelis à regibus Syriæ, qui in concubinarum sumptus et ornatum totas impendebant civitates. Sic Cicero Actione 5 in Verrem, ubi hanc regiam appellat consuetudinem: « Anno, inquit, tertio, Verres consuetudine usus est regiâ. Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere; hi autem uxoribus civitates attribuere hoc modo: Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Ita populos habent universos non solùm conscios libidinis suæ, sed etiam ministros. » Quod fecisse Antiochum, qui regnavit in Syriâ, habes, lib. 2 Machab. cap. 4, v. 39, ubi legimus duas Ciliciæ nobilissimas urbes datas esse in sumptus regiæ concubinæ. Quod insigne dedecus usque adeò tulerunt impatienter cives, ut contra regem ipsum excitatâ seditione rebellârint. *Cùm hæc*, inquit, *agerentur, contigit Tharsenses et Mallotas seditionem movere, eò quòd Antiochi regis concubinæ dono essent dati.* Cùm autem Salomon, 3 Reg. cap. 11, uxores haberet quasi reginas septingentas, tercentas concubinas, quantos in eas sumptus factos fuisse oportuit, quibus tamen plebs infelix et subdita, necessaria suggessit (1)?

vigne. Il désirait seulement l'acheter, et à tel prix qu'on aurait voulu. Mais parce que Naboth l'ayant reçue de ses pères la voulait garder, et que Jézabel en prit sujet de le faire mourir sur de faux crimes qu'on lui imputa. Dieu vengea cette violence d'une manière terrible; et le ... de Naboth ne put être expié que par le sang de ce même prince. (Sacy.)

(1) Ponet in curribus suis. Assumet ad ducendos militares currus suos, vel è curru præliari coget. Rarò curribus utebantur Hebræi; id verò quòd fieri poterat ut eveniret, pro concione Samuel denuntiabat.

Facietque sibi equites. Hæc cum præcedentibus conjungit Hebræus: *Ponet sibi in curru suo, et in equitibus suis*, seu potiùs in equis: vel super equos suos. Ex vestris aliquos assumet rex, ut militares currus suos ascendant, aurigæ et equorum ductores. Hebræum *Parasch* sonat equum pariter et equitem.

Præcursores quadrigarum. Sermo est de custodibus, principes honoris gratiâ præcedentibus. Hebræus: *Current ad facies curris ejus.* Proficiscentem Cyrum regem Persidis exhibet Xenphon curru vectum, cui quatuor millia

Vers. 18. — Et clamabitis in die illa a facie regis vestri, quem elegistis vobis, et non exaudiet vos Dominus. Quando clamaverint Israelitæ à regum suorum oppressi tyrannico potiùs quàm paterno aut regio dominatu, non habemus, quod ego viderim, in Scripturâ. Sed contigisse non dubito, cùm ita Scriptura futurum significet, et occasiones in variis rerum

clypeatorum præcedunt, currum verò stipantur lanceariorum duo millia.

Vers. 12. — Constituet sibi tribunos et centuriones. Hebræus : *Ponet sibi principes mille, et principes quinquaginta.* Munera sunt hæc, iis quidem, à quibus geruntur, honorifica : sed eò spectat Propheta, ut illa populus gravia sibi futura intelligat; ingens enim præfectorum copia auget sumptus principis, adeòque et vectigalia subditorum. Oneri etiam et incommodo esse poterant iis, à quibus eadem munera gerenda erant, cùm inviti ex curis domesticis et colonicis ad munera militaria vocandi forent.

Vers. 14. — Agros vestros... tollet, uti Achabus, qui Nabothi vineam usurpavit; sed reges æquitatem amantes ab iis privatorum injuriis se continent. David soluto pretio emit aream Areunæ, ut aram Domino ibidem excitaret. Ipse pariter Achabus vendi sibi à Nabotho vineam suam primùm petiit.

Vers. 15. — Vinearum reditus addecimabit. Deus, tanquàm rex Israelis supremus, sibi elegit omnium fructuum agri Israelitarum decimas, quas ille concessit sacerdotibus et Levitis tanquàm familiaribus suis : at secundam aliam decimam in se derivaturi erant reges, quam tamen exegisse reges Juda vel Israelis, nunquàm satis apertè prodit Scriptura. Si autem reipsà exegissent, nihil in eâ re præstitissent aliud, quàm quod plures alii reges faciebant. Scitum est, Josephum quintam partem fructuum omnium Ægypti Pharaoni addixisse.

Ut det eunuchis, præfectis suis. Hebræum *Saris* non semper verum eunuchum, reipsà talem, significat; plerùmque enim usurpatur de aulæ regiæ præfecto. Nemo quidem ex Israelitis castrabatur; sed ex alienigenis eunuchos habere nullâ lege interdictum erat.

Vers. 16. — Juvenes optimos ponet in opere suo. En jus addicendi subditos ad opera; cujus juris executio sub Davide et Salomone sese prodit. Salomon enim ædificiis suis populum destinavit; et Davidi præfectus erat super opera colonica. Septuaginta, Hebræum paulò aliter ac nos legentes, reddunt : *Addecimabit gregem boum vestrorum.*

Vers. 17. — Vosque eritis ei servi. Orientales populi principibus suis ita subduntur, tanquàm heris mancipia. Is erat Persarum et Ægyptiorum status erga principes suos; de Ægyptiis docet apertissimè Genesis capite 47.
(Calmet).

Vous crierez en ce jour-là, et Dieu ne vous écoutera pas. Ces paroles nous doivent faire trembler. Car elles nous apprennent qu'après avoir suivi quelque temps avec plaisir les égarements de notre cœur, contre l'avis de ceux qui nous conduisaient, nous nous trouvons ensuite surpris de tant de maux, que nous en sommes réduits aux gémissements et aux cris. C'est ce qui arrive souvent aux hommes. L'un s'engage dans une condition, l'autre dans une charge, l'autre dans un mariage, l'autre dans l'Eglise. Chacun marche dans les desirs de son cœur et dans la voie qu'il s'est faite; et il y trouve ensuite des peines qui l'obligent de pousser ses plaintes vers le ciel dans la violence de sa douleur. Cependant Dieu n'écoute point ces cris, à moins qu'ils ne soient formés par un véritable repentir. Et alors les maux mêmes que l'on souffre dans ces engagements où l'on se trouve, sont la juste peine de la manière si peu chrétienne en laquelle on y est entré. (Sacy.)

Contendebat Jurieu intercessisse pactum (*contrat*) quoddam quo populus adversùs regem creandum jus aliquod sibi servabat, cùm is injustè regnare videretur : at figmentum esse hujusmodi pactum facilè demonstrat Bossuetius : « Sans vouloir me perdre dans des propositions générales, je vois dans l'Histoire-Sainte l'érection de deux monarchies du peuple de Dieu, où loin de remarquer ces prétendus traités mutuels entre les rois et les peuples avec la clause de nullité en cas de contravention de la part des rois, je vois manifestement la clause contraire, et M. Jurieu ne le peut nier, car, selon la doctrine de ce ministre, *le traitement* que Samuël déclara au peuple qu'il recevrait de son roi était tyrannique et un abus manifeste de la puissance. C'est le principe de M. Jurieu ; par conséquent il doit ajouter que la royauté fut d'abord proposée au peuple hébreu avec son abus : néanmoins le peuple passa outre, et loin de se réserver la moindre espèce de droit contre le roi qu'il voulait avoir, nous avons vu clairement qu'il n'y a pas seulement songé.

« Ce peuple, encore un coup, n'a jamais songé qu'il se fût réservé un droit sur son souverain ; je ne dis pas dans les abus médiocres de la puissance royale que Samuël lui proposait, mais au milieu des plus grands excès de la tyrannie, tels que sont ceux que nous avons vus dans l'Histoire-Sainte sous les rois les plus impies et les plus cruels, sans que le peuple ait songé à se relever de ses maux par la force. Bien plus, après les avoir éprouvés, et toutes les suites les plus funestes qu'ils pouvaient avoir, le même peuple revint encore sous les Machabées dans la liberté de former son gouvernement; et il ne le forma pas sous d'autres lois, ni avec moins d'indépendance du côté des princes, qu'il avait fait la première fois. Voilà des faits positifs, et non pas des discours en l'air ou de vaines spéculations.

« Je trouve dans Hérodote l'établissement de la monarchie des Mèdes sous Déjocès : et je n'y vois aucun traité de part ni d'autre; encore moins la résolution du traité en cas de contravention : mais ce qui est bien constant par toute la suite, c'est que l'empire des rois Mèdes a dû être par son origine le plus indépendant de tout l'Orient, puisqu'on y voit d'abord cette indépendance d'une manière si éclatante, qu'elle n'a été ignorée de personne. Ainsi ces titres primordiaux ne sont pas tous si favorables au ministre, et il tombe dans l'inconvénient de donner aux peuples un droit

articulis inciderint, quæ homines laborum et injuriarum impatientes, et naturâ querulos, clamare et queritare compellant. Nam si toties contra Moysem, qui populi sui amantissimus erat, *et mitissimus omnium qui morabantur in terrâ,* indignati clamârunt, et nunc proximè, cùm Samuelem urgent, ut more gentium sibi regem præficiat, cùm tamen ipsi apertè fateantur, nullam se vim, fraudem, aut calumniam à Samuele passos; quid illos fecisse existimandum est, cùm gravia à regibus acceperunt imperia, cùm spoliati sunt bonis, cùm filios ac filias è suo complexu ad regias delicias et vile ministerium transferri viderint ? Clamârunt quidem ad Roboam, ut proximè diximus, dùm levari se postulant à paterno jugo prorsùs importabili; neque tamen auditi sunt, sed ad restim potiùs et crucem amandati. Non est dubium, quin clamaverit Naboth, cùm non solùm vineam, sed vitam etiam auferri sibi videret à cupido et inclemente rege. Clamavit certè Zacharias filius Joiadæ, cùm dixit lib. 2 Paralip. cap. 24 : *Videat Dominus, et requirat;* neque tamen mortem ideò declinavit. Cùm verò clamarent ad Deum, sicut olim in Ægypto, ut duram illam servitutem liceret effugere, aut illam, quæ à regibus impendebat injuriam declinare, nihilò tamen mitiùs cum illis actum est.

Vers. 19. — Noluit autem populus audire (1). Obduruerat jam in suâ cogitatione populus, et nunc præcisè negat ullam sibi admittendam gubernandi formam, nisi regiam; devorat omnia, quæ ex Dei ore à Samuele denuntiantur, et malle se dicit incommoda illa subire omnia, quàm regis imperio non subesse. In quo imaginem quamdam spectamus eorum qui jam apud se statuerunt omninò faciendum esse aliquid, quod, repugnante lege, animalis natura et cupiditas ineffrenata præciperet. Ut videmus in eo qui vindictam appetit, et cum aliis ideò inimicitias suscipit, qui illa fermè sustinet à tyranno non minùs inclemente et barbaro, quàm à rege, quem tantoperè optat et exigit Israel. Idem de libidine dicendum, quæ homines vilissima facit esse mancipia; quæ corpus hominum plagat et perdit, honorem obscurat, divitias adimit; omnia denique tam vitæ subsidia quàm animi ac corporis ornamenta deterit.

Vers. 20. — Egredietur ante nos et pugnabit bella nostra. Descriptio hæc est imperatoris et ducis. Plura sine dubio dixerunt Israelitæ, quæ tamen non sunt à Samuele commemorata; neque enim integræ orationes referuntur ab historicis sacris; sed eorum summa, aut aliqua ex multis, ut notavimus in nostris Commentariis in Acta Apostolorum, cap. 2, n. 98. Et quidem egisse tunc de Naas Ammonitarum rege, qui tunc bellum contra Israelitas adornabat, constat infra, cap. 12, v. 12, ipso referente Samuele : *Videntes autem quòd Naas rex filiorum Ammon venisset adversùm vos, dixistis mihi : Nequaquàm, sed rex imperabit nobis.*

Vers. 21. — Audivit Samuel omnia verba populi, et locutus est ea in auribus Domini. Nihil agit Samuel nisi ex Dei præscripto; contestatus fuerat populum, ut Deus ante præceperat; nunc quid populus nihilominùs cogitet ac velit, ad Dominum refert, et quid à se factum velit, exposcit; ne quid res tanta ab humano sensu atque ratione capiat. Jubet Deus, ut regem populo juxta illius postulata constituat. Nec recusat Samuel, sed jubet instantem populum in sua quemque domicilia reverti, donec ipse consulto iterùm Domino cognoscat, cuinam ex toto populo regium illud, sive onus, sive honos imponi debeat, qui magis ex voto atque usu publico futurus sit (1).

souverain sur eux-mêmes et sur leurs rois, sans que les peuples à qui il le donne en aient jamais eu le moindre soupçon.

(1) *Le peuple ne voulut point écouter ce discours de Samuël.* La réponse que fait ce peuple nous doit faire peur. Nous devons craindre ces endurcissements de cœur et cette violence de nos passions secrètes, qui nous font dire à ceux qui nous donnent les plus saints avis de la part de Dieu : *Nous ne ferons rien de ce que vous dites. Nous aurons un roi qui règnera sur nous;* et ce roi sera notre propre amour. Nous disons à Dieu de bouche : *Que votre règne arrive;* mais nous disons effectivement à l'amour de nous-même : Régnez sur nous; que votre volonté se fasse, et non pas celle de Dieu. *Nous serons comme toutes les autres nations;* nous ferons comme tout le monde fait. C'est ainsi que l'on raisonne, jusqu'à ce que Dieu nous donne un Samuël qui nous instruise, et qui nous fasse entrer dans ce chemin de la vie qui nous mene au ciel. (Sacy.)

(1) Audi vocem eorum, et constitue super eos regem. Sed non talem qualem ipsi petunt, qualemque eis depinxisti, sed qualem ego descripsi Deuter. 17, qui scilicet fidelibus subditis politicè imperet, non despoticè; quique non suis, sed reipublicæ commodis studeat. Deus enim iniquam Hebræorum petitionem regis ita resecat, ut quod in eâ æquum est, concedat; quod iniquum, neget, id est, non concedat, sed fieri permittat, et fore prædicat. Quærit S. Gregor. lib. 4, cap. 1, cur Deus concedat id quod malè petitur. — Resp. quia petenti irascitur, eumque vult suâ petitione, quasi justâ congruàque vindictâ plectere et castigare. Sic et S. August. in Psal. 51 : « Rex,

CAPUT IX.

1. Et erat vir de Benjamin nomine Cis, filius Abiel, filii Seror, filii Bechorath, filii Aphia, filii viri Jemini, fortis robore.

2. Et erat ei filius vocabulo Saül, electus et bonus, et non erat vir de filiis Israel melior illo : ab humero et sursùm eminebat super omnem populum.

3. Perierant autem asinæ Cis patris Saül : et dixit Cis ad Saül filium suum : Tolle tecum unum de pueris, et consurgens vade, et quære asinas.

4. Qui cùm transîssent per montem Ephraim, et per terram Salisa, et non invenissent, transierunt etiam per terram Salim, et non erant, sed et per terram Jemini, et minimè repererunt.

5. Cùm autem venissent in terram Suph, dixit Saül ad puerum qui erat cum eo : Veni, et revertamur, ne fortè dimiserit pater meus asinas, et sollicitus sit pro nobis.

6. Qui ait ei : Ecce vir Dei est in civitate hâc, vir nobilis : omne quod loquitur, sine ambiguitate venit : nunc ergo eamus illùc, si fortè indicet nobis de viâ nostrâ, propter quam venimus.

7. Dixitque Saül ad puerum suum : Ecce ibimus : quid feremus ad virum Dei ? panis defecit in sitarciis nostris : et sportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quidquam aliud.

8. Rursùm puer respondit Saüli, et ait : Ecce inventa est in manu meâ quarta pars stateris argenti : demus homini Dei, ut indicet nobis viam nostram.

« ait, non ad permanendum electus est à Domino, sed secundùm populi cor durum et « malum datus ad eorum correptionem, non « ad utilitatem secundùm illam sententiam; « quia regnare fecit hominem hypocritam « propter perversitatem populi. » Job 34, v. 30. Idem August. lib. 5 contra Julianum cap. 3, vocat Saülem *pœnam peccantium*. Et S. Cyprian. Epist. 58, ad Rogatianum : « Ut hoc, « inquit, ulciscereturDominus, excitavit eis « Saül regem, qui eos injuriis gravibus affligeret, et per omnes contumelias et pœnas, superbum populum calcaret et premeret, ut « contemptus sacerdos de superbo populo, « ultione divinâ vindicaretur. » Denique audi S. Gregor. : « Petitus rex pro vindictâ concedit; magna et enim vindicta est, quæ ex« districtione procedit interni examinis, quando reproba mens sic projicitur, ut quod « malè deliberat, agere permittatur. Qui ergo « in petendo rege Dominum abjecisse convicti « sunt, dùm id eis permitteretur agere, per « quod à se Dominum abjicerent, gravior « pœna non erat, quâ hic plecti debuissent. »

Et constitue super eos regem. Hinc patet Saülem in regem fuisse electum, et evectum non à republicâ, nec ab optimatibus, sed immediatè à Deo per Samuelem, ac proinde potestatem regiam non à republicâ, sed à Deo immediatè accepisse (perinde ac pontifex, licet eligatur à cardinalibus, tamen non ab ipsis nec ab Ecclesia, sed immediate à Christo potestatem pontificum accipit). Quare eum hâc potestate respublica nulla ratione privare poterat, sed solus Deus, uti de facto ipse eum ob inobedientiam regno et vitâ privavit, eique suffecit Davidem. Idem dico de Davide. Hic enim non à republicâ, sed à Deo per Samuelem creatus est rex, ab eoque omnem regendi potestatem accepit. (Corn. à Lap.)

CHAPITRE IX.

1. *Voici comme s'accomplit cette parole de Samuël :* Il y avait un homme de la tribu de Benjamin qui s'appelait Cis ; il était fils d'Abiel, fils de Séror, fils de Béchorath, fils d'Aphia, fils d'un homme de la race de Benjamin. Cis était un homme puissant et fort.

2. Il avait un fils appelé Saül, qui était parfaitement bien fait ; et de tous les enfants d'Israël, il n'y en avait point de mieux fait que lui : il était plus grand qu'aucun du peuple de toute la tête.

3. Or, les ânesses de Cis, père de Saül, s'étant égarées, il dit à Saül son fils : Prenez avec vous un serviteur, et allez chercher ces ânesses.

4. Ayant donc passé par la montagne d'Ephraïm, et par le pays de Salisa, sans les avoir trouvées, ils parcoururent encore le pays de Salim, sans les rencontrer, et le pays de *Benjamin, appelé aussi* Jémini, sans en avoir de nouvelles.

5. Lorsqu'ils furent venus sur la terre *de Ramatha, habitée par les descendants* de Suph, *de la tribu de Lévi*, Saül dit au serviteur qui était avec lui : Allons, retournons-nous-en, de peur que mon père ne commence d'oublier ses ânesses, et ne soit plus en peine que de nous.

6. Le serviteur lui dit : Voici une ville où il y a un homme de Dieu qui est fort célèbre ; tout ce qu'il dit arrive infailliblement ; allons donc le trouver présentement ; peut-être qu'il

9. (Olim in Israel sic loquebatur unusquisque vadens consulere Deum : Venite et eamus ad Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodiè, vocabatur olim Videns.)

10. Et dixit Saül ad puerum suum : Optimus sermo tuus : veni, eamus. Et ierunt in civitatem in quâ erat vir Dei.

11. Cùmque ascenderent clivum civitatis, invenerunt puellas egredientes, ad hauriendam aquam, et dixerunt eis : Num hìc est Videns?

12. Quæ respondentes dixerunt illis : Hìc est : ecce ante te, festina nunc : hodiè enim venit in civitatem, quia sacrificium est hodiè populi in excelso.

13. Ingredientes urbem, statim invenietis eum antequàm ascendat excelsum ad vescendum : neque enim comesurus est populus donec ille veniat, quia ipse benedicit hostiæ, et deinceps comedunt qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite, quia hodiè reperietis eum.

14. Et ascenderunt in civitatem. Cùmque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel, egrediens obviàm eis, ut ascenderet in excelsum.

15. Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis ante unam diem quàm veniret Saül, dicens :

16. Hàc ipsâ horâ quæ nunc est, cras mittam virum ad te de terrâ Benjamin, et unges eum ducem super populum meum Israel : et salvabit populum meum de manu Philisthinorum, quia respexi populum meum : venit enim clamor eorum ad me.

17. Cùmque aspexisset Samuel Saülem, Dominus dixit ei : Ecce vir quem dixeram tibi : iste dominabitur populo meo.

18. Accessit autem Saül ad Samuelem in medio portæ, et ait : Indica, oro, mihi, ubi est domus Videntis.

19. Et respondit Samuel Sauli, dicens :

nous donnera quelque lumière sur le sujet qui nous a fait venir ici.

7. Saül dit à son serviteur : Allons-y ; mais que porterons-nous à l'homme de Dieu? *Il serait fort malhonnête de ne rien lui offrir;* or le pain qui était dans notre sac nous a manqué; et nous n'avons ni argent, ni quoi que ce soit pour donner à l'homme de Dieu.

8. Le serviteur répondit à Saül : Voici le quart d'un sicle d'argent que j'ai trouvé sur moi par hasard ; donnez-le à l'homme de Dieu, afin qu'il nous découvre ce que nous devons faire, *puisque c'est un Voyant.*

9. (Autrefois dans Israël tous ceux qui allaient consulter Dieu, s'entredisaient : Venez, allons au Voyant; car celui qui s'appelle aujourd'hui Prophète, s'appelait alors le Voyant, *parce qu'il voyait les choses de Dieu.*)

10. Saül répondit à son serviteur : Vous dites très-bien ; venez, allons-y. Et ils allèrent dans la ville *de Ramatha*, où était *ordinairement* l'homme de Dieu.

11. Lorsqu'ils montaient par le coteau qui mène à la ville, ils trouvèrent des filles qui en sortaient pour aller puiser de l'eau, et ils leur dirent : Le Voyant est-il ici ?

12. Elles leur répondirent : Il y est ; le voilà devant vous ; allez vite le trouver, car il est venu aujourd'hui dans la ville, parce que le peuple doit offrir un sacrifice sur le lieu haut *consacré au Seigneur.*

13. Vous ne serez pas plus tôt entrés dans la ville, que vous le trouverez, avant qu'il monte au lieu haut pour manger ; et le peuple ne mangera point jusqu'à ce qu'il soit venu, parce que c'est lui qui bénit l'hostie ; et après cela, ceux qui ont été appelés commencent à manger. Montez donc présentement ; car aujourd'hui vous le trouverez.

14. Ils montèrent donc à la ville, et lorsqu'ils y furent entrés, ils virent Samuël qui venait au-devant d'eux, prêt à monter au lieu haut.

15. Or, le Seigneur avait révélé à Samuël la venue de Saül, le jour de devant qu'il fût arrivé, en lui disant :

16. Demain, à la même heure, je vous enverrai un homme de la tribu de Benjamin, que vous sacrerez pour être le chef de mon peuple d'Israël ; et il sauvera mon peuple de la main des Philistins, *qui commencent à l'opprimer de nouveau*, parce que j'ai regardé mon peuple *d'un œil favorable*, et que leurs cris sont venus jusqu'à moi.

17. Samuël ayant donc envisagé Saül, le

Ego sum Videns : ascende ante me in excelsum, ut comedatis mecum hodiè, et dimittam te manè : et omnia quæ sunt in corde tuo indicabo tibi.

20. Et de asinis quas nudiustertiùs perdidisti ne sollicitus sis, quia inventæ sunt. Et cujus erunt optima quæque Israel? nonne tibi et omni domui patris tui?

21. Respondens autem Saül ait : Numquid non filius Jemini ego sum, de minimâ tribu Israel, et cognatio mea novissima inter omnes familias de tribu Benjamin? quare ergo locutus es mihi sermonem istum?

22. Assumens itaque Samuel Saülem et puerum ejus, introduxit eos in triclinium, et dedit eis locum in capite eorum qui fuerant invitati; erant enim quasi triginta viri.

23. Dixitque Samuel coquo : Da partem quam dedi tibi, et præcepi ut reponeres seorsùm apud te.

24. Levavit autem coquus armum, et posuit ante Saül. Dixitque Samuel : Ecce quod remansit, pone ante te, et comede, quia de industriâ servatum est tibi, quando populum vocavi. Et comedit Saül cum Samuele in diè illâ.

25. Et descenderunt de excelso in oppidum, et locutus est cum Saüle in solario; stravitque Saül in solario, et dormivit,

26. Cùmque manè surrexissent, et jam elucesceret, vocavit Samuel Saülem in solario, dicens : Surge, et dimittam te. Et surrexit Saül : egressique sunt ambo, ipse videlicet et Samuel.

27. Cùmque descenderent in extremâ parte civitatis, Samuel dixit ad Saül; Dic puero ut antecedat nos, et transeat : tu autem subsiste paulisper, ut indicem tibi verbum Domini.

Seigneur lui dit : Voici l'homme dont je vous avais parlé, c'est celui-là qui régnera sur mon peuple, *et qui le délivrera des mains des Philistins.*

18. Saül *étant entré* dans la ville, s'approcha de Samuël, et lui dit : Je vous prie de me dire où est la maison du Voyant.

19. Samuël répondit à Saül : C'est moi qui suis le Voyant; montez avant moi au lieu haut pour manger aujourd'hui avec moi, et demain matin je vous renverrai; je vous dirai tout ce que vous avez dans le cœur.

20. Et pour les ânesses que vous avez perdues il y a trois jours, n'en soyez pas en peine, parce qu'elles sont retrouvées. Et à qui sera tout ce qu'il y a de meilleur dans Israël, sinon à vous et à toute la maison de votre père, *que Dieu a choisie pour la combler d'honneur?*

21. Saül lui répondit : Ne suis-je pas de la tribu de Benjamin, qui est la plus petite d'Israël? Et ma famille n'est-elle pas la moindre de toutes celles de cette tribu? Pourquoi donc me parlez-vous de cette sorte?

22. Samuël, ayant pris Saül et son serviteur, les mena dans la salle; et, les ayant fait asseoir au-dessus de tous les conviés, qui étaient environ trente personnes,

23. Il dit au cuisinier : Servez ce morceau de viande que je vous ai donné, et que je vous ai commandé de mettre à part.

24. Le cuisinier prit donc une épaule, et la servit devant Saül. Samuël lui dit : Voilà ce qui est demeuré; mettez-le devant vous, et mangez, parce qu'on vous l'a gardé exprès, lorsque j'ai invité le peuple. Et Saül mangea ce jour-là avec Samuël.

25. Après cela, ils descendirent du lieu haut, dans la ville : Samuël parla à Saül sur la terrasse du logis, et Saül s'y dressa un lit où il dormit.

26. S'étant levé au matin, lorsqu'il faisait déjà jour, Samuël appela Saül, qui était sur la terrasse, et lui dit : Venez, que je vous renvoie. Saül étant allé à lui, ils sortirent tous deux, lui et Samuël.

27. Et lorsqu'ils descendaient au bas de la ville, Samuël lui dit : Dites à votre serviteur qu'il passe, et qu'il aille devant nous; pour vous, demeurez un peu, afin que je vous fasse connaître ce que le Seigneur m'a dit *de vous, et ce qu'il m'a ordonné à votre sujet.*

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et erat vir de Benjamin nomine Cis (1). Quia primus rex in Israelitide gente fuit Saül, de quo magna pars hujus libri texitur historia, ideò de illius genere prædictum oportuit. De quo nihil habemus aliud quàm fuisse de tribu Benjamin, natumque parente Cis, qui fortis fuisse dicitur robore; ut ex hoc intelligamus, fortem quoque robore fuisse Saülem, et quoad hanc partem oblato sibi muneri non ineptum. Sanè verum est, quod Lyricus dixit, si robur tantùm corporis intueare (nam de ingenio ac moribus alia ratio est, ut capite præcedenti diximus) à fortibus strenuisque parentibus robustam generari sobolem, et masculam virtutem.

Fortes creantur fortibus et bonis.
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus; nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Vers. 2. — Et erat ei filius vocabulo Saul (1), electus, et bonus (2). In principe qui ont pu être cause d'une chute aussi funeste et aussi peu attendue qu'a été la sienne. (Sacy.)

(1) *Cis* hebraicè significat *durum;* quod licet initio S. Gregor. in malam partem de duritiâ cordis Saülis interpretetur, postea tamen in bonam partem accipit. Pater, inquit, regis, « Cis, id est, *durus,* dicitur, quia profectò ii « quorum sancti prædicatores imitatores sunt, « vitâ et zelo remissi sunt : duri namque sunt, « quia peccatoribus mollia non loquuntur; « duri etiam sunt, quia ut alios benè corri- « gant, dura quæ illis præcipiunt, in suâ con- « versatione demonstrant. » (Corn. à Lap.)

Cis filius Abiel. Legimus in Paralipomenis, Cis patrem habuisse Ner : quo igitur pacto ista cohæreant? Reponitur, ipsi Ner duplex nomen fuisse, ut idem et *Ner* et *Abiel* appellaretur, vel fortè Ner et Abiel duo sunt fratres, quorum uterque apud ipsum Cis nomen patris promeritus fuit, quòd alter illum genuerit, alter educaverit. (Calmet.)

Viri Jemini, id est, de tribu Benjamin, ait Vatabl. Ex *Benjamin* enim per aphæresin decurtatum est *Jamin* et *Jemini*. Simili enim modo ex *Benammi* deductum et decurtatum est nomen Ammon. Genes. 19, 38. Ita Chald., Cajetan., Mariana, Salianus. Aut potiùs quia paulò ante dixit : *Erat vir de Benjamin.* Hic Jemini fuit celebris ex tribu Benjamin, cujus posteri dicti sunt viri Jemini; unde ad hunc Jemini, quasi virum famosum deducitur hic genealogia Saülis, in eoque sistit quasi per illum sat nota et clara. Ita Abulens., Mendoza et alii. (Corn. à Lap.)

Fortis robore. Hebræus, *vir fortis,* vel robustus, seu *vir locuples,* potens. (Calmet.)

Il y avait un homme de la tribu de Benjamin, qui s'appelait Cis. Saül est selon les saints un exemple redoutable. Car il est l'image de ceux qui se perdent dans le ministère de l'Eglise, quoiqu'ils parussent y avoir été appelés de Dieu, et y avoir apporté quelques bonnes qualités, surtout celles qui sont les plus éclatantes. C'est ce que l'Ecriture nous marque dans le tableau qu'elle fait ici de Saül. C'était un homme, dit-elle, *qui était fort et courageux, d'une mine avantageuse, et qui était plus grand que le reste du peuple de toute la tête.* Cette beauté et cette force du corps nous marque très-bien les dons extérieurs de quelques ministres de l'Église, qui d'abord ont été très-estimés, mais dont la réputation s'est détruite peu à peu, aussi bien que celle de Saül, par le déréglement de leurs actions.

On voit même dans cette figure une des choses les plus essentielles pour un vrai pasteur, qui est qu'il ne se soit point appelé lui-même à des fonctions si divines. C'est ce qui paraît d'abord dans Saül. Il obéit à son père. Il va simplement où il lui commande; et en cherchant des ânesses, il trouve un royaume. Jusque-là, il paraît le plus innocent et le plus heureux homme du monde.

Mais comme on voit en lui d'excellentes marques, on en verra d'autres dans la suite

(1) *Saül* idem est quod *postulatus.* Nomen ergo hoc ei inditum videtur omine divino, et quasi præsagio; quòd ipse populo postulante regem à Deo evocandus foret ad regnum.

A Saüle quasi primo Israelis rege ex tribu Benjamin creato, nomen accepit *Saul* sive *Saulus* (*eò quòd ad vexandam Ecclesiam à diabolo esset postulatus,* ait S. Hieron. in Epist. ad Philem.) qui erat ex eâdem tribu, sed ex Saulo adeò factus est Paulus, id est, ex Judæo, Christianus; ex persecutore, prædicator; ex pharisæo, apostolus; ex Judæorum fiscali, doctor gentium.

Minùs genuinè ergo Ambrosiaster in cap. 1 ad Roman. *Saul*, vel *Saulus*, derivat à Græco σάλος, id est, maris commotio, et inquietudo, ut *Saulus* sit idem quòd inquietus et turbator, qualis initio fuit Paulus.

Minùs quoque aptè alii *Saül* derivant à *scual*, id est, vulpes: *Saul* enim per ש scribitur, *Scual* per ס. Allusio pariter est non etymon, quod recenset Georgius Venetus sect. 8, probl. 435, *Saül* dici quasi שאול *Seoel*, id est, infernus, nam sicut infernus nullis malis satiatur, sic Saulus erat baratrum virorum.

Alleg. Saül fuit typus Christi Regis regum. Nam, ut ait Beda, nomen *Saül* quod dicitur *expetitio*. Christo aptissimè congruit, qui fuit desiderium gentium, et magno desiderio semper implaratur et adesse rogatur. Unde Christus à Jacob Genes. 49, 26, vocatur *desiderium collium æternorum;* et à sponsâ Cant. 5, 16, *totus desiderabilis*, Hebr., *totus desideria*, S. Hieronym lib. 1 contra Jovin., *totus concupiscentia.*

(2) Chald. vertit, *juvenis pulcher.* Ita Procopius et Serarius.

Tropolog. S. Gregor : « Quid, inquit, in « Saül electo et bono significatur, nisi sancto- « rum Patrum electi imitatores, qui per doc- « trinam aliis utiles sunt, et per conversatio- « nem sibi? qui sic alios possunt regere, ut « sibimetipsis nequaquam de inani præveder- « Electi namque et boni sunt, qui sic lucra « aliorum expetunt, ut sui nulla damna pa- « tiantur. Pleni quippe in se ipsis sunt affluen-

multa considerari solent, quæ dignum illum publico honore et regiâ dignitate faciunt. Quæ omnia fuisse in Saüle, quo tempore ad regni fastigium evocatus fuit, mihi dubium non est. Primùm in principe virtus desideratur, morum integritas et bonitas quæ nemini nocet, et ad benè de omnibus promerendum prona est. Quæ omnia, meo judicio, his verbis à Samuele, id est, à sacro hujus temporis historico descripta sunt; nam hic, ut Gregorius putat et Abulensis, animi bona et ornamenta virtutum intelliguntur, et probat Josephus, qui illum corporis animique dotibus eximium esse tradit. Alterum est, ut ipsa species externa aliquid aliis majestatis ostentet, ne despicabilis forma, his qui externam tantùm speciem intuentur, ut planè vulgò homines plerùmque faciunt, optimæ naturæ et incorruptis moribus auctoritatem detrahat. Quare homines olim eos existimabant imperio dignos, quos exterior forma et augusta persona commendabat. Quâ de re nos aliquid in cap. 1 Danielis ad illud :

« tes aliis, et de abundantiâ sui sic aliis tri-
« buunt, ut suæ plenitudinis aliquid non amit-
« tant. » (Corn. à Lap.)

Et non erat.... melior illo : Hebræus quidem ad litteram verbis Vulgatæ omniò congruit : *Electus et bonus, et non vir de filiis Israel bonus præ illo.* Constat tamen, eamdem vocem, quæ *bonum, pulchrum* etiam designare : ita legimus de filiabus hominum, puellas fuisse *bonas*; contra verò de vaccis, quas secundo loco vidit per somnium Pharao, fuisse *malas*. Paria interdùm usurpat Homerus, pro *pulchro* et *magno* habens *bonum* et *magnum*. (Calmet.)

Vide jam, et miserere lapsum Saülis, qui ex tam bono, tam malus evasit, ut à Deo reprobatus vitâ sit spoliatus et regno. Audi S. Gregor. Nazianz. Oratione 7 : « Quid de Saüle
« existimamus? nam et unctus, et Spiritûs fa-
« ctus est particeps, ac tunc spiritualis erat :
« non enim de eo secùs dixerim. » S. Hier. in cap, 20 Ezech. : « Eliguntur, inquit, præsen-
« tia; nec statim qui eligitur tentari non po-
« test, nec perire; quia et Saül electus in re-
« gem, et Judas in apostolum suo postea vitio
« corruerunt. »

Causam lapsûs assignat S. Cyprianus Ep. 7 :
« Salomon, inquit, et Saül quamdiù in viis
« Domini ambulârunt, datam sibi gratiam te-
« nere potuerunt; recedente ab eis disciplinâ
« Dominicâ, recessit et gratia. » Cyrillus Alex. in Joann. cap. 21, probat quòd *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, exemplo Saülis : « Saül, inquit, cùm parvus esset in
« oculis suis, dux super Israel constitutus est;
« cùm verò in superbiam elatus est, à Deo
« abjectus et reprobatus; cùm David vilis in
« oculis suis saltaret coram arcâ ludens ci-
« tharâ, mirum in modum Deo placuit; cùm
« verò tumore animi inflatus populum jussit
« numerari, vindicem manum Dei sensit. »
(Corn. à Lap.)

Pueros, in quibus nulla esset macula, decoros formâ. Ita sanè docuit Aristoteles lib. 4 Polit. cap. 4, ubi tradit id fuisse apud Æthiopes penè legitimum, « ut secundùm magnitudinem,
« aut secundùm pulchritudinem, magistratus
« honoresque publici distribuerentur. » Idem Lucretius affirmat lib. 5, qui antiquissimis illis seculis proximus fuit :

Præsidium reges ipsi sibi perfugiumque,
Et pecudes, et agros divisêre, atque dedêre
Pro facie cujusque, et viribus, ingeniisque :
Nam facies multùm valuit.

Hoc ergo etiam Deus spectare voluisse videtur in eo quem Hebræorum populo præposuit, ne quid in rege suo gens illa novarum rerum studiosa requireret, quod gentium pleræque in suis commendarent regibus. Hoc autem extremum significatum puto in eo quod sequitur, quod quidem externam tantùm speciem ostendit, sicut quæ proximè antecesserunt, internam.

Ab humero et sursum eminebat super omnem populum. Magna hominibus commendatio est à corporis proceritate, quæ etiam plurimùm ad pulchritudinem facit; unde qui corpore sunt pusilli, pulchri esse negantur. Sic Arist. lib. 4 Ethic. cap. 3 : « Pulchritudo in magno cor-
« pore consistit : parvi verò urbani quidem
« sunt, et membris appositi, sed non pul-
« chri. » Et qui fortes habiti sunt et heroes, iidem excelso et magno corpore esse dicuntur. Sic Maro lib. 8 Æneidos de Anchise :

Mirabarque duces Teucos, mirabar et ipsum
Laomedontiadem : sed cunctis altior ibat
Anchises.

Et idem, lib. 7, de Turno, quem in re bellicâ strenuum prædicat :

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, et toto vertice supra est.

Vers. 3.—Perierant autem asinæ Cis patris Saul. Sicut viri rusticæ atque armentariæ rei studiosi greges alunt boum, equorum et pecorum; sic etiam asinarum ad asinorum sobolem, quorum in Palæstinâ neque exiguus est numerus, neque infrequens usus. Cùm enim tunc equorum rarus esset, ac mulorum usus, quia quadrigæ ac currus perquàm rari ad ætatem usque Salomonis, illorum usum etiam honestum sustinebant asini, qui non solùm ferebant onera, aut trahebant aratrum, sed etiam magnorum principum corpora cum dignitate portabant. Quare sæpè audimus judices Israel et illorum filios sedisse super asinos, qui non minùs ante alebantur delicatè ac molliter, quàm nunc ad principum gloriam atque deli-

cias nutriuntur equi. Sanè Judic. 5 de principibus dicitur, v. 10 : *Qui ascenditis super nitentes asinos, et sedetis in judicio.* Et de Jair judice Israel scribitur, Judic. 10, habuisse triginta filios, totidem civitatum principes : *Ascendentes super triginta pullos asinarum.* Et Abdon, Judic. 12, habuisse traditur *quadraginta filios, et triginta ex eis nepotes ascendentes super triginta pullos asinarum.* Quare cùm ad sarcinas, honestioresque usus familiares essent asini in Palæstinâ, quorum illi subjugales dicuntur, hi nitentes, non mirum, si viri etiam principes qui aliorum animantium copiosos aluerunt greges, asinarum quoque greges numerosos habuerint. Sic sanè Genes. c. 36, v. 24, Anna pavisse dicitur asinas in deserto. Et Job. c. 1, v. 3, inter alios greges ovium, camelorum et boum, quingentas asinas aluisse scribitur. Quod item fecit Jacob, ut constat ex Gen. c. 32. Sic, puto, Cis greges pavit asinarum, ex quibus deerrârunt aliquot, ad quas perquirendas missus est Saül.

Et dixit Cis ad Saul filium suum : Tolle tecum unum de pueris, etc., et quære asinas (1).

(1) In universâ hâc historiâ lineamenta quædam apparent prisci moris et primævæ simplicitatis. Tunc enim viri principes, heroes, non secùs ac privati quique, agriculturæ et gregibus alendis vacabant, quemadmodùm hodiè viri principes et ingenui venationem et bellum amant, et alia id generis ardua ac laboriosa. Abraham, patriarchæ et judices Israelis, quos sanè nec vulgaris ingenii homines nec humiles pastores haberi par est, potissimas tamen vitæ occupationes in alendis gregibus colendisque agris ponebant. Huic vitæ generi studebant Arabes, Idumæi, Moabitæ et alii plures; nec eamdem vitæ professionem â dignitate suâ alienam ducebant dii, heroes, et principum liberi. Pascere asinas, et amissas illas quærere, probrosum et vulgare tunc non erat apud homines, cùm mortales æquè omnes eamdem simplicitatem profiterentur, et omnes pariter eidem vitæ exercitio sese addixissent. Notus est in Scripturâ quidam è posteris Esaü, qui provinciæ et regionis princeps, asinos tamen patris sui curabat. Asinis in Palæstinâ vehi solebant principes, et viri amplissimi. Principes Israelis verbis hisce designat Debbora : *Qui ascenditis super nitentes asinos.*

(Calmet.)

Allegor. Saül est Christus, ait Beda, ob quinque analogias et typos : « Primus quia Saül dicitur electus; sic et Christus Isai. 42 : *Ecce puer meus quem elegi.* Secundus, quia Saül super omnes eminebat; et ita Christus, de quo sponsa, Cant. 2. v. 3 : *Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios.* Tertius, quia Saül missus est à patre ad quærendas asinas; Christus ad quærendas animas. Quartus, quia Saüli secum duxit puerum; Christus chorum Apostolorum. Quintus, quia Saül quærens asinas, invenit regnum; Christus quærens animas, *constitutus est rex ab eo super Sion montem sanctum ejus.* Psalm. 2, 6. » (Corn. à Lap.)

Hic nobis aliquid observandum, quod postea magno erit nobis usui ad expediendos nodos qui valdè auctoribus existimantur implexi. Quàm videlicet grandis natu fuerit Saül, quo tempore ad regnum vocatus; nam fuisse adolescentem probat, et quòd negotium illi datum sit à patre, quod frequenter nonnisi adolescentibus committi solet, ut scilicet per loca varia atque aspersa discurreret, qualia sunt illa maximè Palæstinæ loca, in quibus errant et pascuntur armenta, quod non facilè admittit, aut patitur grandis ætas, et eo nomine ab ejusmodi laboribus immunis. Deinde, quia viri ætate jam grandi, quique rem possunt curare suam, non solent patriæ subesse potestati. At contra stat, quia si adolescens tunc esset Saül, neque aptus videretur regno, quod non tam lacertos desiderat et vires, quàm prudens maturumque judicium, quod secum importat ætas et variarum rerum experientia multiplex. Deinde, quia quo tempore regnum iniit, id est, hoc ipso tempore, quo investigandis asinis operam dabat, filium habuit Jonathan, eâ ætate ut chiliarcus à patre constitutus sit, id est, præpositus mille viris; hoc verò munus adultam desiderat ætatem, robustum corpus et prudentiam talem qualem in juvenili ætate non videmus. Hæc dubiam reddunt difficilemque quæstionem. Ego paucis expediam, quid mihi magis videatur ad veritatem.

Dico igitur, videri mihi plusquàm probabile, quo tempore Saül vocatus est ad regnum, annos esse natum supra quinquaginta, imò et parùm ab anno abesse sexagesimo. Id probabitur latiùs, ubi cap. 13 explicabimus, quot annis Saül regnaverit super Israel, ubi statuemus duos tantùm annos tenuisse sceptrum, ut apertè docet littera. Id verò probari potest, quia statim atque regnum iniit, ejus ætatis erat Jonathas, ut arma tractare et exercitum moderari posset, ut constat ex lib. 1 Reg. c. 13, et cùm mortuus est Saül, secundo videlicet anno postquàm regnare cœpit, filium habuit annorum quadraginta; quare genitus est anno Saülis ut minimùm decimo sexto, aut decimo octavo; nam ante annum decimum sextum, aut decimum octavum, ut communiter fert hominum natura, nondùm est ætas gignendis liberis matura.

Neque illa ratio urget, quæ durum putat et inusitatum, hominem tam grandem in domo

adhuc contineri paternâ et patris subesse imperio, mittique ad opus quod imponi solet illi qui ætatis est vegetæ, et duris illis ministeriis idoneæ. — Respondeo primùm, laborem illum non esse gravem, cùm iter illud non necesse fuerit pedibus conficere; id quod littera ipsa non obscurè indicat, cùm illi à patre datus sit comes viæ. Deinde inusitatum non esse, ut filii in ætate etiam gravi sint in domo parentum, quamdiù illi sunt in vivis, et illorum mandatis, sicut antea juvenes, obsequantur. Exempla sunt illustria in Scripturâ sacrâ, quæ priusquàm adducam, observo usitatum esse, et fortassè legitimum apud Hebræos, ut filii, qui jam familiam habent et uxorem, in paternâ tamen domo commorentur. Exemplo nobis esse potest Abessan, Judic. 12, v. 8, qui ex more gentium videtur conjugatos filios retinuisse apud se domi, et filias in domum parentum generorum suorum transmisisse. *Judicavit Israel Abessan de Bethlehem, qui habuit triginta filios, et totidem filias, quas emittens foris maritis dedit; et ejusdem numeri filiis suis accepit uxores introducens in domum suam.* Quare non videtur Saül, tametsi conjugem haberet et filios, excessisse ex parentis domo, neque illi parere desiisse, licet hoc consuetudini patriæ obsecutus fecerit, sive pietate adductus et parentis amore. Quòd verò filii ætate jam grandi, ex paterno non excedant limine, et patrum submittantur imperio, probat Jacob, qui multò erat Saüle grandior, neque tamen sese à parentis emancipârat potestate; cùm enim egressus domo, ut fratris declinaret insidias, Mesopotamiam profectus est, septuagesimum septimum agebat annum. Quod ex eo liquet, quia quo tempore ingressus est Ægyptum, annum agebat centesimum trigesimum, ut habes Genes. 47, quo tempore Joseph annos natus erat triginta novem: nam cùm locum obtinuit regio proximum in Ægypto, annos jam impleverat triginta; cùm verò pater in Ægyptum ingressus, ad regis conspectum admissus est, jam septem anni ubertatis, et duo alii sterilitatis exacti fuerant. Quare Jacob centum et triginta anni in annos Joseph triginta novem inciderunt, quos si ex centum et triginta detrahas, reliqui erunt unus et nonaginta Jacob. Ex his rursùs detrahe annos quatuordecim (nam anno decimo quarto, ex quo Mesopotamiam attigit Jacob, natus est Joseph), ex totâ illâ summâ supererunt anni septuaginta septem, quot tunc habuit Jacob, cùm ex paternâ domo egressus est, in quâ patriæ suberat potestati. Quid igitur mirum, si Saül in paternâ domo, eodem quo Jacob animo, apud patrem commoratus illius se submiserit imperio, cùm vir dicatur bonus, et animo fuerit usque adeò modesto atque humili, ut oblatum regnum, quàm maximo potuerit studio, recusaverit?

Alterum exemplum fuit filiorum Jacob, quorum aliqui non longè aberant ab eâ ætate, quam implevisse dicebamus Saülem; nempe illi, qui primùm orti sunt è Liâ, ut Ruben, Levi, Simeon et Juda. Hi tamen omnes cùm jam uxores duxissent, ex illisque numerosam filiorum sylvam suscepissent, paternos tamen pascebant greges; et cùm jam illorum aliqui annum implevissent quinquagesimum, aut ab illo non longè recessissent, missi sunt in Ægyptum, ut inde frumenta comportarent. Hæc omnia graviora sunt, quàm quæ Saül à patre negotia commendata sunt: quare nihil hìc magnum aut inusitatum apparet in Saüle (1).

Vers. 6. — Ecce vir Dei in civitate hac,

(1) Vers. 4. — Per terram Salisa. Creditur *Salisa*, vel *Salissa*, vel *Baal Salisa*, ipsa esse *Segor*, urbs celebris secessu Lothi, Sodomâ fugientis. Ex Judæorum traditione aiunt, eam urbem appellari *Salissam*, vel *vitulam trimulam*, in Prophetis Isaiâ et Jeremiâ. Chaldæus vertit: *In terrâ australi*, seu meridionali. Equidem Salisa vel Segor jacebat ad extremam oram meridionalem maris Mortui, orientem versùs; sed Eusebio et S. Hieronymo *Baal-Salisa* est urbs in regione Diospoliticâ 15,000 passibus à Diospoli ad septentrionem Jerosolymæ et in regione Thamna: id autem nos certissimum esse judicamus. Saül Gabaâ digressus montibusque Ephraim, perrexit Baal-Salisa ad septentrionem, tum pervenit Salim ad orientem, ut se reduceret in regionem Benjamin ad meridiem; dein contendit in regionem Suph, ubi jacebat Ramatha, quo in loco Samuel versabatur.

Terram Salim. Censuerunt quidam, ipsam esse eamdemque ac *Salim* propè Ænnon, de quâ in Joanne 3, 23. Ita verò nomen *Salim* hìc scribitur שעלים, ut non temerè suspicemur indicare *Sual*, quæ recurrit infra 13, 17, jacebatque ad Jordanem non longè à Galgalis.

Terram Jemini, vel regionem Benjamin. Innui hìc facilè potest Jerusalem; ut primùm è Gabaâ ad occidentem, Salisam urbem Daniticam versùs profectus fuerit, tum verò petierit *Salim* vel Jerusalem, tandem percurrerit tribum Benjamin, quæ urbi huic orientalis erat. Flexo denique ad Gabaam itinere, transeuntes per terram Suph, ubi jacebat Ramatha patria Samuelis, ad consulendum prophetam venire statuerunt. Id si ponatur, tribus diebus itineris viginti quinque leucas confecisse illos censendum erit. (Calmet).

Vers. 5. — In terram Suph. In agrum Ramathæ, patriæ Samuelis, quam posteri Suph frequentabant.

Ne forte dimiserit asinas, et sollicitus sit pro nobis; ne majori pro nobis, quam pro asinabus, sollicitudine teneatur. (Calmet.)

VIR NOBILIS, OMNE QUOD LOQUITUR, SINE AMBIGUITATE VENIT. Postquàm tot locis tam latè sollicitèque lustratis, nullum inveniunt asinarum vestigium, ad patriam redeunt; sed accidit percommodè, ut per locum transirent, ubi tunc agebat Samuel, sicut majorem anni partem solitus. Tunc autem ab ipsâ prophetæ habitatione admonitus servus, quem viæ comitem habebat Saül, censuit eâ de re consulendum esse Samuelem, cujus in rebus dubiis, aut etiam occultis explorandis, comperta jampridem fuerat admirabilis scientia, et cœlitùs inspirata cognitio. Dicitur autem *nobilis*, non credo quoad natales spectat, sed quia multis nominibus notus et suspiciendus in Israel; quia videlicet vir sanctus, quia propheta, quia judex, quia domitis Palæstinis, et re Israeliticâ probè constitutâ, pace tunc et otio fruebatur respublica.

VERS. 7. — QUID FEREMUS AD VIRUM DEI (1)?

(1) Reddi etiam potest Hebræus : *Nullum est nobis munus viro Dei offerendum: et quid est apud nos?* Seu potiùs, juxta Septuaginta : *Plus non est nobiscum ad offerendum homini Dei, quàm hoc parùm, quod superest nobis.* Vel denique : Nihil remanet, quod offeramus homini Dei; quid enim reliqui est apud nos? Syriacus : *Nec adest viaticum*, etc. (Calmet.)

Saül dit à son serviteur : Que porterons-nous à l'homme de Dieu? Saül témoigne être en peine de ce qu'il donnerait à Samuël. Il ne savait pas qu'il ne recevait jamais rien. Et il semble marquer que c'était alors la coutume d'offrir quelque chose aux prophètes. Saint Jérôme néanmoins paraît douter que Samuël ait reçu ce que Saül avait préparé pour lui donner. Mais quand même il l'aurait fait, c'aurait été avec une disposition bien différente des autres. Ainsi on n'aurait pu dire de lui ce qui est dit de ses enfants, *qu'il aimait* les présents, puisqu'il aurait regardé ces dons comme étant offerts à Dieu et non pas à lui, et comme une déférence qui était rendue à son ministère.

C'est un grand exemple pour les pasteurs de la loi nouvelle, qui ne doivent point aimer ni les revenus ni les honneurs qui sont attachés à leur charge, mais qui doivent se conduire avec une si grande intégrité qu'encore qu'ils reçoivent quelquefois ces honneurs et ces présents, ils ne laissent pas de se conserver parmi les peuples, comme nous voyons ensuite qu'a fait Samuël, la réputation d'être des personnes irréprochables, sans ambition et sans intérêt. (Sacy.)

« Les prêtres et prophètes juifs, dit Voltaire, « n'étaient que des gueux, semblables à nos « devins de villages, qui disaient la bonne « aventure pour quelque argent, et qui fai- « saient retrouver les choses perdues..... Ce « demi-sicle, ce schelling donné par un petit « garçon, gardeur de chèvres au prophète « Samuël, couvre de mépris la nation juive. « Saül et son valet demandent dans un petit « village la demeure du devin, comme on de- « mande le savetier du village; ce nom de « devin ou de voyant, donné à ceux qu'on a « depuis nommés *prophètes;* ces huit ou neuf « sous présentés à celui qu'on prétend avoir été « juge ou prince du peuple, sont, selon les « critiques, des témoignages palpables de la « grossière stupidité de l'auteur inconnu. »

Si l'auteur de Virgile travesti, le burlesque Scarron, avait vécu du temps du poète critique dont nous venons de rapporter les expressions, il l'aurait incontestablement regardé comme son maître dans l'art de donner aux faits les plus simples et les plus graves une tournure ridicule et risible. Laissons, pour un moment de côté la qualité d'auteurs inspirés que nous reconnaissons dans les historiens du peuple hébreu. Jugeons d'eux comme des autres écrivains de ces temps antiques. Sous la plume de Voltaire, quelle idée se formerait-on d'Homère, le prince des poètes, et de ses héros? Achille, qui débite un quartier de porc, ne serait qu'un *boucher*, et Patrocle un *cuistre*, puisqu'il met la chaudière sur le feu; Antiloque serait un *fiacre*, car l'attelage de son char était très-lent; Ulysse, qui savait manier la gaffe et l'aviron, un *batelier*, et Laërte un *manant* qui couchait à terre à côté d'un porcher. Andromaque et Pénélope, qui travaillaient avec leurs femmes au haut de leurs maisons, auraient été des *couturières* de galetas; Circé une *fileuse* de village qui se désennuyait en chantant seule dans son réduit, et Nausicaa, fille du roi des Phéaciens, une *lavandière* qui, montée sur la charrette, rapportait sa lessive de la fontaine. Il est aisé de dénigrer tout en adaptant nos idées modernes aux personnages antiques. Nous ne ferons ici qu'une seule remarque, savoir : que c'était une maxime chez les Orientaux de ne point se présenter devant les souverains sans leur faire quelque offrande, et cet usage s'y conserve encore en certains lieux (Duclot.)

Quidam hoc esse putant divinationis pretium, quasi aliter non putaret Saül fore, ut à Samuele aliquid divinatorium audiret. Ita ex sententiâ Hebræorum dicit Hieronymus in Tradit. hebr., et Josephus lib. 6 Antiq. cap. 5; Theodoretus q. 18. Sed mihi difficile est, tanti viri ingenium, tam exploratum omnibus, ignotum esse Saüli, qui non procul aberat à Ramathâ, ubi et commune forum habuit Samuel, domicilium stabile. Quare, ut ego potiùs arbitror, ingenui est hoc et observantis animi, non ejus, qui emendum pretio putaret esse vaticinium. Licet enim pseudo-prophetæ, et qui spiritu instigabantur pythonico, venales haberent suas nugas, quas oracula nominabant divina, quorum tunc erat non exiguus numerus, tamen de Samuele longè cogitabant aliter, cujus animum integrum agnoverant et purum, et manus abstinentes à munere. Quare non agunt de vaticinii pretio, sed de stipe aut eleemosynâ quæ pauperum levat necessitatem,

aut de munere quo significatur in superiores observantia. Quo modo nemini ad Persarum reges vacuis à dono manibus accedere licebat. Unde observare licet, quanta Samuelis fuerit modestia, quanta parcimonia, quando quodcumque donum, quantùmcumque leve, non existimatur, tanquàm vile foret et exile, ab illo repudiandum. Non dubitaret Saül, si modò panis aliquid superesset in sitarciis, illud adducere ad Samuelem; neque inurbanum putabat servus Saülis offerre quartam partem stateris, id est, denarium unum, qui ex viæ sumptibus supererat; quod item probavit Saül. Quod quidem ejus est, qui mavult pauperis subvenire necessitati, quàm ornare locupletem et judicem. Longè aberat Samuel, qui tenuiculo victu atque paratu contentus erat, quique non dedignaretur tractari se ut pauperem, et eo haberi loco, ut neminem suppuderet cum vulgari ac rusticano munere ipsum adire; longè, inquam, aberat Samuel, ut immania subditis imponeret tributa, ut agros addecimaret et vineas; ut subditorum opes faceret suas, cùm exiguam illam sive stipem, sive donum lubens admitteret. Non autem sic qui judicibus reges successêre, qui cùm domos molirentur eburneas, insanas substructiones, et regios conciperent, id est, arrogantes spiritus, non facilè admitterent panes è sitarciis, aut sportulam, aut quartam partem stateris argentei.

Hic nobis tria vocabula explicanda sunt. *Sitarciæ*, græcum est vocabulum, σιταρκίαι. Quæ vox commeatum significat, qui dari militibus solet, aut viaticum, seu demensum, quod pro diebus, aut mensibus singulis militibus aut operariis datur. Hoc tamen loco pro manticis aut sacculis viatoriis usurpatur, in quibus aut operarii aut milites suas portare solent alimonias; sumitur autem res contenta pro continenti; sicut contra res continens pro contentâ; quo modo *poculum* sumitur pro *vino; discus* et *ferculum* pro *cibo*, quod est in omni linguâ frequentissimum. Hebraicè est כליו *kelenu*, quod idem est atque, *in vasis nostris*, nempe in sacculo aut perâ.

Sportula propriè est quod sonat, nempe fiscella aut cista; quia tamen in sportulâ demensâ mittebantur, seu diarii cibi, fit ut *sportula*, seu sportellâ, sumatur pro victu diurno. Talia, opinor, munera mittebantur amicis, aut clientibus, aut his quibus de victu, sive clementer et officiosè, sive ex lege aut convento providemus, quales sunt servi, aut qui nostra curant, aut qui eam ob rem fores frequentant nostras, et matutino tempore salutant. Hic, puto, donum significat, quod officii, benevolentiæ aut observantiæ gratiâ mittimus, quale esse solet hospitale munus, quod *xenium* vocatur, aut quid simile. Hebraicè *tesurah*, quod hoc loco Vulgatus *sportulam*, plerique alii *munus* aut *donum* convertunt.

Ubi Vulgatus, *quarta pars stateris*, hebraicè, *quarta pars sicli*. Est autem *siclus* æreus, argenteus et aureus; hic autem *argenteus* est, et staterem græcum valet, ut indicat Vulgati translatio. Est autem *stater* tetradrachmus; quare Saülis famulo reliqua erat è viatico una drachma argentea, quæ denarium valet.

Vers. 9. — Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns (1). Hic dicendi modus multis diebus ante hæc tempora historiam scriptam esse docet; nam jam exolevisse videbatur vox illa, *Videns*, quâ usus est Saül, et ejus loco suffecta vox, *Propheta*, quam esse tunc in usu docet sacer historicus. Ex quo dubitare quis posset, aut existimare potiùs,

(1) *Autrefois dans Israël ceux qui allaient consulter Dieu s'entredisaient: Allons au Voyant.* « Autrefois, dit saint Grégoire, on a dit la « même chose dans l'Eglise. Il y avait alors « des personnes éclairées que l'on pouvait « appeler les Prophètes *et les Voyants* de la « loi nouvelle. Mais maintenant que ces hom- « mes parfaits sont si rares, déplorons nous- « mêmes notre malheur, et soupirons devant « Dieu, de ce que la fleur de la sainteté de ces « premiers siècles paraît si étrangement flétrie « et décolorée dans ces derniers temps; » *Quia modò tanta perfectorum virorum raritas est, florem elapsi temporis cum pulchritudine sanctitatis emarcuisse suspiremus.* Et néanmoins, ajoute ce saint Pape, nous devons toujours dire avec le peuple de Dieu: *Allons aux personnes éclairées: Eamus ad Videntem.* Fuyons les aveugles, comme le Fils de Dieu nous ordonne de le faire, puisqu'ils ne pourraient que joindre leurs ténèbres aux nôtres, et nous égarer en s'égarant; allons à ceux qui voient les secrets de Dieu, parce qu'ils ont le cœur pur, et qu'ils nous peuvent conduire à lui par la même lumière qu'ils reçoivent d'en haut qui leur découvre le chemin du ciel parmi les ténèbres de cette vie. (Sacy.)

Cæterùm nomen *Videns* pro divino et Prophetâ, et videre pro vaticinari usurpatum, etiam apud profanos obtinuit. Balaam hanc dignitatem sibi vindicat: *Qui visionem Omnipotentis intuitus est.* Jerem. 14, de pseudoprophetis: *Vident visiones mendacii;* additque, vaticinari illos ex arbitrio. Ægyptii *Videntes deorum* appellabant eos quibus divina oracula reserari censebant. Arioli cum prophetico œstro furebant, futurorum arcana reserari sibi ante oculos jactitabant. Virgilius de Sibyllâ, Æneidos 6:

. . . . . *Bella, horrida bella,*
Et Tiberim multo spumantem sanguine cerno.
(Calmet.)

hæc non fuisse à Samuele conscripta, quando eadem fuerunt Saülis et Samuelis tempora, quæ fuerunt extrema vitæ Samuelis. Et ita mihi videtur verisimile. Scripserunt, ut diximus in Prolegomenis, § 1, et constat ex lib. 1 Paralip. cap. 29, in fine, gesta Davidis priora et novissima, Samuel Videns, Natham Propheta, et Gad Videns. Quare fieri potest, ut hæc in quibus nostra in præsentiâ versatur commentatio, à Natham prophetâ scripta fuerint, qui noverat Samuelem, qui ætate præcesserat, vocatum esse *Videntem,* cùm tamen ipse, qui propheticum etiam habuisset spiritum, non *Videns* diceretur, sed *Propheta.* Sed puto verum esse, quod communiter censent auctores, ad caput usque 25, historiam Saülis et Davidis à Samuele conscriptam. Neque huic cogitationi admodùm incommodat *Videntis* compellatio; nam cùm Samuel à primis annis spiritu afflatus esset prophetico, cùm puer adhuc esset, *Videns* compellatus est: quia in primâ Samuelis ætate eo nomine appellabantur prophetæ : postea verò exactis, ut opinor, annis quinquaginta, aut eò circiter, quando hæc texebatur historia, mutatum erat *Videntis* in *Prophetæ* nomen. Quòd autem nomen antiquum maneat in eo, qui illud de se primis annis audivit, etiamsi nomen jam obsoleverit, novum non est, et omnes, ut arbitror, nationes exemplis abundant. Apud Hispanos exempla sunt optima. Novi ego, cùm adhuc essem adolescentulus, sacerdotes jam ætate graves vulgò hominum appellari *Abbates,* cùm tamen sacerdotes alii juniores aliis compellarentur nominibus, quia posteriori illâ ætate *Abbatis* nomen ab illo sacro ordine prorsùs exciderat. Id autem ex eo provenerat, quia illi primùm, cùm nomen illud adhuc esset in usu, *Abbates* dicti sunt, qui verè et optimè dicere possent de se, qui nunc dicuntur sacerdotes aut presbyteri, olim dicebantur *Abbates*, cùm tamen ipsi eodem tempore non aliud de se nomen audirent. Beda citatus hic à Lyrâ, putat hæc verba non fuisse Samuelis, sed postea addita ab Esdrâ, qui Scripturam exilii tempore restituit. Sed ego apud Bedam non invenio, neque necesse puto ad hanc exolvendi nodi rationem confugere (1).

(1) Vers. 11. — *Ils trouvèrent des filles qui sortaient pour aller puiser de l'eau.* C'est le bonheur des Chrétiens et la consolation de l'Eglise, que l'on puisse, comme Saül, rencontrer des âmes saintes figurées par *ces jeunes filles*, qui aient soin *de puiser de l'eau* pour toute la ville, c'est-à-dire, d'attirer sur toute l'Eglise les grâces du ciel. « Ces filles puisent de l'eau, dit « saint Grégoire, parce qu'elles tirent du fond « de leur ame dans la douleur que leur amour « leur inspire, les soupirs et les larmes dont « elles se pleurent elles-mêmes dans l'exil et « dans les périls de cette vie. Saül s'adresse « à ces filles pour apprendre d'elles où était « le Prophète, parce que les âmes pures sont « d'autant plus propres à découvrir les hommes « de Dieu, qu'elles leur sont plus unies par la « ressemblance de leur vertu, et par le lien « d'un même esprit. » (Sacy.)

(1) Vers. 12. — Hic est, ecce ante te (1). Verba sunt puellarum quæ descenderant de urbe quæ erat in excelso loco sita, ut haurirent aquam, sive de fonte, sive de cisternâ; neque enim constat eo in loco aquam esse jugem. Illud, *ante te,* non significat ante Saülis oculos esse Samuelem, neque enim illum viderat, neque vidit postea, nisi cùm ingressus est civitatem. Illud igitur, *ante te,* locum designat in quo tunc erat Samuel; sumitur enim locus pro eo qui continetur in loco; erat autem Samuel ante Saülem, quia è conspectu

(1) *Hâtez-vous de l'aller trouver.* « Hâtez-vous, disent ces filles, parce que le Prophète « vient en la ville peu souvent. Il y est venu « aujourd'hui, et il s'en doit retourner bien-« tôt : *Tardè venit, citò recedit.* Et ceci, dit « saint Grégoire, est une grande instruction « pour un ministre de Jésus-Christ. Car il doit « paraître rarement en public, et demeurer « d'ordinaire dans le secret de sa retraite, « afin que les hommes le révèrent d'autant « plus qu'ils le voient moins : *Rarò sit in publico; frequenter in secreto; ut quò tardiùs aspicitur, devotiùs veneretur.* C'est alors, « ajoute ce saint, qu'on le considère comme « un homme descendu du ciel, parce que plus « il s'est entretenu avec Dieu dans la prière « et dans la méditation de ses vérités, plus « on croit qu'il a eu d'entrée dans les trésors « de la sagesse éternelle, pour pouvoir ré-« pandre sur les âmes les richesses de la « grâce. Ces filles disent à Saül : *Hâtez-vous,* « comme si elles lui disaient : Si vous laissez « passer le temps où on le peut voir, vous ne « le pourrez plus quand il se sera retiré. Cette « règle, dit ce saint Pape, est importante pour « nous, qui nous sommes engagés dans une « vie retirée ; et elle doit être observée exac-« tement. Il faut que nous ayons de certaines « heures destinées aux fonctions de notre « ministère : et après nous en être acquittés « le plus tôt qu'il se pourra, il faut nous hâter « de rentrer dans les occupations paisibles de « notre retraite. Et nous devons être tellement « fermes à garder les heures que nous avons « destinées à notre silence, que ceux-mêmes « qui ont le plus d'accès auprès de nous, « soient persuadés que nous sommes réso-« lus pour lors de n'être vus de personne. »

C'est pourquoi le même saint ajoute « qu'on « doit revérer les temps et les lieux de la « prière et de la retraite des pasteurs, bien « loin de les troubler dans ces heures de leur « repos. » (Sacy.)

Saülis erat locus, ubi tunc habitabat Samuel.

Quia sacrificium est hodie populi in excelso. Quo tempore hæc agebantur, nullus erat locus in quo tabernaculum esset, aut domus Dei; nam licet structura tunc esset antiqui tabernaculi, erat tamen ab arcâ vacuum, quæ erat quasi forma et vita tabernaculi; arca verò à tabernaculo separata domus Dei appellari non poterat; quare tunc non erat destinatus ac certus sacrificio locus. Hinc fiebat, ut omnis locus rei sacrificali videretur opportunus, cùm intermitti religiosum illud opus non oporteret, neque locus ullus alio videretur magis idoneus, modò honestus, et pro rei tantæ sanctitate decens. Quare variis locis sub hæc tempora videmus, tum à Samuele, tum ab aliis fuisse sacrificatum. Quâ de re nos satis multa cap. 7, in fine, et cap. 6, ad v. 14 et 15.

Sed licet omnis locus in eo rerum articulo non videretur importunus, tamen aptissimus omnium visus est, qui non esset depressus et obscurus propter arbores densas et lucos quos deorum suorum religioni sacravit delusa gentilitas, licet hæc excelsa quoque loca impiæ religionis abominatione polluerit. Sed in excelsis oblata præsertim fuisse sacrificia, indicat illud lib. 3 Reg. cap. 3, ubi sic Salomonis tempore antequàm ædificatum esset templum : *Populus immolabat in excelsis; non enim ædificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum.* Et statim v. 4, inter omnia excelsa maximum esse dicitur Gabaon, ubi cùm Salomon mille hostias in holocaustum obtulisset, apparuit illi Deus, dixitque : *Postula quod vis, ut dem tibi.* Quod signum est, neque locum, neque sacrificium displicuisse Deo. Sed in excelso Gabaon alia fuit ratio, quæ honestaret Salomonis victimas, ut dicemus suo loco.

Quod autem fuerit excelsum istud, in quo sacrificatum est à Samuele, incertum est, cùm potuerit esse locus sublimis, à populari strepitu secretus extra urbem, aut in ipsâ urbe. Ego potiùs in urbe reor esse sacrificatum, quia in eo videtur esse paratum convivium, et reliqua peracta, quæ à sacrificiis separari non solent. Et quidem in sublimem locum fundatam esse civitatem multa docent. Nam, v. 11, Saül ascendisse dicitur in clivum civitatis, et statim, v. 14, ex clivo adhuc in civitatem ascendisse. Nihilominùs puto excelsum illud fuisse extra urbem popularemque turbam; alioqui non erat, cur admonerent puellæ, ut festinaret, quò inveniret Samuelem in urbe, antequàm ascendat in excelsum.

Hic Rabb. Salomon, ut Lyra refert et Abulensis, aliquid somniavit suo dignum ingenio. Ait enim puellas longiorem protraxisse sermonem, quàm oporteret, cum Saüle, ut illius eximiâ pulchritudine liceret frui, quem omnium videbant esse pulcherrimum. Quàm honestum fuerit suo generi, virgines habere tam in loquendo profusas, et in videndo leves, ipse viderit.

Vers. 13. — Quia ipse benedicit hostiæ, et deinceps comedunt, qui vocati sunt (1). Hinc colligunt multi, et sanè meritò, usitatum esse quondàm Hebræis sacrare mensam quæ ante benedictionem videretur profana. Quòd certè fecit Christus, juxta piam, opinor, populi consuetudinem; de quo Lucæ cap. 24, v. 30 : *Accepit panem, ac benedixit, ac fregit.* Benedixisse item dicitur, et fregisse panem, quo tempore quinque panibus et duobus piscibus multa hominum millia pavit in solitudine, ut scribit Lucas cap. 9, v. 17, Matth. 14, v. 17, Marc. 6, v. 38. Sanè egisse Hebræos de more gratias post sumptos cibos, diximus in nostris Commentariis super Isaiam ad illud cap. 5 : *Et opus Domini non respicitis.* Cujus rei Hebræos habuisse aliquod præceptum, indicat illud Deut. cap. 8, v. 10 : *Ut cùm comederis, et satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terrâ optimâ, quam dedit tibi.* Eò spectant quæ dicuntur Psal. 21 : *Edent pauperes, et saturabuntur, et laudabunt Dominum qui requirunt eum.* Et hymnus quem Christus cum discipulis peractâ cœnâ modulatus est. Nunc verò Judæi, ut ex eorum rituali libro constat, seorsùm cibum et potum benedicunt. Imò et quoties novum aliquid in mensam adducitur, sive illud poculentum, sive esculentum sit, aut etiam quod odorandi sensus oblectet, benedictio et gratiarum actio iterùm et sæpiùs iteratur. Dicunt autem tunc, ut est in rituali ipsorum : *Benedictus sis, Domine Deus noster creator, qui bonus es, et benè facis omnibus; qui creâsti hoc sapidum vinum, hæc aromata, hos fructus,* etc. (2).

(1) Quia hodie reperietis eum. Hebræus : *Quia, sicut hodiè, reperietis eum.* Hodiè certissimè virum nanciscemini, quâcumque illum adiveritis horâ. Denique tam certè illum reperietis, uti certò constat diem fulgere. (Calmet.)

(2) Vers. 14. — Cum ambularent in medio urbis, cùm procederent. Hebræus : *Ingredientibus illis in medium civitatis*, id est, in urbem. Phrasis enim *in medio* usurpatur sæpè pro *intùs*, sive multùm quis, sive parùm intùs processerit. Ex v. 18, innui videtur, in limine

Vers. 15. — Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis. Pridiè quàm ad urbem accederet Saül, jam Dominus de illius adventu Samuelem admonuerat. Atque eam ob rem partem illi victimæ servârat, in quâ regii muneris, ad quod destinatus erat, pondus et labor exprimebatur. Revelare autem aurem, ex Hebræorum idiomate nihil est aliud, quàm verbis aliquem docere, et illi, quod erat occultum, aperire. Sumitur autem antecedens pro consequenti, id est, dispositio aurium, ut cum fructu et intelligentiâ audiant, pro ipsâ doctrinâ, quæ dispositis, seu revelatis auribus instillatur. Quod cùm in omni auditione necessarium sit (neque enim opertæ et obseratæ aures vocem excipiunt), multò magis quando loquitur Deus, quia tunc aures humano majus aliquid audiunt, et magis arcanum, quàm ut à naturâ comparatæ atque dispositæ capere possint. Atque ideò in Scripturâ frequens est, cùm Dominus aliquem alloquitur, *aperire*, sive *revelare aurem*. Job. 33, v. 16 : *Tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit disciplinâ.* Isaiæ cap. 48, v. 8 : *Neque audisti, neque cognovisti, neque ex tunc aperta est auris tua.* Et cap. 50 : *Dominus aperuit mihi aurem, et ego non contradico.* Hoc etiam aliquando de hominum sermonibus accipitur ; infra, cap. 20, v. 13, Jonathas ad David : *Revelabo aurem tuam, et dimittam te.*

Vers. 16. — (1) Quia respexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me. Quærere hic non nemo posset, quomodò hæc consentire possint cum his quæ cap. 8, v. 18, dixit Deus, ubi negat audiendas esse populi voces, cùm in afflictione clamaverint. Sed non est difficilis solutio ; Deus enim non omninò negat futurum se facilem et exorabilem populi clamoribus, cùm aliquid acciderit adversum et durum, sed cùm aliquid patietur à regibus, quos ipse sibi præponi voluit, et quorum leges ante prædixerat. Nunc autem non oritur dubitatio, quin illos fuisse, cùm eos Samuel assecutus est.

Samuel egrediens obviam eis. Non ita reputandum est, quasi Samuel domo egressus obviàm illis processerit ; verso enim ore illos intuitus est, atque obviàm venientibus ivit, processit et salutavit. (Calmet.)

(1) Unges eum ducem. Hebræum *nagid* sonat ad litteram eum qui præcedit, vel graditur in fronte aciei. Septuaginta, *principem*, Chaldæus, *regem*. Hebræi dicebant Samueli : *Judicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit.* Principem decet esse et regem optimum et strenuum militem ; quod cùm dixisset Homerus, maximè omnium eam sententiam, tanquàm ejus sapientissimi poetæ præclarissimam, Alexander Magnus suspiciebat. Regi Israelis gerenda erant prælia Domini, et arma in hostes Dei ferenda : illud potissimum erat regis illius munus.

Salvabit populum. Regni initio, Saül fractis Philisthæis non levia commoda reipublicæ contulit ; hostes cohibuit, et otium peperit Israelitis ; secundis etiam præliis fregit Ammonitas, Amalecitas, Idumæos, Moabitas, Syros. Singula hæc bella Scriptura quidem non prosequitur : affirmat tamen generatim, Saülem, *confirmato regno suo pugnâsse per circuitum adversùm omnes inimicos Israel, contra Moab et filios Ammon et Edom et reges Soba et Philisthæos.* Nec prætereundum est, ab exordio Samuelis et ab ingenti illâ victoriâ, superiùs capite 7, narratâ, vicennalem pacem redditam fuisse provinciæ usque ad regnum Saülis. Pax erat tamen omni molestiâ minimè vacans ; caput enim paulatim erexerant Philisthæi, Israelitas armis nudaverant, omnibusque fabris ferrariis, ut apud Philisthæos quærere cogerentur Israelitæ vel opifices instrumentorum colonicorum, *et usque ad stimulum corrigendum.* Copias habebant *in colle Dei* constitutas, et in Gabaâ, cùm Saül regnum iniit : quare miserabilis adeò erat Israelitarum conditio, ut clamare cogerentur, quemadmodùm inferiùs narratur : nec aliâ fortassè de causâ regem postulârunt.

Demain je vous enverrai un homme que vous sacrerez pour être le chef de mon peuple. Dieu a dit à Samuel auparavant sur ce que le peuple demandait un roi : *Ce n'est pas vous qu'ils ont rejeté, c'est moi-même, parce qu'ils ne veulent pas que je règne sur eux.* Et maintenant il ordonne au même prophète de sacrer Saül, afin qu'il sauve son peuple de la puissance des Philistins. D'où vient, dit ce saint, que Dieu semble approuver ici et faire lui-même une élection qu'il a si fort condamnée auparavant ? On peut répondre, selon la pensée de ce saint Pape, « que ce qui paraît contraire en ceci ne « l'est pas en effet, parce qu'encore que cette « élection fût mauvaise dans son origine, elle « était bonne néanmoins dans la manière dont « Dieu l'a faite pour condescendre par sa sa- « gesse aux désirs injustes d'un peuple re- « belle. »

Saül même qui est élu, dit ce saint, est bon en un sens et mauvais en l'autre. Car il était bon pour sauver le peuple de la puissance des Philistins, parce qu'il avait du cœur et de la capacité pour commander une armée ; mais il est devenu mauvais à l'égard de Dieu auquel il a désobéi aussitôt, en s'élevant contre celui qui lui avait mis la couronne sur la tête. Ainsi son règne est devenu tout ensemble glorieux pour le peuple et malheureux pour lui, parce qu'il a plus aimé sa propre gloire que celle de Dieu.

C'est ce qui arrive souvent dans l'Eglise, ajoute ce saint Pape. « Un ministre de Jésus- « Christ a quelquefois le don d'une haute suf- « fisance ; mais il n'est point humble. » Il dit aux autres ce qu'il ne fait pas. Il nourrit son peuple et il meurt de faim. Il dispense aux âmes la lumière de la vérité, et il ne retient pour lui que la fumée de l'orgueil. (Sacy.)

lendi causa à regum inclementiâ, sed ab hostium, qui tunc aut vexabant Hebræorum fines, aut venturi propediem timebantur, injuriis. Qualis fuit Naas rex Ammonitarum, aut Palæstini, qui sub hæc extrema Samuelis tempora, aut ingressi fuerant, sicut antea sæpè, in terram Hebræorum, et gravibus illam detrimentis affecerant, quod mihi valdè probabile est. Quâ de re postea redibit sermo cap. 13, v. 19 : aut certè cùm res esset Ammonitarum irruptione turbata, venturi credebantur, cùm aditum ad ulciscendas veteres injurias apertum viderent (1).

(1) Vers. 18.—In medio portæ. Cùm Saül adhuc in limine staret, sive in foro, in ipso urbis aditu, ubi cœtus habebantur, Samuel venienti obviàm occurrit : quem Saül de Vidente, ubi esset, interrogavit. Septuaginta : *In medium urbis.* Chaldæus : *Intra portam.* (Calmet.)

Vers. 19. — Ascende ante me. Ad eum locum ubi cœtus habendus erat, venire adhuc Samuel nolebat; jussitque Saülem eò venientem præcedere. Cùm enim tunc primùm ad urbem pervenisset, domi suæ aliquandiù substitit. (Calmet.)

Quare inquit Dion. Carthus. : « Non dixit, « *sequere me;* vel, *perge mecum in excelsum;* « sed, *ascende ante me :* an ad præfigurandum, « quòd Saül erat sibi et aliis præficiendus in « regem? Samuel quoque erat senex; nec potuit pariter illud montuosum celeriter ascendere. » Tres alias causas dat Mendoza : « Mihi, inquit, videtur Samuel hâc in re et humilitatis, et obedientiæ, et temperantiæ « exemplum præbuisse. Humilitatis quidem, « quia potiores partes cessit Saüli, ponè sequens præeuntem. Obedientiæ verò, quia « non solùm regi electo, sed etiam eligendo « debitam reverentiam deferebat. Temperantiæ denique, quia qui ad labores ocior prævolabat, ad prandium tardior sequebatur. »

Et omnia quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi, id est, quidquid scire volueris, *indicabo tibi.* Hebræi, teste S. Hier., tradunt Saülem habuisse omen regni per visionem, quâ vidit se in summitate palmæ collocari, quæ visio regalis erat, ac de hâc voluisse consulere Samuelem. Verùm sequentia Saülis verba, quibus Samueli ei regnum denuntianti adeò se humiliat, et quasi obstupescit, significant eum planè hujus rei fuisse inscium, nec quidquam de regno cogitâsse. (Corn. à Lap.)

Samuël dit à Saül : *Montez au lieu haut, car vous mangerez aujourd'hui avec moi.* Le sens de la lettre est assez clair dans toute la suite. Samuël honore Saül. Il lui prédit sa grandeur future. Il le fait manger avec lui. Il le tire de la peine qui avait été la cause de son voyage, en l'assurant que les ânesses de son père qui avaient été perdues étaient retrouvées. Mais saint Grégoire remarque pour le sens spirituel, que ces paroles méritent d'être bien pesées : *Montez au lieu haut, afin que vous mangiez aujourd'hui avec moi.* « Pour être en « état d'entendre la voix de Dieu, dit ce saint, « il faut lever son âme vers les choses hautes « et la détacher autant que nous pouvons des « liens des sens et des engagements du siècle. « Nous devons de plus considérer que la dispensation de la parole est comme un festin « que le ministre de Jésus-Christ prépare, et « auquel il convie celui qui l'écoute. Samuël « mange avec Saül, et Saül mange avec Samuël. Le pasteur se nourrit lui-même de ce « qu'il présente à ceux qu'il instruit, lorsqu'il « goûte la vérité qu'il leur annonce; qu'il a « plus de soin de l'imprimer dans son cœur « que de l'avoir dans sa bouche; et qu'il tâche « de suivre les règles saintes qu'il prescrit aux « autres. *Bonus doctor dùm dulciter quæ dicit in « devotionem mentis accipit, se et eos qui audiunt simul pascit.* » Ceux qui entendent la parole doivent croire aussi que Dieu les invite à un grand festin. Ce n'est rien alors que de contempler ces viandes si précieuses, et d'en remarquer où l'ordre, ou la qualité. Il faut s'en nourrir. Et comme il n'appartient qu'à l'Esprit de Dieu d'ouvrir notre cœur afin qu'il reçoive et qu'il goûte la vérité, nous lui devons dire alors à l'imitation de David : *Envoyez votre parole, et guérissez-nous, et délivrez-nous de nos maladies mortelles.* (Sacy.)

Vers. 20. — Et cujus erunt optima quæque Israel? nonne tibi et omni domui patris tui? Conditionata isthæc promissio est, quæ regnum Saüli et ejus posteritati perpetuum offert, si divinis nempe præceptis obsequatur. Quod postea satis explicuit Samuel, cap. 13, v. 13, qui sic ad Saülem : *Stultè egisti, nec custodiisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam nunc preparâsset Deus regnum tuum super Israel in sempiternum.* Porrò illud, *optima quæque Israel*, regnum est, quod hominum opinione optimum existimatur et summum; tametsi qui benè hæc, et ab omni cupiditate atque ambitione liberati cogitant, onus potiùs quàm honorem esse meditantur.

Vers. 21.—Numquid non filius Jemini ego sum, de minima tribu Israel (1). *Filius Jemini*, aut

(1) *Ne suis-je pas de la plus petite tribu d'Israël?* L'humilité que Saül témoigne est bien remarquable. Dès la moindre parole que le prophète lui dit de son élévation future, encore qu'il ne sache rien en particulier, il rentre profondément en lui-même. Il demeure dans la vue de sa première bassesse, et ne rougit point de la confesser publiquement. Plus on témoigne vouloir l'élever, plus il se rabaisse. Des commencements si louables doivent également faire trembler les bons et les méchants, qui se trouvent engagés dans le ministère de l'Eglise; les bons, afin qu'ils craignent que leur humilité ne soit pas assez solide, et qu'elle ne se perde insensiblement comme celle de Saül; les méchants, afin qu'ils soient confus lorsqu'ils voient leur condamnation dans l'humilité de Saül, et qu'ils jugent que s'il rougit lorsqu'un saint et un prophète le déclare roi par l'ordre de Dieu, combien ils doivent plus rougir de ce qu'ils se sont appelés eux

vir Jemini, idem est, qui Benjaminita. Adjectiva quippe nomina, quæ vel à majoribus, vel à patriâ derivantur, quæque latiori formâ appellari possent patronymica, hanc plerùmque terminationem habent, ut עברי *hibri,* Hebræus מצרי *mitsri,* Ægyptius, לוי *Levi,* Levita, ישראלי *israeli*, Israelita. Sic etiam ימיני *Jemini*, idem est, quòd Jeminita, seu Benjaminita. Deinde observandum, sæpè ex nominibus compositis unam tantùm converti compositionis partem.

Præterea quia hoc nomen *Jemini* in hoc libro frequenter occursat, observandum item est, in nomine composito unam interdùm partem compositionis omitti, et frequenter priorem. Qui Judith cap. 4, v. 5 et 11, vocatur *Eliachim,* idem sublatâ priori parte cap. 15, v. 9, vocatur *Joachim.* Est autem *Joachim* idem, qui *Jachim.* Jerusalem *Salem* vocatur, et Hierosolyma, *Solyma.* Et qui Gen. 19, dicitur *Benami,* id est, *filius populi mei,* communiter vocatur *Amon,* qui et *Ami.* Qui 1 Paralip. cap. 20, v. 5, vocatur *Bethlemites,* hebraicè *Lemites* dicitur. Et Ruth cap. 1, *Bethlehem* in hebraico textu priorem partem deterit, et vocatur *Lehem.*

Ex his constat *Jemini* sublatâ priori parte, idem esse quòd *Benjamini,* seu *Benjaminita;* item *filius Jemini*, ubi ex dictione compositâ prior tantùm latinè conversa est. Et sanè Septuaginta non proprium viri nomen esse indicant, sed patronymicum, dùm *virum Jemini,* convertunt *virum Jeminæum,* id est, ex familiâ Benjamin; et aliquando expressè de terrâ Benjamin, ut infra, cap. 22, v. 7, et lib. 1 Paralip. c. 27, v. 12. Et apertè Chaldæus hanc vocem semper transfert, *filium Benjamin.* Et in hâc ipsâ materiâ est argumentum; nam Cis Saülis pater, qui hoc loco vocatur *filius viri Jemini,* eodem appellatur nomine Esther c. 2, v. 5, ubi Mardochæus dicitur *filius Jair filii Semei, filii Cis, de stirpe Jemini.* Et idem cap. 11, v. 2, dicitur *filius Jair, filii Semei, filii Cis, de tribu Benjamin.* Ubi aliorum nominum consensio manifestè probat, *Jemini* non esse alium quàm qui de Benjaminiticâ familiâ natus est. Contrarium tenuit Abulensis; sed hæc sententia firmiori auctorum atque rationum fundamento nititur.

De minima tribu Israel. Non ideò minima vocatur tribus, quia minimus fratrum omnium fuit Benjamin, sed quia propter fœdum atque inauditum scelus, quod in Levitæ uxorem admisit in Gabaa, aliarum tribuum conspiratione ad paucos numero ex magnâ multitudine redactâ, ad viros nempè sexcentos, qui, cæsis aliis, ad petram Remon confugerunt, Judic. cap. 20, v. 47; usque adeò verò tribus illa sub illud tempus vilis habebatur, ut nullo penè haberetur in numero. Quare cùm constet ex duodecim tribubus duas adhæsisse domui David, decem aliis ad Jeroboami castra dilapsis una tamen tribus Juda secuta dicitur domum David, quia tribus Benjamin nulla tunc post stragem illam, quæ non dudùm ante contigerat, censebatur. Lib. 2 Paralip. c. 11, de Roboam scribitur: *Imperavit super Judam et Benjamin.* Et duæ istæ tribus in Scripturâ sæpè inveniuntur conjunctæ; nihilominùs una tantùm tribus secuta dicitur domum David. 3 Reg. 11; sic Ahias propheta ad Jeroboam: *Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, et dabo tibi decem tribus. Porrò una tribus remanebit ei propter servum meum David.* Et cap. 12: *Nec secutus est quisquam domum David, præter tribum Juda solam.* Et l. 4 Reg. c. 17: *Iratusque est Deus vehementer Israeli, et abstulit eos à conspectu suo, et non remansit nisi tribus Juda tantummodò,* cùm tamen constet tribum Benjamin nunquàm esse separatam à Juda. Unde etiam factum, ut Benjaminitæ penè nomen amiserint, et communicatâ cum Judâ appellatione dicantur ipsi quoque Judæi. Sic sanè vocatur Mardochæus sæpè, quem tamen, ut diximus, constat fuisse de stirpe Jemini, sive de tribu Benjamin. Quare non sine aliquâ ratione suspicabatur Saül, ingratum futurum aliis regium nomen, si in illâ familiâ consedisset, quam omnes præ suis nullo prorsùs habuissent in pretio. Id verò, quod addit, suam cognationem inter alias familias omnes de tribu Benjamin fuisse novissimam, non est unde id habere possimus, nisi ex hoc Saülis de suâ cognatione testimonio. Ex quo intelligimus, quàm haberet animum alienum à regno, qui tot opponit, aut fortassè fingit impedimenta.

Quare ergo locutus es mihi sermonem istum (1)? Quærunt hic aliqui, undenam colli-

mêmes à la royauté sacrée de l'Eglise, non en recevant une dignité qui leur fût offerte sans qu'ils y eussent de part, mais en l'usurpant avec un orgueil que saint Grégoire compare à celui de Lucifer. (Sacy.)

(1) Intellexit Saül quòd Samuel per optima sibi promitteret regnum, quo ipse per humilitatem se indignum censebat, præsertim quia tunc communis omnium erat rumor et expectatio de novo rege creando. Ita Angelom. et Abulens. Somnium est ergo Hebræorum, quòd

gere potuerit Saül, se ad regnum à prophetâ vocari, cùm Samuelis verba magis essent obscura, quàm ab homine armentario ac rustico possent intelligi ? Hebræi, (ut auctor est Hieronymus in Tradit. hebr.) aliquod existimant illius honoris Saülem habuisse præsagium. Quia viderat, inquiunt, per somnium se in palmæ vertice collocari, unde conjectârat parari sibi regnum, et illud jam animo securo conceperat. Sed hæc Hebræorum sunt commenta, qui dùm aliquid producant ad plausum, de veritate non admodùm laborant. Sed planè nimis esset pinguis et tardus, qui in verbis Samuelis non intelligeret, quod esset in Israelitide republicâ summum, regnum videlicet, aut supremum ordinem, qualem obtinuerunt judices Israel, antequàm in illo populo regium nomen esset auditum, præsertim cùm ignorari non posset, quòd majores natu proximè tam obstinatâ contentione postulâssent ; qui cùm essent ex omnibus tribubus, verisimile est jam per omnes tribus latè fuisse dispersum.

Vers. 22 — Introduxit eos in triclinium (1).

Saül per palmæ somnium cognoverit se fore regem. (Corn. à Lap.)

(1) Dedit eis locum in capite. Septuaginta : *Posuit eis ibi locum in primis vocatorum.* Sed Hebræus, Chaldæus et Vulgata positos illos ferunt in capite omnium. Nec à Saüle puerum segregavit, fortassè quòd familiaris esset, non servus, non alienus, sed Israelita, domesticus Cis, cui ille libertatem suam ad tempus mancipaverat. Honestissimus in conviviis Hebræorum locus erat in capite, quod non ex hoc loco tantùm probatur, sed ex parabolâ etiam Jesu Christi monentis, ne prima subsellia in convivio occupemus, ne fortè ad inferiora dejiciamur. Saül jam regiâ dignitate auctus, mensæ cum familiâ assidens, locum tenebat ad parietem, vel in capite triclinii, ejusque lateri assidebant Abner et David. Apud Græcos honestissimus convivarum sedebat è regione vel contra parietem. Apud Persas, regis, in capite constituti, latera utrinque stipabant convivæ, ordine dignitatis succedentes; ita tamen ut ii, quibus maximè rex fidebat, lateri ejus sinistro assiderent, post illos locus esset ad dexteram viro dignitate præstantissimo. Textus hebræus et Vulgata convivas illos circiter triginta recensent; Septuaginta editionis Romanæ et Josephus legunt, *septuaginta convivas.* (Calmet.)

Dedit eis locum in capite. Ut indicaret Saülem ex Dei decreto fore caput et principem Israelis. Porrò Deus elegit Saülem in regem, quia tum erat optimus, etsi postea superbiens reciderit. Præsciebat Deus hunc casum, sed eum permittere decrevit, tum quia eum suæ libertati permittere voluit; tum ut puniret Hebræos, qui regem se invito petierant; tum ut daret nobis exemplum eligendi præpositos pro tempore dignissimos, ac tolerandi eorum lapsus, si postea à primævâ bonitate desciscant.

Sicut sacrificium peractum, sic etiam convivium instructum fuerat in excelso extra civitatem, ut constat ex vers. 25, ubi exacto convivio de excelso dicitur Samuel descendisse in oppidum. *Comedit,* inquit, *Saül cum Samuele in illâ die; et descenderunt de excelso in oppidum.* Quid sit *triclinium,* nemo nescit ; propriè significat locum tribus lectis discubitoriis instructum ; hinc ducta nominis notatio ; usus tamen latior est, et ad omnem locum extenditur, ubi convivæ sive discumbunt in triclinarii lecto, aut alio etiam modo, sive assident mensis. Vox sanè hebraica, *sechathah*, ita accubitum significat, ut nullum præterea connotet numerum. *De triclinio* multa profani, quæ hìc referre ejus est, qui diffluat otio, et illo abuti honestum esse ducat (1).

Vers. 24.—Levavit autem coquus armum, et posuit ante Saul (2). Cùm accepisset Samuel

Aliam causam dat S. Gregor. : « Et fortassè, « inquit, idcircò reprobus rex eligitur, ut ele- « ctus successor ejus rex David in eo cogno- « sceret, quid cavere debuisset. Sic nimirùm « et de illâ angelorum curiâ legimus, quia de « apostatâ primo angelo scribitur : *Ipse est* « *principium viarum Dei,* Job. 40, v. 14. Sed « quia ante omnia conditus est per superbiam « cecidit, et in ejus ruinâ sancti angeli didice- « runt, quâ virtute stare potuissent, » etc. (Corn. à Lap.)

(1) Da partem quam dedi tibi. Samuel, qui in eo convivio partes agebat, cæterisque prærogativâ dignitatis suæ, judicis nempe, atque senilis ætatis privilegio præsidebat, jusserat dapes illas in partes dividi, tum coquo mandaverat, ut armum servaret, insolitis convivis apponendum. Statim igitur ac mensæ assedit, et pro more veterum princeps convivii portiones cæteris convivis distribuit, Samuel admonuit coquum, ut armum, quem servari jusserat, Saüli apponeret : quod peractum est. Sunt qui credant, armum hunc ipsam fuisse sacrificii portionem, quæ Samueli sacrificant cesserat; constat tamen inter omnes Samuelem sacerdotem non egisse ; quare ea opinio penitùs ruit. Adde, quòd interdictum erat laicis, adeòque et Saüli, de portione sacerdotum degustare. Denique nullibi prodit Scriptura, armum hunc dexterum fuisse, quæ portio erat sacerdotalis. (Calmet.)

(2) Hebræus : *Levavit armum et quod super eum, et posuit ante Saül.* Mos apponendi viris principibus et honestissimis inter convivas amplas assatæ carnis portiones, è Scripturâ æquè et ex profanis notus est. Obtinuit inter Græcos, Gallos, Ægyptios, Hebræos. Ajaci post certamen cum Hectore apponi jubet Agamemnon magnam è bovis tergore portionem ; quod pariter cum Telemachò præstitit Menelaus. Utraque Homeri pagina id generis exempla offert. *Armus et quod super eum,* significat integræ victimæ quartam partem

Ecce quod remansit. Hebræum ita vertendum malim : *Ecce quod servatum est;* ex Vulgatâ

à Domino sequenti die, et horâ etiam certâ venturum esse hominem, quem regno jam antea destinârat, decrevit statim illum ad convivium accersere, atque ideò partem illi victimæ reservavit, à quâ ipse quasi hieroglyphico symbolo cognosceret, quid à se regium nomen et titulus exigeret; pondus videlicet esse grave, quod gigantæos humeros requirat, imò quod gigantæos frangat humeros, et vires debilitet. Servarât autem ex Samuelis præscripto coquus armum pro Saüle, quæ par supponi solet oneri. Quare sicut è victimâ armus debetur sacerdoti, quia ille pro sui muneris ratione neque cessare debet ab opere, neque à labore, atque molestiâ liberari, sic quia regum institutum et cura non longè absunt à sacerdotum assiduo atque molesto pondere, armus illi de toto victimæ corpore conceditur, quia ille de totius populi corpore, quod immolata victima repræsentat, armus est, aut humerus destinatus oneri, si modò regii nominis indignus censeri non vult. Fuit optimus princeps, et principum forma, et specimen Emmanuel, id est, *nobiscum Deus;* qui tamen ut tanti nominis mensuram impleret, labores subditorum tulit et dolores portavit, qui virgam regni suis imposuit humeris, non declinavit in alienos. De quo Isaias cap. 9, v. 6 : *Factus est principatus super humerum ejus.*

Ubi Vulgatus, *armus,* hebraicè est, שוק *soc.* Septuaginta reddunt κωλαίαν, id est, *pernam.* Aquila Κνήμην, id est, *crus,* seu tibiam; utrumque valet vox hebraica, et eamdem utrumque significationem habet allegoricam. Nam ut crura totum sustinent corpus, et eo consilio formata videntur à naturâ, ut oneris aliquid perpetuò subeant, atque ideò plurimùm dedit ex osseâ, parùm autem de carneâ materiâ, quia hæc mollis est et infirma; sic etiam regem osseum esse oportet, quem non incurvet aut frangat imposita moles; non carneum, qui facilè labatur et defluat. Item neque nimis extolli debet, quantùmcumque aut nimis blandus aut plus satis timidus populus aduletur : sicut neque crus, quantùmcumque grave portet onus et suum munus peragat strenuè, ideò subesse desinit toti corporis moli, neque recusare potest, licet vehementer horreat atque repugnet, quominùs ferat necessarium et naturale pondus. Ita Theodoretus : « Sicut hæc, « inquit, cùm sint breviora aliis membris ani- « malis, portant totam molem compacti corpo- « ris, et firmiter suffulciunt, ita etiam regium « robur, etiamsi ad virum unum contrahatur, « sustinet totum corpus reipublicæ, et non si- « nit cadere. »

Quia de industria servatum est tibi. Non temerè Samuel partem illam victimæ Saüli segregavit, ut aliquid nempe disceret ex illo hieroglyphico signo; illud nimirùm, quod proximè in armo, sive tibiâ significari diximus. Neque enim hæc in animali maximè sunt sive ad palatum sive ad valetudinem apta; esse tamen in deliciis docet Ezechiel cap. 24, v. 3 : *Congere frusta ejus in eam omnem partem bonam, femur et armum;* ubi nos eâ de re nonnulla. Talia autem hoc signo exigit à rege, qualia lex sacrificalis exigit à sacerdote. Datur autem sacerdoti de victimâ armus dexter, in quo plus est roboris atque constantiæ; non sinister, qui citiùs lassescit et claudicat, et in quo ad laborem et pondus multò minùs est roboris; quem puto à Samuele datum esse Saüli, quia sicut sacerdotis, sic etiam regis officium commendat, et ministerium adumbrat. Origenes Homil. 5 in Leviticum, ad illa verba cap. 7, v. 32 : *Pectusculum autem erit Aaron et filiorum ejus: armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis.* Cujus verba adducere non gravabor, quia non minùs regium quàm sacerdotale officium declarant : « Quod, « inquit, sacerdotis pectus, aut quale? Plenum « sit sapientiâ, plenum scientiâ, plenum omni « divinâ intelligentiâ, imò plenum Deo. Quale « brachium? (in brachio armum etiam intel- « lige,) multa sollicitudo, labor, vigiliæ, quibus « convertat peccatorem. »

Vers. 25. — Et locutus est cum Saule in solario (1). Pro solario hebraicè est גג *Gag.*

en[illegible]n innui videtur, portionem hanc esse è præcedenti convivio residuam.

Quia de industria servatum est tibi, quando populum vocavi. Locus hic perspicuus est; Hebræus obscurior : *Quoniam ad tempus hoc* (seu ad hoc festum) *servatum est tibi dicendo : Populum vocavi,* vel invitavi complures. Portio ista, me jubente, ad hoc servata est : admonui enim, me plures invitâsse, præter cœtum hunc triginta. Vel aliter : « Ego servari jussi « hanc portionem in festum hoc, quo viris his- « ce triginta convivium parari jussi. » Septuaginta : *Portio hæc testimonium est positum tibi à populo : carpe, destinata est tibi, tanquàm dignissimo cæterorum.* (Calmet.)

(1) Quid? Rabbini apud Lyranum et Abulensem : « De timore, inquiunt, Dei et custodiâ « legis; » Carthusianus : « De pertinentibus, « inquit, ad salutem, admonendo eum ad me- « liora. » Abulens. : « De pertinentibus ad in- « structionem regis, qualiter iste se deberet « habere ad subditos, et qualiter ad Deum. » (Corn. à Lap.)

quæ *tectum* significat, activum nempe, id est, quod tegit domum, quale est in Palæstinâ, quod appellatur *doma*, seu *solarium*, tectum videlicet planum et deambulatorium, quod Hispani vocant *terrado*. Hoc verò loco sæpè *solarium* dicitur, quia cœlo ac soli patet; qui locus aptus est familiaribus colloquiis, quæ amici mutuò inter se conferunt deambulantes. Sed quomodò lectus Saüli in solario constratus, in loco nimirùm subdiali? Nam locus apertus neque honestus est, neque salubris, neque conveniens illi quem honorare voluimus, ut certè propheta voluit illum quem futurum esse regem ante cognoverat. — Respondeo, tempus fortassè fuisse æstivum, quare nihil esse timendum à cœlorum inclementiâ, illis præcipuè qui vitam egissent ruri, neque fortassè aliud cubiculum admisit Saül, quod splendidiùs instruxerat propheta, propter modestiam; aut certè in solario tabernaculum fixerat, sicut in agro faciebant in Palæstinâ viri etiam delicati ac principes, maximè cùm haberent iter, quale Absaloni positum est lib. 2, cap. 16, v. 22. Hebræi codices nihil habent de lectulo in solario Saüli constrato, neque Chaldæi, neque translationes novæ, neque Latinorum quamplurimi, quos refert ad hunc locum Franciscus Lucas; habent tamen codices à Sixto correcti. Si partem illam tollas, res minùs habet difficultatis, quia confabulari homines commodè, non ita tamen commodè cubare in solario possunt. Sed potuit ea esse temporis ratio atque commoditas, ut commodissima fuerit subdialis illa dormitio. De solario sic Hieronymus ad Sumniam et Fretellam, non procul à fine : « In Palæstinâ, inquit, et Ægypto, « ubi vel scripti sunt divini libri, vel interpre- « tati sunt, non habent in tectis culmina, sed « domata, quæ Romæ vel solaria, vel menniana « vocant, id est, plana tecta, quæ transversis « trabibus sustinentur. »

CAPUT X.

1. Tulit autem Samuel lenticulam olei, et effudit super caput ejus, et deosculatus est eum, et ait : Ecce unxit te Dominus super hæreditatem suam in principem, et liberabis populum suum de manibus inimicorum ejus, qui in circuitu ejus sunt. Et hoc tibi signum quia unxit te Deus in principem :

2. Cùm abieris hodiè à me, invenies duos viros juxta sepulcrum Rachel in finibus Benjamin, in meridie; dicentque tibi : Inventæ sunt asinæ ad quas ieras perquirendas : et intermissis pater tuus asinis sollicitus est pro vobis, et dicit : Quid faciam de filio meo?

3. Cùmque abieris inde, et ultra transieris, et veneris ad quercum Thabor, invenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel, unus portans tres hædos, et alius tres tortas panis, et alius portans lagenam vini.

4. Cùmque te salutaverint, dabunt tibi duos panes, et accipies de manu eorum.

5. Post hæc venies in collem Dei, ubi est statio Philisthinorum : et cùm ingres-

CHAPITRE X.

1. En même temps Samuël prit une petite fiole d'huile, qu'il répandit sur la tête de Saül; et il le baisa, et lui dit : Le Seigneur par cette onction, vous sacre pour prince sur son héritage; et vous délivrerez son peuple de la main de ses ennemis qui l'environnent. Voici la marque que vous aurez que *c'est* Dieu *qui* vous a sacré pour prince :

2. Lorsque vous m'aurez quitté aujourd'hui, vous trouverez deux hommes près du sépulcre de Rachel, sur la frontière de Benjamin, vers le midi, qui vous diront : Les ânesses que vous étiez allé chercher sont retrouvées : votre père n'y pense plus; mais il est en peine de vous, et il dit : Que ferai-je donc pour retrouver mon fils?

3. Lorsque vous serez sorti de là, et qu'ayant passé outre, vous serez arrivé au chêne de Thabor, vous rencontrerez là trois hommes qui iront adorer Dieu à Béthel, dont l'un portera trois chevreaux, l'autre trois pains ou tourteaux, l'autre une bouteille de vin.

4. Après qu'ils vous auront salué, ils vous donneront deux pains, *ou tourteaux*, et vous les recevrez de leurs mains.

5. Vous viendrez après à la colline de Dieu, *près de Gabaa*, où il y a une garnison de Philistins. Lorsque vous serez entré dans la ville,

sus fueris ibi urbem, obvium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso; et ante eos psalterium, et tympanum, et tibiam, et citharam, ipsosque prophetantes.

6. Et insiliet in te Spiritus Domini, et prophetabis cum eis, et mutaberis in virum alium.

7. Quando ergo evenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcumque invenerit manus tua, quia Dominus tecum est.

8. Et descendens ante me in Galgala (ego quippe descendam ad te), ut offeras oblationem et immoles victimas pacificas, septem diebus expectabis, donec veniam ad te, et ostendam tibi quid facias.

9. Itaque cùm avertisset humerum suum ut abiret à Samuele, immutavit ei Deus cor aliud, et venerunt omnia signa hæc in die illâ.

10. Veneruntque ad prædictum collem, et ecce cuneus prophetarum obvius ei : et insiluit super eum Spiritus Domini, et prophetavit in medio eorum.

11. Videntes autem omnes qui noverant eum heri et nudiustertiùs, quòd esset cum prophetis et prophetaret, dixerunt ad invicem : Quænam res accidit filio Cis? Num et Saül inter prophetas?

12. Responditque alius ad alterum, dicens : Et quis pater eorum? Propterea versum est in proverbium : Num et Saül inter prophetas?

13. Cessavit autem prophetare, et venit ad excelsum.

14. Dixitque patruus Saül ad eum, et ad puerum ejus : Quò abîstis? Qui responderunt : Quærere asinas ; quas cùm non reperissemus, venimus ad Samuelem.

15 Et dixit ei patruus suus : Indica mihi quid dixerit tibi Samuel.

16. Et ait Saül ad patruum suum : Indicavit nobis quia inventæ essent asinæ. De sermone autem regni non indicavit ei, quem locutus fuerat ei Samuel.

vous rencontrerez une troupe de prophètes qui descendront du lieu haut, précédés de personnes qui ont des lyres, des tambours, des flûtes et des harpes; et ces prophètes prophétiseront.

6. En même temps l'Esprit du Seigneur se saisira de vous ; vous prophétiserez avec eux, et vous serez changé en un autre homme.

7. Lors donc que tous ces signes vous seront arrivés, faites *hardiment* tout ce qui se trouvera à faire, parce que le Seigneur sera avec vous.

8. Vous vous rendrez avant moi à Galgala, où j'irai vous trouver, afin que vous offriez un sacrifice *au Seigneur*, et que vous lui immoliez des victimes pacifiques. Vous m'attendrez pendant sept jours, jusqu'à ce que je vienne vous trouver, et que je vous déclare ce que vous aurez à faire.

9. Aussitôt donc que Saül se fut retourné, en quittant Samuël, Dieu lui changea le cœur, et lui en donna un autre ; et tous ces signes lui arrivèrent le même jour.

10. *En effet*, lorsqu'il fut venu *de là*, avec son serviteur à la colline qui lui avait été marquée, il rencontra une troupe de prophètes ; l'esprit du Seigneur se saisit de lui, et il prophétisa au milieu d'eux.

11. Tous ceux qui l'avaient connu peu auparavant, voyant qu'il était avec les prophètes et qu'il prophétisait, s'entre-disaient *avec étonnement:* Qu'est-il donc arrivé au fils de Cis? Saül est-il aussi prophète?

12. Et d'autres lui répondaient : *Qu'y a-t-il en cela d'étonnant?* Qui est le père des autres prophètes? C'est pourquoi cette parole passa en proverbe : Saül est-il aussi devenu prophète ?

13. Saül ayant cessé de prophétiser, vint au lieu haut.

14. Et son oncle lui dit à lui et à son serviteur : D'où venez-vous donc? Ils lui répondirent : Nous avions été chercher des ânesses ; et ne les ayant pas trouvées, nous nous sommes adressés à Samuël.

15. Son oncle lui dit : Dites-moi, *je vous prie*, ce que Samuël vous a dit.

16. Saül répondit à son oncle : Il nous a appris que les ânesses étaient retrouvées. Mais il ne découvrit rien à son oncle de ce que Samuël lui avait dit touchant sa royauté.

17. Et convocavit Samuel populum ad Dominum in Maspha :

18. Et ait ad filios Israel : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Ego eduxi Israel de Ægypto, et erui vos de manu Ægyptiorum, et de manu omnium regum qui affligebant vos.

19. Vos autem hodiè projecistis Deum vestrum, qui solus salvavit vos de universis malis et tribulationibus vestris : et dixistis : Nequaquàm ; sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram Domino per tribus vestras et per familias.

20. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, et cecidit sors tribûs Benjamin.

21. Et applicuit tribum Benjamin et cognationes ejus, et cecidit cognatio Metri, et pervenit usque ad Saül filium Cis. Quæsierunt ergo eum, et non est inventus.

22. Et consuluerunt post hæc Dominum utrùmnam venturus esset illùc. Responditque Dominus : Ecce absconditus est domi.

23. Cucurrerunt itaque, et tulerunt eum inde ; stetitque in medio populi, et altior fuit universo populo ab humero et sursùm.

24. Et ait Samuel ad omnem populum : Certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamavit omnis populus, et ait : Vivat rex !

25. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, et scripsit in libro, et reposuit coram Domino : et dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam.

26. Sed et Saül abiit in domum suam in Gabaa : et abiit cum eo pars exercitûs, quorum tetigerat Deus corda.

27. Filii verò Belial dixerunt : Num salvare nos poterit iste ? Et despexerunt eum, et non attulerunt ei munera : ille verò dissimulabat se audire.

17. *Après cela,* Samuël fit assembler tout le peuple devant le Seigneur à Maspha,

18. Et dit aux enfants d'Israël : Voici ce que dit le Seigneur, Dieu d'Israël : C'est moi qui ai tiré Israël de l'Egypte, et qui vous ai délivrés de la main des Egyptiens, et de la main de tous les rois qui vous affligeaient.

19. Mais *au lieu de reconnaître ces bienfaits,* vous avez aujourd'hui rejeté votre Dieu, qui seul vous a sauvés de tous les maux et de toutes les misères qui vous accablaient. Nous ne vous écouterons point, *m'*avez-vous répondu ; mais établissez un roi sur nous. Maintenant donc présentez-vous devant le Seigneur, chacun dans le rang de sa tribu et de sa famille.

20. Et Samuël ayant jeté le sort sur toutes les tribus d'Israël, il tomba sur la tribu de Benjamin.

21. Il le jeta ensuite sur les familles de la tribu de Benjamin, et il tomba sur la famille de Métri ; *il le jeta sur les hommes de la famille de Métri,* et il tomba sur la personne de Saül, fils de Cis. On le chercha aussitôt ; mais il ne se trouva point.

22. Et ayant consulté le Seigneur, pour savoir s'il viendrait en ce lieu-là, le Seigneur leur répondit : A l'heure qu'il est, il est caché dans sa maison.

23. Ils y coururent donc, le prirent, et l'emmenèrent, et lorsqu'il fut au milieu du peuple, il parut plus grand que tous les autres de toute la tête.

24. Samuël dit à tout le peuple : Vous voyez quel est celui que le Seigneur a choisi, et qu'il n'y en a point dans tout le peuple qui lui soit semblable. Alors tout le peuple s'écria : Vive le roi !

25. Samuël prononça ensuite devant le peuple la loi du royaume, qu'il écrivit dans un livre, et le mit en dépôt *dans le tabernacle,* devant le Seigneur. Après cela, Samuël renvoya tout le peuple, chacun chez soi.

26. Saül s'en retourna aussi chez lui à Gabaa, accompagné d'une partie de l'armée, *composée* de ceux dont Dieu avait touché le cœur, *pour les rendre soumis au roi qu'il venait de leur donner.*

27. Les enfants de Bélial commencèrent à dire, au contraire : Comment celui-ci pourrait-il nous sauver ? Et ils le méprisèrent, et ils ne lui firent point de présents, *comme ils auraient dû faire, pour lui rendre leurs hommages.* Mais Saül faisait semblant de ne pas les entendre.

VERS. 1. — TULIT AUTEM SAMUEL LENTICULAM OLEI, ET EFFUDIT SUPER CAPUT EJUS (1). Hic nobis paulisper immorandum est, quia in his libris sæpiùs occurrit unctionis nomen, quo in Israele et Judâ designantur, et quasi inaugurantur et initiantur reges, ut apparet in Saüle, in Davide, in Salomone et in Jehu et aliis; de quibus suo loco pluribus. Et primùm non invenio de hâc regum unctione ullam in Scripturâ sacrâ legem, sicut de sacerdotali; usum tantùm reperio, illumque, ut apparet ex ipso loquendi modo, legitimum, quando Deus ungi jubet eos quos regno præfectos esse vult. De Saüle habes statim cap. 15, v. 1 : *Dixit Samuel ad Saül : Me misit Dominus, ut ungerem te in regem.* Et cap. 16, v. 1 : *Imple cornu tuum oleo, et veni, ut mittam te ad Isai Bethlehemitem; providi enim in filiis ejus mihi regem.* Et lib. 4 Reg. cap. 9, v. 1, Elisæus jubetur à Domino ungere Jehu.

Secundò, videtur longè ante hæc tempora in usu fuisse in his populis, quos habuit sibi finitimos terra promissionis, ut unctio legitimo ritu designaret atque inauguraret reges. Id indicat longè ante hæc tempora apologus, quo ad Sichimitas usus Joatham, Judic. cap. 9, ubi v. 8, dicitur : *Ierunt ligna, ut ungerent super se regem.* Et v. 15, ubi Vulgatus habet : *Si verò me vobis regem constituitis*, hebraicè est, *mosechim*, id est, *ungitis.* Apologi autem et allegoricæ omnes locutiones ex eo plerùmque sumuntur, quod magis usitatum et notum est. Sanè reges Syriæ legitimâ quâdam unctione inaugurari solitos discimus ex lib. 3 Reg. c. 19, ubi Deus Eliæ jubet, ut Azaelem Syriæ regem unctione designet. Vide Serarium in cap. 9 Judic. q. 10.

Tertiò, hæc unctio effusione fiebat in regum capita, ut apertè docet hic locus, qui sic habet : *Et effudit super caput ejus.* Et eadem verba adhibentur 4 Reg. 9, in unctione Jehu. Quare figmentum merum est id, quod tradit Rabb. Salomon, ut refert Lyra, 3 Reg. cap. 1; ait enim Rabbinus iste, unctionem hanc fieri in fronte inter palpebras per modum coronæ. Quod item refert Genebrardus ad illud Psal. 88, v. 21 : *Oleo sancto meo unxi eum*, ubi latè agit de hâc regum unctione. Sicut Abulensis hic per plures quæstiones, ubi multa quærit, quæ nos hùc strictim in pauca redigemus, eo ordine quo ab ipso tractata res est.

Primò dubitat an reges, qui uncti dicuntur in Scripturâ, aut etiam alii, quos etiamsi Scriptura taceat, unctos tamen fuisse verisimile est, uncti fuerint oleo communi, vel sacro. Ac tandem statuit, utroque oleo reges potuisse aut solitos esse perungi; et adducit exemplorum satis, quo utrumque factum esse probat. Primùm dicit, cùm David unctus est in regem super Judam, non potuisse oleum adhiberi sacrum, quia illud tunc erat in Gabaon, quò translatum fuerat tabernaculum; Gabaon autem tunc tenebatur ab Isboseth filio Saülis, quocum tunc erat Davidi longa concertatio. Deinde quia Elias profectus est in Damascum, ut ungeret Azael regem Syriæ, lib. 3 Reg. cap. 19, et Jehu regem Israel; sed tunc quia procul aberat à tabernaculo, non potuit secum oleum afferre sacrum, quia tunc non est profectus ex eo loco ubi tunc erat tabernaculum, sed ex Oreb, aut Sinai, ubi sacri olei copia non erat.

Quòd verò ad regum unctionem sacrum aliquando adhiberetur oleum, probat apertè Salomonis unctio. De quo 3 Reg. cap. 1 : *Sum-*

(1) « Il y a lieu de croire, disent les incré-« dules, que Samuël jeta les yeux sur Saül, parce « qu'il espéra de trouver en lui un homme « entièrement dévoué à ses ordres. Ainsi, après « avoir sacré Saül, pour apaiser les clameurs « du peuple, Samuël le renvoya chez lui où il « le laissa vivre en simple particulier pen-« dant plusieurs années; durant ce temps, le « saint homme continua de gouverner comme « auparavant. »

L'histoire atteste que l'élection de Saül fut décidée par le sort. *Si ce choix avait été l'ouvrage de Samuël*, il aurait préféré sans doute sa propre tribu, et le sort tomba sur celle de Benjamin. Saül ne fut point sacré pour *apaiser les clameurs du peuple*, puisqu'il le fut en secret. Lorsque le sort eut décidé, une partie du peuple fut mécontente. Saül, après l'élection, vécut en simple particulier pendant un mois tout au plus, et non *pendant plusieurs années*, et dans ce court intervalle il n'est question d'aucun acte d'autorité de la part de Samuël. (*Duclot.*)

Samuël prit une petite fiole d'huile, qu'il répandit sur la tête de Saül. Samuël verse sur la tête de Saül *l'onction sacrée* qui figurait la grâce du Saint-Esprit, comme on verra plus clairement lorsque le même Prophète sacrera David. Il lui donne en même temps *le baiser de paix*, pour montrer que Dieu n'élève à ces grandes charges que ceux qui sont très-étroitement unis à lui, et qu'il honore de son amitié divine. Il lui prédit ensuite tout ce qui lui doit arriver, afin qu'il fût persuadé que tout ce qui se passait à son égard n'était qu'un effet de l'ordre de Dieu. Ces signes qui lui arrivent marquent apparemment les qualités que doivent avoir les vrais pasteurs. Mais nous laissons ces sens plus obscurs et plus spirituels à l'intelligence des personnes éclairées. (*Sacy.*)

psitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, et unxit Salomonem. Oleo præterea sacro unctum esse Davidem, ipse docet David Psal. 88, v. 21 : *Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum.* Hoc idem oleum effusum esse super caput Saülis licet quibusdam videatur aliter, mihi est valdè verisimile, quod etiam putat Abulensis. Primùm, quia idem Samuel, qui unxit Davidem oleo sacro, idem etiam unxit Saülem, utrumque ex imperio Domini ; neque gravior erat tunc ratio cur alter sacro, alter vulgari atque profano ungeretur oleo, cùm uterque tunc esset justus, et uterque futurus esset rex in Israel. Et quidem ut ungeret Saülem, multò faciliùs posset sumere ex tabernaculo sacratum oleum, cùm summam in Israele atque in templo potestatem haberet, quàm cùm Saülis loco postea ungere voluit in regem David. Tunc enim timebat vehementer Saülem, neque proficisci audebat in Bethlehem, ut constat ex cap. 16, v. 2 : *Et ait Samuel : Quomodò vadam? Audiet enim Saül, et interficiet me.*

Non displicet mihi Abulensis cogitatio, sed puto illam cum aliquo discrimine esse intelligendam ; quam ego hoc modo sine aliquo incommodo videor temperare posse, ut si quando rex esset ungendus Israelis, cùm nondùm erant decem tribus ex magno illo corpore distractæ, aut post divisionem illam reges Juda, tunc sacrum adhiberi oleum, et unctionem fieri à sacerdotali manu, aut ab eo qui sacerdotalem habuit potestatem, qualis fuit Samuel, aut alius fortassè propheta. Quo modo unctus est Saül, David et Salomon, qui reges fuerunt Israel. Et reges postea Juda, quos unctos omnes fuisse arbitror, licet nihil de illorum unctione Scriptura doceat. Sic sanè Joas, de quo 4 Reg. 11, et 2 Paralip. 23, v. 11 : *Et constituerunt eum regem, unxit quoque illum Joaida pontifex, et filii ejus.* Et 4 Reg. 23, v. 3, Joachaz : *Unxerunt eum, et constituerunt eum regem pro patre suo.* Et Absalom, cùm rex est à populo proclamatus, unctus quoque fuisse dicitur, 2 Regum cap. 19, v. 10. De regibus autem Israel, postquàm decem tribus à duabus aliis fuêre dissectæ, alia ratio est, qui non tam fuerunt sacro, quàm oleo communi delibuti.

Secundò dubitat quænam fuerint cæremoniæ in constituendo atque inaugurando rege ; et dicit, licet aliquot cæremoniæ in regum constitutione fierent, illas tamen inductas esse à consuetudine potiùs quàm à lege. Primùm infundebatur oleum super regis caput, ut docent exempla superiùs adducta. Offerebantur item victimæ ; quod probat hæc ipsa Saülis inauguratio : nam quando publicè Saül rex est constitutus, immolatæ sunt victimæ, ut habes cap. 11, in fine. Et 2 Reg. 15, v. 12, immolatæ sunt victimæ, cùm rex est proclamatus Absalom. Sicut etiam 3 Reg. cap. 1, v. 9, cùm rex proclamari voluit Adonias, antecesserunt holocausta. Deinde in regis manum tradebatur lex, cujus rex esse deberet custos et vindex ; quod solùm video ex omnibus cæremoniis à lege præscriptum. Deuter. cap. 17, v. 18 : *Postquàm autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus leviticæ tribùs ; et habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum, et custodire verba, et cæremonias ejus, quæ in lege præcepta sunt.* Hoc autem extremum servatum esse puto in electione et inauguratione Saülis, licet nihil habeamus in Scripturâ expressum. Neque enim verisimile est, legem illam ignoratam aut prætermissam esse à Samuele, qui legem habuit familiarem ; neque parùm habuit otii, ut videret quid in constituendo rege publicâ formâ opus esset facto.

Ad extremum accedebat gratulatio populi, et acclamatio festiva, quæ regi et usuram vitæ longam, et perpetuam felicitatem precabatur hâc solemni formâ, aut aliâ simili : *Vivat rex!* Quod audivit de se Adonias lib. 3 Reg. v. 25, cùm acclamavit populus : *Vivat rex Adonias!* Et ibidem v. 89, acclamatum est : *Vivat rex Salomon!* Hæc fermè omnia servata sunt in rege Joas lib. 4 Reg. cap. 11, v. 12 : *Produxitque* (Joaidas sacerdos) *filium regis, et posuit super eum diadema, et testimonium* (id est, legem, seu Deuteronomium), *feceruntque eum regem, et unxerunt, et plaudentes manu dixerunt : Vivat rex!*

Quòd verò dicitur osculum libatum à Samuele, non puto ortum habuisse à lege, vel à consuetudine, sed potiùs à benevolentiâ ; neque enim in aliorum regum constitutione quidquam de osculo in Scripturis habemus ; esse autem hoc etiam inter extraneos familiare benevolentiæ signum, nemo ignorat. Quare non dubito, etiamsi oleum in Saülis caput non foret effusum, non esse illius osculi omittendum officium, quod solet consociare animos, conjungere studia, et inter duo etiam corpora, quoad ejus fieri possit, nullam esse distantiam. Quod maximè eo tempore videbatur esse necessarium, cùm rex tunc imperitus

et novus, à Samuelis consilio datam sibi deberet gubernare rempublicam.

Tulit autem Saul lenticulam olei. Non dubium, quin *lenticula* vas significet, seu guttum olearium; cur tamen ita dicatur, non est adeò explicare promptum. Abulensis à liniendo dictum putat, quia oleum, seu balsamum, quod in eo continetur vase, emollit et linit; quod sumpsisse videtur ex Isidoro lib. 20, cap. 7. Alii à figurâ, quia in lentis similitudinem efformatum est, et hoc mihi potius. Sed huic cogitationi nonnihil incommodat, quòd vox hebraica, פַּךְ, *pac*, non significat lentem, seu lenticulam, sed generaliter *vas*, quod effundit, quem habet liquorem, qualis est guttus, seu gutturnium, aut ampulla, quæ ideò recipit in se unguentum, ut guttatim instillet, et convivas, aut mensam, aut aliquid aliud conspergat et irroret. Ego hìc diù hæsi, et in hujus nominis investigandâ ratione aliquid operæ et studii posui; dicam hìc breviter meam conjecturam. Ego *lenticulam* vas esse opinor olearium, quâcumque illud figurâ, vel magnitudine sit. Cur verò à Vulgato *lenticula* sit appellatum, cùm tamen nomen hoc in Scripturâ tantùm reperiatur, neque vas ullo modo significet apud alios, quod ego viderim, auctores, ortum puto ex Septuaginta translatione, qui aliquid hìc, sicut alibi sæpè, figuratum et improprium induxerunt. Hebraicum nomen פַּךְ, *pac*, generale, ut diximus, nomen est, quod vas significat, quod unguentum effundit, aut liquorem quemcumque. Id apud Græcos valet λέκυθος, quod præterea *legumina* significat, qualia sunt fabæ, pisa, lupini, lentes. Septuaginta respectantes ad græcam vocem, quæ tam *vas* olearium, seu unguentarium significat, quàm *lentem* et *fabam*, seu *lenticulam*, φακὸν, reddidêre, quæ *lentem* sonat, et alteram explicat partem græcæ vocis *lecythi*. Neque verò id rarum est, tam apud sacros quàm apud profanos auctores, ut ex duabus significationibus assumant minùs propriam; deinde factâ quâdam metalepsi, ad propriam et illius loci germanam significationem ascendant. Quod quia alicui durius fortassè videbitur, aliquot nobis exemplis confirmandum est.

Ex profanis accipe hæc pauca. Virgilius lib. 1 Æneid., sævum appellat Hectorem, cùm tamen illum ingentem, et acrem appellare vellet, quia istæ duæ voces, aut earum significationes in hâc voce, *immanis*, inveniuntur, alteram sumpsit, et per hanc gradationem ad alteram ascendit, hoc modo : Est sævus, ergo immanis, ergo acer et ingens; nam quæ magna sunt, illa etiam vocantur immania. Χειμὼν *tempestatem* significat et *hiemem*; hinc fit ut hiems pro tempestate interdùm usurpetur. Virgilius lib. 1 Æneid. :

Jam validam Ilionei navem, jam fortis Alethæ
Vicit hiems laxis laterum compagibus, omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.

Apud philosophos decreta quædam, seu placita, quæ jam sunt in scholis constituta, quæque omnes quasi aliquid certum et ineluctabile statuunt, *dignitates* vocantur, quia græca vox ἀξίωμα, tam *dignitatem* valet, quàm admissum illud communi consensione decretum.

Ex sacris habemus plura, hæc tu pauca accipe. Vox hebræa; רִשְׁפָּה *rispah*, et græca ἄνθραξ, *prunam* significant, et *carbunculum*, lapidem pretiosum, et instar igniti carbonis splendentem. Cùm autem Isai. 6, de carbone procul dubio sermo esset, ut constat, quia forcipe de altari sumptus est, tamen altera sumpta est significatio, quæ minùs erat eo loco propria : *Volavit*, inquit, *ad me unus de Seraphim, et in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari*; μόσχος *stolonem* significat, *et vitulum*; et cùm de *stolone* sermo esset, tamen interpres alteram significationem adhibuit, Sap. 4, v. 3 : *Spuria vitulamina non dabunt radices altas*. Et hebraica vox סוֹרְרִים *sorerim*, et græca ἀπειθεῖς, *rebelles*, et *non credentes* significant, cùm de rebellibus esset sermo; vulgatus tamen Psal. 67, v. 20, transtulit, *non credentes*.

Sic igitur hoc loco cùm λέκυθος, *lecythus*, *vas* olearium significet, et *lentem*, Septuaginta posteriorem adhibuêre significationem, quæ tamen pro priore sumitur. Ex eo verò factum est, ut *lenticula* vox et hoc loco et nonnullis aliis olearium, aut unguentarium *vasculum* significet. Ut lib. 4 Reg. v. 1 et 3. Quod si ita est, non erit cur existimemus modicum olei Saülis caput irrorâsse, quasi *lenticula* exiguum sit vasculum, neque multùm possit olei continere. Unde dixit Gregorius in hunc locum « Lenticula quidem parvum est vas. Quid « ergo est, quòd lenticulâ olei Saül ungitur, « nisi quia in fine reprobatur? Velut enim « lenticula olei parùm habuit, quia spiritalem « gratiam projiciendus accepit. » Ego, ut dixi, nomen puto fuisse commune, sicut *lecythus*, neque habuisse figuram aliquam certam aut definitam aliquam capacitatem, sicut neque *cornu*, de quo statim. Isidorus lib. 20, cap. 7, *lenticula*, inquit, *modicum vas æneum, vel argen-*

teum quadrangulum in latere apertum, quod et lecythus. Idem ex eo Petrus Comestor; unde tamen id probari possit, non video.

De *cornu* idem puto dicendum, quod de *lenticulâ*, nempe generale vas esse, in quo continetur, et ex quo effunditur quicumque liquor; quare idem jubetur facere Samuel, aut quicumque alius, cùm jubetur sumere *lenticulam olei*, aut *cornu* implere oleo. Quod etiam docuit Abulensis in cap. 16 Reg. q. 1, ubi cùm refutâsset Lyræ sententiam, qui cum Hieronymo putat *lenticulam* esse vas exiguum et fragile, *cornu* verò durum et capacius, quo significabatur regnum Saülis, qui oleo ex *lenticulâ* conspersus est, non futurum esse diuturnum; contra verò Davidis, qui unctus fuit oleo ex *cornu* diffuso, fore perpetuum, ait : « Sed in hoc nihil differt, quia aliquando ponitur in Scripturâ : *Lenticula*, et aliquando : « *Cornu;* nec fit in hoc magna differentia. » Sed quòd *cornu* vas omne significet, sive illud sit poculum ad bibendum, sive ad continendum unguentum, multa probant. De unguento habemus in unctione Davidis et Salomonis; de poculo, sive ullâ certâ differentiâ ac notâ, probat Græcorum usus frequens, qui millies pro calice vaseque potorio κέρας adhibet, quod idem valet quòd *cornu;* et cùm vasa olim prioribus seculis ex corneâ materiâ fingerentur, factum est, ut cornua nunc etiam dicantur pocula ex quâcumque materiâ conflata, sicuti cornua dicuntur tubæ ac litui, etiamsi ex æreâ aut argenteâ materiâ formentur. Ita putat Rhodiginius lib. 27, cap. 27. Et probatur, quia vinum infundere, aut propinare, aut miscere, ex græco nomine κέρας, κεραννύω dicitur; aut κεράω : et κρατὴρ *vas* dicitur *potorium*, quasi κρεατήρ. Denique ἀπὸ τοῦ κέρω; deducuntur plurima quæ ad res pertinent poculentas. Unus nobis Athenæus plurima suppeditabit exempla, quæ hoc loco referre non gravabor, neque otiosa in eo sumetur opera, quando in his libris non semel *lenticulæ* ac *cornu* nomen occurret. Quæ autem ille lib. 11, cap. 8, nos in hunc locum carptim conferemus.

Antiquos ait in bovillis cornibus potare solitos, et eam ob causam Bacchum κερατοφνῆ, id est, *cornutum* fingi, quasi suæ artis, aut genii in capite manifesta portaret insignia ; et ταυρόμορφον, id est, *taurinâ facie*, fingi in Cyzico. Usum præterea frequentem fuisse poculorum è materiâ corneâ, illud non difficilè confirmat, quòd vinum aquâ temperare, quod in ipso potorio vasculo plerùmque fit, κεράσαι dicitur, id est, *in cornu miscere ;* et vas ipsum κρατήρ appellatur, quasi κερατήρ. Addit deinde, suis temporibus abacum corneis instrui solitum poculis, quæ ῥυτὰ appellari dicit. Deinde plurima adducit testimonia poetarum, qui inducunt antiquos bibentes è cornu. Sic Pindarus in Centauris. Xenophon lib. 6 ἀναβας. Adducit præterea exempla Paphlagonum, Thracum, Perrhæborum, Philippi regis Macedonum, regum Pœoniæ, Atheniensium, qui tam in mensis quàm in sacrificiis corneis utebantur calicibus.

Neque quæ dicuntur *cornua*, semper erant è corneâ materiâ, quæ ex fronte sumuntur bubulorum aut boum, licet principio, in rudiori nempe seculo, non aliud antiqui habuerint magis familiare poculum. Interdùm enim cornua fingebant ex auro vel argento, sicut alia vasa quæ tamen cornu dicebantur. Quod item docet Athenæus supra, qui ex Theopompo tradit, corneis poculis addi labra ex auro vel argento à regibus Pœonum. Et Æschylus in Perrhæbis ait, Perrhæbos habuisse argentea cornua, quibus aurea indidêre labia. Sophocles in Pandorâ ab eodem citatus Athenæo, cornu meminit aurei; et Athenienses argenteis utebantur cornibus. Hæc sumpta sunt ex Athenæo carptim.

Cur verò vasa hæc, sive sint potoria, sive unguentaria, ex auro, aut argento, sive ex quâlibet aliâ materiâ formatâ, *cornua* dicantur, ea ratio est, quia prima et rudiora secula his primùm utebantur rebus quas acceperunt à naturâ, quarum retinuerunt nomen, licet forma mutaretur et materia, dummodò idem usus maneret. Sic arundinem vocamus, avenam, fistulam, tibiam et cornu, instrumenta musica, licet è ligno fuerint, seu ex ære formata, dummodò inflatu sonent; sic testudinem, seu chelim appellamus lyram, quia ex testudinis tegumento priùs compacta ; sic vasa quædam supernè aperta et lata conchæ dicuntur, quia primum illum præbuerunt usum. Sic sanè Horatius Salinum vocavit lib. 1, Sat. 3 : *Sit*, inquit, *mihi mensa tripes, et concha salis puri.* Et idem lib. 2, ode 7 : *Funde capacibus unguenta de conchis.* Sic igitur *cornu* vas appello quodcumque, in quo liquor aliquis continetur, quæcumque illud sive materia componat, sive species informet. Quod item puto dicendum de *lenticulâ*, quamcumque habeat figuram, dummodò apta sit liquori fundendo. Neque inter *cornu* atque *lenticulam* Samuelis arbitror aliquid esse discriminis ; neque ex alio vase sum-

ptum oleum, quo priùs Saül, et quo postea in regem unctus fuit David; neque plus in uno quàm in altero olei fuisse consumptum. Hæc mihi visa sunt de hujusmodi vasis; alii aliter cogitant. Quisque, ut volet, statuat; mihi sat est cogitationem meam aperuisse.

Et deosculatus est eum. Hæc à nobis nuper, n. 9, explicata sunt, ubi diximus, osculum ortum potiùs esse à benevolentiâ quàm à lege, sive consuetudine, quæ servari solet in unctione quâ inaugurantur reges.

Et liberabis populum tuum. Hæc usque ad, *cùm abieris*, exclusivè, non sunt in textu hebraico, neque in aliquibus latinis neque id habent Septuaginta, neque Chaldæus, tametsi canonicam obtineant auctoritatem. Unde id acciderit, incertum est; fieri potuit, ut è margine irrepserit in textum. Quod putant Dionysius et Lyra. Ego magis crediderim, interpretem nostrum habuisse hebraicos codices magis correctos, ex quibus temporum injuriâ exciderunt illa quæ Vulgatus interpres latinè reddidit.

Vers. 2. — Invenies duos viros juxta sepulcrum Rachel in finibus Benjamin in meridie (1). Expediebat maximè, ut Saül sibi persuaderet unctionem illam non esse ab homine, sed divinam ibi quoque auctoritatem intercessisse. Atque ideò signa illi dat certa, quæ nemo nisi illustratus à Domino nôsse potuisset. Quæ omnia eodem prorsùs ordine evenerunt, quo fuerant prædicta. Sed illud duriusculum videtur, quia Rachel sepulcrum non habuit in finibus Benjamin, sed in Ephrata, quæ est Bethlehem, et magis pertinet ad tribum Juda, ut habes Genes. cap. 35, v. 20. Sed hoc explicationem habet non difficilem; neque enim mortua dicitur Rachel in Ephratâ, et erectus in eâ monumenti titulus, sed in viâ quæ ducit Ephratam, quæ est Bethlehem; quare sepulcrum illius excitari longiusculè potuit ab Ephrata. Deinde quia illud, *in finibus Benjamin*, non significat duos illos viros esse in terrâ Benjamin, sed ad extremum terminum Benjaminicæ tribûs. Hebraicè namque vox est *guebul*, quæ non tam possessionem valet, quàm possessionis terminum et limitem. Quare nil aliud significari puto, dùm viri duo dicuntur inveniendi in finibus Benjamin, quàm inveniendos esse in illo loco tribûs Juda, ubi sese duarum tribuum termini contingunt, id est, in ipso duarum tribuum confinio. Hebræi aliquid hìc supplent, dùm hoc modo hunc locum exponunt: *Occurrent tibi in finibus Benjamin duo viri, qui modò sunt juxta sepulcrum Rachel.* Sed non est necesse ad hunc durum interpretandi modum confugere.

Ubi Vulgatus, *in meridie*, hebraicè est, *selsach*, quæ vox umbram claritatis sonat; quam noster Vulgatus optimè convertit, *meridiem*, quia ex eo tempore declinante jam die, jam luci aliquid admiscetur umbræ. Septuaginta *meridiem* convertunt, sicut Vulgatus. Alii australem putant esse regionem, ita ut duo illi viri futuri sint ad illam cœli plagam, ubi se utriusque tribûs fines attingunt. Alii loci nomen esse putant; nihil planè certum. Ego quod dicebam, in *meridie*, significari tempus meridianum, magis probo, tum quia valdè est incertum transeundum esse Saüli è Ramathâ, ubi tunc erat Samuel, ad Gabaa, quæ erat Saülis patria, per illam partem, ubi ad austrum sese Judæ ac Benjamin termini contingunt. Deinde, ut demus ita fieri, planè otiosum erat illud signum, ne dicam ineptum, quod futurum erat necessarium. Nam si eundum erat Saüli necessariò ex Ramathâ per locum, ubi duarum tribuum confinia concurrunt, cur propheta quasi aliquid novum et rarum, qualia esse solent signa, quæ dantur à Deo, signa illa præberet, quæ nemo nisi peregrinus et hospes ignoraret? Quod perinde est, atque si quis dicat: Hoc erit tibi signum, quia cras orietur sol, aut occurrent viri in illâ viâ, per quam incesseris; mirum si in aliâ, quam non esset ingressus. Septuaginta hìc addunt ἀλλομένους μέγαλα, id est, *salientes granditer*, id est, gradientes velociter: unde id sumpserint, non video. Sed dùm plura et minuta magis signa proponuntur, major dictis conciliatur fides.

Vers. 3. — Et veneris ad quercum Thabor. Non est hìc *Thabor* mons, qui pulcher est et nobilis, quia ille est in tribu Zabulon, ut tradit Hieronymus in Locis hebraicis, eo autem loco non potuerunt duo illi viri occurrere Saüli. Quidam putant Thabor nomen esse proprium

(1) Saülis è Ramathâ in Gabaam proficiscentis viam transisse juxta sepulcrum Rachelis ad Bethlehem, non satis assequor, nisi tabulas omnes geographicas consentire in nostram deceptionem censuerimus. Opus est enim, Ramatham Samuelis meridionaliorem fuisse quàm quod constitui soleat: exploratior est enim situs Gabaæ et Bethlehem, quàm ut loco moveri possint. Quomodò autem Ramatha ulteriùs ad meridiem promoveatur, si in montibus Ephraimi considebat, uti in exordio hujus libri traditur? Ut hæc evitentur incommoda, nihil aptius occurrit, quàm ut reddatur Hebræus: *Invenies duos viros è Zelezach, loco sito juxta sepulcrum Rachel, in finibus Benjamin, dicentque tibi: Inventæ sunt asinæ.* (Calmet.)

aut viri qui quercûs illius erat dominus, aut loci ubi speciosa erat aut robusta quercus. Nihil est certum.

Invenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel (1). Cùm eo tempore tabernaculum vacuum esset ab arcâ, et arca in loco non suo, fas erat, ut diximus, aliis in locis sacrificare; quod fiebat sæpiùs in excelsis locis, ut diximus cap. 9, v. 9. Cùm autem *Bethel* locus esset jam olim religiosus à tempore Jacob, et suo ipsius nomine illustris et sacer (dicitur enim *Bethel*, id est, *domus Dei*), ad illum locum tanquàm idoneum magis religioni, convenerunt tres illi viri, sicut etiam convenisse plures alios verisimile est, ut dona illa, seu sacrificia in locum deferrent quem sibi Dominus ad opus illud jampridem destinâsse videbatur (2).

Vers. 5. — Post hæc venies in collem Dei, ubi est statio Philisthinorum. Collis iste variè à variis accipitur. Rabb. Salomon putat esse Cariathiarim, qui ideò *collis* dicitur *Dei*, quia ibi tunc erat arca. Sed errat longè cùm eo sit loco collis ille (si tamen collis) ut in eo progressu nullo modo illos attingere aut videre potuerit Saül, cùm pertineret ad tribum Juda, Josue cap. 15 et 18, ex cujus finibus jam fuerat egressus Saül. Nam, ut nuper diximus, tres viri in finibus Benjamin occurrerunt Saüli. Lyra locum esse credit, ubi erant prophetæ, qui cùm Deo uni præcipuè servirent et vacarent, *collis* potuit appellari *Dei*. Mihi maximè probatur, quod Abulensis putat, *collem* nempe *Dei* esse civitatem Gabaa, ubi natus et educatus Saül. Quod optimis suaderi potest conjecturis: Primùm, quia in hebraico textu, ubi noster *collis*, est *ghibaa*, quæ vox ita *collem* significat, ut etiam sit proprium civitatis nomen, quæ ex loci situ nomen accepit. Sicut autem hìc dicitur in colle fuisse statio Philisthinorum, sic etiam infra, cap. 13, in Gabaâ Benjamin Philisthinorum statio à Jonathâ dicitur fuisse percussa. Deinde, quia eo in loco viros habuit sibi cognatos Saül, ut patet statim, v. 14, ubi nonnihil de patriâ Saülis. Deinde quia illius sive civitatis, sive collis habitatores probè noverant Saülem et ejus parentes. Quare cùm inter prophetas prophetare cœpit, admirati sunt omnes, cùm neque illum aut parentem ejus de prophetarnm cœtu ante cognovissent. Atque ideò dixerunt: *Quænam res accidit filio Cis? Num et Saül inter prophetas: Responditque alius ad alterum: Et quis pater eorum?* Hæc, meo judicio, satis probant collem illum esse Gabaa patriam Saülis.

Sed illud jam explorandum, cur dicatur *collis Dei*. Mihi hoc loco placet, civitatem illam vocatam esse, *collem Dei*, seu potiùs, *Gabaa Dei*, ut distinguatur ab aliâ ejusdem nominis civitate: tale autem nomen videtur obtinuisse, quia ibi erat cœtus, et veluti schola prophetarum, qui aut divino afflati erant Spiritu, aut divinas laudes ex voto ac religione, aut ex instituto modulabantur; de quo mox accuratiùs.

Ubi est statio Philisthinorum. Ex his manifestè constat, *collem Dei* esse Gabaa, quando cap. 13, in eâ dicitur esse statio, id est, militare præsidium Philisthinorum. De quo alio in loco agendum nobis necessariò. Illud nunc obiter observandum, quod tradiderunt interpretum plerique, licet Philisthini, ut vidimus cap. 7, ad v. 13, humiliati fuerint sub Samuele, neque ultra venerint in terminos Israel, et civitates quas ab Israele sustulerant, redditæ fuerint à Philisthinis, non tamen sic ab illis ereptam fuisse, aut fractam potestatem quam priùs habuerunt in Israelem, ut non in ali quibus civitatibus præsidium militare reliquerint, quod Israelitas ad pensitanda vectigalia cogeret, et sub Palæstinorum imperio contineret. Sicut etiam nostro tempore fieri videmus. Qui enim provinciam aliquam armis subjugârunt, antiquis possessoribus eâ lege habitandam fruendamque permittunt, ut ibi habeant arcem munitam, et in eâ perpetuam præsidiariorum militum stationem, quæ terrori sit civibus, si quando novi aliquid moliri tentaverint. Huic porrò stationi commodissimus locus visus est Gabaa, quia et ipsa munita erat à naturâ, utpote quæ sita esset in excelso loco,

(1) Tres portas panis, oblationem Domino, vel munus sacerdotum res sacras ministrantium in Bethel; id est, offerentium sacrificia in altari, quod erectum olim à Jacobo, deinde ab ejus filiis reparatum est: vel denique offerentium tantummodò preces pro iis, qui munera deferentes precabantur, ut pro se Deo supplicaretur. Hebræus legit: *Tria frustula*, vel tres portiones panis, uno verbo, tres panes. Septuaginta: Τρία ἀγγεῖα ἄρτων, *Tria vasa panum*, tres canistros panis plenos. Deferebant autem hædos ad sacrificium, panes in oblationem, et vinum ad libamina. Ex his rebus portio quædam offerenda erat Deo, alia tradenda sacerdoti, reliquum verò ad læta coram Domino convivia celebranda. (Calmet.)

(2) Vers. 4. — Dabunt tibi duos panes. Opportunum utique munus iter habentibus, quibus pecunia deficiebat et commeatus. Comparaturos sese facilè alios panes in Bethel, vel alibi in itinere, arbitrabantur. (Calmet.)

et ad continendum in officio populum opportuna. Ita putant Abulensis, Lyra, Cajetanus et Hugo. Quàm autem præsidiariæ hæ stationes infestæ fuerint Israelitis, dicemus infra, cap. 13, v. 19.

OBVIUM HABEBIS GREGEM PROPHETARUM DESCENDENTIUM DE EXCELSO, ET ANTE EOS PSALTERIUM. Plura sunt *prophetarum* genera, aut si mavis, plura ministeria. Quidam propriè et secundùm nominis notationem dicuntur *prophetæ*, qui nimirùm futura prædicunt. Alii, licet minùs ad propriam nominis rationem, *prophetæ* tamen verè sunt, qui absentia et quæ jamdudùm præteriêre nôrunt, quæ nullâ naturali facultate, sed tantùm divinâ quâdam illustratione cognoscuntur. Quo modo Moyses verè *propheta* fuit, dùm in libro Geneseos, quæ facta sunt in mundi primordio et temporibus aliis obscuris, à divinâ illustratione accepta sacris mandavit monumentis. Alia sunt munera quæ, licet non sint omninò prophetica, quia tamen illis operam assiduam impenderunt prophetæ, prophetica dicuntur, non quia illi qui ea præstitêre prophetæ fuerint, ut edere opera quæ naturæ exuperant vires, qualia sunt excitare mortuos et alia ejusmodi patrare miracula, interpretari Scripturam sacram, et illius tradere rudioribus populis intelligentiam; sed præcipuè illi dicuntur prophetæ, qui divinis laudibus celebrandis vacant, licet longè absint ab afflatu divino. Et quia hæc pars nobis in præsentiâ necessaria est, ideò in illâ nobis plusculùm operæ ponendum.

Multi in Scripturâ sacrâ dicuntur prophetæ, qui tamen cantores tantùm sunt, aut qui instrumentis utuntur musicis. Id planè constat ex lib. 1 Paralip. cap. 15, ubi, v. 22, cantantium, seu laudantium Dominum chorus, *prophetarum chorus* nominatur. Nam cùm præcessissent plurimi, qui cantores dicuntur, et in cymbalis æneis concrepantes, et qui in nabliis arcana cantarent, quique in citharis pro octavâ canerent epinicium, statim additur : *Chonenias autem princeps Levitarum prophetiæ præerat ad præcinendam melodiam; erat quippe valdè sapiens.* Et statim, v. 27 : *Chonenias princeps prophetiæ inter cantores.* Et eodem lib. cap. 25, v. 1, electi dicuntur à magistratu et rege David, qui prophetarent in citharis; sed prophetæ non eliguntur ab hominibus, cùm non humano, sed divino Spiritu afflati loquantur; cantores autem optimè, cùm homo de vocis suavitate et artis peritiâ judicare possit. *Igitur David et magistratus exercitûs segregaverunt in ministerium filios Asaph, et Hemam, et Idithum, qui prophetarent in citharis, et psalteriis, et cymbalis, secundùm numerum suum dedicato sibi officio servientes.* Et iterùm, et tertiò, eodem capite alii dicuntur in organis et musicis instrumentis prophetare.

Illud præterea observandum, horum prophetarum fuisse quædam collegia, ubi in arte musicâ atque harmonicâ exercerentur. Quod, meo judicio satis probat, quod modò dicebamus de Choneniâ, qui prophetiæ, id est, hymnodiæ præerat, quia erat valdè sapiens. Et lib. 1 Paral. cap. 25, v. 7, quidam dicuntur *doctores, et qui erudiebant canticum Domini.* Hi porrò in Scripturâ sacrâ etiam dicuntur *patres,* sicut etiam alii doctores et magistri. Genes. 4. v. 21 : *Jubal ipse fuit pater canentium citharâ et organo.* Neque fortassè aliud intelligitur statim, cùm de prophetarum patre agitur, v. 10. Hoc docuit Hieronymus in Tradit. hebr., explicans illud de Saül : *Et quis pater eorum? Pater,* inquit, *magister vocatur, sicut Elisæus Eliam patrem, id est, magistrum vocat, 4 Reg. 2. Et in lib. Job cap. 34, Heliu Eliphaz patrem, id est magistrum vocat.* Hæc Hieronymus. Neque mihi dubium est, cùm Genes. 45, dicit de seipso Joseph : *Dei voluntate hùc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis, et dominum universæ domûs ejus, ac principem in omni terrâ Ægypti, patrem* eo loco significare *magistrum.* Nam cùm illa verba numeraret David Psal. 104, v. 21, illud, *patrem,* sic explicuit, ut nemo dubitare posset illis verbis significari *magistrum.* Sic autem David : *Constituit eum dominum domûs suæ, et principem omnis possessionis suæ, ut erudiret principes ejus, sicut semetipsum, et senes ejus prudentiam doceret.* Cùm cætera aliquid habeant certum quò referantur, posteriora ad illud opinor referuntur : *Fecit me quasi patrem Pharaonis,* quasi dicat, ut ita principes alios doceret, sicut Pharaonem ipsum ante docuerat. Talis fuisse dicitur prophetarum cuneus, cui præerat Samuel, 1 Reg. 19, v. 20, ad quem cùm venissent Saülis nuntii, ipsi quoque prophetârunt, quod item fecit statim ipse Saül, sicut hìc ante fecerat. Vide Abulensem in cap. 19, q. 31, ubi dicit à Samuele plurima instituta collegia. Fuisse præterea Prophetarum cœtum in Najoth in Ramathâ, et in Bethel et Jericho, ipsa docet Scriptura. De Bethel. 4 Reg. 2, v. 3 : *Egressi sunt filii prophetarum, qui erant in Bethel.* De Jericho, 4 Reg. cap. 6 : *Dixerunt autem filii prophetarum ad Elizæum : Locus, in quo habitamus coram*

te, angustus est. De Najoth in Ramathâ habes infra, cap. 19, ubi iterùm prophetâsse dicitur Saül inter prophetas; ibi etiam, v. 20, dicitur fuisse prophetarum cuneus. Simile, opinor, collegium fuit horum prophetarum, qui divinis laudibus cantandis assuescunt, in Gabaâ patriâ Saül, quam ideò appellari diximus, collem Dei. Quòd verò hi cantores aut psaltæ potiùs fuerint quàm futurorum annuntiatores, ipsa instrumentorum musicorum nomina non obscurè significant. Ut quid enim illos antecederent psalterium, tympanum, tibia et cythara, et illi tunc simul prophetarent, nisi quia bellè cum harmonico horum instrumentorum sono humanarum vocum symphonia consentit? Quòd si propheticæ voces inanes non sunt, neque numero ac varietate confusæ, ut quid in solitudine tot prophetarum voces, ubi aut audiret nemo, aut admodùm pauci? Neque si voces forent verè propheticæ, illarum significationem et pondus Scriptura sacra tacuisset. Hoc auctorum plerisque probari video. Ita tenent Chaldæus hic, q. 5, Abulensis, Lyra, Cajetanus, Tornielus ad annum mundi 2545. num. 14; Hugo et Magister Historiæ scholasticæ. Et hi fermè omnes dicunt et, meo judicio, non improbabiliter, Samuelem fuisse primum patrem religiosorum ordinum, qui collegia instituit, ubi docerentur musicam, et divinis laudibus assiduè vacarent. Vide Abulensem infra, in cap. 19, q. 31.

Illud hic notandum, quod nonnulli ex auctoribus supra citatis observârunt, in his tot prophetantium, id est, psallentium collegiis fuisse aliquos qui verè divino instincti Spiritu prophetarent. Quod mihi persuadet, quòd antequàm ab Eliâ, sive ab Elisæo accepissent, qui ex eo prophetarum numero morabantur in Bethel, futurum ut Elias tolleretur à Domino, ipsi jam noverant. Atque ideò cùm progressi essent obviàm Elisæo, dixerunt, 4 Reg. 2, v. 3 : *Numquid nôsti, quia Dominus hodiè tollet dominum tuum à te?* Non disputo an omnes hoc ex divinâ revelatione didicerint, satis enim habeo id illorum saltem uni fuisse revelatum, à quo id reliqui nôsse potuerunt. Sanè Augustinus existimare videtur veros hosce fuisse prophetas, et verè ac propriè prophetâsse, cùm Saülem ad illorum imitationem verè ac propriè prophetâsse affirmat. Sic autem ille Psal. 103, ad illud : *Qui protegis in aquis superiora ejus* (sic enim ipse legit) cùm docuisset dona quædam supernaturalia sceleratis interdùm hominibus concedi addit : « Prophetæ « quale munus est? Prophetavit Saül malus « rex, et tunc prophetavit, cùm David san- « ctum persequeretur. » Et statim impletum esse dicit Spiritu prophetandi. Et de aliis, qui missi ante fuerant, ut Davidem comprehenderent, qui etiam prophetâsse dicuntur, ait : *Impleti, sunt Spiritu prophetiæ, qui missi sunt, et prophetaverunt.* Neque aliud videtur sentire S. Thomas 2-2, q. 172, in corp., ubi ait, filios prophetarum habitâsse simul cum Elisæo, « quasi « solitariam vitam ducentes, ne mundanis « occupationibus impedirentur à dono prophe- « tiæ. » Idem Theodoretus q. 24. Sed, ut dixi, illud plerisque probatur, qui eâ de re ex instituto disputant, et rationes quas superiùs adduximus, et latiùs Abulensis persequitur, q. 5, omninò probant.

At dices, ex psalterio, et tympano, et aliis harmonicis instrumentis, non satis firmam sumi conjecturam, ut credamus hos non tam esse prophetas in significatione propriâ, quàm cantores : quia suavis et harmonicus sonus spiritus excitat prophetarum, et ad accipienda oracula divina disponit. Quod docuit Elisæus, lib. 4 Reg. 3, v. 15, qui cùm explorare vellet divinam voluntatem, dixit : *Nunc autem adducite mihi psaltem : Cùmque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini, et ait : Hæc dicit Dominus.* Dicemus hâc de re suo loco pluribus. Nunc satis sit dixisse, ut Abulensis, q. 5, docuit, eo loco non cantâsse aut instrumentum pulsâsse prophetam, sed alium psaltem adduxisse, quo pulsante, ipsius spiritus ad divinam illustrationem disponeretur.

Vers. 6. — Et insiliet in te Spiritus Domini, et prophetabis cum eis, et mutaberis in virum alterum (1). Optimè hic Abulensis, q. 6,

(1) *Vous serez changé en un autre homme.* Il est dit plus bas lorsque cette parole fut accomplie : *Dieu changea le cœur de Saül et lui en donna un autre.* Le changement qui arriva alors dans Saül fut grand, mais plus selon le monde que selon Dieu. Car d'un particulier peu considérable ou par sa naissance ou par sa personne, il prend tout d'un coup un cœur de roi. Il conçoit des pensées dignes de ce haut rang où Dieu l'avait fait monter. Il devient redoutable à ses ennemis, comme nous verrons dans la suite, et aimé de ceux au-dessus desquels il est élevé en un moment par la puissance qu'il reçoit du ciel. On peut dire même que ce changement, qui lui attira tant de gloire, fut un changement bien malheureux, puisque cette grandeur d'âme qui avait d'abord paru en lui dégénéra aussitôt en une témérité présomptueuse, qui lui fit perdre la couronne que sa première modération semblait avoir méritée.

docet, spiritum illum, qui insilit in Saülem, **non** fuisse spiritum prophetiæ, sed spiritum **devotionis,** quo vellet, et facultatem aliquam, **quâ** posset in divinas laudes cum illo prophetarum cœtu ardentiùs incumbere. Planè hominem rusticum, neque musicam doctum, neque ministerio illi assuetum, quod tam erat supra illius facultatem et captum sublime, inter eximios illos psaltas neque indoctè, neque indecorè psallere, non est humani ingenii atque artificii, sed Spiritûs divini, qui ut talia in hominibus operetur, neque tempore eget, neque illis artibus, quibus humana utitur solertia. Quare mutatus dicitur Saül in virum alterum, ex rustico videlicet, et asinarum pecorumque custode, in psaltem, et in eum qui agreste illud et pastorale negotium non exercet, et ab eo, qui humana quædam et humilia curabat, et illis esset assuetus, et fortassè ad alia parùm idoneus, in illum qui jam esset ad graviora et ad regium nomen et munus non ineptus. Itaque cùm contribules et Gabaitæ cives talia viderent, qualia nunquàm viderant neque expectârant à Saüle, et egregium psaltem agnoscerent in homine priùs inculto et ab studiis urbanitatis alieno, admirati repentinam illam metamorphosim, dicunt ea de quibus statim vers. 11.

Vers. 7. — Fac quæcumque invenerit manus tua, quia Dominus tecum est. Illa signa dedit Saüli Samuel regni à Domino concessi, quæ cùm primùm acciderint, jubet illum bono esse animo, et à Domino felicem sperare successum in rebus omnibus quas tentaverit. Ita plerique exponunt illud : *Fac quæcumque invenerit manus tua.* Quare admonetur Saül ut agat quodcumque occurrerit, seu venerit ad manum, ac si dicat : Age quodcumque volueris, neque enim tibi usquàm aberit Deus, quem auspicem habebis et patronum. Alii dicunt admoneri Saülem ut quidquid ad regiam dignitatem et officium spectat, audacter aggrediatur, certus de successu qui nunquàm deerrabit à voto. Id autem ex eo sperare jubetur, quia cùm rex à Deo designatus sit, quæ regii sunt muneris, ipse secundabit. Ita videntur sentire doctores hebræi, ut indicat Hieronymus in Tradit, hebr. « His signis, inquit, noscere poteris, quia « Deus te regem fore voluit; et idcircò ad omnia quæ tibi agenda sunt, regaliter age, « quia Deus tecum est. » Ex quibus verbis aliam ego sententiam informo, et fortassè magis ad Hebræorum mentem, nempe ut in omnibus quæ occurrerint, seu ad manum venerint, regium assumat animum, et regio more tractet atque disponat.

Aliter explicat Chaldæus, nempe ut paret sibi vasa, seu instrumenta regni, illa videlicet, quæ regiam decent personam, aut quæ regiis ministeriis et studiis commodare atque servire possunt. Ego conjungendo chaldaicam expositionem cum hebraico atque Vulgato textu, hanc addo ad reliquas expositiones, ut regium nimirùm assumat animum, et populum nondùm solutum à Palæstino jugo, ad libertatem omninò vindicare studeat, neque illorum potentiam aut apparatum bellicum reformidet, neque illius spiritus frangat, aut debilitet, quòd oppressi Israelitæ Palæstinorum imperio, neque arma habeant (ut enim habes cap. 13, v. 22, in toto exercitu tantùm Saül et Jonathas hastam habuerunt et gladium), neque fabros, qui illa cudendi aut arte aut facultate polleant, sed faciat nempe arma bellica, quæcumque primùm ad manum venerint, sive sit vomer et ligo, sive duri stipites, sive præusti sudes, denique quidquid telorum sors et fortuna ministraverint : nam quæ naturâ suâ infirma sunt, illa, duce atque auspice Deo, magnorum telorum usus et pondus habent. Quæ sententia non omninò displicet mihi, licet quæ principio dixi magis mihi probentur.

Vers. 8.— Et descendes ante me in Galgala. Non constituit certum aliquem diem, quando profecturus sit in Galgala, sed tantùm aut prædicit, aut monet ut descendat in Galgala, et ibi ipsum septem expectet dies. An tempus tunc illi præstituerit, cùm eò esset profecturus, non constat ex hoc loco, neque (quod ego viderim) ex ullo Scripturæ sacræ testimonio. Illud videtur certum, septem illos dies non esse numerandos ab hoc tempore quo unctus est primùm à Samuele Saül, neque ab eo tem-

Mais on peut voir ici en figure ce qui se passe dans les vrais pasteurs. Dieu ne les appelle à cette charge, qu'après qu'il leur a donné les qualités ou de nature ou de grâce qui sont nécessaires pour la soutenir. Il leur inspire de plus une humilité profonde qui leur persuade qu'ils en sont indignes, et qui leur fait craindre d'être accablés par le poids de cette charge. Et lorsque c'est Dieu qui les y appelle, *il les change en d'autres hommes,* comme il a paru en plusieurs saints, et il leur donne une force et une charité infatigable proportionnée aux grandes choses qu'il demande d'eux. Ainsi les obstacles qu'ils rencontrent ne servent qu'à accroître la fermeté de leur foi; et il paraît par toute la suite de leur vie, que c'est la vertu de l'esprit de Dieu qui soutient en eux la faiblesse humaine.
(Sacy.)

pore quo hæc signa regni constituti cognovit Saül, quia tot acta referuntur ex hoc tempore ad illam Saülis profectionem, ut septemdiali illo spatio peragi non potuerint. Suspicor tamen in certum aliquod tempus condictam esse profectionem, quod licet subobscurè, indicat tamen, quod de illo spatio legimus infra, cap. 13, ubi post aliquot dies descendisse dicitur Saül in Galgala, ibique ad septimum usque diem spectâsse. Quid autem illi contigerit, et quid acciderit mali, quia totos septem dies non expectavit, eo loco videbimus. Abulensis, q. 11, putat hoc generale fuisse mandatum, ut quoties res aliqua occurreret, quæ consilium et deliberationem desideraret, secederet in Galgala Saül, et Samuelem accerseret, expectaretque septem dies, ut immolatis victimis consuleret Deum, edisceretque ab eo quid facto esset opus. Idem etiam non improbat Cajetanus, cùm tamen priorem sententiam studiosiùs esset amplexus.

Vers. 9. — Itaque cum avertisset humerum suum, ut abiret a Samuele. Ab actione motuque corporis significatur Saülis à Samuele digressus. Nam cùm ab aliquo discedimus, illi terga convertimus, et in contrariam partem faciem offirmamus. Unde cùm Deus homines à suo congressu aut observantiâ recessisse significat, illorum ad sese terga conversa fuisse dicit. Jerem. 2, v. 27 : *Verterunt ad me tergum, et non faciem.* Et iterùm repetit cap. 32, vers. 33.

Immutavitque ei Deus cor aliud. Ubi evocavit Deus Saülem ad regni gubernacula, mutavit illi, quos ante habuerat, abjectos fortassè et ignobiles spiritus, quales esse plerùmque solent in illis qui ruri degunt, vitamque agunt incultam et agrestem, et inspiravit regios, ita ut majora conciperet quàm antea solitus ; priores abjiceret cogitationes, neque periculis oblatis desponderet animum, aut mentem haberet, sicut antea fortassè, pinguem et obscuram. De aliâ mentis mutatione, cùm ab spiritu repentè mutatus est et abreptus, et inter psaltes cecinit, paulò ante dictum est. Illa enim fuit dissimilis longè mutatio, quæ illum egregium fecit psaltem ; hæc verò alio spiritu regiam indidit mentem, et regno reddidit non ineptum.

Vers. 10.— Insiluit super eum Spiritus Domini, et prophetavit in medio eorum. Hæc à nobis explicata sunt nuper ad illud : *Et insiliet in te Spiritus Domini.* Hebræi dicunt (ut ait Hieronymus in Traditionibus hebraicis) verè et propriè vaticinatum esse Saülem de futuro seculo, de Gog et Magog, de justorum præmiis malorumque supplicio. Sed Hebræis facilius est fingere quàm probare, imò quàm cogitare quod fingunt. De hâc Saülis prophetiâ optimè Augustinus lib. 2 ad Simplicium q. 1 : « Tantùm, inquit, distat inter prophetiam « prophetarum, sicut Isaias, sicut Jeremias, « et cæteri hujusmodi fuerunt, atque istam « transitoriam, quæ in Saül apparuit, quàm « distat inter loquelam humanam, quam lo- « quuntur homines, et cum eâdem loquelâ « humanâ propter necessarium prodigium « asina locuta est, in quâ sedebat Baalam « propheta. Accepit enim hoc ad tempus illud « jumentum, ut Deus quod statuerat demon- « straret, non ut habitu perpetuo inter homi- « nes bestia loqueretur. »

Vers. 11. — Quænam res accidit filio Cis ? Ex hoc ego conjecto, parentem Saülis Cis hominem esse rusticum, incultum et longè alienum ab omni ingenuâ atque urbanâ disciplinâ. Quare cùm contribules et cives canentem audirent Saülem, mysteria videlicet arcana ex Scripturâ desumpta, et divinas laudes in illo prophetarum cœtu celebrantem, non sine causâ admirantur filium ejus qui nunquàm cecinisset, neque ad illud psallendi ministerium filios instruxisset, tam cum prophetis aliis cantâsse numerosè, et Scripturæ sacramenta quàm paucissimis nota tam proferre et insonare sapienter. Atque ideò admirabundi dicunt :

Num et Saul inter prophetas ? Sicut proverbiorum plurima ex re admodùm difficili ac rarâ habuerunt originem, quæ quod rarum est, et à rerum naturâ vehementer alienum familiari formulâ significat, sic etiam cùm Saülis studia longè essent à prophetarum, id est, cantorum instituto et moribus aliena, in proverbialem speciem abiit hæc Saülis inter prophetas repentina modulatio. Atque ideò dicunt : *Num et Saül inter prophetas ?* Ac si dicant : Res planè admirabilis et prodigio similis, Saüli sumptum esse psalterium, et ad ejus numerosos sonitus rusticam et agrestem vocem attemperari, et in voce non solùm non doctâ, sed etiam ad musicos numeros indocili, aliquid resonare ad sententiam grave, ad suavitatem concinnum, quasi esset longo studio et singulari quâdam arte perfectum. Sic quæ maxime distant, conjungere solemus, ad hanc dicendi proverbialem formam, cùm prodigiosum aliquid significare volumus. Quale est illud, κόρχορος ἐν λάχανοις : *Corchorus inter olera ;* ὄνος ἐν μέλιτταις : *Asi-*

nus inter apes ; κόλοιος ἐν ταῖς μούσαις : *Corvus inter Musas.* Quod aliter expressit Maro eclogâ 9 : *Nam neque adhuc Varo videor, neque dicere Cinnâ Digna, sed argutos inter strepere anser olores.* Ubi omnes has fermè proverbiales formas sumptas esse ex musicâ, cùm indoctus, et in canendo absonus et agrestis cum vocalissimis ac suavissimis cantoribus componitur. Neque alienæ sunt ab hâc etiam sententiâ tritæ illæ loquendi figuræ, quæ etiam à vocis suavitate et musicâ ducuntur, in quibus longum in eo genere spatium constituitur : *Asinus ad lyram.* Et adhuc magis ad nostrum institutum Persianum illud, Sat. 5, ubi homines vasto ac procero corpore, et rebus jam antea rusticis aut pecuariis assueti, quales fuerunt Arcades, et qualis videtur fuisse Saül, inepti judicantur et pangendis hymnis, et tractandis musicis instrumentis ; ubi cùm solutum animum et mollibus assuetum difficilè ostendit posse ad bonam frugem traduci, cum homine comparat, qui cùm sit longo et vasto corpore, lyram poscit, et cycnæum melos meditatur.

Sambucam citiùs caloni aptaveris alto.

Ex veteri itaque instituto et domesticâ disciplinâ orta est admiratio. Sic cùm Solymitani cives apostolos Galilæos esse cognoscerent, piscatores videlicet, et qui omnium, qui in terrâ promissionis agebant, censerentur tardissimi, et Actor. 2, tam audirent agentes eloquenter et graviter ad populum, stupebant omnes, et mirabantur dicentes : *Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? et quomodò!* etc. Ex patre item Christi (talem enim Judæi putabant esse Josephum) mirabantur, quòd cùm ipse faber esset, à quo divinam illam sapientiam haurire non posset, neque ad publicas scholas et synagogas mittere, ubi à legis magistris eximiam illam doctrinam acciperet, tam loqueretur sapienter et graviter. Atque ideò dicunt : *Unde huic hæc omnia? et quæ est sapientia quæ data est illi?* etc. *Nonne hic est faber, filius Mariæ?* Fabrum appellant, quia fabri filium existimabant. Sic etiam dicebant de Saüle, quem filium vocant Cis, à quo nihil putabant doceri posse ingenuum et liberale : *Quænam res accidit filio Cis? Num et Saül inter prophetas?* Ac si dicerent, monstri simile, tam vastum et agrestem hominem, et tali natum parente, tam scitè atque suaviter modulari, et illa canere quæ nunquàm ante didicisset.

Vers. 12. — Et quis pater eorum? Non eodem omnes modo convertunt aut explicant hunc locum. Quidam ita explicant, ut in *patre* Cis intelligant, et ita hæc accipiunt, sicut nos superiora nuper exposuimus : Ecquis est pater Saülis, ut ab illo hanc prophetandi, id est, numerosè cantandi artem acceperit, cùm et ipse rusticus sit, et hujus liberalis artis imperitus? Ita Hugo, Cajetanus et Lyra. Alii in *patre* magistrum intelligunt, et subitam hanc mutationem, quâ homo amusus repentè in tantum vatem et musicum evasit, Deo attribuunt, cui ut facile est subitò honestare pauperem, sic elingues disertos facere et mutos, et absonos, canoros et vocales. Tunc autem sic exponunt : Quis horum prophetarum, aut cantorum magister? Sanè non alius, quàm Deus, qui repentè vires, ingenium et artem inspirat. Atque ideò quod à patre non potuit Saül, id à Domino rerum omnium maximo et præsentissimo magistro momento temporis accepit. Ita Hugo, Emmanuel Sâ, Serarius, Abulensis, Dionysius. Aut certè hæc referenda sunt ad illorum patres qui in illo conventu simul cum Saüle prophetabant, qui non videntur magis ad illud prophetandi genus instituti, quàm Cis Saülis pater. Quasi dicant viri illi, qui repentinam in Saüle mutationem admirabantur : Ecquis est illorum pater, quos in hoc prophetandi genere socios habet Saül? An illi prophetæ, an illi prophetarum duces et magistri? Quid ergo miramur, si Saül rustico natus parente prophetat cum prophetis, cùm iste prophetandi spiritus et facultas ab alio quàm à parente derivetur? Et hæc expositio præter cæteras placet. Hebræi, ut refert Hieronymus in Traditionibus hebraicis, sic explicant, Saülem, cujus tunc tantam vident tamque repentinam mutationem, sic in psallendo videri peritum, ut omnium possit esse magister ; quod etiam tenet Angelomus ; *patrem* verò pro magistro sumi, jam supra à nobis probatum est. Quæ sententia minùs mihi placet, quàm aliæ omnes ; plures explicationes adhibet Hugo, quas hic referre necessarium non est.

Vers. 13. — Cessavit autem prophetare, et venit ad excelsum (1). Egressus fuerat prophe-

(1) Et venit ad excelsum, scilicet collem unde prophetæ descenderant v. 5; in excelso enim erat locus orationis et sacrificii. Eò ergo ascendit Saül antequàm ad suos rediret, ut animum colligeret, et Deo pro tot donis sibi collatis gratias ageret, ait Abulens., Hugo, et Dion. Mysticè S. Gregor. : « Ad excelsum, in« quit, post prophetiæ ministerium venit, qui « ad cœlestia gaudia, quæ prædicat, mentem « erigit, et ad ea amando, se sublevat, quæ « loquendo monstrat; doctores quidem cum « minoribus plana prædicant, quasi in plano

tarum cuneus extra civitatem, et in ipso montis clivo occurrit Saüli, ubi à divino Spiritu afflatus et impulsus, adjunxit se prophetis, et ad illorum exemplum divinas laudes numeroso cantico prosecutus est. Ubi autem spiritus ille deferbuit et cantare desiit, venit in excelsum, id est, in Gabaa patriam suam, quæ juxta sui nominis notationem *collem* significat et excelsum locum. A quo patruus familiariter interrogavit, quò inde discessisset. Ex quo optimè colligit Abulensis, illam patriam esse Saülis; alioqui non dixisset patruus : *Quò abiistis?* sed : *Unde hùc venistis?* aut : *Quis casus, aut necessitas hùc adduxit vos?* (1)

Vers. 17. — Et convocavit Samuel populum ad Dominum in Maspha. In fine cap. 8, præcepit Samuel populo, qui regem sibi postulârat, ut in suam quisque civitatem discederet, quasi consulto Deo, citò esset illum evocaturus. Quare cùm jam esset exploratum, quid in designando rege Domino placuisset, illum convenire jussit in Maspha, ubi ipse, ut supra vidimus cap. 7, v. 16, conventus cogere solebat. Quare, ut benè notavit Cajetanus, non ideò in civitatem illam evocatus est populus, quia ibi esset tabernaculum, aut arca, sed quia ad comitia, causarumque disceptationem, locus ille censebatur opportunus. Et quidem cùm adhuc tabernaculum et arca forent in Silo, nihilominùs populus communi de re deliberaturus cogebatur in Maspha, ut Judic. 20, v. 1. Illud præterea adducere Samuelem potuit, ut illa populi comitia cogeret in Maspha, quia ibi erat orationis locus et oratorium nobile, qualia multa fuisse in terrâ promissionis docet Josephus in Vitâ suâ, longè post medium : « Sequenti, inquit, die populus convenit in « proseuchas, quam vocant precationis domum amplam. » Idem Philo de Vitâ Moysis : « Apud Judæos, inquit, destinata oppidatim « sacris precationibus loca, quæ proseuchas « vulgus nominat. » Epiphanius hæresi 80, in principio : « Fuerunt antiquitùs orationis loci « tum inter Judæos extra civitatem, tum inter « Samaritas. » In hunc sensum explicui ego in Commentariis super Acta illud cap. 16, v. 13: *Die autem sabbatorum egressi sumus foràs portam juxta fluvium, ubi videbatur oratio esse; et sedentes loquebamur mulieribus quæ convenerant.* Ubi pro *oratione*, græcè προσευχὴ dicitur, quæ orationis est locus, seu oratorium. Tale oratorium celebre ac nobile videtur fuisse in Maspha, ut colligitur ex cap. 20 Judic., de quo proximè, ubi populus convenisse dicitur in Maspha, ut ibi rem Domino commendaret, de quâ tunc erat deliberatio. *Egressi itaque sunt omnes filii Israel, et pariter congregati quasi vir unus à Dan usque Bersabee et terrâ Galaad, ad Dominum in Maspha.* Et clarius 1 Machab. c. 3, v. 46, ubi Judæi, cùm oraré non possent in Jerusalem, quam hostes occupaverant, *congregati sunt, et venerunt in Maspha contra Jerusalem, quia locus orationis erat in Maspha ante in Israel.* Hæc itaque ratio adduxit, ut opinor, Samuelem, ut conventus illi provinciales haberentur in Maspha. Sed erat præterea gravis illa ratio, quòd locus ille videretur habendis comitiis opportunus. Eam enim ob causam, Godolias, quem Nabuchodonosor reliquiis populi præposuit, elegit sibi quasi præfecturæ suæ sedem Maspha, ut habes ex Jerem. c. 40 et 41.

Vers. 18. — Ego eduxi Israel de Ægypto. Hæc Samuel exprobrat Dei nomine populo vesano, et beneficiorum immemori, quòd cùm tot esset ornatus à Domino beneficiis, cùm ex Ægyptio jugo, et deinde ex aliorum regum servitute toties ereptus, aliisque paternæ sedulitatis modis aut recreatus aut sublimatus fuerit, tamen ipsum abjiciat, et pro Deo imperatore ac rege, suis capitibus hominem præponi voluerit. Quomodò Deus abjectus fuerit inducto regio dominatu, diximus c. 8, ad il-

« sunt; et quia post verba prædicationis ad « promerenda ea quæ prædicant, se bonis « operibus præparant, ad excelsum venire « perhibentur. » (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 14. — Dixitque patruus Saul. Patruus hic Saülis fuit Ner pater Abner principis militiæ Saülis, inquiunt Beda, Hugo, Abul., Dion. et alii. Ner ergo fuit frater Cis patris Saülis. (Corn. à Lap.)

Saül ne découvrit rien à son oncle de ce que Samuël lui avait dit touchant sa royauté. Saül ne dit rien à ses plus proches de ce qui venait de se passer en sa personne. On l'interroge; il ne répond rien. Il se cache lui-même, et il attend que Dieu, qui l'a choisi en secret, achève l'ouvrage qu'il a commencé. Cela doit faire rougir ceux qui après avoir reçu de moindres grâces que n'en avait reçu Saül, sont les premiers à les publier. Leur vanité leur cache cette vérité si importante, que c'est à Dieu à révéler lui-même ses ouvrages, et qu'on doit en laisser à sa providence et à sa sagesse le progrès et la fin aussi bien que le commencement, parce qu'à moins de cela, les hommes les gâtent par leurs empressements, et Dieu s'en retire; comme nous voyons dans une image qui paraît petite, mais où nous pouvons remarquer le doigt de Dieu, que les oiseaux abandonnent leurs œufs dans leur nid, lorsqu'ils s'aperçoivent que des mains étrangères y ont touché, et qu'on a troublé ce qu'ils avaient commencé de faire. (Sacy.)

lud : *Non enim te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos.*

Vers. 19. — Nunc ergo state coram Domino per tribus vestras et per familias (1). Sicut olim apud Romanos comitia fuêre centuriata et tributa, id est, per tribus atque centurias distributa, sic etiam nunc Samuel tribus familiasque distinxit, quò commodiùs explorari possit, ex quâ familiâ ac tribu sumendus esset ille cui summa in reliquos esset permittenda potestas. Nam si res erat committenda sortibus, et primùm deliberandum de tribu, deinde de familiâ, idque sortitò, necessarium erat, ut tribus à tribubus, et à familiis familiæ locarentur seorsùm. Quod aliis sæpè locis, et ante hoc tempus, et postea factum esse puto. Sic Josue cap. 7, v. 14 : *Accedetisque manè singuli per tribus vestras, et quamcumque tribum sors invenerit, accedet per cognationes suas, et cognatio per domos, domusque per viros.* Simile aliquid fecit Saül infra, cap. 14, v. 40. Cùm autem sortes moderetur Deus, juxta illud Prov. c. 16, v. 33 : *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur,* in hujusmodi consultationibus, quæ sortitò fiunt, præmitti solet oratio, sicut fecit Saül infra, c. 14, et Apostoli Actor. 1, cùm sortibus permiserunt electionem ejus qui proditoris Judæ loco sufficiendus erat. Hoc puto factum esse à Samuele, cùm in Maspha, id est, in orationis locum populum adscivit, idque significatum arbitror illis verbis: *State coràm Domino;* hoc enim orationem indicat, aut religiosum aliquod opus, quod Deum placet, aut ab eo lumen et misericordiam imploret.

Vers. 20. — Et cecidit sors tribus Benjamin. Quod fuerit hoc genus sortium, incertum est, quia Scriptura sacra neque hoc loco, neque in ullo alio, quod ego viderim, cùm de sanctorum agit sortitionibus, certam aliquam tradit illarum formam. De divinatione aut sortibus quibus usi sunt gentiles, alia ratio est, de quibus nos aliquid in nostris Commentariis super Ezechielem, ad illud c. 21, v. 21 : *Divinationem quærens, commiscens sagittas.* Et ad illud Actor. 1 : *Cecidit sors super Matthiam.* Illud hìc observandum, non semel sorti rem esse commissam, sed quater, aut fortassè sæpiùs; primùm consultum est de tribu; secundò, de cognatione ac familiâ; tertiò, de domo; ultimò de viro cui concedenda esset regia potestas. Quod etiam factum videmus Josue cap. 7, in causâ Acham, ubi quater per sortes videtur facta discussio (1).

Vers. 22. — Et consuluerunt post hæc Dominum, utrum venturus esset illuc (2). Cùm comitia illa non obiisset Saül, deque illo quærendo laboraret populus, consultus est Dominus, fortassè per sortes oratione sociâ, quæ à sortitione abesse neque debet, neque, ut reor, solita est. Aut certè adfuit quoque inter illos qui convenerant, sacerdos summus, qui tunc erat, neque enim virum tantum in re tantâ defuisse verisimile est; ille autem afferebat tunc secum Ephod, per quod Deum consulere et quid facto opus esset explorare potuit. Consuluerunt autem an ipse venturus esset ad comitia, vel certè dimissis hùc illùcque viatoribus quærendus. Videbatur autem durum, tantam multitudinem ibi diutiùs expectare, neque

(1) Per tribus vestras et per familias. Hebræus : *Ad tribus vestras et ad millia vestra.* Singulæ tribus seorsùm, et singulæ etiam seorsùm majores familiæ. Porrò duodecim tribus distinguebantur in majores familias, proximè è filiis viri principis tribûs derivatas. Majores autem familiæ in plures minores scindebantur. Primò sortes jactæ sunt in duodecim tribus, tum in majores familias Benjamini, deinde in familias privatas domûs Metri, denique in singula capita domûs Cis. (Calmet.)

(1) Vers. 21. — Cecidit cognatio Metri. Nemo hujus nominis legitur in genealogiâ Benjamini, deductâ in 1 Paralip. 8, 1 et seqq. Creditur tamen iste Metri duplici nomine instructus fuisse; nomenque illud *Metri* non appellationem fuisse potiùs quàm cognomen, deductum ex peritiâ jaculandi; *Metri* enim מטורי est jaculator. Septuaginta : Ἀματταρί.
(Calmet.)

On chercha aussitôt Saül; mais il ne se trouva point. Saül, qui se cache lorsqu'il prévoit qu'on le viendra prendre pour le faire roi, est une figure de ce qu'ont fait depuis plusieurs des plus saints évêques, qui se sont toujours cachés lorsqu'ils ont appréhendé que le peuple ne jetât les yeux sur eux pour les faire princes de l'Eglise. Ils ont fui les charges très-sincèrement, et ils ne s'y sont soumis qu'avec peine. Et si tant d'autres aujourd'hui les poursuivent avec ardeur, c'est sans doute parce qu'ils ont moins de lumière pour en connaître le poids, et non pas qu'ils aient plus de force pour les soutenir. Les saints avaient une foi vive, et l'ambition était morte en eux. Ainsi ils fuyaient de tout leur cœur la pesanteur de ces charges, et ils n'en désiraient nullement la gloire et l'éclat. Aujourd'hui, au contraire, l'ambition est ardente, et la foi est presque éteinte dans le cœur de plusieurs. Ainsi on souhaite avec empressement de s'établir dans le monde par ces dignités si éclatantes, sans se mettre en aucune peine, ni du poids des âmes dont on se charge, ni du compte exact que l'on en doit rendre. (Sacy.)

(2) Hebræus ad litteram : *An venturus esset adhuc illuc vir;* an viæ se dedisset, seu venire statuisset. (Calmet.)

absente populo commodè poterat ille suscipi atque acclamari rex, aut ferri conditiones necessariæ, ac leges quæ regi edicerent quid in suis humeris negotii atque oneris suscepisset, qualisque esset in subditum sibi populum futurus, et quid obsequii atque opis allaturus esset regi, populo præscriberent. Id quod statim, præsente rege ac populo, præstitum est à Samuele.

Ecce absconditus est domi. Cùm mutatus esset Saül in virum alterum, nova lux affulsit ingenio priùs inculto ac rustico, ut ageret deinceps in regni administratione, aut in demerendis popularium animis prudenter. Plurimi autem intererat, si populus nôsset nunquàm ipsum de loco illo, ac nomine regio cogitâsse, neque habuisse animum quem unquàm inflammâsset aut tetigisset ambitio; hæc enim odiosum faciunt principem et quemcumque alium magistratum. Mirè etenim principem commendat modestia, quæ docet gratiorem esse privatam vitam, quàm quæ in excelso loco sita est, et omnium oculis atque opinioni servit. Ubi in eo apparet etiam prudentia, quam omnes amant atque suspiciunt, quod ostendit non tam ambitiosè quæsitam quàm ultrò oblatam præfecturam. Ex illâ item mutatione ortum est, ne alio in loco absconderetur quàm domi suæ, ne, si abiisset aliò, subodoratus videretur regiam dignitatem quod probaret illius esse ambitiosum et arrogantem animum. Ex eâdem mutatione provenit, ne patruo suo quidquam de unctione verbisque Samuelis aperiret, ne quà ad populum aliquid de electione illâ permanaret, ut potiùs à toto populo, seu sorte à Domino temperatâ, quàm ab uno Samuele assumptus ad regium nomen et locum videretur. Quod autem sequenti narratur capite v. 5, singularis prudentiæ documentum est.

Cùm enim rex esset electus, et cum omnium exultatione ac plausu rex acclamatus, nihilominùs ad opera consueta reversus est, et boves egit sicut antea, aut ut arator terram subigens vomere, aut armentarius illos pascens. Quò significabat non concepisse se spiritus insolentes, neque abjecisse modestum animum, ac perinde non succubuisse fortunæ regiæ, sed illâ se fuisse longè superiorem. Est enim infirmi animi non posse sublimi fortunæ resistere, quæ ad superbas rapit cogitationes, et homines plerùmque de statu mentis deturbat, cùm de statu prioris conditionis evocat. Est enim cum bonâ fortunâ bonæ mentis perquàm rara societas. Dixit enim acutè et verè, qui dixit, opes atque divitias non solùm homines superbos, sed etiam stultos facere. Si hæc fecit Saül jam à priori conditione mutatus, quò viam sibi expediret ad subditorum demerendos animos, inspiratæ à Deo prudentiæ satis grave documentum dedit. Sed fortassè id fecit potiùs quia modestus tunc erat et humilis, et oblatum regnum horrebat, adeò non amabat. Quare dictum est illi à Samuele c. 15, v. 17 : *Nonne cùm parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es?*

Vers. 23. — Altior fuit universo populo ab humero et sursum. Hoc jam explicatum est supra, cap. 9, ad v. 2 (1).

Vers. 24. — Certe videtis, quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo (2). Hic laudat propheta Saülem non ab

(1) Tropolog. S. Greg. : « Rex, inquit, præcellit collo, præcellit et capite. Quid enim in collo, nisi locutio? quid in capite, nisi mentis contemplatio designatur? Capite ergo et collo subditorum omnium capita excellit, si contemplationis altitudine mirabilis est, et sublimitate doctrinæ. » Et paulò inferiùs : « Emineat, inquit, rex collo, emineat capite, sit humero sublimis, ut conversatione perfectus sit, eloquio mirabilis, pro cæteris arduus in arce contemplationis. »

Allegor. Saül fuit typus Christi, idque ob tres analogias, quas recenset Beda lib. 2 in Samuel cap. 3 : « Primò, inquit, quia Saül de tribu Benjamin, id est, filii dexteræ, descendit; ita Christi Domini familia, quæ ab eo pascitur ac regitur, tota dextera est; nam ejus charitas in eis solùm, qui ad dexteram regni partem pertinent, perfectè generatur. Secundò quia Saül altior fuit universo populo, seu eminebat super omnem populum : ita Christus Dominus suæ sanctitatis et potestatis gloriâ cunctos facilè superabat. *Quis enim similis erit Deo, inter filios Dei?* Et iterùm : *Qui de cœlo venit, super omnes est.* Tertiò, quia Saül in regem ungendus absconditus est domi, ita et Christus Dominus, cùm venturi essent ut raperent eum et constituerent sibi regem, fugit. » Nec sine mysterio Saül domi absconditur : « Quia Christus Dominus, inquit Beda, intùs se quæri debere, intùs inveniri posse, intùs esse quæ docet, intùs, quò ducit, ostendit. » (Corn. à Lap.)

(2) *Vous voyez quel est celui que Dieu a choisi, et qu'il n'y en a point dans tout le peuple qui lui ressemble.* Aussitôt que Dieu a déclaré qu'il avait choisi Saül, et que ce nouveau prince paraît devant le peuple, Samuël en parle avec estime. Il apprend par cette conduite à ceux qui tiennent les premiers rangs dans l'Eglise, à honorer toujours devant les peuples ceux que Dieu leur donne pour pasteurs. Car ils ont besoin de leur réputation non pour eux-mêmes, mais pour leurs peuples, sur l'esprit desquels ils doivent avoir de l'autorité, afin que leurs paroles entrent dans leur cœur. Le prophète dit qu'il n'y en avait point dans tout le peuple qui lui fût semblable. C'est ce que l'Eglise chante

animæ dotibus, quas non videbat populus, sed à corporis proceritate atque habitu, in quo regium aliquid apparebat, et de hoc tantùm judicare poterat; neque enim ingenium hominis, aut animi dotes ante viderat, cùm neque illum nosset familiari convictu, neque de illo quidquam ad illud usque tempus audisset. Atque ideò dicit: *Certè videtis*, etc., ac si dicat: Ex tuam videtis hominis speciem, secundùm quam nemo est illi melior in toto populo; ex illâ vos reliqua conjicite.

Vers. 25. — Locutus est autem Samuel ad populum legem regni; et scripsit in libro, et reposuit coram Domino. Ideò quæsitus et accersitus Saül, ut simul cum populo leges audiret quæ modum administrandi regni præscribunt, ut ipse nosset quid oneris cum regno suscepisset, et populus, quid regio nomini deberet, ut re priùs legitimè ritèque compositâ, solutior esset, atque pacatior regni moderatio. Scripsit ergo Samuel leges haud dubiè ex divino præscripto, in quibus tam regi quàm populo rei communis et publicè proponeretur forma. Quibus cùm aliquid inesset sacrum, sicut alia sacra, coram Domino, id est, in tabernaculo repositæ sunt, traditæque sacerdotum fideli custodiæ. Quid actum fuerit de hoc libro, aut quam tradiderit reipublicæ formam, ignoramus. Illud videtur certum, optimos principes, qui non tam suis quàm communibus commodis serviebant, in illas leges tanquàm in speculum intentos, se ipsos primùm, deinde rationes publicas temperâsse.

Illud præterea hic observandum, quæ ad publicam administrationem essent instituta, quæque hominum calliditate corrumpi possent cum magno rerum publicarum incommodo, illa servata esse in sanctuario, in quod non admittebantur, quorum essent suspecti mores, et veteratorium ingenium. Quare lex in sacratissimo tabernaculi loco, id est, in arcâ Testamenti claudebatur, lib. 3 Reg. cap. 8, et pondera atque mensuræ, quæ leges etiam quædam sunt quæ rerum quantitatem explorant, ad quæ alia vulgaria ac publica examinarentur, servabantur in templo. Quare suo jure Samuel legem regni, quam acceperat à Domino, in tabernaculo coram Domino asservari voluit, ne fortè in illam hominum astutiâ labes irreperet.

Ut autem alii plurimi libri ex Scripturâ sacrâ perierunt, sic etiam Domino juxta infinitam suam sapientiam permittente, liber iste Samuelis interiit. Scripti fuerunt sacri libri, quorum Scriptura sacra sæpè meminit, neque illorum aliquid est reliquum præter nomen. Liber Bellorum Domini citatur Num. 21; liber Justorum, Josue cap. 10; quinque millia Canticorum Salomonis, lib. 3 Reg. cap. 4; ibidem de rerum naturalium Disputationibus; liber Lamentationis Jeremiæ in Josiæ funere, de quo 2 Paralip. 35; et alii plurimi, quorum tantùm superest memoria. In horum censu numeratur hic Samuelis liber de regno, qui etiam intercidit.

Vers. 26. — Et abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Dominus corda (1). Eo tempore

de chacun des saints évêques: *Non est inventus similis illi.* Car celui qui gouverne les autres devrait exceller au-dessus de tous, et tenir le même rang, parmi ceux qu'il gouverne, que tient la tête dans les membres de notre corps. (Sacy.)

(1) *Une partie de l'armée s'en alla avec lui, qui étaient ceux dont Dieu avait touché le cœur.* On peut remarquer ici une règle importante pour la conduite de la vie. Il faut sans doute suivre en toutes choses les desseins de Dieu, étant très-juste que sa volonté soit la règle de la nôtre. C'est pourquoi les Israélites étaient très-coupables de lui avoir demandé un roi, pour se soustraire à la puissance qu'il avait sur eux, et pour se faire un autre gouvernement que celui qu'il avait lui-même choisi pour son peuple. Mais Dieu, par condescendance, s'étant rendu à ce désir déréglé, il voulut que les Israélites se rendissent à cette volonté seconde, sans considérer qu'elle n'était pas venue dans son origine de l'ordre de Dieu.

Il se passe ainsi plusieurs choses dans la conduite du monde et dans l'établissement des ministres de l'Eglise. Ils peuvent entrer quelquefois dans leur ministère par une autre porte que par celle que Dieu leur aurait ouverte; mais lorsqu'ils s'y trouvent établis, il faut s'y soumettre avec une obéissance pleine de respect, comme les plus sages du peuple de Dieu se soumettent volontairement en cette rencontre à celui d'entre eux qui est élu roi. C'est pourquoi ceux qui s'opposent à cet ordre sont appelés des *enfants de Bélial*, c'est-à-dire, des hommes sans joug, qui ne pouvaient qu'exciter, par leur révolte, une guerre civile parmi les Hébreux. Ainsi, quelque désordre qu'il arrive dans l'Eglise, il ne faut jamais se séparer de celui qui en est le chef, ni causer des troubles dans son unité, parce que le mal qu'on fait en se divisant est toujours plus grand que celui pour lequel on se divise.

Sed et Saul abiit in domum suam in Gabaa. Mysticè S. Greg.: « Domus, inquit, regis in « Gabaâ sita perhibetur. Gabaa quippe sublimis dicitur. Domus ergo regis in Gabaâ esse « ostenditur, quia electus doctor non ima et « terrena cogitando incolere, sed alta et cœlestia meditari studet. »

Les enfants de Bélial commencèrent à dire, au contraire: Comment celui-ci nous pourrait-il sauver? Un nouveau pasteur doit témoigner beaucoup de retenue dans les commencements de son ordination. Il doit *dissimuler* bien des choses qui sembleraient contraires à sa dignité, et

quo Naas rex Ammonitarum aliquid contra Israelitas moliebatur hostile, non tam erat necessarius rex, qui rempublicam constitueret, quàm qui ab imperii finibus propulsaret exultantem hostem. Quare secuti sunt Saülem non tam senatores, quique vocari possent patriæ parentes, quàm milites: neque ex eo numero omnes, sed quos divinus Spiritus ad illud regium obsequium et debitum officium impellebat. Fuêre verò ex illo etiam ordine non pauci, qui, cùm rusticum hominem esse cognovissent, et ex minimâ tribu, à quâ nihil aut magnum, aut bonum exspectabant, iniquis illum et obliquis oculis intuebantur. Quare neque munera obtulerunt, quibus suum in regem testarentur studium, neque ulla benevolentis animi signa præbuerunt; sed potiùs dicebant oratione planè petulanti ac liberâ, à tali viro nullam debere, aut posse patriæ salutem expectari.

Vers. 27.—Ille vero dissimulabat se audire. Hìc aliud habes singularis prudentiæ testimonium. Expediebat maximè, cùm primùm esset initum regnum, conciliare potiùs subditorum animos, quàm abalienare. Cùm autem non posset non esse populo odiosum et grave, statim accipere duriùs et punire illos qui contra regem aliquid aut fecissent aut obloquerentur, neque expediret, ut si quid esset dictum factumve liberiùs, maneret impunitum, fecit prudentiùs Saül quàm ab homine rustico expectari posset, ut simularet se nihil accepisse aut nôsse illorum quæ contra se obmurmuràssent filii Belial, ne cogeretur ab illis sumere supplicium, aut probare ea quæ consuetudo et leges improbarent. Est autem hoc documentum his qui præsunt, interdùm valdè necessarium, ut cæci sint, ne videant; aut surdi, ne audiant ea in quæ in certo quodam rerum articulo duriùs esset agendum. Ita sanè in suo Æneâ, quem et fortem ducem, et prudentissimum imperatorem fingit, ait Maro, l. 1 Æneid.:

Curisque ingentibus æger
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Et alius ex profanis Cicero lib. 9 Epist. docet, eos quibus commissa est respublica, ut ad effectum suorum consiliorum veniant, oportere, ut multa simulent inviti, multa dissimulent cum dolore. Exemplorum plena est antiquitas. Illud unum addam, ut multa prætéream quod Hieronymus docet probatque in suis Commentariis ad cap. 2 ad Galat., ubi non solùm dissimulationem, sed simulationem utilem esse docet, exemplo Jehu 4 Reg. 10, qui finxit se idolum velle colere, et Davidis, qui faciem mutavit coram Abimelech, quo et suæ et publicæ saluti consuluerunt. Hoc usus est consilio Saül, quo tempore primùm appellatus est rex; premebat enim dolorem in animo; vultu tamen præ se ferebat benevolentiam et gratiam. Quod aliquandiù post fecit Esther, quæ cùm ægro esset animo ac timido, propter illud quod toti Judæorum populo imminebat, periculum, tamen hilarem præ se ferebat et benè confidentem animum, quia præsenti rerum articulo habitum illum corporis, et speciem oris nitentem et hilarem opportunam putabat. Sic autem de illâ cap. 15, Esther: *Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, et gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum, ac nimio timore contractum.*

se souvenir que lorsque son autorité est encore toute récente, elle ne serait pas assez forte pour retrancher tous les abus. Il faut dans ces rencontres qu'il ait recours à Dieu, et qu'il considère que c'est lui qui touche les cœurs, et qui donne aux hommes une impression de respect pour ceux qu'il élève aux plus grandes charges.

CAPUT XI.

1. Et factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, et pugnare cœpit adversùm Jabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, et serviemus tibi.

2. Et respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiscum fœdus, ut eruam omnium vestrûm oculos dextros, ponamque vos opprobrium in universo Israel.

3. Et dixerunt ad eum seniores Jabes:

CHAPITRE XI.

1. Environ un mois après, Naas, roi des Ammonites, se mit en campagne, et attaqua Jabès en Galaad; et tous les habitants de Jabès lui dirent: Recevez-nous à composition, et nous vous serons assujétis.

2. Naas, roi des Ammonites, leur répondit: La composition que je ferai avec vous, sera de vous arracher à tous l'œil droit, et de vous rendre l'opprobre de tout Israël, *en vous mettant ainsi hors d'état de combattre, et de vous servir du bouclier.*

3. Les anciens de Jabès lui répondirent. Accordez-nous sept jours, afin que nous en-

Concede nobis septem dies, ut mittamus nuntios ad universos terminos Israel. et si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te.

4. Venerunt ergo nuntii in Gabaa Saülis : et locuti sunt verba hæc, audiente populo : et levavit omnis populus vocem suam, et flevit.

5. Et ecce Saül veniebat, sequens boves de agro, et ait : Quid habet populus quòd plorat? Et narraverunt ei verba virorum Jabes.

6. Et insilivit Spiritus Domini in Saül, cùm audisset verba hæc, et iratus est furor ejus nimis.

7. Et assumens utrumque bovem concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israel per manum nuntiorum, dicens : Quicumque non exierit, et secutus fuerit Saül et Samuel, sic fiet bobus ejus. Invasit ergo timor Domini populum, et egressi sunt quasi vir unus.

8. Et recensuit eos in Bezech, fueruntque filiorum Israel trecenta millia ; virorum autem Juda triginta millia.

9. Et dixerunt nuntiis qui venerant : Sic dicetis viris qui sunt in Jabes-Galaad : Cras erit vobis salus, cùm incaluerit sol. Venerunt ergo nuntii, et annuntiaverunt viris Jabes, qui lætati sunt.

10. Et dixerunt : Manè exibimus ad vos ; et facietis nobis omne quod placuerit vobis.

11. Et factum est, cùm dies crastinus venisset, constituit Saül populum in tres partes ; et ingressus est media castra in vigiliâ matutinâ, et percussit Ammon usque dùm incalesceret dies : reliqui autem dispersi sunt, ita ut non relinquerentur in eis duo pariter.

12. Et ait populus ad Samuelem : Quis est iste qui dixit : Saül num regnabit super nos? Date viros, et interficiemus eos.

13. Et ait Saül : Non occidetur quis-

voyions des courriers dans tout Israël ; et s'il ne se trouve personne pour nous défendre, nous nous rendrons à vous.

4. Les courriers étant venus à Gabaa, où Saül demeurait, firent ce rapport devant le peuple ; et tout le peuple élevant la voix, se mit à pleurer.

5. Saül retournait alors de la campagne, en suivant ses bœufs ; et il dit : Qu'a donc le peuple, pour pleurer de cette sorte? On lui raconta ce que les habitants de Jabès avaient envoyé dire.

6. Aussitôt qu'il eut entendu ces paroles, l'Esprit du Seigneur se saisit de lui, et il entra dans une grande colère.

7. Il prit ses deux bœufs, les coupa en morceaux, et les envoya par les courriers dans toutes les terres d'Israël, en disant : C'est ainsi qu'on traitera les bœufs de tous ceux qui ne se mettront point en campagne, pour suivre Saül et Samuël. Alors *tout* le peuple fut frappé de la crainte du Seigneur, et ils sortirent tous *en même temps, et dans le même dessein*, comme s'ils n'eussent été qu'un seul homme.

8. *Saül* en ayant fait la revue à Bézech, il se trouva dans son armée trois cent mille hommes *de toutes les tribus* des enfants d'Israël, et trente mille de la tribu de Juda.

9. Et ils firent cette réponse aux courriers qui étaient venus de Jabès : Vous direz ceci aux habitants de Jabès en Galaad : Vous serez secourus demain lorsque le soleil sera dans sa force. Les courriers portèrent cette nouvelle aux habitants de Jabès, qui la reçurent avec grande joie.

10. Et ils dirent *aux Ammonites :* Demain nous nous rendrons vers vous, et vous nous traiterez comme il vous plaira.

11. Le lendemain Saül divisa son armée en trois corps, entra dès la pointe du jour dans le camp des Ammonites, et ne cessa de les tailler en pièces jusqu'à ce que le soleil fût dans sa force. Ceux qui échappèrent furent dispersés çà et là, sans qu'il en demeurât seulement deux ensemble.

12. Alors le peuple dit à Samuël : Qui sont ceux qui ont dit : Saül sera-t-il notre roi ? *Nous n'en voulons point.* Donnez-nous ces gens-là, et nous les ferons mourir présentement.

13. Mais Saül leur dit : On ne fera mourir

quam in die hâc, quia hodiè fecit Dominus salutem in Israel.

14. Dixit autem Samuel ad populum : Venite, et eamus in Galgala, et innovemus ibi regnum.

15. Et perrexit omnis populus in Galgala, et fecerunt ibi regem Saül coram Domino in Galgala, et immolaverunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et lætatus est ibi Saül, et cuncti viri Israel nimis.

personne en ce jour, parce que c'est le jour auquel le Seigneur a sauvé Israël.

14. Après cela Samuël dit au peuple : Venez, allons à Galgala, et y renouvelons l'élection du roi, *afin qu'elle se fasse du consentement de tout le peuple; car tous voient maintenant qu'il est vraiment digne de la royauté.*

15. Tout le peuple alla donc à Galgala, et y reconnut *de nouveau* Saül pour roi, en la présence du Seigneur. Ils immolèrent au Seigneur des victimes pacifiques; et Saül et tous les Israélites firent en ce lieu-là une très-grande réjouissance.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — (1) Ascendit Naas Ammonites, et pugnare cœpit adversus Jabes Galaad. Exactus jam mensis fuerat, ex quo electus est et acclamatus rex Saül, et tamen adhuc se continebat domi, agebatque vitam privatam, intentus sicut antea colendis agris aut pascendis armentis. Accidit autem opportuna quædam occasio, ut otium illud, seu domesticum negotium abjiceret, et se ad graviora publicaque molimina tandem accingeret. Naas enim rex Ammonitarum, qui jampridem contra Israelitas bellum adornabat, cujus causâ populus de suâ publicâque salute sollicitus, præponi sibi regem postulârat, ut habes cap. 12, v. 12, civitatem Jabes, quæ erat in regione Galaaditide, sic angustè premebat, ut nulla videretur reliqua spes salutis. Quare statuerant dedere se regi Ammonitarum, illique licet alieno à genere religioneque, servire, dummodò honestam aliquam conditionem admitteret. Cùm autem ille ad dolorem acerbam, ad ignominiam gravem obtulisset, neque cives ullo modo subeundam putarent, paucorum dierum inducias impetrant ab Ammonitâ rege, intra quos nisi ab sociis et contribulibus submissum esset auxilium, se dederent regi, et turpem illam duramque conditionem admitterent.

Hic pauca nobis breviter exploranda. Primùm, ut principio diximus, ante hoc tempus jam rex iste Naas bellum Israelitis intulerat, neque cessaturus videbatur, donec Israeliticum genus funditùs extingueret, ut ostendunt hæ tam barbaræ et insolentes minæ de eruendis oculis. Quòd verò jam ante Israeliticos fines bello tentaverit, ostendit Samuel, cap. 12, v. 12 : *Videntes,* inquit, *quòd Naas rex filiorum Ammon venisset adversùm vos, dixistis mihi : Nequaquàm, sed rex imperabit nobis.* Quòd autem de ulio quovis bello sermo sit, quàm de illo quo nunc angustè obsidetur Galaad, non levis est conjectura, quod non videbatur ignoraturus Saül, aut integrum mensem cessaturus à cogendo milite, ut novas acies infensis Ammonitarum castris opponeret. Et ita putat Abulensis hìc q. 1, et expressè tradit Josephus lib. 6, cap. 5 Antiq.

Secundum, non tam voluisse Naas Israeliticos fines imperii sui finibus adjicere, quàm exsaturare Israelitarum sanguine odium antiquum, quod jam inde à constituto Hebræorum populo conceperat. Quod ex eo, q. 2, probat Abulensis, quia cùm viri Jabes Galaad se ultrò dederent Ammonitis, ut illis servirent, et consueta penderent vectigalia, ille tamen non tam amavit illorum fines et tributa quàm dolorem, ignominiam et dedecus. Atque ideò petit oculos dexteros, ut stigma maneret perpetuum servitutis ignobilis, et in effodiendis oculis ferretur ab ærumnoso et infelici populo acerba vexatio et cruentus dolor.

Tertiò videndum, cur dextrum potiùs oculum eruere voluerit rex iste barbarus, quàm sinistrum. Ejus rationem reddit Josephus, lib. 6 Ant. cap. 5, quia nolebat Naas cum hosti-

(1) Et factum est quasi post mensem. Desunt hæc verba in Hebræo, versionibus orientalibus, Septuaginta Complutensibus, et vetustis manuscriptis Latinis pluribus; leguntur in editione Romanâ et Josepho. (Calmet.)

Habeto nos fœderatos, q. d. : *Pange nobiscum fœdus,* ut vertunt Sept., Chaldæus verò : *Decerne nobis pactum, et serviemus tibi,* quasi dicant : Subditi servi tui erimus, sed fœderati, non bello victi et manu capti, quasi mancipia. Audi sanctum Nilum in Asetico : « Naas Ammonites qui serpentem significat, Israeli « perspicaci omnem oculum dextrum effossurum se minitatur, ut nulla dextera cogitatio « ad ullam dexteram actionem dirigatur ; eos « enim qui à contemplatione ad actionem se « conferunt, valdè proficere non ignorat; nam « illi in actionibus suis sine reprehensione se gerunt, qui mentis oculis acutissimis, quid agendum sit, antea meditati sunt. » (Corn. à Lap.)

bus victis quidquam in posterum habere negotii ; atque ideò ut illos ad bellum redderet inutiles, dexteros effodere volebat oculos. Cùm enim in pugnâ clypeos in sinistrâ gererent, necesse erat, ut sinistri objecto clypeo impedirentur, quominùs viderent hostem, et sine errore inferrent aut declinarent plagam. Quare dexteris effossis oculis perinde erant atque si cæci forent, cùm illorum tantùm usus esset in bello. Ita etiam sentit Theodoretus et Magister Histor. schol., qui etiam addit cum Josepho, ante hoc tempus idem fecisse cum aliis Hebræorum urbibus Naas, quas antea bello subjugârat. Cur verò Naas dextro captos oculo, quàm omninò cæcos maluerit Hebræos, ea videtur esse ratio, quia cæci magis oneri futuri videbantur, quàm usui, et à luscis nihil impendebat in bello periculi, et aliqua expectari poterant emolumenta, cùm idonei essent colendis agris, pascendo pecori, et aliis ministeriis, quibus servilem dant operam qui capti sunt aut subacti bello.

In dextro oculo eruto aliquid ad mores agnoscunt auctores. Pro omnibus unum accipe Gregorium Magnum in hunc locum : « Dexter, « inquit, oculus noster est intuitus æternæ « claritatis; sinister verò oculus est concu- « piscentia carnalis. Dexter ergo oculus, erui- « tur, quando mens eâ cæcitate percutitur, « ut ultra ad videnda cœlestia non aperiatur. « Eruitur quidem oculus, quando à mente « reprobâ sic lumen evellitur, ut radix ei nulla « remaneat, de quâ redivivum lumen erum- « pat. Naas ergo dextros oculos fœderatorum « suorum eruit, quando gula sic devictis ab- « stinentibus prævalet, ut carnalia sola cupiant, « et ultra quæ solebant amare, non atten- « dant. » In oculo dextro felicitatem sibi statuebant antiqui; quare si cui oculus pruriret dexter, id est, videre cuperet, aliquid sibi ominabatur eximium. Hinc illud tritum ex Theocrito in Amaryllide : ἅλλεται ὀφθαλμὸς μὲν ὁ δεξιός : *Salit mihi oculus dexter,* id est, aliquod bonum augurium spectare videor, visio hæc est ab oculo dextro.

Bonaventura in Diætâ salutis tit. de Virtutibus, cap. 2, dextrum oculum fidem appellat : « Fides, inquit, comparatur oculo dextro; « sinister oculus est ratio, quæ solùm de « naturalibus judicat; dexter verò est fides, « quæ omnia tam naturalia quàm miraculo « determinat, *et intellectum in obsequium Chri- « sti captivat*, ut dicit Apostolus 2 Corinth. 10. « Et sicut qui amisit oculum dextrum, inutilis « est ad bella, quia scutum operit sinistrum, « et sic nullum habet oculum, quo videat fe- « rire, aut cavere adversarium, sic qui non « habet fidem, inutilis est ad pugnam spiri- « tualem. Unde Naas dicit hominibus, vel viris « Jabes Galaab : *In hoc feriam vobiscum fœdus, « ut eruam omnium oculos dextros*. Naas inter- « pretatur serpens, vel coluber, et signat ser- « pentem antiquum, id est, diabolum, qui niti- « tur eruere oculum dextrum, id est, fidem, ut ad « bellum spirituale hominem reddat inutilem. »

Et quidem qui cum hoc Naas, id est, serpente venenato ac callido fœdus inierit, illique subesse potiùs elegerit quàm cum eo ad mortem usque pugnare, oculum jam habet dextrum effossum, qui cœlestia neque videt, neque curat, neque aliter vivit, quàm animantes mutæ, quas natura abjecit ad pastum, neque aliud aut quærit, aut cogitat, quàm quod affectibus servit animalibus, quia oculum tantùm habet sinistrum, qui neque cœlestem intuetur, aut sustinet lucem, aut aliud spectat, quàm quod voluptarios titillat sensus. Hic si saperet, et non prorsùs cum pudore ipsam quoque mentem abjecisset, non solùm apud Deum et angelos, sed etiam apud homines verecundari debuisset, cùm vitam agat belluinæ similem, neque illum aliud præter humanam speciem, et inanem figuram à belluâ secernat. Qualis fuit Nabuchodonosor, Dan. 4, cui cor datum est belluæ, neque aliquid nisi fœnum et ferinum victum cogitabat, donec datus est illi dexter oculus, quo cœlum aspexit. Hoc verò ignominiosum, et fœdum futurum fuisse, qui pactum cum Naas abjectis armis iniissent, ipse professus est Naas, cùm dixit iis, quos oculo dextro orbare studebat : *Ponam vos opprobrium in universo Israel* (1).

(1) *Un mois après, Naas roi des Ammonites attaqua Jabès en Galaad.* Aussitôt que Saül est roi, Dieu permet que l'on fasse la guerre à Israël, pour nous apprendre qu'aussitôt qu'un chrétien est devenu enfant de Dieu, ou qu'un pasteur a reçu l'onction sacerdotale, il doit s'attendre à combattre, parce que le monde et les démons sont des ennemis avec lesquels il ne faut jamais avoir de paix ni de trêve. Ce prince des Ammonites représente visiblement le démon. C'est lui qui vient déclarer la guerre au peuple de Dieu. Cette parole est digne d'une grande considération. *Il ne voulut point*, dit l'Ecriture, *donner la paix*, aux Galaadites, *qu'à cette condition* honteuse et cruelle, qui était *de leur crever à tous l'œil droit*. C'est ce que fait le démon quand il combat les âmes faibles, il ne leur donne point de trêve qu'il ne leur ait crevé *l'œil droit*, c'est-à-dire qu'il ne leur ait ôté ce regard simple vers Dieu, et

Vers. 5. — Et ecce veniebat sequens boves de agro. Quidam hìc aliquid indignum agnoscunt regiâ personâ, cùm regem vident instare à tergo bobus, quod aratoris est, aut bubulci; atque ideò putant illum animi gratiâ egressum esse rus, et casu in gregem aut juga boum incidisse, post quos ingenuè, et ad voluptatem rusticatûs revertebatur in urbem. Ita Lyra et Hugo. Sed hi nimis faciunt Saülem delicatum et lautum; et dùm commendare student, magnâ illum commendatione privant. Quid enim magis dignum animo regio, quàm neque elatum esse ambitiosè dignitate novâ, neque illi succubuisse fortunæ, quæ magnorum virorum, quique vocati sunt heroes, non solùm humeros, sed animos depressit? Sic enim puto vocari debere animos illos, quos popularis plausus et honoris aura sic ventilat, rapit atque elevat, sicut ventus stipulam. Quare rediisse Saülem post populares acclamationes, ad agros et pascua, ad boves et asinas, talis est laus constantis animi, quali fortassè in totâ Saülis vitâ nulla major.

Neque mirum est, si designatus rex, et unctus Saül ad boves atque aratrum redierit, cùm nullum tunc negotium incideret, quod regiam sedulitatem et pondus requireret; neque cùm primus esset rex in Israel, neque regiæ auctoritatis exemplar habuisset inter suos, putabat indecorum ad opus redire, quod privatus honestè priùs exercuerat. Quod etiam fecit David, qui unctus à Samuele, et vocatus ad regnum, vitam nihilominùs pastoritiam exercuit. Sanè judices Israel quorum Saüli proponebatur exemplar, non abhorrebant à rusticis ministeriis. Samgar, ut habes Judic. cap. 3, v. 31, Philisthinorum multos occidisse dicitur vomere, eo nimirùm instrumento, quod habuit familiare. De his vide plura apud Abulensem q. 4. Quod viro principe ruricæ curæ non sint indignæ, disces ex Columellâ lib. 1 de Re rusticâ, in Præfatione, et ex Varrone, 2 de Re rusticâ, cap. 1, quibus gratulata terra, quòd se à nobili manu exerceri sentiret, uberrimos reddebat optimosque proventus. Audi Plinium lib. 18, cap. 15: « Quænam ergo tantæ ubertatis causa erat? Ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri, ut fas est credere, gaudere terram vomere laureato et triumphali aratore. Sive illi eâdem curâ semina tractabant, quâ bella, eâdemque diligentiâ arva disponebant, quâ castra. »

Quare alii frequenter sentiunt Saülem è Maspha, ubi rex fuerat salutatus, ad rusticam, seu armentariam curam rediisse. Neque sanè sequi boves, aut greges in Scripturâ aliud valet, nisi ego fallor. Genes. 32, v. 19, Jacob dedit mandata *cunctis qui sequebantur greges.* 2 Reg. 7, v. 8, sic Deus ad David : *Ego tuli te de pascuis sequentem greges.* Idem 1 Paral. 17,

cette intention pure dans toutes leurs actions, pour ne leur laisser que *l'œil gauche*, c'est-à-dire cette vue des consolations et des intérêts humains. Il veut bien leur permettre de voir clair dans tout ce qui regarde le soin de satisfaire leurs passions et de s'établir dans le monde; mais il les empêche d'envisager tout ce qu'ils devraient voir pour gagner le ciel. Ainsi au lieu que Jésus-Christ nous crève *l'œil gauche* et nous ouvre *le droit*, lorsqu'il nous dit : *Cherchez premièrement le royaume de Dieu*, le démon nous ferme cet œil droit pour ne nous ouvrir que le gauche. C'est par ce traitement qu'il réduit les hommes *à être en opprobre dans Israël*, c'est-à-dire, qu'il les rend la honte et l'opprobre de l'Eglise, en faisant qu'ils dégénèrent si fort de la vertu de ses véritables enfants. C'est pour ces personnes que les vrais pasteurs doivent se préparer à combattre contre les démons dans l'union de toutes les forces de l'Eglise, lors principalement que ces âmes faibles implorent leurs secours, comme les Galaadites viennent implorer celui de Saül et de tout le peuple. (Sacy.)

Vers. 4. — *Alors tout le peuple élevant sa voix, se mit à pleurer. Tout le monde pleure*, dit l'Ecriture, *lorsqu'il apprend cette nouvelle*, et bien loin d'être dans l'indifférence parce que ce péril ne tombait que sur une ville, ils font voir par cette compassion si louable, combien ce que saint Paul a dit depuis *de l'Israël de Dieu*, c'est-à-dire de l'Eglise, est véritable; *que lorsqu'un membre souffre, tous les autres souffrent avec lui.* Voilà ce que fait l'union et la charité de toute l'Eglise, qui est sans doute le plus solide appui de l'espérance de ses membres faibles, comme il paraît visiblement que ce peuple de Galaad était en danger de périr sans cette conspiration sainte en tout Israël.

Mais il ne suffit pas de pleurer et de compatir, il faut agir comme nous voyons que tous les Israélites prennent les armes et exposent leur vie pour sauver leurs frères de l'oppression dont ils étaient menacés. Et surtout il faut mettre sa principale confiance dans ce qui est si fort remarqué ici, c'est-à-dire dans *la chaleur du jour : Cùm incaluerit sol*, c'est-à-dire dans l'ardeur de la charité et dans la ferveur du Saint-Esprit qui accompagne ses lumières de ce feu divin que le Fils de Dieu est venu apporter du ciel sur la terre. *Ignem veni mittere in terram.*

On doit aussi remarquer que pour réussir heureusement dans cette guerre intérieure, il faut tout faire selon l'avis des pasteurs, comme on voit qu'il ne se fait rien ici sans les ordres de Saül. Et cette soumission est encore plus nécessaire aux âmes faibles et tentées, comme on le voit dans les Galaadites, qui se conduisent en toute chose selon que leur ordonnent ceux qui doivent être leurs libérateurs. (Sacy.)

v. 7 ; et Amos pastor dicit de se cap. 7, v. 15 : *Tulit me Dominus, cùm sequerer gregem.* Quare non est, cur verba hæc ad inusitatos et alienos sensus torqueamus. An bubulcus fuerit Saül, vel arator, incertum est. Abulensis aratorem putat, et in suam sententiam Josephum adducit. Neque levis conjectura sumitur ex eo quod in textu habemus : *Et assumens utrumque bovem.* Duo enim boves jugum unum trahunt; neque bubulcus unus duos tantùm pascit boves : et absoluto jam opere, dùm aratra jugum referunt suspensa juvenci, arator illos defunctos opere sequitur à tergo.

Vers. 6. — Et insiluit Spiritus Domini in Saul. Spiritus multa significat, tam in profanâ, quàm in sacrâ litteraturâ. Inter alia, significat quemcumque motum, aut affectionem animi, cujuscumque sit generis, sive ad malum, sive ad bonum impellat. Unde in Scripturâ sæpè audimus *Spiritum ardoris,* furoris, iræ, fornicationis, zelotypiæ, obstinationis ; denique quodcumque fervet et æstuat in animo. Hinc de stulto dicitur Proverb. 29 : *Totum spiritum suum profert stultus;* id est, nescit stultus cohibere acriores animi motus, seu temperare, sed quidquid effervescit in animo, vomit et effundit. Hoc autem loco spiritus est zelus pro patriæ defensione, et studium vindictæ, quo instimulabatur regius animus, ut frangeret Ammonitarum insolentes animos et barbaros spiritus, quibus, nisi effossis dextris oculis, negabant conditionem ullam pacis admittendam. Hunc verò esse spiritum inditum à Domino, indicat, quod statim sequitur : *Et iratus est furor ejus nimis.* Talis fuit spiritus ille, qui irruisse dicitur in Samson, Judic. 15, v. 14, qui ardorem injecit, et inflammavit animum, et metum omnem excussit, ita ut inermis armatos mille viros aggrederetur et sterneret.

Vers. 7. — Et assumens utrumque bovem concidit in frusta. Meminerat, opinor, Saül, quid non multis ante diebus fecisset Levita, cujus uxori oppressæ à Gabaitis in eâdem civitate, in quâ tunc ipse morabatur, priùs castitatis honor, et deinde spiritus ereptus est, quem abstulit aut injuriæ pudor, aut petulantium hominum immoderata vexatio. Ille ergo ut ad vindictam tam fœdi barbarique flagitii omnes tribus Israeliticæ gentis accenderet, uxorem in duodecim dissectam partes in totidem Israelitarum funiculos dispersit. Quæ res sic inflammavit reliquas tribus, ut hostile ferrum incredibili conspiratione in cognata viscera distrinxerint. Id ergo adduxisse videtur Saülem, ut consilio non admodùm dissimili omnes tribus Israel sibi jam omnium fermè ordinum consensione subjectas, ad liberandos fratres, qui de suâ libertate, aut vitâ actum esse credebant; sumendamque de hoste insolenti ac barbaro vindictam accerseret. Et planè id quod sibi faciendum proposuerat, consecutus est : nam momento temporis magni excitantur bellorum motus, magni undecumque fiunt militum concursus. Cùm enim omnes partes illas per Israelem totum dissipatas ex regiis bobus esse didicissent, neque mitiùs cum suis futurum esse judicium, nisi quamprimùm ad regium signum advolarent ; omnes nihil cunctandum esse rati, arma undecumque conquirunt, ea videlicet, quæ sors aut necessitas obtulisset : nam neque habuisse gladios, aut hastas jam ante docuimus, et videbimus statim cap. 13, v. 19.

Est autem vis ad movendum vehementior in rebus, quàm in verbis, in signis, quàm in litteris, aut in lituo ac tubâ, quibus evocantur homines, et accenduntur ad arma. Sanè verum est illud Horatianum in Arte poeticâ :

Segniùs irritant animos demissa per aures,
Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus.

Fuerunt prò lituo et tubâ, et pro imperatorio edicto laceratorum boum disseminata frusta, et adjunctæ minæ, quas omnes summi atque infimi, docti æquè atque indocti intellexerunt. Quæ boum dissecta membra in publico aliquo atque conspicuo loco proposita existimo, quæ terrorem spectantibus incuterent; sicut hodie magnorum scelerum rei, in quos actum est capitali supplicio, in plures conciduntur partes, et eorum membra in viarum divortiis, aut locis maximè frequentibus suspenduntur, quo alii à simili vivendi ratione deterriti, supplicium etiam simile declinent.

Quod in concidendis bobus fecit Saül, id etiam alii in feriendo fœdere fecêre legitimè, qui talia sibi precabantur, si fallerent, qualia dissectum coram animal patiebatur. Sic ex sacris Jer. c. 34, v. 18 : *Dabo viros, qui prævaricantur fœdus meum, et non observârunt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum* (id est, sicut vitulum) *quem conciderunt in duas partes.* Sic profani in feriendo, seu percutiendo fœdere, quod cæsâ victimâ plerùmque fiebat, talem optabant plagam illi qui initum violâsset fœdus, qualem excepisset victima. Livius lib. 1, cùm ageret de Albanorum ac Romanorum fœdere, sic loquentem fæcialem inducit : « Populus Romanus prior

« non deficiet : si prior defecerit publico con-
« silio, dolo malo, tu illo die populum Roma-
« num sic ferito, ut ego hunc porcum hodie
« feriam, tantòque magis ferito, quantò magis
« potes, pollesque. Id ubi dixit, porcum saxeo
« silice percussit. » Plura nos in hanc sententiam in citatum locum Jeremiæ.

Vers. 8. — Et recensuit eos in Bezech (1). *Bezech* illa existimatur esse civitas, in quâ regnavit ille qui ab hâc civitate vocatus est *Adonibezech,* de quo Judic. cap. 1, v. 5 : *Inveneruntque Adonibezech in Bezech, et pugnaverunt contra eum.* Porrò Adonibezech idem valet, quòd *dominus Bezech.* Est autem planè mirabile, tantam hominum multitudinem tam brevi tempore, et tantâ animorum conspiratione convenisse : coactâ quippe sunt ex Israele trecenta; ex tribu Judâ triginta hominum millia, qui sic studiis in datas sibi partes consensêre, quasi vir unus foret. Id verò fecit ingens timor, quem eorum animis Dominus indiderat, qui illos otium domumque relinquere coegit, et inerme pectus hostilibus telis audacter opponere. Hic porrò timor esse potuit, ne Naas victoriâ insolens in aliarum urbium fines irrumperet, et quod facere jam cœpisset, universorum oculos dextros erueret; aut ne Saül, si minùs essent ipsius imperio audientes, quod concisis bobus fuerat comminatus, opere compleret. Hoc posterius putat Abulensis; negat Cajetanus, qui dicit non fuisse perdendi boves timore perculsos, sed Dei timore, quasi timerent, ne si regis à Domino constituti detrectarent imperium, aliquid ipsis divinitùs accideret mali; aut inditum esse regis timorem ingenuum, ut illum observarent, et promptum ad omnia præstarent obsequium. Sed quomodò idcumque fuerit, magis timorem illum conceptum esse puto ex Saülis sive observantiâ, sive minis, quàm ex Naas, qui extremum Israeli dedecus et exitium minabatur.

(1) Urbs erat 17,000 passibus à Sichem, Scythopolim versùs, ad eum fermè locum, ubi erant vada Jordanis euntibus in Jabes. Porrò Jabes aberat decem leucis circiter à Jordane. *Bezech* accipiunt Rabbini pro lapide, traduntque, nunquàm permissum fuisse Judæis per capita suos recensere, sed tantùm per res, quæ ad singulos pertinerent, uti per lapides, per annulos, quos ferebant : hoc igitur tempore singuli milites projecêre lapidem in struem, deinde lapidum numerus ductus est. Fabulæ ! (Calmet).

Fueruntque filiorum Israel trecenta millia, virorum autem Juda triginta millia. Mendaciter Josephus, ut vires suorum Israelitarum Vespasiano et Romanis ostentet, ait, ex Israele fuisse septingenta millia, ex Judâ verò septuaginta. Quanquàm Sept. hic numerent sexcenta millia Israelis, et septuaginta ex tribu Juda.

Mysticè, *Besech* Hebr. idem est quod *fulgur* vel *egestas,* quod Beda ad mysterium traducens asserit, « fideles omnes, æternæ patriæ « cives, in Christo Domino, qui fulguri com- « paratur, Lucæ 17, v. 24, numerandos esse « et colligendos. » Et rursùs, « qui relictis « omnibus sequuntur Dominum, describendos « esse et recensendos, ut regno cœlorum po- « tiantur, quod pauperes spiritu consequun- « tur, » Matth. 5, v. 3. Porrò numeris 300 et 30 millium, idem Beda hoc mysterium assignat : « Ternarius, ait, propter confessionem « sanctæ Trinitatis ad fidem; denarius et « centenarius propter dexteræ mercedis ele- « ctionem, et denarium diurnum bonis vini- « toribus dandum, referuntur ad spem. Porrò « millenarius ad immobilem stabilemque per- « fectæ dilectionis respicit operationem. » Et statim : « In filiis Israel, qui est videns Deum, « intelligit speculantium perfectionem : in « viris autem Juda, qui interpretatur confes- « sio confitentium fortitudinem, » suo utrisque nomine optimè accommodato.

(Corn. à Lap.)

Vers. 9. — Et dixerunt nuntiis, qui venerant, nempe Saül et Samuel; tunc enim duos illos esse simul in Gabaa, docet quod proximè dictum est, v. 7 : *Quicumque non exierit, et secutus fuerit Saül et Samuel, sic fiet bobus ejus.* Quòd verò Samuel in castris fuerit, remque publicam simul cum Saüle administraverit, ex eo constat, quòd ubi primùm cæsi fugatique fuerunt Ammonitæ, dixit Samueli populus jam meliùs in Saülem animatus, v. 14 : *Quis est iste, qui dixit : Saül non regnabit?* Et idem Samuel populum victorem, et alacrem deduxit in Galgala, ut Saülem ungeret secundò, legitimisque comitiis et publicâ formâ regem constitueret.

Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol. Obscurum est, unde crastinus ille dies numerandus sit; neque enim est verisimile sumendum esse ab eo tempore, quo nuntii fuerunt à Saüle dimissi. Quomodò enim tam brevi tempore instrui potuerunt acies ex infinitâ propè hominum multitudine, ac tandem unâ tantùm interpositâ nocte ad Jabes Galaad, quæ propè non aberat, pervenire? Lyra putat uno die postquàm legati redierint, id est, die crastino ab illorum reditu, cùm sol incalesceret, id est, cùm jam ad meridiem declinaret, liberandam esse civitatem ab Ammonitarum armis et metu. Et hoc mihi non displicet; statuerat enim, ut apparet, Saül subsequi præcedentes nuntios : quos videtur aliquot secum diebus retinuisse, donec militares haberet delectus. Neque difficile fuit, cùm haberet obsequentes milites, et ita inter se consentientes, ut non majori ne-

gotio cogeretur numerosum agmen, quàm si vir unus foret. Quare eodem die crastino, quo viri Jabes dixerunt sibi egrediendum esse ad Ammonitas, sub meridiem concisa sunt illorum castra, et deleta funditùs.

Vers. 10. — Manè exibimus ad vos, et facietis nobis omne quod placuerit. Postquàm legatorum reditu, speque certâ jamjam advenientis auxilii confirmati sunt obsessorum animi, ut securos redderent Ammonitas, et deditionis oblatâ expectatione suspenderent, crastino die proituros se promittunt ex urbe, non quasi pugnaturi, sed quasi accepturi quamcumque fœderis ac societatis conditionem, etiamsi oculos placeat dextros effodere, aut quascumque notas servitutis inurere. Id enim valet illud : *Et facietis nobis omne quod placuerit.* His verbis omnem hosti metum adimunt auxilii venturi.

Vers. 11. — (1) Et ingressus est media castra in vigilia matutina. Progressum est Hebræorum agmen magnis itineribus et nocturno silentio, ita ut neque spectari posset ab hoste, nec sentiri; quod optimi imperatoris consilium est omnium fortassè maximum : in celeritate enim, qui in re militari aliquid vident, maxima putant esse momenta. Quare priùs hostes semisomnes et imparati inferri bellum, quàm comparari sentiunt. Accesserunt, opinor, Israelitæ, sub mediam noctem, id est, ad tertiam vigiliam, et acie pro locorum ac temporis opportunitate tripartitâ, ad quartam vigiliam, quæ hoc loco matutina vocatur, in castra inimicorum irrumpunt; et donec sol incalesceret, id est, meridiem versùs, ad horam puto diei tertiam aut quartam, ita grassantur alacriter in hostium castris, et successu usque adeò secundo, ut incalescente sole concisi fuerint ac dissipati hostes, ita ut nulla tam copiosi exercitûs extiterint reliqua vestigia.

Quia hic de castris reque militari sermo est, militare quoque adhibetur vocabulum. Noctem milites in quatuor distribuunt vigilias, quæ ternis horis constant ; prima à vespere ad tertiam horam noctis producitur; inde ad noctis medium secunda; tertia ad horam nonam ; quarta ad lucem usque, quæ ideò matutina dicitur. Quare horâ ante lucem tertiâ invasit Saül Ammonitarum castra, et sex horis dissipavit et perdidit. Eâdem matutinâ vigiliâ demersus est Pharao in mari Rubro, Exod. c. 14, v. 24. Singulæ porrò vigiliæ certis in castris notabantur signis, sicut nocturna diurnaque spatia; cùm abest bellorum strepitus ac metus horologii sonitus in urbe distinguunt. Id verò tunc accidisse tam in obsessâ urbe, quàm in Ammonitarum castris, quia in omnibus aliquid insidiosum timeri poterat ab hoste vicino, mihi verisimile est. Sanè hoc modo personante buccinâ, ineunte tertiâ vigiliâ excitati videntur vigiles novi, qui aliis succederent, Judic. 7, v. 19 : *Ingressusque est Gedeon, et trecenti viri qui erant cum eo in partem castrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ et custodibus suscitatis.* Hæc obscuriùs. Sed apertè profani buccinæ meminêre, cùm de vigiliis aut exactis aut incipientibus loquerentur. Atque ideò sicut quartus aut quintus lapis sumitur pro certo viarum spatio, sic etiam tertia aut quarta buccina pro certo nocturni temporis intervallo. Livius l. 26 : « Ut ad tertiam buccinam præstò essent. » Et idem lib. 7, signi meminit secundæ vigiliæ, quod datum est à buccinâ. Vegetius item l. 1, c. 8; Frontinus l. 1, c. 5, à buccinatore dicit divisas esse vigilias. Et Silius Italicus l. 7, distingui dicit mediam noctem, id est, secundam vigiliam à tertiâ, buccinæ clangore.

Mediam somni cùm buccina noctem
Divideret, jamque excubias sortitus iniquas
Tertius abruptâ vigilaret ad arma quiete.

Ita ut non relinquerentur in eis duo pariter. Proverbium olet hic dicendi modus, quo significatur perturbata ac præceps hominum fuga, cùm à tergo hostis imminet victor, qui confusis ordinibus fugam intendunt, cùm de suo tantùm periculo victi palantesque laborant, de sociis non curant, quia tunc societas impedimento est, et multitudo prodit eos qui aliter forsitan laterent, et insequentis hostis oculos et ferrum eluderent. Idem videtur significâsse Jeremias cap. 49, v. 5 : *Dispergimini singuli à conspectu vestro, nec erit qui congreget fugientes.* Quòd si proverbialis hæc species est, non est necesse, ut duo in fugâ conjuncti non fuerint : ad sensum enim proverbialem satis est, si palantes hostes nullo ordine suam fugam intendant; et quòd quisque suam quærat salutem, et de communi aut de sociorum incolumitate non laboret. Sed puto

(1) Mysticè, B. Petrus Dam. l. 6 Epistolarum epist. 5 : « Quid est, ait, quòd populum in « tres constituit partes, nisi quia tres sunt « principales animæ virtutes, fides scilicet, « spes et charitas? in trifariis itaque bellatorum partibus victoria certaminis obtinetur, « quia tribus his virtutibus, duce Christo, « omnis diabolica tentatio vincitur. »
(Corn. à Lap.)

hìc nullam esse proverbialem formam, sed reverà singulos separatim fugâ fuisse dilapsos.

Vers. 12. — Et ait populus ad Samuelem : Quis est iste, qui dixit : Saul non regnabit ? Hinc collige, Samuelem cum Saüle simul exercitum duxisse, et illius consiliorem esse aut omninò, aut magnâ ex parte confectum. Sic autem res ex voto, et supra opinionem multorum expedita popularium animos conciliavit Saüli, ut communi studio ad mortem expetierint eos qui Saülis detrectabant imperium, indignumque putabant, quem debitis regio nomini prosequerentur muneribus.

Vers. 13. — Et ait Saul : Non occidetur quisquam in die (1) hac : quia hodie fecit Dominus salutem in Israel. Audivit Saül, quid populus Samueli dixisset, et quid contra viros Belial, qui duriùs in novum regem essent affecti, cogitâsset; quorum consiliis occurrit prudenter, et mutatum ad vindictam animum hâc ratione sedavit. Dixit enim diem illum Israeli toti illuxisse candidum, cùm insperatâ victoriâ concisus esset inimicus insolens, et aliorum animi, qui minùs favebant Hebræorum gloriæ, aut illorum insidiabantur commodis, fracti ceciderint; neque fore ex usu communi, aut è suâ existimatione, si publicam lætitiam contribulium cædes incestaret. Porrò in successu rerum secundo, et publico gaudio injurias solitas essa remitti, imò et vitam dari his quibus lex aut consuetudo prorsùs ademisset, multa docent profanorum exempla. Ex Scripturâ unum aut alterum producam. Quo tempore David restitutus videbatur in regnum, ex quo ab Absalome poterat existimari depulsus, accessit Semei supplex, superioris errati veniam petens. Cùm autem Abisai diceret Davidi : *Numquid pro his verbis non occidetur Semei, quia maledixit Christo Domini?* Cui respondit David : *Ergone hodie interficietur vir in Israel ? An ignoro hodie me regem factum super Israel ? Et ait rex Semei : Non morieris.* 2 Reg. 19, v. 20. Deinde illa consuetudo, de quâ Matth. 27, dimittendi in die solemni Paschæ vinctum unum, ut est communis interpretum sententia, originem habuit ab eo beneficio quod populus accepit, cùm libertatem ab Ægyptio jugo consecutus est. Quâ de re nos postea ad cap. 14, v. 45. Memor enim populus acceptæ sub id tempus libertatis et vitæ, vinctum unum capitalis supplicii reum ad vitam, de quâ jam actum videbatur, libertatemque restituit.

Vers. 14. — Venite, et eamus in Galgala, et innovemus ibi regnum. Designatus fuerat Saül in Maspha, et salutatus rex à frequenti populo ; neque tamen ibi dicitur unctus, aut immolatæ victimæ. Quod licet ad solemnem legitimamque inaugurationem necessarium non esset, cùm accederet populi consensio, nihilominùs ex eâ cæremoniâ aliquid accedebat designationi ponderis, tum etiam populo ad religiosam regis observantiam, cùm videret aliquid in eâ constitutione intercessisse sacrum. Elegit autem Galgala, quia illa civitas unus erat è tribus conventibus ubi jus dicere et vocare populum consueverat Samuel, ut publica dignitas in conventu publico traderetur. Deinde quia non longè aberat ab eo loco, in quo tunc erat populus. Constat enim Galgala esse propè Jordanem, ex Josue cap. 5, v. 9. Ibi unctum opinor esse Saülem, licet de unctione hoc loco nihil audiamus, ut tradit Josephus lib. 6 Antiq. cap. 6. Neque obstat, quòd in Rama secretò jam ante fuisset unctus, quia nihil tunc fuit actum publicâ atque solemni formâ. Sicut etiam David publicè fuit unctus

(1) *Saül leur dit : On ne fera mourir personne en ce jour.* Saül, qui d'abord avait dissimulé l'injure que quelques-uns lui avaient faite en ne le reconnaissant pas pour roi, demeure dans la même disposition, sans que l'heureux succès de cette guerre lui ait élevé le cœur. Quand le tumulte du peuple est si grand qu'il ne peut plus comme auparavant le dissimuler, il emploie la douceur, et après avoir fait voir sa sagesse en l'autre rencontre, il fait voir en celle-ci sa modération et sa retenue.

C'est une grande instruction pour les prélats de l'Eglise lorsqu'on les blesse en quelque chose. Ils doivent user rarement de toute leur autorité, et imiter Saül, afin d'avoir comme lui en ce point des sentiments bien différents de ceux du reste des hommes. Le reste du peuple se porte à une vengeance qui pouvait être juste. Mais les pasteurs, à l'imitation du Fils de Dieu, se portent toujours à la douceur, à moins qu'une nécessité visible ne les contraigne d'en user autrement, parce que leur dessein est de se faire aimer et non de se faire craindre. Il se trouve même le plus souvent que cette voie de douceur est la plus courte et la plus sûre pour leur faire rendre le respect qui leur est dû; comme Saül se fit sans doute plus respecter par cette action de clémence qu'il n'eût fait en se vengeant le plus sévèrement de ceux qui l'avaient méprisé. Et ceci est un grand exemple pour les princes, qui leur fera voir que la clémence est non seulement leur principale gloire, mais souvent même leur plus ferme appui. Car lorsque par une grandeur d'âme que leur inspire même le haut rang où Dieu les a élevés, ils se mettent au-dessus de quelque injure que leur autorité semble avoir reçue, ils s'attirent l'estime et l'admiration de tous les peuples ; et ils deviennent ainsi les maîtres des cœurs, qui sont inaccessibles à toute la puissance des conquérants. (Sacy.)

in regem in Hebron, lib. 2 Reg. c. 2, v. 4, et tertio c. 5, v. 3, cùm tamen secretò priùs unctus à Samuele foret in paternâ domo. Neque capite sequenti Samuel novum regem appellaret Christum, id est, unctum, nisi publicè unctum esse constaret. Deinde in hâc innovatione, sive inauguratione Saülis oblatæ sunt victimæ, de quibus nihil priùs factum esse legimus. Porro in designando ac constituendo rege, holocaustum adhiberi solitum diximus supra, c. 10, in principio. Quomodò extra tabernaculum offerri potuerint sacrificia, eo saltem tempore, quo tabernaculum vacuum erat ab arcâ, dictum est supra, cap. 7, in fine (1).

CAPUT XII.

1. Dixit autem Samuel ad universum Israel : Ecce audivi vocem vestram, juxta omnia quæ locuti estis ad me, et constitui super vos regem.

2. Et nunc rex graditur ante vos. Ego autem senui, et incanui : porrò filii mei vobiscum sunt; itaque conversatus coram vobis ab adolescentiâ meâ usque ad hanc diem, ecce præstò sum.

3. Loquimini de me coram Domino, et coram Christo ejus, utrùm bovem cujusquam tulerim aut asinum : si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi : et contemnam illud hodiè, restituamque vobis.

4. Et dixerunt : Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicujus quidpiam.

5. Dixitque ad eos : Testis est Dominus adversùm vos, et testis Christus ejus in die hâc, quia non inveneritis in manu meâ quidpiam. Et dixerunt : Testis.

6. Et ait Samuel ad populum : Domi-

CHAPITRE XII.

1. Alors Samuël dit à tout le peuple d'Israël : Vous voyez que je me suis rendu à tout ce que vous m'avez demandé, et que je vous ai donné un roi.

2. Et vous avez maintenant un roi à votre tête. Pour moi je suis vieux et *déjà tout* blanc ; et mes enfants sont *maintenant* avec vous *comme de simples citoyens, hors d'état de me défendre.* Ayant donc vécu parmi vous depuis ma jeunesse, *et ayant eu le maniement des affaires* jusqu'à ce jour, me voici en votre présence, *prêt à vous rendre compte de mon administration.*

3. Déclarez devant le Seigneur, et devant son Christ, si j'ai pris le bœuf ou l'âne de personne, si j'ai imputé à quelqu'un de faux crimes, si je l'ai opprimé, si j'ai reçu des présents de qui que ce soit *pour vendre la justice*, et je vous satisferai et vous le rendrai présentement.

4. Ils lui répondirent : Vous ne nous avez point opprimés, ni par de faux crimes ni par violence, et vous n'avez rien pris de personne *injustement.*

5. Samuël ajouta : Le Seigneur m'est donc témoin aujourd'hui contre vous, et son Christ m'est aussi témoin que vous n'avez rien trouvé à redire à ma conduite. Le peuple lui répondit : Oui, ils en sont témoins.

(1) Septuaginta et Josephus habent hìc : *Unxit Samuel ibi Saül;* cùm in Hebræo et in Vulgatâ legatur : *Fecerunt ibi regem Saül coram Domino.* (Calmet.)

Les impostures ne coûtent rien à nos adversaires, mais toutes sont réfutées par l'histoire : « Les habitants de Jabès-Galaad, attaqués par « les Ammonites, disent-ils, ont recours à « Saül; ce prince qui n'osait encore agir en « son propre nom envoya des ordres au nom « de Samuël, pour rassembler le peuple, se « mit à la tête, défit les Ammonites, et sauva « son pays. Ce succès gagna au roi l'affection « et la confiance du peuple. Samuël, forcé de « céder au vœu général, proposa d'aller à « Galgala renouveler l'élection du roi. L'homme « de Dieu ne pardonna jamais à Saül les succès qui lui avaient attiré l'affection de ses « sujets; à compter de ce moment, il y eut « une mésintelligence continuelle entre eux : « Samuël traversa continuellement les desseins « de son roi, et tâcha de les faire échouer. »

Il est faux que Saül n'ait osé agir en son propre nom, et qu'il ait envoyé des ordres au nom de Samuël; le prophète était absent, l'ordre de Saül était absolu : *Si quelqu'un refuse de suivre Saül et Samuël, ses bœufs seront mis en pièces.* Ce n'est point sur ce ton que le prophète avait eu coutume de donner ses ordres. Il est faux que Samuël ait été fâché du succès de Saül, et qu'il ait été forcé de céder au vœu du peuple. C'est lui-même qui proposa de confirmer l'élection de Saül pour fermer la bouche aux mécontents. Dans l'assemblée, il rend compte de sa conduite, il prend le roi même pour juge; il rassure le peuple sur les suites de son choix; il promet au roi et à ses sujets les bénédictions de Dieu, s'ils continuent à le servir. Il borne son propre ministère à prier pour le peuple et à lui enseigner la loi du Seigneur. Est-ce là le langage et la conduite d'un vieillard ambitieux? il est donc faux que Samuël *ait traversé les desseins de son roi, et qu'il ait tâché de les faire échouer.* (Duclot.)

nus, qui fecit Moysen et Aaron, et eduxit patres nostros de terrâ Ægypti.

7. Nunc ergo state, ut judicio contendam adversùm vos coram Domino, de omnibus misericordiis Domini, quas fecit vobiscum et cum patribus vestris :

8. Quomodò Jacob ingressus est in Ægyptum, et clamaverunt patres vestri ad Dominum : et misit Dominus Moysen et Aaron, et eduxit patres vestros de Ægypto, et collocavit eos in loco hoc.

9. Qui obliti sunt Domini Dei sui, et tradidit eos in manu Sisaræ, magistri militiæ Hasor, et in manu Philisthinorum, et in manu regis Moab, et pugnaverunt adversùm eos.

10. Postea autem clamaverunt ad Dominum, et dixerunt : Peccavimus, quia dereliquimus Dominum, et servivimus Baalim et Astaroth : nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, et serviemus tibi.

11. Et misit Dominus Jerobaal, et Badan, et Jephthe, et Samuel, et eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, et habitâstis confidenter.

12. Videntes autem quòd Naas rex filiorum Ammon venisset adversùm vos, dixistis mihi : Nequaquàm, sed rex imperabit nobis : cùm Dominus Deus vester regnaret in vobis.

13. Nunc ergo præstò est rex vester, quem elegistis et petîstis : ecce dedit vobis Dominus regem.

14. Si timueritis Dominum, et servieritis ei, et audieritis vocem ejus, et non exasperaveritis os Domini, eritis et vos, et rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum.

15. Si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermones ejus, erit manus Domini super vos et super patres vestros.

16. Sed et nunc state, et videte rem

6. Samuël dit au peuple : Le Seigneur qui a fait Moïse et Aaron, et qui a tiré nos pères de la terre d'Egypte *est donc témoin.*

7. Venez maintenant en sa présence, afin que je vous appelle en jugement devant lui, sur toutes les miséricordes qu'il vous a faites à vous et à vos pères, *et sur toutes vos infidélités.*

8. *Vous vous souvenez* de quelle manière Jacob entra dans l'Egypte, comment vos pères crièrent au Seigneur ; et le Seigneur envoya Moïse et Aaron, tira vos pères de l'Egypte, et les établit dans ce pays-ci.

9. Ils oublièrent *depuis* le Seigneur leur Dieu, et il les livra entre les mains de Sisara, général de l'armée d'Hasor, entre les mains des Philistins, et entre les mains du roi de Moab *et du roi des Ammonites,* qui combattirent contre eux.

10. Ils crièrent ensuite au Seigneur, et lui dirent : Nous avons péché, parce que nous avons abandonné le Seigneur, pour servir Baal et Astaroth ; mais délivrez-nous maintenant de la main de nos ennemis, et nous vous servirons.

11. Le Seigneur envoya ensuite Jérobaal, Badan, Jephthé et Samuël, et vous délivra de la main de vos ennemis qui vous environnaient ; en suite de quoi vous êtes demeurés dans une pleine assurance.

12. Cependant, *après tant de bienfaits,* voyant que Naas, roi des enfants d'Ammon, était venu contre vous, *et avait été vaincu par Saül, au lieu de reconnaître Dieu pour l'auteur de cette victoire,* vous m'êtes venu dire : Non, *nous ne changerons point de résolution,* mais nous aurons un roi qui nous gouvernera ; quoique alors le Seigneur votre Dieu fût le roi qui régnait sur vous.

13. Vous avez donc maintenant votre roi tel que vous l'avez choisi, et que vous l'avez demandé. Vous voyez que le Seigneur vous a donné ce roi, *dont la demande lui a été si injurieuse.*

14. *Cependant* si vous craignez le Seigneur, si vous le servez, si vous écoutez sa voix, et que vous ne vous rendiez point rebelles à sa parole, vous serez *heureux,* vous et le roi qui vous gouverne, en suivant le Seigneur votre Dieu.

15. Si, au contraire, vous n'écoutez point la voix du Seigneur, et que vous vous rendiez rebelles à sa parole, la main du Seigneur sera sur vous, *comme elle a été* sur vos pères.

istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro.

17. Numquid non messis tritici est hodiè? invocabo Dominum, et dabit voces et pluvias : et scietis, et videbitis quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regem.

18. Et clamavit Samuel ad Dominum, et dedit Dominus voces et pluvias in illâ die.

19. Et timuit omnis populus nimis Dominum et Samuelem, et dixit universus populus ad Samuelem : Ora pro servis tuis ad Dominum Deum tuum, ut non moriamur; addidimus enim universis peccatis nostris malum, ut peteremus nobis regem.

20. Dixit autem Samuel ad populum : Nolite timere : vos fecistis universum malum hoc : verumtamen nolite recedere à tergo Domini, sed servite Domino in omni corde vestro :

21. Et nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt :

22. Et non derelinquet Dominus populum suum, propter nomen suum magnum, quia juravit Dominus facere vos sibi populum.

23. Absit autem à me hoc peccatum in Dominum, ut cessem orare pro vobis, et docebo vos viam bonam et rectam.

24. Igitur timete Dominum, et servite ei in veritate et ex toto corde vestro; vidistis enim magnifica quæ in vobis gesserit.

25. Quòd si perseveraveritis in malitiâ, et vos et rex vester pariter peribitis.

16. Mais de plus, prenez garde à vous maintenant, et considérez bien cette grande chose que le Seigneur va faire devant vos yeux.

17. Ne fait-on pas aujourd'hui la moisson du froment? Et *n'est-ce pas maintenant la saison où l'on ne voit ni pluies ni tonnerres?* Cependant je vais invoquer le Seigneur, et il fera éclater les tonnerres et tomber les pluies, afin que vous sachiez et que vous voyiez combien est grand devant le Seigneur le mal que vous avez fait en demandant un roi.

18. Samuël cria donc au Seigneur, et le Seigneur, en ce jour-là, fit éclater les tonnerres et tomber la pluie.

19. Et tout le peuple redouta *la puissance du* Seigneur et *de* Samuël, et ils dirent tous ensemble à Samuël : Priez le Seigneur votre Dieu pour vos serviteurs, afin que nous ne mourions pas; car nous avons encore ajouté ce péché à tous les autres que nous avions faits, de demander un roi qui nous gouverne, *au lieu du Seigneur qui nous a gouvernés jusqu'à présent.*

20. Samuël répondit au peuple : Ne craignez point : *ce prodige n'est que pour vous instruire, et non pour vous perdre; il est vrai que* vous avez fait tout ce mal, mais néanmoins ne quittez point le Seigneur, et servez-le de tout votre cœur;

21. Ne vous détournez point de lui pour suivre les choses vaines, *comme sont les idoles* qui ne vous serviront point, et qui ne vous délivreront point, parce qu'elles sont vaines :

22. Et le Seigneur, pour la gloire de son nom, n'abandonnera point son peuple, parce qu'il a juré qu'il ferait de vous son propre peuple.

23. Pour moi, Dieu me garde de commettre ce péché contre lui, que je cesse jamais de prier pour vous; je vous enseignerai toujours la bonne et la droite voie.

24. Craignez donc le Seigneur, et servez-le dans la vérité et de tout votre cœur; car vous avez vu les merveilles qu'il a faites parmi vous.

25. Si vous persévérez à faire le mal, vous périrez tous ensemble, vous et votre roi.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DIXIT AUTEM SAMUEL AD UNIVERSUM POPULUM ISRAEL : ECCE AUDIVI VOCEM VESTRAM (1). Habuit Samuel, ut antea sæpè in Galgalis comitia, ubi cum novo rege de populi statu in communi decerneret. Sed priusquàm

(1) *Samuël dit au peuple : Je me suis rendu à tout ce que vous m'avez demandé.* « La conduite « de Samuël, dit saint Grégoire, est un ex- « cellent modèle pour les pasteurs. Nous som-

populus dissolutis comitiis dilaberetur, integritatem suam coram omnibus probari voluit, aut spectari Samuel. Quare concionem habuit plenam dignitatis, plenam officii, vitamque suam et administrationis modum iniquis etiam judicibus explorandum et examinandum proposuit; paratus reddere, si quidpiam iniquè ab aliquo sustulisse arguatur; neque verendum esse cuiquam putabat, quominùs objectare audeat quidquid in ipsius vitâ minùs probet, aut quod velit à lege, aut publico judicio correctum, cùm jam ipse, novo creato rege, dignitatem, quam habuit illucusque supremam et regiæ proximam, deposuerat; neque timendum, ne possit ablata restituere, aut illatum damnum instaurare, licet jam extrema obrepserit senectus, et cani advenerint, qui sunt adventantis jam mortis fideles nuntii; cùm filii ipsius sani inter ipsos et incolumes vivant, qui præstare poterunt, quod pater interceptus naturæ necessitate non potuit. Id enim, ut opinor, valet illud : *Et rex nunc graditur ante vos;* id est, ego jam nunc personam publicam, aut regiæ proximam non sustineo; cum homine privato vobis agendum est, qui nullam potentiam, aut auctoritatem habet, quam opponat : *Ego autem senui, et incanui; porrò filii mei vobiscum sunt;* id est, si ætas mihi jam grandis, et effœta vitam abstulerit, superstites sunt filii, qui, quod mearum est partium, ipsi præstabunt.

VERS. 2. — ITAQUE CONVERSATUS CORAM VOBIS AB ADOLESCENTIA MEA USQUE AD HUNC DIEM, ECCE PRÆSTO SUM (1). Ex hoc loco et superiori con-

« mes chrétiens pour nous-mêmes; nous sommes ministres de l'Eglise pour les autres. « Le premier état est très-sûr quand il est innocent, parce qu'un homme ne répond alors « que de lui seul : mais le second est exposé « à de grands périls. C'est pourquoi les vrais « serviteurs de Dieu s'engagent dans les charges de l'Eglise avec répugnance et avec « peine, et ils les quittent avec joie. » C'est ce qui paraît ici en la personne de Samuël : *J'ai établi,* dit-il, *un roi sur vous.* C'est lui qui doit vous gouverner à l'avenir. Mes enfants seront parmi vous comme de simples particuliers, et ils ne me succèderont pas dans mon ministère; comme s'il leur disait : « Quand je « vous ai gouvernés, c'a été pour vous-mêmes « et non pour moi. Ainsi je n'ai point de « peine à me démettre de ma dignité entre « les mains d'un autre. J'ai vieilli dans l'exercice de ma charge, et néanmoins cette longue accoutumance à vous gouverner n'a « produit dans moi aucun désir du commandement. *Non pro me, sed pro vobis præfui;* « *et longus usus præeminendi obligatum me in* « *suî ambitione non tenuit.* » (Sacy.)

(1) *Ayant vécu parmi vous depuis ma jeunesse, me voici prêt de répondre de toute ma vie.* Sa-

jecto, ad quadraginta fermè annos, certè ad triginta et octo Samuelem summam in Israele tenuisse præfecturam. Nam in eâ consenuisse et incanuisse, ex hoc loco manifestè liquet. Ita præterea fuisse à senectute consumptum et debilem, ut tantam non potuerit sustinere personam, ipse docuit, cùm loco suo duos suffecit filios, qui provinciam, quam ipse deposuerat, administrarent; quare necesse fuit, ut quidquid est temporis ab adolescentiâ ad gravem usque ætatem, in reipublicæ administratione consumpserit; quod sanè exiguum non fuit. Quòd autem adolescens præfecturam inierit, hinc apertè constat, quia hìc rogat, an aliquis noverit aliquid à se vi aut fraude fuisse sublatum, ab eo tempore nempe, quo cum imperio fuit : nam quæ ibi commemorantur, non ab alio fieri potuerunt, nisi ab eo qui pro summâ potestate omnia sibi licere putat; et hoc ipsum ab adolescentiâ explorari jubet; quia nempe ab adolescentiâ abusus potestate, sicut alii plurimi, opprimere potuit alios, auferre boves aut asinos, accipere munera ut judicia corrumpat.

VERS. 3.—LOQUIMINI DE ME CORAM DOMINO (1),

muël veut représenter encore aux Israélites combien était grande la faute qu'ils avaient faite, en préférant le règne d'un homme qui avait sur eux une souveraine puissance, à celui de Dieu qui avait été jusqu'alors leur chef et leur roi. Mais avant que d'accuser le peuple, il a soin de se justifier. Et il prend ceux-mêmes qu'il avait gouvernés pour témoins de l'intégrité de sa conduite, afin d'apprendre aux pasteurs que leur réputation doit être si pure, qu'elle soit hors d'atteinte à la calomnie, et qu'afin que leurs justes reproches soient utiles à ceux qu'ils reprennent, ils doivent être eux-mêmes irrépréhensibles. Car leur dignité est trop sainte pour souffrir qu'on leur puisse dire selon l'Evangile : *Médecin, guérissez vous vous-même. Otez la poutre qui est dans votre œil, afin que vous voyiez assez clair pour ôter la paille de celui de votre frère.* (Sacy.)

(1) Hebræus : *Ecce ego; respondete mihi,* vel, *in me, coram Domino, et coram uncto ejus.* Hinc B. Petrus Damiani l. 1, Epist. 12, coarguit episcopos, qui nolunt se suosque actus à civibus examinari. « Quis, ait, est hic arrogantiæ tumor : quis elationis fastus? quæ « denique tanta superbia? ut liceat episcopum « ad propriæ voluntatis arbitrium vivere, et « quod insolenter excessum est à subjectis « suis, dedignetur audire. » Et paulò post, hunc fastum per exempla proborum contraria exaggerans : « Beatus, ait, Job dicit : *Si contempsi* « *subire judicium cum servo meo,* Job. 31, v. 13. « Et tu dicis : Absit, ut digner ad examen venire cum clerico meo! Deus omnipotens per « Isaiam clamat : *Venite et arguite me,* Isaiæ « 1, v. 18. Is qui judicat omnia non dedignatur « à servis argui; tu servus utique cum servo

ET CORAM CHRISTO EJUS. Ab his qui prætorio munere aut simili alio magistratu defuncti sunt, exigi solet publica ac severa ratio obiti ministerii. An excubias egerint, quas exigit

« in judicium venire fastidis? Samuel ultrò se « arguendum nullis accusantibus obtulit; et « utrùm eos in aliquo violenter oppresserit, « inquisivit. *Ecce præstò sum*, inquit, *loqui-* « *mini de me*, » etc. (Corn. à Lap.)

SI QUEMPIAM CALUMNIATUS SUM, SI OPPRESSI ALIQUEM. Reddi posset textus : *Si vim alicui intuli, si percussi*, vel : *Si quem vi, vel iniquè oppressi*, vel denique : Si fraude et calumniâ quempiam rebus suis spoliavi; vel : Si amicitiâ et indulgentiâ in aliquem ad justitiæ leges violandas adduci passus sum.

Originalis verba, quæ in fine hujus textûs leguntur, ita reddi possunt : *Cujus è manu ego munus accepi, et restituam?* Si quid muneris accepisse convincar, volo meum ferre probrum, statimque omnia restituere. Aliter : *Si ego munus accepi, et clausi oculos*, ut causam illius qui munus obtulit, negligerem, *ego illud restituam.* Vel potiùs : *Si munus acceperim, et defixus in eo sit oculus meus*, si lumina eò converti, si munera oblata me delectârunt. Septuaginta aliter ac nos in textu Hebræo legerunt : *Si de manu alicujus cepi quodcumque munus* (ad litteram, *quod ad placandum et reconciliandum valet*) *vel calceamentum, respondete coram me, et reddam vobis.* Priorem interpretationem pronam magis, magisque cohærentem ingenio et syntaxi originalis judicamus. Cùm rubore perfundimur, os oculosque operimus. Auctor Vulgatæ aliam interpretationem, quæ in hunc sensum trahi potest, secutus est : *Si de manu cujusquam munus accepi, et contemnam illud hodiè, restituamque vobis;* oculos meos claudam ne illud videam, ne aspiciam quidem, restituam non invitus. (Calmet.)

Hinc S. Bern. l. 4 de Consid. mirè laudat Gaufridum legatum apostolicum, quòd omnia omninò etiam exigua munera spreverit. « Non « fuerunt, inquit, qui possent legato dicere : « Ditavimus Abraham. Ipse verò cum Samuele « liberè concionabatur ad omnes : *Loquimini* « *de me*, » etc.

Tropologicè, quisque debet quotidiè judicium hoc suî peragere per rigidum conscientiæ examen. Audi S. Bernard. ad fratres de Monte Dei : « Discito tibi præesse, vitam ordinare, « mores componere, te ipsum judicare et te « apud teipsum accusare, sæpè etiam condem- « nare, nec impunitum dimittere. Sedeat ac- « cusans justitia; stet rea et temetipsum ac- « cusans conscientia : nemo te plus diligit, « nemo fideliùs judicabit. Pete à teipso ratio- « nem præteritæ noctis et venturæ diei; tu « tibi canonem præscribito, et supervenientis « noctis regimen indicito : sic districto nun- « quàm aliunde lascivire vacabit. »
(Corn. à Lap.)

Déclarez si j'ai fait tort à quelqu'un, si j'ai reçu des présents. On peut remarquer que lorsque ce saint prophète rend raison de sa conduite, il parle *des calomnies, des oppressions, de l'amour du gain et des présents*, qui sont des choses dont les hommes peuvent être juges, parce qu'elles tombent sous leurs sens. Mais il

reipublicæ necessitas; an spoliârint subjectum sibi populum, et publica commoda ad privatos usus converterint; an repetundarum crimen admiserint, quod forense vulgus residentiam appellat. Quod ab his qui defuncti sunt præfecturâ, exigit respublica, id ultrò subire vult Samuel, judicemque suæ vitæ et causæ vult esse Deum, cujus intelligentiam nihil latet; et regem ipsum tunc unctum publicè, atque ideò Christum Domini, cujus neque censuram respuit, neque imperium recusat. Putat autem Josephus usque adeò Samuelem avidè studuisse, suam vitam et mores in publico illo conventu examinari ad severissimam amussim, ut non solùm petierit orâritque, sed etiam per Deum adjurârit populum, ut de suis rebus diligenter statuat, videat, et severâ censurâ castiget, si quid in tot annorum administratione peccatum sit. *Samuel*, inquit, *propheta, priusquàm comitia dissolverentur, sic est allocutus populum : Adjuro vos per maximum Deum, qui vobis optimos illos fratres, Moysem, et Aaron misit, ut patres vestros ex Ægypto educant, ut absque pudore ac metu omnique affectu alio liberè dicatis, numquid contra jus et æquum fecerim, vel proprii lucri cupiditate, vel in alterius cujusquam gratiam. Coarguite me, si cujusquam vitulum aut bovem, aut aliud quid tale accepi.*

Septuaginta addunt, *vel calceamentum*, quo nomine exiguum aliquid significant; proverbialiter enim *calceamentum* pro re sumitur vilissimâ, ut diximus ad illud Amos cap. 2 : *Pro eò quòd vendiderit pro argento justum, et pauperem pro calceamento.* Ideò autem in calceo res intelligitur sordida et vilis, quia calceamenta sine ullo ferè impendio comparantur, et ipsa abjecta sunt, utpote quæ semper calcantur pedibus, neque unquàm à fimo et pulvere elevantur. Sanè in calceis rem significavit levissimam Ecclesiasticus cap. 46, v. 22, cùm de hoc ipso Samuele loqueretur, ex quo fortassè calceamenti nomen sumpserunt Septua-

ne parle point du culte intérieur qu'il a rendu à Dieu, et de cette exacte fidélité aux plus petites comme aux plus grandes choses, qu'il attend de ceux qu'il a honorés de son ministère. Ce saint prophète était trop humble et trop éclairé, pour vouloir ainsi paraître juste aux yeux de Dieu, *qui pèse les cœurs et les esprits*, comme dit le Sage : *Spirituum ponderator est Dominus.* C'est pourquoi il aurait dit sans doute comme S. Jacques a dit depuis : *Nous faisons tous beaucoup de fautes : In multis offendimus omnes;* ou comme l'apôtre saint Paul : *Quoique ma conscience ne me reproche rien, je ne dois pas néanmoins me croire innocent, parce que c'est Dieu qui est mon juge.* (Sacy.)

ginta, aut à Septuaginta forsitan Ecclesiasticus : *Ante tempus finis vitæ suæ et seculi, testimonium præbuit in conspectu Domini et Christi, pecunias, et usque ad calceamenta ab omni carne non accepit, et non accusavit illum homo.* Ex quo loco conjectare posse videor id quod jam mihi dudùm persuasi, non longè ab his diebus diem suum obiisse Samuelem, exacto videlicet uno anno, aut post illum uno aut altero mense. Quod non obscurè indicat, quod statim adjungitur : *Et post hoc dormivit, et notum fecit regi, et ostendit illi finem vitæ suæ.* Quem locum sequenti capite fusiùs explicabimus.

Et contemnam illud hodie, restituamque vobis. Non est otiosum, aut ad speciem tantùm hoc examen, quod subire studet in hoc hominum conventu Samuel, sed quia nihil retinere cupit alienum, profitetur quamprimùm restitutum iri quidquid contra jus et æquum fuerit ablatum. Id verò, quodcumque fuerit, adeò non amat, aut retinere cupit, ut etiam horreat atque contemnat. Nam qui de rebus prudenter statuunt, tam longè absunt, ut in alienis, quæ furto atque calumniâ congesserunt, spem locent melioris fortunæ, ut ab illis potiùs labem metuant et timeant, quæ non secùs possessiones evertant, et quæ sanctè fuerant acquisita, corrumpant, quàm tabes et tinea illa arrodunt et perdunt, quæ firma sunt et suo etiam in genere nobilia. Quare Habacuc cap. 2, v. 9 : *Væ qui congregat avaritiam malam domui suæ*; malâ appellatur avaritiâ, qui rapit aliena, qui congerit non sua : hic enim cùm stabilire studeat domum, id est, familiam suam, illam posteris tradit ab alienâ possessione labefactatam et debilem, ut sustinere nequeat diuturnitatis pondus. Dixit hoc idem Job cap. 27, v. 18, de alienorum bonorum direptoribus. Dixerat priùs v. 13 : *Hæc est pars hominis impii apud Deum, et hæreditas violentorum.* Deinde v. 18 : *Ædificabit sicut tinea domum suam, et sicut custos fecit umbraculum.* Dùm terendo tinea sibi domunculam construit, domum ipsam debilitat ac perdit, quia lignum corrumpit, quod aliàs diuturnum esset, et molem sustineret ingentem. Quare olitor, aut hortorum curator et custos, cùm erucam aut bruchum in oleribus vident, aut arboribus, usque adeò illis non delectantur, quasi aliquod forent hortorum aut segetum incrementum, ut potiùs inde grave metuant arboribus aut frugibus malum; atque ideò omni studio curant, quidquid est ejusmodi bestiolarum, extinguere, et magni aliquid tunc se fecisse putant, cùm è suo fundo illas quàm procul ablegaverint. Sic de rebus alienis cogitabat Samuel, quas jure plusquam optimo tanquàm domesticum malum contemnebat. Neque aliter, qui sapit, de rebus statuere debet, quas per vim aut fraudem acquisitas rebus legitimè comparatis immiscuit, quæ erunt, quod tinea ligno, eruca arboribus, aut frugibus aurugo, aut pestis denique corporibus, quæ absque illâ salutem obtinerent constantem et firmam (1).

Vers. 5. — Testis est Dominus adversum vos, et testis Christus ejus in die hac, quia non inveneritis in manu mea quippiam. Solent homines, ubi benè est illis atque jucundè, aliter loqui, quàm cùm aliquid illis accidit, quod illorum animos mœrore contraxit. Tunc enim homines, maximè qui levi sunt ingenio atque versatili, aliter solent quàm antea de rebus sentire ac judicare : aut certè licet idem sentiant, quando aliquid audiunt de se, quod minùs adlubescit, aliter loquuntur quàm sentiunt, aut rem aliter interpretantur, aut aliquid affingunt veritati, aut occasionem quærunt, ut de aliorum famâ indigniùs loquantur. Id ergo nunc cavet prudenter Samuel, dùm vitam suam frequenti populo, omnium judiciis examinandam præbet. Futurum enim erat, ut illos statim, antequàm dissolverentur comitia, severiùs reprehenderet, et exprobraret aut vesaniam, aut ingrati animi detestabile vitium, cùm Deum abjecissent, à quo tot modis ante fuerant ornati, et ab homine mortali gubernari maluerint. Quare timere poterat, ne in vitam suam duriùs animati, et reprehensione exulcerati vehementi, aut aliquid fingerent falsò, aut quæ nunc probant, iniquiùs improbarent : quocirca nunc de suâ integritate publicum et frequens advocat testimonium.

Deinde quia cùm iniquitas os soleat obstruere

(1) Vers. 4. — Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicujus quippiam. Ferrandus Diaconus Carthag. hoc Samuelis exemplum belli ducibus imitandum proponit. Sic enim scribit Regulâ 1 Innocentiæ militaris : « Dux, ait, in suâ administra-« tione, non præesse diligat, sed prodesse; « imitetur bonis actibus Samuelem; comparet « sibi liberam fiduciam verecundæ et hone-« stæ libertatis, ut ingenuâ fronte dicere va-« leat subjectis sibi, sicut dixit Samuel : *Ecce « adsum ego,* etc., *aut de manu alicujus accepi « pro exhortatione vel calceamentum,* etc. Et « respondeatur etiam ei, quod dixerunt ad « Samuel : *Nemini nostrî nocuisti.* O quàm « gloriosus dux erit ante faciem principis, qui « ista audire meruerit ! » (Corn. à Lap.)

eorum in quibus aliquid est pudoris et mentis (nam de his qui jam frontem perfricuerunt, alia ratio est), neque quisquam audet aliis quidquam objicere, si conscius animus aliquid agnoscat, quod ab aliis sentiat objici posse; quò ex innocentiâ exploratâ audaciam conciperet ad reprehendendum, probatam vult priùs Israeli toti suam innocentiam.

Causam aliam adducit Chrysostomus, cur hoc consilium Samuelli placuerit, et quid in eo præsertim spectaverit, tom. 3, homil. in dictum Apostoli : *Utinam tolerassetis paululùm ;* ubi ostendit eo consilio suas laudes Samuelem prædicari voluisse, ut formam novo regi rempublicam administrandi præscriberet. « Quia « salutem, inquit, hominum duntaxat specta- « vit, illis gubernatorem ad suî expressit imi- « tationem, in eâ oratione, quâ de gestis suis « rationem dedit. Nam cùm ignarum sciret « odiosumque regem adhortari, qui omnia co- « ram erat auditurus, atque illi ceu formam « præscribere reipublicæ, quàm scilicet man- « suetus esse debeat, quàm moderatus, quàm « procul à munerum corruptione, ut nemini « vim inferat, ut nemini sit injustus, neque « divitiis congerendis studeat; rursùs tacendo « cunctus populus in prædam traditus fuisset, « prætextu excusationis utrumque periculum « declinavit, illum docuit, cujusmodi guber- « natorem esse conveniat, simulque vitavit « odium doctrinæ. Siquidem videtur circa res « suas occupatus, instruit tamen, et præscribit, « quanto studio, quâve viâ subditorum com- « modis advigilare par sit. » Lege totam homiliam, quæ mirè extollit hoc Samuelis examen, et quot in eo virtutes et optimi viri documenta præluceant.

Vers. 6. — Dominus, qui fecit Moysem et Aaron (1), et eduxit patres nostros de terra Ægypti. Hæc clausula imperfecta est, quæ constare non potest, nisi aliquid suppleas. Neque meo judicio obscurum est, quid suppleri debeat. In aliquibus codicibus est, *adest*. Quod si admittamus, nihil est, quod addas, aut requiras; tunc autem illud, *adest*, ad Dominum refertur, et illum testem esse significat; nam testis adesse debet, et illa nôsse, ad quorum fidem illius testimonium advocatur. Sed licet vox illa non addatur, est tamen eadem omninò sententia. Illud enim, *testis*, quod antecessit proximè, repetendum est, in hunc sensum : Vos affirmatis, Deum esse testem ; idem ego assero, et illum etiam testem voco ejus integritatis, quam in me omnes fuisse confitemini. Aut etiam testem advoco, quod id ad extremum vobis edico, quod ex usu vestro futurum esse arbitror, et ad quod me et gentis meæ charitas, et officii ratio ad extremum cogit. Sicut antea Moyses, cùm ex præfecturâ discessurus esset et vitâ, documenta dedit populo, quem oratione dignitatis et severitatis plenâ reprehendit, Deuter. cap. 32, testes advocavit cœlum et terram : *Audite, cœli, quæ loquor; percipe, terra, verba oris mei.* Et Isai. cap. 1, v. 2 : *Audite, cœli, et auribus percipe, terra.* Sic etiam hoc loco videtur voluisse Samuel adhibere Deum testem, quòd populum admonuerit edixeritque, quid opus esset facto, si se, remque publicam incolumem esse vellet. Quod etiam fecit Paulus Actuum cap. 20, v 26 : *Quapropter contestor vos hodiernâ die, quia mundus sum à sanguine omnium*, etc. *Attendite vobis, et universo gregi.* Et Epist. 2 ad Timoth. c. 4, v. 1 : *Testificor coram Deo*, etc., *prædica verbum.* Et in hanc posteriorem sententiam magis inclino.

Vers. 7. — Nunc ergo state, ut judicio contendam adversum vos (1) coram Domino. Quando jam constat ab omni labe puram fuisse Samuelis vitam, neque esse quidquam, quod populus accuset, ipse audaciùs objurgat populum, et Deum, quem priùs testem advocârat, nunc judicem appellat, in cujus conspectu quid in populo reprehendat, et exprobret, proponit. Objicit primùm, quot fuerit à Domino beneficiis ornatus ; deinde quam gratiam pro tam effusâ liberalitate reddiderit, cùm salutem suam hominum solertiæ ac fidei po-

(1) Septuaginta : *Testis Dominus, qui fecit Moysem et Aaron.* Codices quidam Latini legunt, *adest*, Deus scilicet; sed in Hebræo, Vulgatâ et Chaldæo, præpositio sine verbo relinquitur suspensa. *Facere* usurpatur interdùm pro eligere, in munere aliquo constituere.

(1) Reddi potest textus : *Venite hodiè, et sistite vos, et ego judicabor vobiscum coram Domino.* Venite, ut unà mecum judicium Domini subeatis. Judicialis vocandi formula est ad commune judicium : Diem vobis dico apud Dominum.

De omnibus misericordiis Domini. Hebræus : *De omnibus justitiis Domini.* Septuaginta : *Annuntiabo vobis omnem justitiam Domini.* Symmachus reddidit, uti et Vulgata, *misericordiis*, Hebræam illam vocem, quæ reddi quidem solet, *misericordia.* Revocabo vobis in mentem omnia à Deo vobis præstita, tum quæ in vestrum commodum, tum etiam quæ ob crimina vestra punienda gessit. Suscipit Samuel defendere causam Dei adversùs populum, justitiam Domini asserere, et populi iniquitatem aperire. (Calmet.)

tiùs, quàm Dei potentiæ, cujus sæpè clementiam et fidelem manum in rebus quibusque arduis experti fuerant, commendare voluerint, cùm regem optent hominem, Deum regem et dominatorem abjiciant.

Vers. 8. — Quomodo Jacob ingressus est in Ægyptum, et clamaverunt patres vestri ad Dominum, et misit Mosem, etc. Quærit Abulensis q. 9 et 10, quare Samuel exempla renovet antiqua, et innumeris aliis prætermissis paucorum meminerit, quæ nos statim, prout commentationis ratio postulaverit, exponemus. Rationes adducit varias, quas cuilibet apud ipsum videre promptum est. Ego aliam invenio, quæ mihi magis placebat, aliis fortassè non item, quam tantùm producam, ne longior sim. Petiit populus dari sibi regem, sicut cæteræ habent nationes, cùm rex Ammonitarum Naas bellum instruebat contra Israel, animo usque adeò infenso ac barbaro, ut nonnisi dextris effossis oculis, fœdus cum illo pacis inire voluerit. Ea res ita concussit timidorum animos, ut statim de comparando exercitu et imperatore designando cogitarent. Quare cùm antiquam bellandi rationem minùs probarent, novam exquirunt, et regem optant, quem regi Ammonitarum opponant. Id constat ex v. 12, ubi sic ad illos Samuel : *Videntes quòd Naas rex filiorum Ammon venisset adversùm vos, dixistis: Nequaquàm, sed rex imperabit nobis.* Quasi dicerent, nostram communemque salutem nonnisi regis fidei atque tutelæ committemus. Ut autem illos Samuel aut stuporis aut ingratæ cujusdam oblivionis coarguat, repetit non omnia beneficia, quæ Deus superioribus seculis in populum illum assiduè contulit, sed quæ illos in eo rerum articulo confirmare, et ad benè de bellorum exitu sperandum excitare debuissent. Quare narrat, quoties populus aut timuerit talia, qualia nunc, aut etiam talia pateretur, qualia nunc populus horret, et declinare studet : et tamen Deus, qui regnabat in populo, duces præfecerit, et judices, qui auspice ipso, atque favente Domino, ab illis expedierunt malis, et illa depulerunt pericula, quæ ab humanâ potentiâ propulsari posse non videbantur. Neque necesse fuit, ut homines regem sibi aut ducem eligerent, ipse enim assumebat, neque ullus fuit, qui modò vocatus esset à Deo, qui non obtinuerit quod futurum erat populo ex usu. Quod faceret etiam tunc Samuele duce, multò fortassè meliùs quàm Saüle rege. Nam Samuel conscriptum exercitum secutus est, et illius consilio res administrata. Jam excutiamus singula, et eo se habuisse modo, quem expressimus, seorsùm exploremus.

Cùm duriùs vexarentur Hebræi sub Pharaonis jugo, neque spem haberent ullam emergendi ex conditione miserâ et ministerio sordido, ultrò Deus, qui in eo populo regnabat, evocavit Moysem à pastoritiâ curâ, et sæpiùs provinciam illam recusantem adegit, ut populum in libertatem assereret. Quod tandem consecutus est, non quidem suis viribus aut industriâ, sed quia Deus qui primus erat dux, illi aderat, armabatque in Ægyptiorum cladem quod in naturâ maximè videbatur horribile. Cùm autem postquàm inducti sunt in terram Promissam, et in regione Chanaanitide collocati dereliquissent Deum, et ad deos deasque gentium à verâ patriâque religione diffluerent, traditi sunt alienæ potestati, cui non aliter, quàm parentes olim Pharaoni, servierunt. Quare fuerunt aliquando Madianitis, nonnunquàm Moabitis et Palæstinis jam antea, et proximis etiam temporibus addicti. Elegit tamen, cùm maximè premerentur ab externo et crudeli dominatu, Deus optimos duces, illosque cœlesti virtute communivit, ut non solùm in libertatem assereret captivum populum, sed etiam antiquos dominos conversâ fortunâ ipsorum servituti subjicerent.

Subjecit Deus, ut habes Judic. c. 4, Israel Jabin regi Chanaan, qui regnabat in Asor, cui dux erat nomine Sisara; Deus tamen elegit Barach, pugnandique provinciam et modum edixit per Debboram prophetidem ; et rem ita breviter et feliciter confecit, ut nemo dubitare possit, divinam ibi manum intercessisse. Quod in suo cantico cecinerunt Debbora et Barach, qui in eo exercitu videbantur esse duces, c. 5, v. 20 : *De cœlo dimicatum est contra eos : stellæ manentes in ordine et cursu suo, adversùs Sisaram pugnaverunt.*

Peccavit rursùs populus, et subjectus fuit rursùs Madianitarum imperio; exacto verò servitutis septennio, elegit Dominus ducem Gedeonem, qui hoc loco nominatur Jerobaal ; utroque enim nomine vocabatur : cui astitit Deus, sicut sæpè pollicitus fuerat, et talem ab hoste victoriam consecutus, ut divinum omnes ibi consilium et dexteram agnoverint. Judic. cap. 6 et 7. Cùm iterùm rediissent ad ingenium, et ad gentilium sacra, sicut ipsorum parentes antea, deficerent, excitavit Jephte, qui favente spiritu, qui in ipsius animam insiluerat, rem totam primâ expeditione confe-

cit, et populum suum, qui Palæstinis et Ammonitis per annos decem et octo servierat, in libertatem asseruit. Judic. cap. 11.

Peccavit iterùm populus, et traditus est iterùm in Philistinorum potestatem, quibus quadraginta annis talem servitutem servierunt, qualis infra c. 13 describitur. Excitavit tamen ducem Samsonem, illumque incredibili quodam robore munivit, quo unus non uni tantùm civitati, sed toti regioni Palæstinorum appareret horribilis. Hic porrò Samson hoc loco appellatur à Samuele *Bedan*, haud dubiè per antonomasiam, quasi *filius Dan;* fuit enim ex eâ tribu. Ut autem aliquis propter excellentiam commune sibi nomen attribuit, quomodo Paulus, licet plures sint, quibus hoc nomen conveniat, vocatur *Apostolus,* et Aristoteles *Philosophus,* licet alii multi philosophi claruerint: sic cùm alii multi essent ex tribu Dan, qui vocari potuêre *Bedan,* illud tamen nomen, quia Danitarum omnium præstantissimus, quasi proprium foret, vindicavit sibi Samson.

Ad extremum de se propheta loquitur, quia ipse quoque excitatus est à Deo, et ad summam Israelitici populi præfecturam vocatus, ut ab ipso à principio usque libri hucusque didicimus. Non poterat autem populus ignorare, quid gestum à Samuele fuerit, quo tempore magistratum iniit, atque ideò illa minutiùs explicari necessarium non fuit. Quòd verò se ipsum inter Israelitici populi proceres numerârit Samuel, humilitati potiùs tribuendum est atque modestiæ, quàm ambitioni et inani rerum gestarum ostentationi. Eò enim spectat hæc commemoratio ducum et imperatorum, quos elegit Dominus, et quorum significantur præclarè gesta, ut significetur quid Deus fecerit olim ad utilitatem et gloriam gentis suæ, et quantùm expediat illum habere Regem et Dominum, potiùs quàm hominem, cujus est infirma virtus et consilium tardum et inane. Quæ enim de illis antiquis heroibus sacra narrat historia, non ab illis gesta sunt, sed per illos à Deo, qui et pugnandi formam præscripsit, et ad victoriam animos inspiravit et vires. Quare non est cur illi de re feliciter gestâ, et de victoriâ partâ glorientur, cùm hæc non ab humanâ, sed à divinâ potentiâ peracta sint. Dum igitur se electum esse à Deo confitetur Samuel, nihil à se perfectum esse dicit, sed tantum à Deo, à quo omne consilium est, et fortitudo, et cui omnis debetur honor et triumphus (1).

(1) Vers. 8. — *Vous savez de quelle sorte Jacob entra dans l'Egypte.* Samuel représente au peuple les grandes grâces que Dieu lui avait faites, ou en sa personne, ou en celle de ses pères. Il les fait d'abord souvenir de Jacob, parce que ce fut en sa famille que Dieu commença de se former un peuple dont il se déclara ensuite le protecteur, et qu'il sauva de ses ennemis par un grand nombre de prodiges et de miracles. Le prophète remonte ainsi jusqu'à la source de cette faute si grande qu'ils avaient commise alors en demandant un roi; et dont il ne paraît point qu'ils fussent touchés.

Car les plus grands péchés où les hommes tombent viennent d'ordinaire de cette ingratitude qui leur fait oublier les grâces qu'ils ont reçues, et qui naît d'un grand orgueil qui efface de leur mémoire le souvenir de ce qu'ils étaient par eux-mêmes et de ce qu'ils sont devenus par la pure miséricorde de Dieu. Et comme l'aveuglement et l'endurcissement est la juste peine de l'orgueil, Dieu les abandonne aux ténèbres où ils se sont jetés volontairement, et ils commettent ensuite les plus grands péchés sans qu'ils s'en aperçoivent, en s'imaginant que la route égarée qu'ils ont choisie est le droit chemin qu'ils doivent suivre. C'est là la disposition malheureuse où ce peuple se trouvait alors, et d'où Samuël le voulait tirer. (Sacy.)

Vers. 9. — In manu regis Moab. Fortè Eglonis regis Moabitarum, qui Israelitas duodeviginti annis oppressit. Fortè etiam innuit servitutem Ammoniticam, quàm Jephte solvit. Hanc sententiam duplex hoc argumentum propugnat: 1° Quòd Jephte, de quo in sequenti versiculo, destinatus fuit à Deo, ut Israelem ab hostili servitute liberaret; 2° quòd Samuel servitutis Moabiticæ non meminit nisi narratis aliis, quas populus è Chananæis et Philistæis subiit. Denique constat ex historiâ Jephte, reges Ammonitarum Moabitis pariter imperâsse, et res utriusque populi in unam eamdemque coaluisse. (Calmet.)

Vers. 11. — Et *Badan.* Nomen *Badan*, nullibi in historiâ Judicum occurrit. Septuaginta legunt *Barac,* qui Sisaram et exercitum regis Hasor fudit. Aiunt alii, *Badan* ipsissimum esse Jairum è tribu Manasse, qui Israelem tribus et viginti annis judicavit. Notus est *Badan* abnepos Machir; erat autem Jair ex eâdem familiâ, ex filiâ Machir prognatus. Sed Commentariorum scriptores plerique asserunt, Badan Samsonem è tribu Dan designare; quam opinionem, nullis idoneis argumentis fultam, auctoritate suâ commendârunt paraphrastes Chaldæus et Judæi, levissimæ fidei auctores. Maluerim ego intelligere de Jairo, uti supra exposuimus; neque in Scripturâ novum est, ut uni eidemque viro plura nomina tribuantur. Caret autem exemplo, et universæ analogiæ linguæ sanctæ repugnat, virum Danitam appellari *Be-Dan,* quemadmodùm nunquàm auditum est, virum ex Judâ et ex Ephraimo nuncupari *Be-Juda, Be-Ephraim.* (Calmet.)

(1) Vers. 12. — Sed rex imperabit nobis, cum Dominus Deus vester regnaverit in vobis. In suum malum populus obstinato consilio regem efflagitavit, neque destitit, donec tandem ex-

(1) Videntes autem quod Naas, rex filiorum

torsit; cùm tamen regem haberet Deum, à quo, ut sæpiùs antea, sic etiam modò in maximis rerum angustiis salutem obtineret, illamque magis haberet diuturnam atque constantem, quàm sub rege Saüle. Quomodò verò Deus judicum tempore sub priori formâ diceretur regnare in Israel, supra à nobis explicatum est, c. 8.

Vers. 13. — Nunc ergo præsto est rex vester, quem elegistis, et petistis (1). Aliquid hic subamarum et ironicum, licet obscuriùs, videtur insinuâsse Samuel, quasi in suum caput ultrò malum accersierit. Ita sanè putat Augustinus super Psal. 51, in principio : « Saül, inquit, rex, non ad permanendum « electus est à Domino; sed secundùm cor « populi durum et malum datus est ad eorum « correptionem, non ad utilitatem, secundùm « illam sententiam : *Qui regnare facit homi-*

Ammon venisset adversum vos. Reddi posset textus : *Sed videntes, quòd Naas rex Ammonitarum venisset adversùm vos*, et recessisset victus, *dixistis mihi : Nequaquàm, sed rex imperabit nobis;* vel, persistimus in sententiâ habendi regem. Innuit hic Samuel, si populus à sententiâ recederet, redireteque in obsequium Domini, futurum ut præcedens Saulis electio nihil officeret. (Calmet.)

(1) *Maintenant donc vous avez votre roi, que vous avez choisi et que vous avez demandé.* Samuël attribue au peuple *l'élection de Saül*, quoique Dieu l'eût choisi lui-même, parce que Dieu n'avait fait que suivre le peuple dans ce choix, et que c'était par force et pour ne pouvoir vaincre leur opiniâtreté et la dureté de leur cœur, qu'il s'était rendu à cette demande qu'ils lui avaient faite, qui lui était très-injurieuse, comme il a été marqué auparavant.

Il faut craindre sur toutes choses de se retirer de l'ordre de Dieu, et non seulement de le violer en quelque chose mais de le détruire entièrement, comme faisaient alors les Israélites. C'est en vain que l'on prétend excuser une si grande injure que l'on fait à Dieu, parce qu'il peut naître quelque déréglement de ce premier ordre; comme on avait vu un peu auparavant que les enfants d'Héli déshonoraient leur ministère par leurs désordres honteux, et comme les enfants mêmes de Samuël s'étaient rendus odieux dans l'exercice de leur charge par leur avarice. Car tant que l'ordre de Dieu subsiste, c'est lui-même qui en est le protecteur, et il saura bien de temps en temps le défendre des abus qui s'y peuvent mêler par le déréglement des hommes, et donner des marques de la sagesse avec laquelle il l'a fait, et de la bénédiction qu'il y a mise. Mais lorsque les hommes renversent cet ordre, ils s'opposent proprement à cette autorité suprême de Dieu, et ils le forcent en quelque sorte à condescendre à leurs pensées, au lieu que c'était à eux à suivre les siennes. Ainsi ils se rendent responsables de ces changements qu'il sont introduits contre la première intention de Dieu, et de tous les maux qui en peuvent naître. (Sacy.)

« *nem hypocritam propter perversitatem po-* « *puli*, Job. 34. » Idem Hieronymus ad illud Oseæ cap. 8 : *Ipsi regnaverunt, et non ex me :* « Saül, inquit, non ex voluntate Dei, sed ex « populi errore rex factus est. »

Vers. 14. — Si timueritis Dominum, etc., et non exasperaveritis os Domini. Graviter videbatur propheta perculisse Hebræorum animos, cùm dixisset apertè ab illorum regno Deum esse depulsum, et in suum malum ascitum esse regem, indicâsset obscuriùs. Nunc illis non dissimilem futuram ostendit Dei in illum populum providentiam et curam, si modò tam ipsi quàm rex nuper electus à divinorum præceptorum observantiâ non recedant, neque divinum pectus ad vindictam instimulent. *Exasperare* idem est, quòd naturam clementem et mitem, difficilem reddere et acerbam quæque magis de puniendis, quàm de ornandis hominibus cogitet; aut eò quemquam furoris adducere, ut verba evomat minacia et offensionis plena. Id enim est, *exasperare os*, ut aliquid nempe asperum et acerbum loquatur, aut exasperare sermones, quod statim dicitur. Id aliquando fecisse Samariam queritur Oseas, cap. 14 : *Pereat*, inquit, *Samaria, quoniam ad amaritudinem concitavit Deum suum.* Et Thren. 1 : *Justus est Dominus, quia os ejus ad iracundiam provocavi.* Ac si uterque dicat, si Deus aliquid insonuerit horribile, si quid amarum, id Deum non effudisse ex suo; os enim illius suavissimum est, et sub illius linguâ lac est et mel; sed ex eo quod à nobis accepit; propinârunt enim illi nostra peccata fel et absynthium; et linguam, quæ ambrosiâ stillat et nectare, amaram reddiderunt.

Eritis et vos, et rex, qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum. Hoc idem est, ac si diceret : Regnabit in vobis Deus, sicut antea, cùm per judices res administraretur publica. Ut rex dicitur reliquos præire, qui vivendi formam legesque præscribit, et agmen antecedere, sicut proximè de Saüle dicitur jam rege constituto, v. 2 : *Et nunc rex graditur ante vos;* sic etiam cæteri dicuntur sequi præcedentem regem. Quare cùm rex et alii dicuntur sequturi Deum, dicuntur planè illum regem habituri ducem et auspicem, qui viam ostendat expediatque, et suam quoque manum ad pugnandum admoveat pro ipsorum salute : sicut contra statim minatur, sin aliter faxint, super illos, id est, contra illos divinam futuram esse manum (1).

(1) Vers 15.— Erit manus Domini super vos

Vers 16. — Sed nunc state, et videte rem istam grandem, (1) quam facturus est Dominus in conspectu vestro. Advocarat Samuel supra testem Deum integritatis et innocentiæ suæ, et quàm iniquè populus novum sibi regem, et novam regni formam ad gentilicum morem postulaverit, cùm ipse nondùm esset præfecturâ defunctus, neque ineptam haberet, licet defessam senectutem, ad publicas curas, quod satis ostendit, cùm secutus est Saülem contra Naas, et iterùm contra Agag, quem ipse pugione confecit, 1 Reg. 15, v. 33. Deus autem appellatus testis prodigia quædam dedit è cœlo, quibus ostendit suum de Samuelis sanctitate, et populi vesanâ petitione judicium, et quale esset ipsius de re totâ illustre testimonium. Ad votum enim Samuelis, et ad ejus preces inspirante Domino, eo tempore, in quo minùs timeri tempestas posset, aut horror è cœlo, sic commoveri cœperunt elementa, et omnia turbari, ut extrema omnia timuerit populus, placarique sibi optârit Samuelem et Dominum. Repente namque audita sunt tonitrua, effusus copiosissimus imber, et illa etiam addita horribilia, quæ nimbos et tonitrua comitari solent, fulgura et fulmina, quæ tela dicuntur excussa à divinâ manu. Talia ego tunc contigisse arbitror, qualia à poetis in describendâ tempestate aut simulatè fingi, aut verè describi nonnunquàm solent. Quorum hìc aliqua proferri non erit abs re. Virgilius lib. 1 Æneid. :

Eripiunt subitò nubes cœlumque diemque
Teucrorum ex oculis : ponto nox incubat atra ;
Intonuêre poli, et crebris micat ignibus æther
Præsentemque viris intentant omnia mortem.

Et iterùm l. 5 Æneid. :

Effusis imbribus atra
Tempestas sine more furit, tonitruque tremiscunt
Ardua terrarum, et campi. Ruit æthere toto
Turbidus imber aquâ, densisque nigerrimus austris.

Porrò *voces* idem esse, quod tonitrua, multa docent. Unus Psalmus 28 exemplo nobis esse potest, ubi *vox* in eâ significatione sæpiùs reperitur.

Vers. 17.— Numquid non messis tritici est hodie (1) ? Duæ pluviæ Judæorum terræ fami-

et super patres vestros. Ne super vos, ut olim super patres vestros, sæviat. Septuaginta : *Super vos et super regem vestrum.* Reges, principes, ac domini appellantur non raro *patres populi.* (Calmet.)

Primò, Chaldæus sic exponit : « Erit plaga « Domini in vobis, ut hæc quæ fuit in patri- « bus vestris, cùm in deserto Deo rebellârunt. » Sic et Vatabl. : « Affliget, ait, vos, ut afflixit « majores vestros, quando fuerunt inobedien- « tes. » Accedit Lyran. : « Manus, ait, Domini « erit super vos de futuro, sicut fuit super « patres vestros de præterito. » Et Carthusianus : « Quidam, ait, sic exponunt : Ita erit su- « per vos in posterum, sicque puniemini, si- « cut jam ante fuit, et sicut puniti fuerunt « patres vestri transgressores ; » τὸ enim *et*, quando copulat similia, idem valet quod *sicut*, ut patet in Proverbiis.

Secundò, Dion., q. d. : « Tam vos, ait, « quàm patres vestri, qui vos ad mala indu- « cunt, seu à vitiis non refrenant, incurretis « debitas pœnas Dei, vel super patres vestros « defunctos condemnatos ; quorum damnatio « seu tormentum augebitur ex iniquitatibus et « condemnationibus vestris ; in quantum præ- « buerunt vobis occasionem et exemplum pec- « candi ; et pœna unius damnati redundat « in alium. » Hic sensus si de vivis accipiatur, planissimus est ; si de mortuis, remotior videtur, et altiùs, quàm Hebræorum crassa mens se porrigeret, longiùsque petitus. (Corn. à Lap.)

(1) *Et maintenant considérez bien cette grande chose.* Le Prophète, dit saint Grégoire, marque si souvent cette grande faute que le peuple avait faite en demandant un roi, au lieu de se laisser gouverner par les juges que Dieu lui envoyait lui-même de temps en temps, « pour « nous apprendre combien est énorme le pé- « ché de ceux qui ayant quelque part aux élec- « tions des ministres de l'Eglise, élèvent des « personnes aux dignités les plus saintes par « des vues tout humaines et entièrement con- « traires à l'ordre de Dieu. Car les péchés des « particuliers sont renfermés dans leur per- « sonne, et ils ont leurs bornes aussi bien que « la peine qui leur est due. Mais le crime de « celui qui donne à l'Eglise un pasteur qui la « deshonore, est un mal contagieux et univer- « sel, qui se communique quelquefois à une « province entière, et qui attire sur lui autant « de supplices qu'il y a d'âmes qui peuvent « être corrompues par le mauvais exemple que « leur donnent ces personnes indignes d'un « ministère si saint. » (Sacy.)

(1) Audi auctorem de Mirabil. S. Script. l. 2, c. 9, apud S. Aug. t. 3 : « Samuele invocante « Dominum, cùm populus sibi regem peteret, « Dominus per pluvias et horribiles voces in- « tonuit, quibus plebs quæ audierat, se Do- « minum repulisse ne regnaret sibi, intellige- « ret. Quos fragores per Samuelis iterùm Do- « minus deprecationem compescuit, postquàm « populi de hâc re pœnitudinem intùs aspe- « xit. » Addit idem auctor Samuelem pœnitenti populo mox stitisse pluvias, et cœlum serenâsse, quod novum fuit miraculum. Hinc Clemens Alexand. l. 6 Stromat. culpat Græcos, quòd hanc Samuelis historiam detorserint ad Æacum, fingentes ipsum suis precibus à Deo impetrâsse pluviam, quâ segetes siccitate emortuæ reviviscerent.

Tropol. S. Greg. : « Dominus, ait, vocem « dat (hoc est, tonitruum), quia peccatorum « corda excitat, ut pravitatis suæ nequitiam « recognoscant. Dat pluvias, quia excitata « corda per infusionem supernæ gratiæ adju- « vat, ut non solùm deserat mala quisque quæ « fecit, sed etiam bona fortiter agat, quæ

liares sunt, et quasi legitimæ : quæ appellatur temporanea; illa nempe, quæ terram sub autumnum irrigat, et disponit ad satum ; et serotina, quæ ad spicas perducit segetes, illasque maturat, quæ sub vernum tempus accidit : aliis anni temporibus aut nulla est, aut non nisi perquàm rara pluvia, ut Hieronymus docet ad illud Amos cap. 4, v. 7 : *Ego quoque prohibui vobis imbrem :* « Nunquàm, inquit, in « fine mensis junii, sive in mense julio in his « provinciis, maximèque in Judæâ pluvias vi- « dimus. Denique in Regum libris pro signo « magno atque portento diebus æstatis ac « messis, orante Samuele, pluviæ concitatæ « sunt. Et superfluum erat nunc comminari « mensis julii siccitatem, in quo nunquàm « pluvias dederat. » Et ibidem docet juxta Orientis regiones sub messis tempus inusitatas esse pluvias. Et sanè quasi prodigiosum aliquid narratur eo tempore accidisse pluviam, quando aut nunquàm, aut vix illam vidit Palæstina. Id apertè docet Samuel, qui cùm alia plurima prodigiosè contigisse dicat, addidit ad miraculi magnitudinem contigisse procellosum illum nimbum ad ipsius preces, quo tempore longè abesset metus à procellâ atque imbre. *Numquid,* inquit, *messis tritici est hodie? invocabo Dominum, et dabit,* etc. (1).

« appetit. » Et paulò post : « Non est, ait, « minus miraculum immutatio cordis, quàm « perturbatio aeris. Non minus miraculum est, « arentia corda reviviscere, quàm æstivis ar- « doribus, inusitato more pluvias inundare. « Majus quippe miraculum est, intimo sonitu « insensibilem mentem concutere, quàm colli- « sis per ventum nubibus tonitruum insonare. »

Et videbitis quam grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regem, tùm quia Deus per tonitru, iratum se fuisse vobis testabitur : ipse enim in peccata et peccatores detonat; tum quia, ut ex R. Salomone ait Lyran., « Deus excitavit ista toni- « trua, ut confutaret pervicaciam populi ; « nam si tantæ erant vires Samuelis ut posset « cœlum commovere et tonitrua devocare, « quomodò non potuit hostem profligare et « reipublicæ præesse? » (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 18. — Et Dominus dedit voces, tonitrua mixta fulguribus et grandinibus, ait Josephus l. 6 Ant. 6. Porrò S. Greg. Hom. 27 in Evang., citans illud Jerem. 15, 1 : *Si steterit Moses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum :* « Quid est, inquit, « quòd Moyses et Samuel cæteris Patribus in « postulatione præferuntur, nisi quòd hi duo « tantummodò in cunctâ Testamenti veteris « serie etiam pro inimicis suis leguntur exo- « râsse? Unus à populo lapidibus impetitur, « Exod. 17, 4, et tamen pro lapidatoribus suis « Dominum deprecatur. Alter ex principatu « ejicitur, et tamen petitus ut exoraret, fa- « tetur dicens : *Absit à me hoc peccatum in Do- « mino, ut cessem orare pro vobis.* »

(Corn. à Lap.)

Vers. 19. — Ora pro servis tuis ad Dominum Deum, ne moriamur. Addidimus enim universis peccatis nostris malum, ut peteremus nobis regem. Non fuit levis illa tempestas, quæ præsentem populo mortem intentavit, quæque clamare coegit obstinatos ante, jam verò supplices, et à vexatione edoctos, se in postulando rege peccâsse graviter, ut orationem interponeret Samuel, et divini furoris pondus averteret, quod jamjam in caput suum incumbere videbant. Quos Samuel ita metu liberat, et

Et le Seigneur fit éclater les tonnerres. Saint Jérôme remarque qu'il avait éprouvé qu'il ne pleut jamais dans la Palestine vers les premiers jours de juillet qui est le temps où commence la moisson, et qu'ainsi c'était un grand miracle de voir une pluie mêlée de tonnerres tomber en ce temps à la première demande du prophète Samuël. Ce peuple, qui était si charnel et si grossier, ne s'apercevait pas encore de sa faute, après que le prophète lui en avait fait tant de reproches. C'est pourquoi il fallait que Dieu même la lui fît sentir, et qu'il lui parlât par la voix *de ses tonnerres,* afin que la crainte de la mort plus que le regret d'avoir péché contre Dieu leur fît dire à Samuël : *Priez pour vos serviteurs ; car nous avons encore ajouté ce péché à tous les autres, de demander un roi pour nous gouverner.*

On peut admirer cette puissance que le Prophète reçut alors de changer l'ordre de la nature, et de faire éclater les foudres, pour imprimer dans l'âme des hommes la crainte de Dieu. Mais saint Grégoire remarque avec grande raison, « que la puissance toute sainte « que Dieu a attachée au ministère de son « Eglise est sans comparaison plus grande que « celle-là. Car un vrai pasteur, dit ce saint, « crie au ciel par les désirs ardents de sa cha- « rité, non pour épouvanter seulement les « hommes, mais pour convertir les cœurs, et « pour faire qu'au lieu qu'ils étaient de pierre « auparavant à l'égard de Dieu, ils devien- « nent vivants et sensibles aux impressions de « son Esprit. » Que si c'a été un grand miracle de changer, comme Samuël a fait, la disposition de l'air, et d'en *faire descendre la pluie et le tonnerre* contre le cours ordinaire de la nature, c'en est un sans comparaison plus grand de changer les âmes, et d'y exciter *cette heureuse tempête* d'une componction salutaire que saint Augustin a éprouvée en lui-même, dans laquelle après que le cœur a été frappé par la terreur des jugements de Dieu, il est consolé par une humble confiance en sa grâce, et il verse en sa présence une pluie de larmes. *Oborta est procella ingens,* dit ce saint, *ferens ingentem imbrem lacrymarum.*

Ce sont là les miracles de la loi nouvelle. Dieu épouvante, et il console aussitôt. Il fait entendre le tonnerre de sa justice, et après qu'il a humilié l'âme par ce trouble salutaire, *il fait naître de cette tempête même une pluie de grâce. Fulgura in pluviam fecit.* (Sacy.)

meliora sperare jubet, ut tamen doceat in illis esse culpam, et causam dedisse satis gravem, ut in ipsorum exitium omnia prorsùs elementa conjurent. Monet ergo, ut unum Deum observent et timeant, neque ab ejus religione et cultu ad vana idolorum simulacra deficiant: sic enim fiet, ut Deus nunquàm deserat populum, quem, si modò staret datæ quondam fidei, habiturum se in sinu tutelâque promiserat (1).

(1) Vers. 20. — Dixit Samuel ad populum: nolite timere: vos fecistis universum malum hoc; verumtamen nolite recedere a tergo Domini. Tropol. S. Gregorius: « Justi, inquit, « stant in conspectu Domini, quia testimonio « bonæ conscientiæ de amore Conditoris præ- « sumunt, Peccatores autem cùm mala com- « mittunt, à facie Domini fugiunt; cùm verò « redire pœnitendo deliberant, quasi post ter- « gum Domini sunt, quia et discedere longiùs « nolunt, et tamen præsumere de Deo quasi « amici non possunt. Hinc est quòd peccatrix « mulier retrò stetisse dicitur, Lucæ 7, vers. « 38. Retrò etiam illa stetit, quæ fimbrias ejus « tetigit, Matth. 9, v. 20. Retrò quidem stat « pro verecundiâ peccati; sed tangit per vir- « tutem spei. Quia ergo pro commissis iniqui- « tatibus semper erubescere debemus, et in « quibus confundimur, devitare, Samuel pec- « catoribus imperat, ut à tergo Domini non « recedant. » (Corn. à Lap.)

Ne craignez point. Vous avez fait tout ce mal, mais ne quittez point le Seigneur. Samuël nous trace une image de tous les devoirs d'un véritable pasteur. Il étonne le peuple qui était aveugle dans son péché; et il lui conseille de ne point sortir de la voie de Dieu, mais de le servir de tout le cœur; ce qu'il répète encore plus bas: *Servez* Dieu sincèrement, et de tout le cœur: *In veritate et in corde perfecto.* C'est là le grand mal qui perd les hommes, et qui fait voir que leurs conversions souvent n'ont rien de solide. Ils ne veulent donner à Dieu que les dehors et les apparences, et non le fond de leur âme; ou s'ils lui donnent quelque place dans leur cœur, ils ne lui en donnent qu'une très-petite; et c'est proprement l'amour du monde et d'eux-mêmes qui les possède et qui en est le maître et le roi. Ainsi Dieu rejette et déteste ce partage qui lui est si injurieux. Il les abandonne comme ils l'ont abandonné, et il permet qu'ils soient tout à eux-mêmes, parce qu'ils n'ont pas voulu être tout à lui. (Corn. à Lap.)

Vers. 21. — Nolite declinare post vana. Hebræus ad litteram: *Non declinetis, quia* est *post nihil,* seu rem vacuam, inanem, inutilem. Satis constat, innui hic idola, quæ nomine *Tohu* appellantur; voce autem illâ in exordio Geneseos redditur materia ante rerum creationem intra chaos contenta.

Quæ non proderunt vobis. Nec servare vos, nec liberare è manibus hostium valebunt, seu potiùs, quibus extrema omnia in vos provocabuntur. In eamdem sententiam Moyses prædicit: *Non habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra*, id est, tanquàm gravissimi criminis reum puniet. Et

Vers. 23. — Absit autem a me hoc peccatum in Dominum (1). Licet jure posset populo succensere Samuel, quòd ab illo esset ignominiosè repulsus, nunquàm tamen commissurum se alibi neci traditos Nadabum et Abiu scribit, quòd thus profano igni impositum obtulerint, *quod eis præceptum non erat,* id est, quod severissimè interdictum fuerat. Denique veteres in suis edictis addere consueverant: Ne hoc vel illud præstiteritis, *neque enim hoc melius est,* scilicet pessimè factum est. (Calmet.)

Nolite declinare post vana, hoc est, *idola*, quæ falsa sunt numina, ideòque vanissima.

Tropol. S. Greg.: « In comparatione, ait, « æternorum bonorum vana sunt omnia, « etiam bona temporalia. Quidquid enim in « hoc seculo lætum, delectabile, sublime, aut « prosperum cernitur, vanum profectò est, « quia difficilè habetur, et citò amittitur. Re- « pente quidem alta seculi corruunt, pulchra « transeunt, læta et prospera evanescunt. « Nam cùm stare in his floribus suis mundus « blandiens cernitur, repentinâ fortunâ tur- « batur, aut festinâ, et omnia deturbante « morte concluditur. Vana ergo sunt gaudia « seculi, quæ quasi manentia blandiuntur, « sed amatores suos citò transeundo deci- « piunt. » Et inferiùs: « Declinare post, est in « eorum appetitum defluere, amorem illorum « divino amori præferre. Meritò ergo his vana « non proderunt; quia ea, eo ordine, quo « condita sunt, habere noluêre. » (Corn. à Lap.)

Ne vous détournez point de Dieu, pour suivre des choses vaines. Le Prophète nous découvre ici l'origine de la perte d'une infinité de personnes, et souvent sans qu'ils s'en aperçoivent. Au lieu d'aimer Dieu sincèrement, ils ne l'honorent qu'en apparence, et ils donnent toute leur affection à *des choses vaines.* Ils sont possédés d'un amour terrestre, ou pour les plaisirs, ou pour les richesses, ou pour les honneurs, qui est ce que le Sage a renfermé en un mot lorsqu'il a dit: *Vanité des vanités, et tout est vanité.* Car qu'y a-t-il de plus *vain* que de préférer à Dieu ce qui s'acquiert avec une extrême peine, ce qui se perd aisément, ce qui nous expose à une infinité de périls, et ce qui nous ravit les biens éternels? (Sacy.)

Vers. 22. — Et non derelinquet populum suum propter nomen suum magnum. Primò, *nomen Dei*, est fama Dei, quæ magna erat apud omnes gentes, quòd scilicet Deus Israelem suum populum à Pharaone aliisque hostibus, per tot prodigia liberâsset et propugnâsset. Ita Abul., Vatab., Dion. Secundò, *nomen Dei*, est ejus omnipotentia, misericordia et fidelitas. Tertiò, *nomen Dei*, est ipse Deus nominatus et invocatus; Deus enim est optimus et maximus.

Mysticè, *propter nomen suum magnum*, id est, propter *Christum;* hic enim est *nomen Patris;* quia loquitur, id est, manifestat ipsum mundo, ait Hugo.

(1) Porrò Patres hanc Samuelis vocem, ut charitate in sibi adversos æstuantem, miris laudibus extollunt: imò ut benignitatis et charitatis speculum, omnibus imitandum proponunt. Audi S. Gregor. Hom. 15 in Ezech.: « Cupimus animum in benignitate dilatare? Sa- « muel in cogitationem deducatur, qui de prin-

dicit, ut pro illo solitum precationis officium intermittat. Quod peccatum in Deum esse dicit : neque sine causâ in Deum affirmat illud esse peccatum, cùm sciamus peccatum omne, quodcumque fuerit, esse contra Deum. Quia Deus, ut reor, qui repentinâ pluviâ, micanti fulgure et reboante tonitruo, concusserat ac penè exanimârat populum, ille idem præceperat Samueli, ne curam amitteret antiquam docendi populum aut viam Domini, aut quod esset futurum ex usu communi reque publicâ. Quare peccaret in Dominum, cujus satis voluntatem agnoverat, si privatas ulcisceretur injurias, aut non benè faceret pro suâ facultate ac prudentiâ, illis à quibus officium æquale aut similem gratiam nunquàm accepisset.

« cipatu dejectus à populo, cùm idem populus « peteret, ut pro eo Domino preces effunde- « ret, respondit, dicens : *Absit à me hoc pec- « catum in Dominum, ut cessem orare pro vobis.* « Culpam quippe vir sanctus perpetrare se cre- « didit, si eis, quos adversarios pertulerat « usque ad ejectionem, benignitatem gratiæ « non reddidisset in prece. » S. Chrys. Hom. 1 de Cruce et Latrone : « Samuel, ait, qui exor- « dinatus fuerat, qui contemptus, ait : *Mihi « absit peccare, intermittendo orare pro vobis « Dominum*, peccatum arbitratur, minùs pro « inimicis orare. » B. Antiochus, Hom. 72, Samuelem vocat virum admirabilem, quòd pro iis qui eum principatu dejecerant, oraverit. Hinc infert S. Greg. Hom. 27 in Evang. : « Virtus ergo veræ orationis est, celsitudo cha- « ritatis. Et tunc quisque, quod rectè petit, « adipiscitur, cùm ejus animus in oratione nec « inimici odio fuscatur. » (Corn. à Lap.)

Dieu me garde de commettre ce péché contre lui, que je cesse de prier pour vous! Samuël regarde *comme un grand péché qu'il commettrait, s'il cessait de prier* pour ce peuple. Il leur a fait voir avec force leur ingratitude, et il leur a fait des reproches sensibles, de ce qu'ils s'étaient retirés par leur caprice de l'ordre et de la conduite d'un Dieu qui les avait tant aimés ; et cependant il leur promet *de prier toujours pour eux*. Il ne pouvait mieux marquer aux pasteurs évangéliques ce qu'ils ont à faire, que par cette conduite si sainte. Quelque désordre qu'ils voient dans ceux qu'ils conduisent, ils ne doivent point désespérer d'eux. Ils peuvent les reprendre, et avec force; ils peuvent les menacer *des tonnerres* de la colère de Dieu ; mais ils doivent toujours dire comme Samuel : *Dieu me garde de cesser jamais de prier pour vous!*

Ainsi Samuël est dans la vieille loi un excellent modèle pour les ministres de la loi nouvelle. Les Israélites ont oublié qu'ils sont ses enfants : mais il se souvient toujours qu'il est leur père, et sa tendresse pour eux ne diminue point. Il les enferme tous dans son cœur, et il les offre à Dieu comme des malades dont le mal est grand, mais que Dieu peut guérir quand il lui plaira. (Sacy.)

VERS. 25. — QUOD SI PERSEVERAVERITIS IN MALITIA, ET VOS, ET REX VESTER PARITER PERIBITIS.

Hic locus multùm nobis afferet lucis ad intelligentiam sequentis capitis, quod variè vexavit olim, et nunc etiam exagitat interpretum ingenia. Omnia pollicitus est secunda propheta Israelitis, si constanter et seriò Deum colerent, neque ab illius præceptis et sacris quòquam aberrarent. Nunc quid ipsis mali impendeat, docet, si tales esse pergant, quales esse cœperant, cùm humanum imperium, et gubernandi formam divino prætulerunt. Ad extremum edicit et affirmat, si aliter rem suam, aut communem statuant, tam ipsis quàm ipsorum regi, quem ad ipsorum vota tradidit Deus, omninò fore pereundum. Cùmque hoc posterius ipsi vesano consilio potiùs elegissent, reipsà cognoverunt minacibus hisce verbis non defuisse pondus : nam et populus malè fuit ab hoste mulctatus ; et Saül, ut dicemus statim, biennio postquàm regnum obtinuerat, interiit.

CAPUT XIII.

1. Filius unius anni erat Saül, cùm regnare cœpisset : duobus autem annis regnavit super Israel.

2. Et elegit sibi Saül tria millia de Israel ; et erant cum Saül duo millia in Machmas, et in monte Bethel : mille autem cum Jonatha in Gabaa Benjamin : porrò cæterum populum remisit unumquemque in tabernacula sua.

3. Et percussit Jonathas stationem Philisthinorum, quæ erat in Gabaa. Quod cùm audîssent Philisthiim, Saül cecinit

CHAPITRE XIII.

1. Saül était *doux, simple, innocent* comme un enfant d'un an, lorsqu'il commença de régner ; et il régna deux ans sur Israël *dans cette heureuse disposition.*

2. Il choisit trois mille hommes du peuple d'Israël, dont il y en avait deux mille avec lui *pour réprimer la garnison que les Philistins avaient* à Machmas et sur la montagne de Béthel, et mille avec Jonathas *pour opposer à celle qu'ils avaient* à Gabaa, *dans la tribu* de Benjamin ; et il renvoya le reste du peuple chacun chez soi.

3. Jonathas, avec ses mille hommes, battit la garnison des Philistins qui étaient à Gabaa.

buccinâ in omni terrâ, dicens : Audiant Hebræi.

4. Et universus Israel audivit hujuscemodi famam : Percussit Saül stationem Philistinorum. Et erexit se Israel adversùs Philisthiim. Clamavit ergo populus post Saül in Galgala.

5. Et Philisthiim congregati sunt ad præliandum contra Israel, triginta millia curruum et sex millia equitum, et reliquum vulgus sicut arena quæ est in littore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad orientem Bethaven.

6. Quod cùm vidissent viri Israel se in arcto positos (afflictus enim erat populus), absconderunt se in speluncis et in abditis, in petris quoque et in antris, et in cisternis.

7. Hebræi autem transierunt Jordanem in terram Gad et Galaad. Cùmque adhuc esset Saül in Galgala, universus populus perterritus est qui sequebatur eum.

8. Et expectavit septem diebus juxta placitum Samuelis, et non venit Samuel in Galgala, dilapsusque est populus ab eo.

9. Ait ergo Saül : Afferte mihi holocaustum et pacifica. Et obtulit holocaustum.

10. Cùmque complêsset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat : et egressus est Saül obviàm ei ut salutaret eum.

11. Locutusque est ad eum Samuel : Quid fecisti ? Respondit Saül : Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, et tu non veneras juxta placitos dies, porrò Philisthiim congregati fuerant in Machmas,

12. Dixi : Nunc descendent Philisthiim ad me in Galgala, et faciem Domini non placavi. Necessitate compulsus, obtuli holocaustum.

13. Dixitque Samuel ad Saül : Stultè

De quoi les Philistins furent aussitôt avertis. Et Saül le fit publier à son de trompe dans tout le pays, en disant : Que les Hébreux entendent cet événement.

4. Ainsi le bruit se répandit dans tout Israël, que Saül avait battu les Philistins. Alors Israël commença de prendre courage contre eux ; et le peuple s'assembla avec de grands cris auprès de Saül à Galgala.

5. Les Philistins s'assemblèrent aussi pour combattre contre Israël, avec trente mille *hommes montés sur* des chariots *de guerre,* six mille chevaux, et une multitude de gens de pied aussi nombreuse que le sable qui est sur le rivage de la mer ; et ils vinrent se camper à Machmas, vers l'orient de Béthaven.

6. Les Israélites se voyant *ainsi* pressés *par les Philistins*, et *n'osant paraître* (car le peuple était tout abattu), allèrent se cacher dans les cavernes, dans les lieux les plus secrets, dans les rochers, dans les antres et dans les citernes.

7. Les *autres* Hébreux passèrent le Jourdain, *et vinrent* au pays de Gad et de Galaad. Saül était encore à Galgala ; mais tout le peuple qui le suivait était dans l'effroi.

8. Il attendit sept jours, comme Samuël le lui avait ordonné ; cependant Samuël ne venait point à Galgala, et peu à peu tout le peuple l'abandonnait.

9. Saül dit donc alors : Apportez-moi l'holocauste et les pacifiques. Et il offrit l'holocauste.

10. A peine avait-il achevé d'offrir l'holocauste, que Samuël arriva ; et Saül alla au-devant de lui pour le saluer.

11. Samuël lui dit : Qu'avez-vous fait ? Saül lui répondit : Voyant que les Israélites me quittaient l'un après l'autre, que vous ne veniez point au jour que vous aviez dit, et que les Philistins s'étaient assemblés à Machmas,

12. J'ai dit *en moi-même :* Les Philistins vont venir m'attaquer à Galgala, et je n'ai point encore apaisé le Seigneur. Contraint par cette nécessité, j'ai offert l'holocauste.

13. Samuël dit à Saül : Vous avez fait une

egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam nunc præparâsset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum.

14. Sed nequaquàm regnum tuum ultra consurget. Quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum : et præcepit ei Dominus ut esset dux super populum suum, eò quòd non servaveris quæ præcepit Dominus.

15. Surrexit autem Samuel, et ascendit de Galgalis in Gabaa Benjamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saül obviàm populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. Et recensuit Saül populum, qui inventi fuerant cum eo, quasi sexcentos viros.

16. Et Saül, et Jonathas filius ejus, populusque qui inventus fuerat cum eis, erat in Gabaa Benjamin : porrò Philisthiim consederant in Machmas.

17. Et egressi sunt ad prædandum de castris Philisthinorum tres cunei. Unus cuneus pergebat contra viam Ephra ad terram Sual :

18. Porrò alius ingrediebatur per viam Bethoron : tertius autem verterat se ad iter termini imminentis valli Seboim contra desertum.

19. Porrò faber ferrarius non inveniebatur in omni terrâ Israel ; caverant enim Philisthiim ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam.

20. Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim, ut exacueret unusquisque vomerem suum, et ligonem, et securim, et sarculum.

21. Retusæ itaque erant acies vomerum et ligonum et tridentum et securium, usque ad stimulum corrigendum.

22. Cùmque venisset dies prælii, non est inventus ensis et lancea in manu to-

folie, et vous n'avez point gardé le commandement que vous aviez reçu du Seigneur votre Dieu. Si vous n'aviez point fait cette faute, le Seigneur aurait maintenant affermi pour jamais votre règne sur Israël;

14. Mais votre règne ne subsistera point à l'avenir. Le Seigneur s'est pourvu d'un homme selon son cœur, et il lui a commandé d'être le chef de son peuple, parce que vous n'avez point observé ce qu'il vous a ordonné.

15. Samuël s'en alla ensuite, et passa de Galgala à Gabaa *de la tribu* de Benjamin. Et le reste du peuple marchant avec Saül contre les troupes qui les attaquaient, passa aussi de Galgala à Gabaa sur la colline de Benjamin. Saül, ayant fait la revue du peuple qui était demeuré avec lui, trouva environ six cents hommes.

16. Saül et Jonathas son fils étaient donc à Gabaa de Benjamin, avec ceux qui les avaient suivis ; et les Philistins étaient campés à Machmas.

17. Il sortit alors trois partis du camp des Philistins, pour aller piller. L'un prit le chemin d'Ephra, vers le pays de Sual ;

18. L'autre marcha comme pour aller à Béthoron, et le troisième tourna vers le chemin du coteau qui borne la vallée de Séboïm, du côté du désert.

19. Or, il ne se trouvait point de forgeron dans toutes les terres d'Israël; car les Philistins avaient pris cette précaution pour empêcher que les Hébreux ne forgeassent ni épées ni lances.

20. Et tous les Israélites étaient obligés d'aller chez les Philistins, pour faire aiguiser le soc de leurs charrues, leurs hoyaux, leurs cognées et leurs sarcloirs.

21. C'est pourquoi le tranchant des socs de charrue, des hoyaux, des fourches et des cognées était tout usé, sans qu'ils eussent seulement de quoi aiguiser une pointe.

22. Et lorsque le jour du combat fut venu, hors Saül et Jonathas son fils, il ne se trouva personne de tous ceux qui les avaient suivis qui eût une lance ou une épée à la main, *les*

tius populi qui erat cum Saüle et Jonathâ, excepto Saül et Jonathâ filius ejus.

23. Egressa est autem statio Philisthiim, ut transcenderet in Machmas.

autres n'étant armés que de bâtons ou de divers instruments aratoires.

23. Et la garnison des Philistins étant sortie de Machmas, s'avança vers Gabaa *sans résistance.*

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FILIUS UNIUS ANNI (1) ERAT SAUL, CUM REGNARE CŒPISSET, ET DUOBUS ANNIS REGNAVIT SUPER ISRAEL. Hic nobis paululùm moræ ponendum est, et quærendum, quot annis regnum obtinuerit Saül. De quo multiplex sanctorum et interpretum cogitatio est. Ex Scripturâ sacrâ tantùm habemus illud Pauli Actor. 13, v. 20 : *Et post hæc dedit judices usque ad Samuel prophetam. Et exinde postulaverunt regem, et dedit illis Saül filium Cis, virum de tribu Benjamin annis quadraginta.* Quæ verba, quia ad varias explicationes patent, varias etiam peperêre sententias.

Quidam sic accipiunt hunc locum Pauli, ut sonat littera simpliciter : *Et dedit eis Saül filium Cis, virum de tribu Benjamin, annis quadraginta.* De annis, quibus regnavit Saül in Israel, variæ sunt sententiæ. Quidam sic accipiunt hunc locum, ut simpliciter sonat, nempe quadraginta annos regnâsse Saülem. Ita Augustinus lib. 18 de Civit. c. 20, et lib. 17, cap. 7. Quintus Julius Hilarion de mundi Duratione in appendice Bibliothecæ, Salmeron Proleg. 14, formulâ 17, et Legionensis in cap. 2 ad Galat.,

(1) Numerus annorum excidit. (Iahn.)

Après avoir rendu le premier verset de ce chapitre en ces termes, « Saül était le fils de « l'année lorsqu'il commença à régner et il « régna deux ans sur tout Israël, » Voltaire ajoute : « M. Huet se récrie ici sur la contra- « diction et sur l'anachronisme; dans d'autres « endroits l'Ecriture marque que Saül régna « quarante ans. » Ces mots : *Saül était le fils de l'année*, ne représentent aucun sens. Selon l'auteur du tome quatrième des Réponses critiques, servant de suite à celles de M. Bullet, l'hébreu, rendu à la lettre et terme pour terme, porte : *A la première ou à la seconde année de son règne sur Israël, Saül choisit trois mille Israélites,* ce qui lève toutes les difficultés. Il pourrait bien d'ailleurs manquer ici un mot essentiel, celui qui a dû exprimer l'âge qu'avait Saül quand il commença à régner : ce mot se trouve dans une des versions grecques qu'Origène avait insérée dans ses Hexaples. On y lit que *Saül était âgé de trente ans quand il régna sur Israël.* Tous les textes ajoutent : Il avait régné deux ans, lorsqu'après avoir choisi trois mille hommes, desquels il garda deux mille avec lui à Machmas et à Béthel, et en laissa mille à Jonathas, il renvoya le reste du peuple. Ici toute apparence de contradiction disparaît. Ce ne fut qu'après deux ans d'un règne commencé à l'âge de trente ans que Saül, ayant délivré la ville de Jabès, et s'étant fait reconnaître roi par tout Israël, renvoya cette grande multitude qu'il avait rassemblée pour combattre les Ammonites. Ce fut alors que les Philistins voyant que Saül n'avait plus que trois mille hommes avec lui, vinrent en foule pour l'attaquer. Voltaire a supprimé, dans sa prétendue traduction de la Bible, le second verset de ce chapitre, qui nous fournit la réponse à la question qu'il fait : « Comment Saül, qui s'était « vu à la tête de trois cent mille hommes, se « trouva-t-il réduit à six cents hommes ? »

Cette grande multitude qui avait marché au secours de Jabès était composée principalement des Hébreux de Galilée et de delà le Jourdain, qui avaient un intérêt pressant à empêcher les Ammonites de se rendre maîtres d'une place qui couvrait leurs pays : ayant été congédiés, ils n'eurent plus le même empressement à rejoindre Saül lorsqu'ils le virent aux prises, vers le midi, avec les Philistins. Ceux mêmes d'entre les Hébreux qui, sur une nouvelle convocation de Saül, se rendirent à Galgala, se dispersèrent, saisis d'une terreur panique aux approches des Philistins ; il ne resta auprès du prince que six cents hommes des plus mal armés. Dieu le permit ainsi pour convaincre son peuple que c'était moins dans ses propres forces que dans la protection du Très-Haut qu'il devait se confier, en observant exactement ses lois. (Duclot.)

Saül était comme un enfant d'un an, lorsqu'il commença de régner. Cet exemple nous fait voir, combien il est dangereux d'etre élevé aux plus grandes charges, ou dans le monde ou dans l'Eglise; car le poids même de la dignité accable aisément les personnes d'ailleurs vertueuses, lorsque leur vertu n'est pas assez forte pour le porter. En s'accoutumant à être révéré sur la terre comme le maître des hommes, on perd peu à peu le souvenir que l'on a aussi bien qu'eux un maître et un juge dans le ciel, et ainsi on ne s'aperçoit pas que plus on est élevé, plus on est près de tomber, à moins que l'humilité ne nous abaisse autant à nos propres yeux, que la dignité nous élève au-dessus des autres.

..... *Et il régna deux ans dans Israël :* c'est-à-dire, selon plusieurs interprètes, qu'il n'a régné légitimement que les deux années qui précèdent sa première désobéissance dont l'Ecriture va parler. Car Samuël lui ayant déclaré en même temps que Dieu l'avait quitté, *et qu'il avait choisi un homme selon son cœur* pour régner en sa place, il semble qu'il n'était plus roi devant Dieu. Ce n'est pas qu'il n'ait continué à régner depuis, mais d'une manière violente et tyrannique, s'étant déclaré l'ennemi irréconciliable de Dieu, et ayant fait passer au fil de l'épée un grand nombre de prêtres et toute une ville pleine de familles sacerdotales, par une barbarie digne de l'exécration de Dieu et des hommes. (Sacy.)

ubi tradit, triginta novem annos regnâsse Saülem, et obiisse septuagenarium. Idem penè Josephus, qui in extremis verbis lib. 6 Ant. tradit Saülem vivente Samuele regnâsse octodecim annos, et eo mortuo viginti, id est, triginta octo. Alii communiter quadraginta hos annos ex annis Samuelis et Saülis conflari putant.

In re maximè dubiâ hoc mihi primùm videtur certum, quadraginta annos, de quibus hìc Paulus, impleri ex annis quibus Samuel et Saül populo præfuerunt. Quod verba Pauli indicant non obscurè, qui Samuelis præfecturam cum Saülis regno conjungit: et cùm de tempore, quo præfuit Samuel, nihil definiat, videtur utriusque imperii tempus ad quadraginta annorum spatium contulisse. Nam quòd Saülis regno quadraginta anni tribuendi non sint, ex eo fit plus quàm probabile, quia cùm annis multis necessariò judicaverit Samuel, si omnes quadraginta annos adscribas Saüli, plures anni erunt ab egressu filiorum Israel ad templi fabricam, quàm numerantur 3 Reg. cap. 6; illi nempe, quibus judicavit Samuel. Item quia si David unctus est in regem secundo anno Saülis, eo nempe quo reprobatus est Saül, ut est communis et vera sententia, id est, octo et triginta annis ante illius interitum, cùm David tricenarius regnum susceperit mortuo Saüle, ut liquet 2 Reg. cap. 5, fit illum multò ante creatum esse regem, quàm natum. Item quia Saül imperium videtur suscepisse non minor quadragenario, cùm filium habuerit eâ ætate, ut præesse potuerit mille viris, 1 Reg. 13 : *Erant cum Saül duo millia in Machmas et in monte Bethel; mille autem cum Jonathâ in Gabaa.* Obiit ergo octogenarius, si accesserunt regni totidem anni. Sed Scriptura de Saüle loquitur, ut de robusto. Neque tot annos habebat David, quando septuagenarius obiit; tamen jam erat inutilis bello, et indutus vestibus non poterat calefieri.

Videtur autem hoc loco Paulus Samuelis ac Saülis tempora voluisse conjungere, quia etiam hæc tempora à libris Judicum exclusa, in libros Samuelis (sic enim ab Hebræis vocantur primus et secundus Regum) collata sunt. Separavit autem Paulus Samuelem ab aliis judicibus, quia ille etiam à libro Judicum exclusus est: quare quodammodò jam ad Reges pertinet. Neque, credo, huic cogitationi nostræ incommodat, quòd etiam in primo Regum invenitur Heli, qui quadraginta quoque annos judicavit Israel; tum quia ille pertinet ad tempora Samuelis, cujus præsertim gratiâ de eo institutus sermo; tum quia exiguum est admodùm, quod de Heli proditur, et de illius regno, tunc agi cœptum, quando jam multi anni et regni et ætatis exacti fuerant.

Quando jam constat, quadraginta annos constitui ex Samuelis ac Saülis imperio, videndum est, quot anni adscribendi sint Saüli; de quo major est controversia. Quidam illius spatii tempus ex æquo dividunt; nam cùm durâsse constet ex 1. Actuum cap. 13, quadraginta annos, neque seorsùm de utriuslibet tempore quidquam dicatur commodum, visum est æquale spatium utrique annumerare, et hoc penè communiter.

Mihi verisimilius est, regnâsse Samuelem octo et triginta annos; Saülem verò tantùm duos. Quam sententiam sequitur Arias Montanus in lib. de Seculis, et super Acta Apostolorum Gerardus Mercator in Chronico, Adrichomius in anno mundi 2850. Quæ sententia est Hebræorum in Seder Olam cap. 53, et Rab. Abraham in historiâ Cabbala. Quod meo judicio clarè indicat illud : *Filius unius anni erat Saul, cùm regnare cœpisset, et duobus annis regnavit super Israel.* Ubi cùm reliqua, quæ adjacent, propriè dicantur, non est cur existimemus hæc esse dicta figuratè. Neque cùm primùm de Saüle jam rege scribi cœptum est, obscuris et impropriis verbis actum oportebat. Sed neque Samuelem minùs triginta et octo annis regnâsse, neque Saülem plus duobus, multæ et graves conjecturæ sunt. De Samuele constat ab ætate juvenili sumpsisse populi gubernacula, ut docet ipse supra cap. 12, ubi cùm vitam suam examinandam traderet populo; vitam, inquam, ex quo judex esse cœpit in Israel (nam à se illa scelera, aut injurias repellit, quæ à potentioribus in inferiores admitti solent), sic agit ad populum : *Itaque conversatus coram vobis ab adolescentiâ meâ usque ad hanc diem, ecce præstò sum.* Ex quo loco Abulensis et Dionysius, et alii communiter colligunt, Samuelem ab adolescentiâ gubernâsse Israelem. Quod etiam ex hoc fit verisimile : nam quo tempore mortuus est Heli, et arca à Philisthæis capta, parvus erat, ut habes supra cap. 3 et 4. Arca verò septimo, postquàm esset capta, mense restituta; anno dehinc vigesimo invenitur Samuel judicâsse, cap. 7. An verò tunc primùm regnare cœperit, ex Scripturâ nihil habemus expressum; sed est mihi plus quàm probabile, ante illud tempus iniisse magistratum; neque enim tunc electus esse tra-

ditur, sed judicâsse, et convocâsse populum, quod non privatæ, sed publicæ auctoritatis est.

Quòd paulò postquàm extinctus est Heli, constitutus fuerit Samuel sacerdos et judex, indicari videtur supra c. 2; nam statim atque per virum Dei prædicta est Heli filiorum cædes, subditur : *Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem.* At dices : Parvulus erat Samuel, neque aptus imperio. Ita sanè, cùm Heli domûs suæ calamitatem et vastitatem prædixit; sed ante illam, cap. 3, dicitur : *Crevit autem Samuel, et Dominus erat cum eo.* Ex quo fit verisimile, inter vaticinium Samuelis et vastitatem domûs Heli, aliquot annorum spatium intercessisse, nisi dicamus, præteritum perfectum, quod in Scripturâ sacrâ frequens est, ut multis probat Salmeron Proleg. 15, Reg. 4, sumptum esse pro plusquàm perfecto, hoc sensu : Quando hæc prædixit Samuel, jam creverat. Quòd si ætate adhuc immaturâ imperio creatus est judex, mirandum non est, cùm eodem cap. 3 toti populo exploratum esset, quid à Samuele sperari potuerit. *Cognovit universus Israel à Dan usque Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset Domino.* Deinde si longum esset interregnum inter Samuelem et Heli, non tacuisset Scriptura, quæ in libris Judicum sæpè tradit, defecisse judicem, populumque suo arbitratu vixisse, Judic. 17, v. 6, c. 18 et c. 21.

Si ergo huic ætati, quæ sanè non potuit esse non juvenilis, viginti annos, qui communiter Samuelis magistratui adscribuntur, adjicias, quid tantùm habere potuit ætatis, ut propter senectutem (neque enim alia proponitur causa) minùs idoneus fuerit administrandæ reipublicæ? Multò sanè grandior esset Saül, si illius regno viginti annos attribuas, cùm ad regnum accesserit eâ ætate, ut filium habuerit Jonatham, quem propter ætatem mille viris præficere potuerit : neque tamen hic propter ætatem censebatur rebus publicis ac bellicis parùm idoneus. Si ergo impediri se dicit Samuel senectute, quominùs publica munera sustineat, necesse est longius illi demus spatium in magistratu, quàm annorum viginti.

Quòd Saül cum imperio viginti annis esse non potuerit, hæ conjecturæ indicant. Prima, quia ei secundo anno, ut multi existimant (ego primo verius esse reor), peccavit Saül, quia duobus, inquiunt, annis purè vixit sicut puer unius anni; et tunc dictum est à Domino per Samuelem : *Quæsivit Dominus virum juxta cor suum, et præcepit ei Dominus, ut esset dux super populum suum, eò quòd non servaveris quæ præcepit Dominus;* nimiùm esset dilatum supplicium, si tanto tempore postea regnâsset Saül, imò quid supplicii subiisset, si illâ ætate sublatum esset illi regnum, in quâ Samuel illud sustinere non poterat? Nam tunc esset sine dubio Samuele grandior, cùm ætate multò provectior regnum iniisset, et totidem annos profuisset in eo moderando.

Adde quòd secundo illo anno quo Saül innocens esse desiit, unctus est à Samuele David, qui 2 Reg. c. 5, regnum suscepisse scribitur anno ætatis suæ trigesimo. Quòd si intercessêre decem et octo anni regni Saülis, ætatis suæ anno duodecimo rex est designatus David, quod sanè videtur non esse credibile. At dices, parvulum vocari David, quando unctus est; fateor vocatum esse parvulum; sed eodem modo dictus est parvulus, quando è domo paternâ evocatur, ut exagitato à dæmone regi, cantu ac citharâ subsidio esset; et tamen tunc dicitur c. 16, v. 18, *fortissimus robore et vir bellicosus et prudens in verbis.* Puer item vocatur infra, cap. 17, et tamen illi traduntur arma Saülis, quæ non rejiciuntur, quia pro corporis magnitudine grandia, sed quia usum armorum nondùm habebat. Et ante hoc tempus armiger constitutus est à Saül, cap. 16, quod munus non ætati teneræ atque infirmæ committi solet. Neque adeò parvus erat David, quando sibi induit vestimenta, quæ benevolentiæ gratiâ Jonathas ætate grandis sibi detraxerat. Indicat verò non adeò parvum esse David, parentis ætas, de quo infra cap. 16, traditur, quòd esset *vir senex et grandævus inter viros*, id est, omnium virorum illius ætatis maximè senex. Viri autem adeò senis filium, etiamsi ætate minimus omnium sit, grandem esse nonnulla conjectura est. Chronologia certè Hebræorum, quæ dicitur Seder Olam, c. 13, Davidem tradit unctum esse à Samuele anno primo Saülis, et anno vigesimo secundo ætatis suæ. Ego grandiorem fuisse puto.

Quò verò hæc, quæ impedita sunt, et alicui nova videri possunt, magis confirmentur, observandum maximè est, vocem Hebræam קטון *Katon,* pro quâ locis citatis de David noster interpres reddit *parvum* aut *parvulum,* non solùm significare, quod parvum est absolutè; sed etiam, quod minus est comparatione aliorum, etiamsi absolutè magnum sit. Exempla sunt plurima, Genes. 1, ubi Vulgatus vocat

lunam *luminare minus*, Hebraicè *Katon*, quia licet comparativè minus sit, absolutè tamen magnum est ; et 2 Paralip. 21, ubi noster de Joachaz, *qui minimus natu;* et 3 Reg. 12, *ubi digitus Roboam minimus* ; et Genes. 29, ubi Rachel appellatur *minor*, utrobique vox eadem est *Katon*, quæ *parvum* significat. Sed est exemplum optimùm, Gen. 42, ubi sæpè Benjamin parvulus dicitur, Hebraicè *Katon*, quia nimirùm fratrum minimus : nam absolutè tunc magnus erat, triginta nimirùm et quatuor annorum, et eò ampliùs, qui quando parvulus vocatus est, decem susceperat filios, Genes. 46, nam tot ingressi dicuntur cum Jacob in Ægyptum. Ad hunc omninò modum David sæpè *parvulus* dicitur, nempe *Katon;* non quia non magnus et ætate et corpore, sed quia minimus natu.

Neque huic cogitationi obstat, quòd aliquando David puer appellatur, seu adolescens: hoc enim nomen non solùm ætatem significat, sed juvenilem ardorem, qualis interdùm reperitur in senibus. Sanè Paulus Actor. cap. 7, vocatur adolescens, qui tamen cap. 9, vir appellatur, uno videlicet anno à lapidato Stephano. Neque adolescenti Paulo data esset potestas tanta, eaque publica à pontifice et senioribus, de quâ Actor. 9, v. 2, et cap. 22, v. 5, ut Christianos omnes vinctos perduceret in Jerusalem, quod munus virum desiderabat ætatis jam constantis, non adolescentem, à quo consilium abesse solet et auctoritas. Observandum autem est, vocem νεανίας, quæ est in textu græco, non solùm significare *adolescentem*, sed etiam indicare id quod adolescentium proprium est, nempe ardorem, audaciam et effrenatam quamdam vim in rebus agendis. Quare juveniles spiritus appellant Latini insolentes et acres, et quos ardor potiùs et temeritas rapit, quàm regit prudentia. Et apud Latinos, qui strenui sunt et acres, seu ad mala perferenda robusti, in ætate etiam grandi *juvenes* vocantur. Apud Virgilium 1 Æneid., Venus Æneam et Achaten *juvenes* vocat. *Heus! inquit, juvenes, monstrate mearum,* etc. Et lib. 3 de Achemenide :

Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus
Dat juveni.

De Ulysse Propertius l. 2 Eleg. 22 :

Sic in Dulichio juvene est elusa Calypso.

Sed hos omnes ætate grandi fuisse oportet, cùm ante illum articulum, quo *juvenes* dicuntur, decem annos, et eò ampliùs militiæ operam dederint ad Trojam. Quo sensu Xenophon vocat ἄνδρα νεανίαν, *virum adolescentem*, id est, fervidi ac juvenilis ingenii virum ; et νεανιεύεσθαι, *efferri et jactari juveniliter*. Erat sanè Saülus adolescens non quidem ætate, sed spiritu atque audaciâ, ut c. 9 dicitur.

Sanctus Chrysostomus hom. de Principibus Apostolorum tom. 5, tradit, Paulum occisum esse anno ætatis suæ sexagesimo octavo. Sed obiit trigesimo tertio anno post conversionem suam, anno nimirùm decimo tertio imperii Neronis, qui incidit in annum Christi sexagesimum octavum ; cùm conversus fuerit anno Christi trigesimo sexto, altero anno post occisum Stephanum, ut latè et optimè probat Baronius tom. 1 Annal. Ex quo fit, eodem propè tempore natum fuisse Paulum, quo Christus, et egisse annos triginta quinque, quo tempore lapidatus est Stephanus. Cùm verò Epistola ad Philemonem scripta sit quarto Neronis anno, quo tempore Paulus erat in suo conductu, jure se in illâ senem vocat, cùm non longè abesset à sexagenario. Hæ quæ de Paulo à nobis dicta sunt in cap. 7 Actuum, optimè conveniunt in Davidem, qui cùm ætate jam esset adultâ, puer tamen appellatur et parvulus.

Sed est adhuc, quod objicias huic sententiæ ; nam si non multi anni intercessêre inter illud tempus, in quo exagitatus à dæmone Saül levabatur psallente Davide, atque illud in quo rediit, ut singulari certamine confligeret cum Goliath ; quomodò Saül illum non cognovit, cùm de ejus stirpe rogat ? Ex quo verisimile est magnam cum ætate factam quoque fuisse formæ mutationem. Respondent aliqui, eam fuisse causam, quæ nunc proponitur; et in his est Augustinus citatus ab Abulense, qui dicit crevisse Davidi barbam, dùm abesset, et cum ipsâ aliquo modo mutatam esse formam. Idem Cajetanus in lib. 1 Reg. cap. 17, et Abulensis ibid. q. 40. Theodoretus putat q. 42, quia quo tempore psallebat David, Saül malo exagitabatur spiritu, ideò ab hoc illum non esse cognitum. Non longè ab hâc sententiâ Carthusianus est, qui putat Saüli ex frequenti dæmonis vexatione debilem fuisse memoriam, et imaginativam facultatem impeditam. Nam de Abner, quòd illum non noverit, nihil mirandum, cùm rei militaris cura, cui præerat, in castris potiùs sub pellibus illum continuerit, quàm in palatio. Hæ fortassè posteriores causæ graves esse potuerunt, ut Saül Davidis antea sibi noti et familiaris memoriam deposuerit. Sed potuit hoc provenire potiùs, quod etiam visum est

Abulensi, ex mutatione habitûs et vestium; nam qui priùs lautiori utebatur cultu, utpote regius puer, tunc rusticis pellibus et pastoritio habitu indutus erat cum baculo, fundâ et perâ, longè nimirùm alter à seipso. Et quemadmodùm nos, quem familiariter novimus in seculari habitu, postea, si qua statûs mutatio fiat, non agnoscimus in monachali, sic Saül, quem probè noverat urbanum et elegantem, eumdem nunc rusticum, incultum et horridum ignorat. Hoc ipsum accidit mihi cùm hæc ipsa commentarer; nam cùm tribus ante diebus allocutus essem familiariter adolescentem, qui ad me venerat cum viatorio atque expedito habitu, illum postea non agnoscerem, nisi ille genus suum et nomen edidisset, quia academicorum more togatus rediit. Adde, quòd reges neque propè, neque attentè aut otiosè illos intuentur, quorum cultus splendidus non est, maximè quia et reipublicæ cura, et bellorum perturbatio, et præsens metus attentionem et oculos aliò abripiunt. Neque est improbabile Saüli cognitum esse Davidem propter superiorum temporum officia; ignorâsse tamen ejus tribum et nobilitatem, et de eâ quæsiisse; quod non obscurè indicat textus ipse, quia plurimùm intererat, de quâ tribu esset, cùm ex pacto filiam suam illi daturus esset uxorem.

Alia ratio, eaque gravissima, meo judicio, sumitur ex his verbis : *Filius unius anni erat Saül, cùm regnare cœpisset, et duobus annis regnavit super Israel.* Sed multi hunc locum in alium sensum aut accipiunt, aut contorquent. Quidam *Saül* in dativo casu statuunt, et dicunt Saüli, quando regnum iniit, fuisse filium unius anni, qui mortuo Saüle duobus regnavit annis. Hunc autem fuisse Isboseth, de quo 2 Reg. cap. 2 : *Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saül, cùm regnare cœpisset super Israel, et duobus annis regnavit.* Sed hæc sententia statuit quadraginta annos regnâsse Saülem, quod ab omnibus fermè exploditur. Neque videtur, cur hoc loco de Isboseth sermo esse debuerit, de quo ad cap. usque 2 lib. 2, mirum silentium. Genebrardus in Chronico, anno 3106, putat hunc esse sensum; utar enim ejus verbis : « Post annum à suâ electione, de quâ cap. 10, « regnare cœpit; cùm autem regnâsset duobus « annis, elegit sibi tria millia : nempe duobus « primis regni annis sat habuit vitare invi- « diam, » etc. Sed sanè non video, cur unus ab electione annus intercedere potuerit ante regnum initum, cùm statim ab unctione Samuel convocârit populum, et rex publicè salutatus et acclamatus fuerit. Neque diù celare debuit Samuel regis electionem, cùm instaret populus, ac regem sibi dari instar aliarum gentium penè convicio efflagitaret. Post mensem verò ab electione seu acclamatione, ut constat ex cap. 11, bellum gessit contra Naas Ammonitem, cujus eventu felicissimo animos omnium sibi conciliavit. Quare necesse non fuit, plus temporis assumi ad sedandam invidiam, si quâ fuit. Neque est verisimile, animos excitatos et alacres ex recenti victoriâ, tam regis quàm aliorum inerti otio duos annos vacuos omninò à rebus gerendis habituros.

Alii putant, ideò dici Saülem duobus annis regnâsse, quia secundo anno ab ejus electione unctus est David in regem, atque ideò ab eo tempore rex esse desiit legitimus. Sed hæc ratio non admodùm premit, quia illa tantùm fuit designatio quædam ad regnum suo adeundum tempore, non regni possessio : neque designatio illa populo nota, neque à quoquam rex appellatus, licet ex rebus sanctè ac feliciter gestis, communiter ab omnibus, atque adeò ab ipso Saüle, rex aliquando futurus existimaretur. Accedit, quòd David quadraginta annos regnâsse traditur, 2 Reg. 5, extincto Saüle : *In Hebron regnavit super Judam septem annis et sex mensibus; in Jerusalem autem regnavit triginta tribus annis super omnem Israel et Judam.* Ubi aliis annis qui sumi potuerunt à regno illegitimo Saülis, non est locus. Quare cùm alii anni, neque ipsi Saüli, neque David sint adscripti, satis est verisimile eos nullos fuisse.

Alii communiter multi ac magni nominis auctores agi hìc putant de iis annis, in quibus sanctè atque simpliciter regnavit Saül : nam exacto biennio non jam regium et humanum egit, sed impium atque tyrannicum agitavit imperium. Sed non puto peccatum Saülis, de quo infra propter quod audire meruit : *Nequaquàm regnum tuum ultra consurget; quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum,* etc., contigisse secundo anno ab imperio suscepto; nam nimis esset segnis rex novus, etsi non insolens, at certè alacer ex victoriâ, si tamdiù desideret otiosus, et cursus ipse historiæ non indicat tantùm temporis à bello vacui intercessisse, sed potiùs primo : nam illud bellum fuit secundum, quod gessit Saül, in quo audivit à Samuele translatum esse regnum ad alterum.

Sed sanè videtur difficile creditu, cùm in aliis judicibus ac regibus, anni simpliciter positi sint, quibus ipsi regnârunt, ad cognoscenda

distinguendaque tempora, texendamque sacram historiam, hanc legem communem omnibus in uno Saüle defecisse. Neque unus fuit Saül, qui benè auspicatus, sceleratè tamen conclusit imperium; neque tamen ideò anni illi extremi prætermissi sunt, ut in Salomone constat.

Est ergo hujus loci sensus, juxta sententiam supra à nobis indicatam, inchoâsse quidem Saülem regnum, cùm eâ esset simplicitate morum atque candore, quam habere solet infans unius anni; quia nimirùm vita privata, et à publicis curis aliena, simplices alit atque candidos mores. Ubi autem mutata fortuna est, sic est ingenium quoque mutatum, ut altero anno regni sui suo magno merito à regno sit depulsus. Ubi observa Scripturæ more notam similitudinis omitti, quam si addideris, sensus erit facilis : *Tanquàm filius unius anni erat Saül.* Canus lib. 11 de Locis, cap. 5, ad 12, corruptos esse codices putat, et legendum non *filium unius anni*, sed *filium viginti atque unius.* Sed quomodò eâ ætate filium habere potuit, quem mille viris præficeret? Quare non est, cur codex, qui constanter habet *unius anni*, mutari debeat.

Quòd si verum est, quod nonnulli non improbabiliter existimant, prophetiam de Benjamin Genes. 49, quâ dicitur : *Lupus rapax manè comedet prædam, et vesperi dividet spolia,* intelligendam esse de Saüle, qui fuit de illâ tribu; indicatur satis illius regni brevitas, quod manè cœpit et floruit, sed statim advesperascente die consummatum est. Solet autem spatium eorum quæ citò evanescunt ac pereunt manè et vesperè finibus circumscribi. Isaiæ 38 : *De mane usque ad vesperam finies me.* Et Psalm. 89 : *Manè floreat et transeat, vespere decidat, induret et arescat.*

Hùc valdè faciunt præcedentis capitis extrema verba : nam cùm Dei timorem et observantiam commendaret propheta Israelitis, si vellent Deum habere patronum et ducem, statim addidit : *Quòd si perseveraveritis in malitiâ, et vos et rex vester peribitis.* Post verò in principio capitis perbellè subjungitur, non diù innocentem fuisse regem, cùm tamen instar pueri unius anni, innocens et purus regnum iniisset; atque ideò regnum illius fuisse perbreve, et secundo, ex quo cœpisset, anno fuisse finitum; quæ summa quædam complexio est regni Saülis. Nam statim quale habuisset exordium, postquàm publicè unctus est in regem, post victum Naas Ammonitem ostendit, et quomodò ab ipso statim in primo congressu, quem adornavit contra Philistæos, peccatum est, et indicta reprobatio. Quare juxta ea quæ prædicta fuerunt à Samuele in fine præcedentis capitis, à regno excidit et vitâ, altero anno à suâ inauguratione.

Sed antequàm hinc expediamur, duo nobis explicanda sunt, quæ plerosque adduxerunt, ut laxum spatium assignarent Saülis imperio. Alterum est, quia tot prælia à Saüle pugnata non videntur biennali spatio confici potuisse. Sed qui expenderit proximum esse hostem, prompta Israelitarum studia, et bellum comparari et conseri cum hoste vicino facilè posse, non sanè ultra biennale spatium longiorem moram desiderabit. Hujus rei argumentum erit bellum primum, quo superatus est Naas Ammonites, quod uno et altero die comparatum est, et illatum cum insigni Ammonitarum cæde. Sic ergo reliqua peragi potuerunt multò faciliùs, cùm jam essent habiti delectus, expedita arma, et res militaris suis ordinibus præfectisque digesta, et miles ex victoriâ alacrior; imperator antea rudis, jam usu doctior; injectus hostibus timor, et aditus jam apertus victoriis.

Alterum est, quia extincto Saüle, filius ejus Isboseth quadragenarius esse dicitur 2 Reg. 2. Ex quo efficitur jam senem Saülem ad regnum esse vocatum; senilis autem ætas non admodùm idonea est bellis administrandis. Respondeo, ita omninò esse dicendum : nam Jonathas, quando pater regnum suscepit, jam erat exercitui administrando maturus; quare ab eâ ætate non longè aberat. Et cùm in bello non valeant ducis tam vires ac lacerti quàm prudentia, consilium et auctoritas, quæ in ætate senilique plerùmque sunt, oportuit plebi non admodùm pacatæ ducem præponi, in quo cum ætate jam grandi prudentiæ laus et consilii maturitas inveniretur : neque enim aliâ in re commendari posse videbatur homo ante tempus illud ignotus. Quare suscepisse videtur regnum Saül annos natus quinquaginta octo, aut eo circiter : nam anno ætatis suæ decimo octavo satis potuit generare filium, cùm longè natu minores alii per id tempus generâsse dicantur : ut enim docet Hieronymus Epist. 132 ad Vitalem, Salomon decimo anno ætatis genuit Roboam, et eodem anno ab Achaz genitus est Ezechias. Quòd si Philoni de Antiquitatibus Biblicis habenda est fides, multò provectioris ætatis erat Saül, quando regnare cœpit. Nam interfuisse tradit illi bello, in quo sub Heli à

Philistæis capta fuit arca Dei; ad cujus ætatem, quam provectam esse oportuit, utpotè non immaturam militiæ, accessit totum Samuelis imperium, quod, ut probatum est supra, paucorum annorum non fuit, cùm illud inierit adolescens, et in eo consenuerit. Adde, quòd fortassè Isboseth non habuit quadraginta annos, sed triginta octo, aut etiam pauciores: nam frequentissimum est in sacrâ Scripturâ, minores numeros omitti, qui vel excedunt plenum et perfectum numerum, vel ab eo deficiunt; et adhiberi tantùm perfectos, qui vero ac certo numero propiores sunt.

Sed est adhuc quod objicias: nam quo tempore Saül creatus est rex, in domo paternâ erat, ut apparet, et patris potestati subjectus: nam aliter ad quærendas asinas non esset à parente missus. Qui verò sub patriâ potestate sunt, non eâ sunt ætate, quam Saüli tribuimus, dùm regnum iniit. Hæc objectio gravis illi videbitur, qui antiquum Hebræorum morem ignoraverit. Notum est enim, filios etiam post nuptias retineri à parentibus domi, illorumque operâ uti ad communes et domesticas curas. Sic sanè Judic. c. 12, v. 8, fecisse videtur Abessan judex Israel, qui triginta filios etiam post nuptias apud se retinuit domi, cùm tamen filias foràs emisisset, in domos videlicet socerorum, ubi nempe illarum conjuges habitabant: *Post hunc*, inquit, *judicavit Israel Abessan de Bethlehem, qui habuit triginta filios et totidem filias, quas emittens foràs maritis dedit, et ejusdem numeri filiis suis accepit uxores, introducens in domum suam.* Quæ verba sic intelligo, ut sonant. Quod etiam observatum puto inter gentiles, maximè sub hoc tempus; nam de Priamo, qui in hæc fermè tempora incidit, ex hâc, ut reor, vulgari consuetudine tradit Virgilius lib. 2 Æneid. in domo illius cui, ut ipse fatetur coram Achille Iliad. lib. ultimo, quinquaginta fuerunt filii, totidem fuisse thalamos.

Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,
Barbarico postes auro spoliisque superbi,
Procubuêre.

Idem de filiis Job tradit Origenes lib. in Job, ubi rationem tradit, cur filios patres etiam matrimonio copulatos domi apud se retineant: « Ad satisfaciendum, inquit, humanis sensibus, promiscuè Deus illis dedit et dat filios et filias. Et adhuc ob hoc dat promiscuè, ut concordia atque conjunctio hominum multiplicetur per connubiorum copulationes. Ubi enim dederint filias suas in conjugium, et acceperint filiis suis uxores, ibi copulatio fit connubii, crescit conjunctio sive apud pauperes, sive apud divites. Quòd si sanè alicui filii tantùm nascerentur, alii autem filiæ, cùm eas viris omnes traderet, domum vacuam relinqueret, atque hæreditatem suam desolatam. Nunc verò filias suas sanè dat foràs, filiis autem intùs accipit uxores, ac per hoc, et extrinsecùs habet cognationem, et intrinsecùs hæreditatem. Sic namque et Job fuerunt septem filii, et filiæ tres, ut cùm ipsas sanè foràs traderet viris, haberet extrinsecùs filios adoptivos; et cùm filiis suis de foris acciperet uxores, haberet etiam in his extrinsecùs adoptivas filias. »

Sed utcumque fuerit de communi filiorum atque parentum habitaculo, illud certum est, filios olim, etiam qui jam fuerint alligati conjugiis, addictos esse patriæ potestati, quantùmcumque fuerint ætate provecti. Quâ de re lib. 1 Institut. tit. 9, de patriâ potestate; ubi non filii solùm, sed etiam nepotes et pronepotes patriæ potestati subjecti esse traduntur. Vide Dionysium Halicarnassæum lib. 2. Sed quòd filii jam grandiori ætate parentibus serviant, resque curent domesticas et communes, argumento nobis sunt duo fratres, Jacob et Esaü, qui in domo habitârunt paternâ, remque curârunt communem ad parentis imperium; cùm tamen annos agerent tres et septuaginta. Id quod ex Scripturâ sacrâ manifestè liquet; nam quo tempore ingressus est Jacob in Ægyptum, annum agebat centesimum trigesimum, Genes. cap. 47, v. 9. Tunc autem Joseph annorum erat triginta novem, quod ita demonstratur: nam quando apparuit coram Pharaone, trigesimum agebat annum, Genes. 41, v. 46, quando pater ingressus est Ægyptum, jam à Josephi præfecturâ septem anni fertilitatis transierant, et duo sterilitatis, Genes. 45, v. 6: *Biennium* (inquit Joseph ad fratres) *est, quòd cœpit fames esse in terrâ, et adhuc quinque anni restant, in quibus nec arari poterit nec meti.* Deinde antequàm nasceretur Joseph, quatuordecim annos posuerat Jacob in Mesopotamiâ serviens socero Laban. Quod ex eo liquet, quia Jacob viginti annos servivit socero Laban. Genes. cap. 31, v. 38, quatuordecim pro duabus uxoribus, sex pro domo suâ atque familiâ, ibid. v. 41; sex autem anni ab orto Josepho numerati sunt, Genes. cap. 30, v. 25: quare hi anni ex viginti detrahendi sunt, et ita manent quatuordecim, quos si addideris triginta novem annis, quos egebat Joseph, quando pater centum et triginta compleverat, effi-

cies annos quinquaginta tres, quos si ex centum et triginta detrahas, supererunt septuaginta septem, quos tunc agebat Jacob, quando ex paternâ domo egressus est; et tamen vir tantus paternæ suberat potestati, sicut eo tempore Saül, quando vocatus est ad regnum.

Exemplo item nobis esse poterunt omnes filii Jacob, quos pater in Ægyptum misit frumentandi gratiâ; et tamen illorum plerique quadragesimum excesserant annum; imò et illorum aliqui non procul aberant à quinquagesimo, cùm Joseph, qui longè erat inferior, annum tunc ageret trigesimum nonum; et tamen illi tot et tam grandes filii uxores duxerant, et filios susceperant eo numero, ut de femore Jacob, id est, ex genere illius, ingressi fuerint in Ægyptum sexaginta sex, Genes. 46, v. 26. Quid ergo miremur, si Saül jam grandis sub potestate parentis fuerit? Hùc etiam advocari possent fratres David, qui cùm grandes essent natu, et jam, ut est verisimile, uxores duxissent, tamen sub paternâ adhuc erant potestate et curâ, quando ad illos, cùm essent in acie, misit pater Isai per Davidem jam etiam grandem, quique eodem anno uxorem duxit filiam Saülis, commeatum et victum; sic enim Isai ad Davidem infra cap. 16, vers. 17: *Accipe fratribus tuis ephi polentæ, et decem panes istos, et curre in castra ad fratres tuos.*

Vers. 2. — Et elegit sibi Saul tria millia de Israel (1). Ex bello, quod exitu secundo confecit Saül contra Naas, copiosum secum habebat exercitum, qui ducis auspicatum illud exordium secuti, libenter sub illius signis dimi-

(1) Elegit sibi Saul tria millia. Acta hæc fuisse in communi populi conventu, historiæ hujus series luculenter ostendit: quo tamen in conventu? Si enim conventum in Galgalis fuisse dicamus, conventum, inquam, in quo Saül confirmatus, et quodammodò iterùm electus fuit, tunc utique reputandum erit, bellum Ammoniticum nonnisi in secundum vel tertium annum regni Saülis incidisse, ac deinde bellum cum Philisthæis gestum statim consecutum fuisse; quod repugnat: 1° textui capitis 11, 1, ferenti, post evolutum ab electione Saülis mensem, Naas arma intulisse in urbes. Repugnat 2° textui, hujus capitis 13, ex sensu nostræ interpretationis, quâ significatur, Saülem *fi ium fuisse unius anni*, vel regem unius anni, cùm bellum illud cœptum est. 3° Denique hæc hypothesis pugnantia inter se continet; qui enim Saül primum regni sui annum, et simul etiam secundum agebat, cum hæc tria millia selegit? Distinguendus est igitur conventus populi in Galgalis, ubi ab universo Israele in regem salutatus est, à conventu altero de quo modò, in quo Saül tria millia selectissimorum assumpsit, ut bellum in Philisthæos aggrederetur. Ex re autem fortassè judicatum non est, ut totus simul exercitus in hostes primò duceretur; opportunius enim esse censuerunt, ut priùs expelleretur præsidium Philisthæorum in Gabaa, in Machmas, et in Bethel. Tria igitur hæc loca diversis agminibus petita sunt. Jonathas aggressionem munimenti Gabaæ suscepit conficitque, pulsis Philisthæis. Insignis hujus expeditionis, quæ ad reliquum bellum maximi fuit momenti, historiam silet Scriptura. (Calmet.)

Adde, Saülem elegisse hæc tria millia, ut irruentibus more suo repentè Philisthinis, Ammonitis aliisque hostibus victis, haberet ea ad manum, quæ illis statim opponeret, ne Israelis agros urbesque vastarent.

Mysticè Beda per *tria millia*, accipit tres virtutes theologicas, quæ nos contra omnes tentationes et hostes defendunt: « Populus « fidelium, inquit, sibi de Israel tria millia « elegit, quia dùm unitati fidei, sociandam « spem et delectionem cognoverit, mox sibi « doctores, qui eamdem fidem, spem et chari- « tatem diligentiùs se suosque doceant, atque « ab hostis irruptione tutentur, elegit. » D. Gregor. refert ad tres Ecclesiæ status: « Tria, « inquit, millia esse perhibentur, quia in « summâ perfectionis facie, virgines proferunt « juxta quos, et continentes et veritatis de- « fensores ponunt: dùm enim exemplo virgi- « num ad summam incorruptionis alios ac- « cendunt, dùm continentium vitæ, alios à « sæculi corruptionibus auferunt; dùm humi- « lium debilitatem per auxilia potentium de- « fendunt; contra hostes sanctæ Ecclesiæ « boni doctores, quasi cum tribus electorum « virorum millibus veniunt. » Porrò solerter S. Greg. urget τὸ *tria millia virorum*, quod habent Sept.: « Quia prædicatores, inquit, ve- « ritatis, ad defensionem sanctæ Ecclesiæ, « non infirmos et debiles, sed robustos et va- « lidos bellatores ducunt. » Et paulò post: « Vi- « ri, inquit, dicuntur, pro fortitudine; de Israel « esse referuntur, pro divinâ contemplatione. « *Israel*, enim hebr. idem est quòd *videns* « *Deum*, aut potiùs, *prævalens Deo.* »

Bethel, id est, *domus Dei*, est Ecclesia, quam sancti præsules et prædicatores, contra dæmonum et tyrannorum incursus, quasi validi bellatores propugnant, ait S. Greg.

Mille autem cum Jonatha in Gabaa Benjamin. *Jonathas* Hebr. idem est, quòd *columbæ donum*, unde puritatem, purosque denotat, qui in *Gabaa*, id est, *in colle sanctitatis* degunt. Audi Bedam: « Jonathas, columbæ donum, insti- « tutor virginum dicitur, quia incomparabili « gratiâ Spiritûs sancti efficitur, ut à manen- « tibus in carne, carnis corruptio nesciatur. « Benè et in sublimi virgines esse dicuntur, « quia quod naturam humanam supergredi- « tur, in altissimo virtutum culmine situm « est. Unde et virgo ille dilectus Jesu, locum « virginum insinuans ait: *Vidi supra montem* « *Sion Agnum stantem, et cum eo centum qua-* « *draginta quatuor millia*, etc. *Virgines enim* « *sunt*, Apoc. 14, v. 1, 4. In monte quidem « esse cum Agno dicuntur, quia per meritum « incorruptionis, quo à terrenis et carnalibus « delectationibus se dividunt, in supremâ Re- « demptoris gloriâ sublimantur. »

carent. Ex omnibus tamen elegit tria millia; reliquos tandem domum abire jussit. Illa verò ita distribuit, ut mille tradiderit filio Jonathæ, quem ducem præfecit, utpote jam grandem ætate, quique et robore valeret ad dimicandum, et consilio ad bellum administrandum; reliqua verò duo sibi retinuerit. Ex quo supra conjectabam jam maturâ atque etiam senili ætate fuisse Saülem, qui tantùm haberet filium et duas etiam filias jam nubiles, quarum alteram paulò post spopondit illi qui singulari congressu Philisthæum superâsset.

Vers. 3. — Et percussit Jonathas stationem Philisthinorum, quæ erat in Gabaa (1). Hæc Gabaa fuit patria Saülis, quæ proximè fuerat appellata Benjamin, in quâ statio erat Philistinorum, id est, præsidium, quod in munitissimis quibusque locis constituerant, ut populum aliquâ sibi ratione subjectum in metu atque in officio continerent. De quo supra, cap. 10, v. 5, ad illud : *Venies in collem Domini, ubi est statio Philisthinorum.* Hæc verò statio et plures aliæ quæ fuerunt, ut est verisimile, in Israelitide regione dispositæ, id fecerunt, ne qua ibi euderentur arma, neque aliquod fieret instrumentum è ferro, etiam rusticum; quod miseræ atque extremæ subjectionis argumentum est. Quod ferre non potuit Jonathas vir fortis et audax, quique abolere cupiebat dedecus illud ex Israelis nomine. Quare aggressus est stationem quam habebat infestam et proximam, quam ita percussit feliciter et fortiter, ut partim cæsis, partim fugatis hostibus, offensionem illam et ignominiam è patriâ civitate depulerit.

Porrò cæterum populum remisit unumquemque in tabernacula sua. Mysticè S. Greg. : « In tabernacula, inquit, sua cætera plebs remittitur, ne de altioris vitæ temeritate damnetur, et velut debilis et infirma in bello pereat, dùm altæ conversationis fidem spondet, quæ altæ virtutis robur non habet. » (Corn. à Lap.)

(1) Quæres: Quibus armis Jonathas percussit Philistæos? Nam ferrea eis ademerant Philistæi, ut patet, v. 13. — Resp. : Arma priscorum erant brachia; nam « pugnis rem agebant, « à quibus pugna dicitur. Inter ipsos adversarios, inquit Cassiodorus, l. 1, c. 30, non « erant priùs armata certamina, sed pugnis se, « quamvis fervida, lacessebat intentio, unde « et pugna nomen accepit. »

Potuit quoque Jonathas ignem in stationem injicere, itàque eam comburere : potuit insuper incautos, vel dormientes Philisthæos noctu invadere, eorumque arma occupare, iisque ipsosmet obtruncare.

Mysticè S. Greg.: « Jonathas, stationem Philistinorum percussit, sed Saül tubâ canens « se percussisse perhibuit, quia, nimirùm, « electorum prædicatorum triumphis adcribitur, quòd à subditis occulti adversarii superantur. » (Corn. à Lap.)

Jonathas battit la garnison des Philistins. Si Saül est l'image, surtout dans le commencement de son règne, des pasteurs qui conduisent saintement les âmes, son fils Jonathas l'est encore plus des simples fidèles qui servent Dieu, non par crainte comme des esclaves, mais par amour comme des enfants. Ces personnes pensent toujours à emporter quelque chose sur les démons représentés par les Philistins. Mais lorsque Dieu leur a donné la victoire, ils ne s'en attribuent point l'honneur, et ils veulent que ceux à qui ils sont soumis en reçoivent toute la gloire, à l'imitation de Jonathas qui laisse recevoir à Saül son père tout l'honneur de l'action qu'il venait de faire. (Sacy.)

Quod cum audiissent Philisthiim, Saul cecinit buccina in omni terra dicens : Audiant Hebræi (1). Non difficile fuit hanc stationis suæ cladem ad Palæstinorum aures pervenire celerrimè, cùm proximi essent, et comprimi de tantâ strage rumor nullo modo posset. Quare cùm eodem propè tempore accepisset Saül percussam esse stationem illam, et Philisthæos in illius vindictam, tum etiam ut ignominiam illam è suo nomine depellerent, exercitum copiosum instruere, ipse quoque voluit exercitum conscribere copiosum, quem Philisthinorum conatibus et viribus opponeret. Quare buccinatorem misit in omnem terram, ut omnes intelligerent quid rerum fieret in Israel, quid actum feliciter à Jonathâ, quid ex eo metuendum ab hoste vicino. Illud porrò : *Audiant Hebræi,* sumendum est, ut logici dicunt, materialiter; sunt enim præconum familiaria ac legitima verba, quæ in exordio ponuntur edicti prætorii, aut regii mandati, quod ad populorum notitiam evulgatur. Quale fuit illud Nabuchodonosor, Dan. 3, v. 4 : *Præco clamabat valenter : Vobis dicitur populis, tribubus, et linguis,* etc. Edixit itaque Saül omnibus Hebræis, ut quando recusari non posset, quominùs con-

(1) Sunt qui credant denuntiatum id potissimùm esse Israelitis transjordaninis, qui eodem nomine appellantur pariter inferiùs, v. 7. *Hebræi,* juxta vocis originalis vim sunt ii qui *trans* habitant. Quare Abraham *Hebræus* appellatus est, quòd è regione trans Euphrateâ venisset. Promptum illud auxilium quod cives Jabes Galaad à Saüle in bello Ammonitico sensêre, alacriores utique eosdem Hebræos ad opem fratribus suis ferendam facit. Itaque statim illos trajecisse Jordanem, et inter primos adivisse Galgala, legimus. Septuaginta ita Hebræum verterunt : *Spreverunt servi,* quasi hoc esset signum in arma ruendi. Hæc tamen versio nonnisi ex incuriâ amanuensium petitur, quemadmodùm simili de causâ vertit Aquila : *Audiant servi.*

grediendum esset cum hoste, cujus jam antea sæpè fuisset explorata potentia, omnes se quamprimùm ad præliandum accingerent, et ex re præclarè gestâ meliora omnia sperarent in posterum. Quod cùm audiissent Israelitæ, erexerunt sese, et inclamato de more Saülis nomine, quem ducem sequebantur, profecti sunt in Galgala juxta Samuelis præscriptum, de quo cap. 10, v. 8, ut ibi se religiosè ac sanctè, placato priùs et advocato Domino, ad arma compararent. Quis autem fuerit popularis ille clamor, incertum est : suspicor tamen talem fuisse, qualem edidêre milites, Judic. cap. 17, qui aggressuri Madianitarum castra, Gedeonis et Dei nomen inclamaverunt, v. 20. *Gladius,* inquiunt, *Domini, et Gedeonis.* Aut illa verba, quæ resonare solent publico plausu in regum inauguratione : *Vivat rex!* aut: *Domine, salvum fac regem.* Et si qua præterea sunt ejusmodi. Fuit autem usitatum antiquis saltem populi Romani temporibus, ut exercitus re benè gestâ imperatoris nomen usurparet identidem cum jubilo et plausu. Ita Tacitus lib. 3 Annalium : « Prisco erga duces honore, qui « benè gestâ republicâ, gaudio, et impetu vi- « ctoris exercitûs conclamabantur (1). »

Vers. 5. — Et Philisthiim congregati sunt ad prælianduim contra Israel, triginta millia curruum (2), etc. Cùm audiissent Philisthæi,

(1) Vers. 4. — Erexit se Israel adversus Philistiim. Exigere cervicem cœpère Israelitæ adversùs Philistæos, tanquàm mancipia quæ jugum excutiunt, ac vinculis solvi conantur. Hebræus : *Fœtuit Israel Philistiim;* tanquàm à re tabidâ et purulentâ Philistæi ab illis abhorruerunt, horrori illos habuerunt. Eodem sensu Hebræi in Ægypto exprobrabant Moysi : *Fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone et servis ejus;* nos minimè patiuntur. Septuaginta: *Israel nihili fecit alienigenas.* Syriacus et Arabs : *Vicit Israel Philisthæos.* Jonathan : *Animatus* (concitatus) *est Israel in Philisthæos.* (Calmet.)

(2) Syriacus et Arabs pro *triginta millibus*, legunt, *tria millia,* et criticorum doctissimi eum numerum retinendum censent, corrupto facilè textu originali, duplicis litterulæ additione.

Collectis variis Scripturæ textibus, in quibus sermo est de curribus, quatuor hæc animadverti : 1° Curruum nomen non de curru tantùm, sed etiam de iis qui curru vehuntur, de aurigâ et de iis qui currum comitantur, usurpari. 2° Currus binis equis plerùmque trahi consuevisse. 3° Unicum tantummodò hominem currum ascendisse, addito aurigâ, qui equos moderaretur. 4° In prœliis currui comites accessisse milites nonnullos, adeò ut pro singulis curribus decem homines numerari possint. His indiciis nonnulla Scripturæ loca conciliantur, quæ nondùm exponi posse visa sunt, quid accidisset Naas Ammonitarum regi, quem inopinato adventu sic oppressit rex novus, ut ne duo quidem remanerent simul, et nuper editâ suorum clade vehementer dolerent, et summamque indicant affinitatem inter currus Philisthæorum, Syrorum et Chananæorum, eosque quibus heroes utebantur in bello Trojano, qui utique omnium apud profanos scriptores vetustissimi sunt. Falcati etiam currus erant, alii planè ab iis de quibus in præsenti.

Legimus in 2 Reg. 10, 18, Davidem *occidisse de Syris septingentos currus,* et in eodem libro, 8, 4, ex Hebræo, *subnervâsse centum currus;* quæ sanè phrases ad litteram accipi nequeunt nisi exponantur de curribus simul et hominibus qui illis vehebantur, de equis trahentibus, ac de militibus comitantibus. Sed difficultatem auget textus parallelus 1 Par. 19, 18, ferens : *Interfecit de Syris septem millia curruum.* Porrò inter septingentos et septem millia discrimen est ingens : sed utrumque conciliatur, si pro quolibet curru decem homines constituantur, ex quibus unus currum ascendit, alter ducit, octo comitantur. Qui scandit, appellatur in Scripturâ princeps decem, cæteri manipulum ejus constituunt. In hoc textu Regum, quem versamus, eadem animadvertere juvat. Habebant in exercitu Philisthæi tria millia curruum, quorum singulos decem homines comitabantur ; quare tria hæc millia curruum reddebant triginta millia virorum, adeòque verissimè affirmari potuit, exercitum hostium habuisse triginta millia curruum, currûs nomine designatis iis qui currum ascendebant et comitabantur. (Calmet.)

« Les incrédules, dit Voltaire, se récrient « sur ces trente mille chariots de guerre « qu'avaient les Philistins. » Le syriaque et l'arabe ne lisent que *trois mille.* Le très-grand nombre des critiques observe avec raison qu'un copiste a écrit par méprise *scheloschim,* trente, au lieu de *schelosch,* trois.

« Quand nous mettrions trois mille chariots, « au lieu de 30,000, nous ne contenterions « pas encore les incrédules : tous conviennent « que le pays de Chanaan ne connut la cava- « lerie que très-tard. » Il faudrait donner des preuves de ce consentement universel à soutenir que les Philistins n'eurent point de cavalerie du temps de Saül ; mais voici une raison qui dispense de toutes citations : « Dans ce « pays montueux et entrecoupé de cavernes, « on ne se servait jamais que d'ânes. »

Il ne fallait donc pas dire *qu'on n'y connut la cavalerie que très-tard.* Il est vrai que l'Écriture nous apprend en plus d'un endroit que les femmes des Hébreux, leurs magistrats mêmes, en temps de paix, se servaient d'ânes, comme d'une monture commode : mais en conclure que les Chananéens et les Philistins n'avaient ni cavalerie, ni chariots de guerre, et le soutenir contre le témoignage formel des écrivains du pays, c'est comme si on soutenait qu'en France et en Italie l'usage des chevaux n'était point connu, parce que le pape et les cardinaux, nos prélats, nos magistrats, nos médecins avaient, il y a peu de temps, des mules pour monture ordinaire ; parce que nos anciens rois faisaient tirer leurs voitures par des bœufs.

conservandæ bellicæ gloriæ studio nihil sibi non tentandum putarent, talem adornârunt militarem instructum, qualis in angustâ illâ regione videbatur comparari non posse. Sed sicut cap. 7, adjunxerunt sibi Philisthiim Tyriorum auxilia, ut constat Eccli. cap. 46, v. 20, quos prodigiosâ victoriâ superavit Samuel: *Et intonuit de cœlo Dominus, et in sonitu magno auditam fecit vocem suam, et contrivit principes Tyriorum, et omnes duces Philisthiim;* sic etiam nunc adfuisse quoque arbitror Tyriorum auxiliares copias, et ex ipsis tot curruum et equitum millia fuisse congregata. Quomodò enim aliter triginta curruum millia cogi potuissent?

Vers. 6. — Quod cum vidissent viri Israel, etc., absconderunt se in speluncis, et in abditis, in petris quoque, et in antris, et in cisternis (1). Libenter ad imperium Saülis undecumque Israelitæ convenerant; magnos enim animos et audaces spiritus indiderat Ammonitarum cædes: sed cùm eas copias viderent à Palæstinis esse coactas, quas contrahi posse non putabant, neque contra tam instructas acies satis sibi esse virium, desponderunt animos, neque existimârunt in patriis sedibus et domibus effugere se posse hostile ferrum; atque ideò latebras quærunt, speluncas et occultos sinus quos putabant occultos esse Palæstinis; aut illos non curaturos de illis quorum timere poterant occultas insidias, neque videbant sine labore magno atque dispendio futuram esse ignobilem illam et exiguam prædam. Porrò regionem illam plenam esse ejusmodi latebris, et illas in aperto discrimine subire solitos Israelitas, diximus ad illud Isaiæ cap. 2: *Ingredere in petrâ, et abscondere in fossâ humo.* De quibus Josephus testis ipse oculatus lib. 1 de Bello, cap. 12: *Speluncæ*, inquit, *in præruptis montibus erant undique inaccessæ, transversosque tantùm ac perangustos accessus habebant.* Sanè David in speluncis delituit, 1 Reg. cap. 24. Et Josue cap. 10, quinque reges ex speluncis, in quibus sese absconderant, extracti sunt. Cisternæ porrò, vacuæ nimirùm ab aquis occultandis hominibus commodissimæ sunt: nam et profundæ sunt et latæ, et os illarum facili negotio sic celari potest, ut non possit ab hoste venatore quantùmvis attento deprehendi. Neque, credo, homines meticulosi, urgente hoste, refugerent cœnum, si quod in cisternæ fundo subsedisset, cùm mors, quam declinare cupiebant, multò esset acerbior. Sanè Marius, vir fortis et strenuus, ut mortem effugeret, in palustri cœno apud Minturnenses aliquandiù fuit.

Vers. 7. — Hebræi autem transierunt Jordanem in terram Gad et Galaad. Omnes, quotquot erant cum Saüle, Hebræi erant; neque omnes transière Jordanem, cùm eorum aliqui latuissent in latebris montiumque cavernis; alii aliò, prout se commodior ostentabat ad salutem via, dilaberentur; nonnulli cum suo rege manerent in castris. Cur qui transmisso Jordane ad Gad atque Galaad sese fugâ corripuêre, *Hebræi* dicantur, explorandum est. Ego quamdam rationem invenio, quam priusquàm expono, observo, frequentes esse in Scripturâ sacrâ sicut etiam in profanâ, allusiones et paranomasias ad significationem vocabuli. Ali-

« Mais le pays est montueux et plein de ca-
« vernes. » Comme si l'usage des chevaux était inconnu dans les pays montueux! Voltaire pouvait-il ignorer que l'armée d'Alexandre traversa la Palestine tout entière du nord au sud; que celles des rois de Syrie et d'Egypte la parcoururent dans tous ses sens, ainsi que celles des Romains, des Arabes, des Croisés, etc.? Il y avait de la cavalerie dans ces armées, il y avait des chars, il y avait même des éléphants. Les incrédules, avant de hasarder des assertions si téméraires, auraient dû au moins consulter la géographie du pays; ils auraient vu que tout le pays qu'habitaient les Philistins, que tout le terrain compris entre Gaze et le mont Carmel, et depuis Joppé jusqu'à deux ou trois lieues de Jérusalem, est un pays de plaines; qu'il en est de même de celui qui s'étend depuis le mont Thabor jusque vers les sources du Jourdain, et de celui que ce fleuve traverse jusqu'à son embouchure dans la mer Morte. (Duclot.)

(1) Eadem res ter hic repetita videtur: *In speluncis, in antris, in cavernis.* Hebræus ad litteram: *In speluncis, in spinis* (vel in locis incultis et sylvestribus), *in petris, in turribus et in cisternis.* Chaldæus: *Absconditi sunt populus in speluncis, in munitionibus, in foraminibus petrarum, in speluncis rupium, et in foveis.* Septuaginta: *Occultavit se populus in speluncis et in stabulis* (vel in vivariis, aut in saltibus, quò se feræ recipiunt), *et in petris, et in foveis, et in cisternis.* (Calmet.)

Mysticè Dionys. Carth.: « Sic, inquit, ali-
« qui Christiani cernentes se undique à dia-
« bolo, mundo et carne tentari, in foramine
« petræ, in fossâ humo, id est, in Christi vul-
« neribus, et in Dominicâ passionis memoriâ
« salubriter se occultant: et in proprio humi-
« liationis profundo se celant, atque in tan-
« tum parvi pendunt, et quasi nihil se reputant
« quòd à dæmonibus nequeunt tangi. » Et Beda: « Cùm viderint, inquit, fideles antiqui
« hostis insidias, » etc. « Præsidia mox nece se
« est lectionum spiritualium jejuniorum, elee-
« mosynarum, orationum, cæterarumque vir-
« tutum, quibus defendantur, adeant, abscon-
« danturque in eis à contradictione lingua-
« rum; ut Pater, qui videt in abscondito, mi
« sereatur et adjuvet. » (Corn. à Lap.)

quot nos exempla produximus in nostris Commentariis ad illud Jeremiæ cap. 1 : *Virgam vigilantem ego video.* Illa tu vide. Nunc tria tantùm exempla producam. Primum ex cap. 2 Sophoniæ, v. 4, quod etiam in nostris Commentariis super Sophoniam expendimus : *Quia Gaza destructa erit, et Accaron eradicabitur. Accaron,* Hebraicè עקרון *Ecron,* à verbo עקר *acar,* deducitur, quod *eradicare* significat. Quare hic erit sensus : Accaron juxta sui nominis notationem erit eradicata, id est, sui nominis significationem implebit. Alterum erit ex Epistolâ ad Philemonem v. 11, ubi Onesimum utilem futurum esse dicit, nempè juxta suum nomen : ὀνήσιμος enim utilem significat. Et Nabal juxta nominis sui vim stultus vocatur, lib. 1 Reg. cap. 25, de quo Abigail : *Secundùm nomen suum stultus est.* Cùm ergo Hebræi, qui Hebraicè עברים *Ibrim,* sic appellati sint, quasi *transeuntes,* vel quia ex Abrahamo prognati, qui transmisso Euphrate migravit in Chananæum solum; vel quia mare trajecerunt Rubrum aut aliquandiù post Jordanem, utrumque sicco alveo; nunc juxta nomen suum trajecisse iterùm dicuntur Jordanem, et in regiones transjordaninas excessisse, quasi in eâ fugâ verè fuerint *Hebræi,* et id reipsà præstiterint, quod Hebræorum nomen portendit et sonat; propter hoc existimo, cùm omnes Hebræi fuerint, hos speciatim Hebræos nominari, qui fluvio transmisso salutem sibi longiori fugâ quæsierunt. Hæc mihi probabilia; sed fortassè illi qui ultra Jordanem constiterunt, tribus videlicet Ruben, Gad et dimidia tribus Manasse, vocati sunt *Hebræi,* quia necesse erat ut Jordanem transirent, si vellent sese cum reliquo populo conjungere, sicut fecerunt proximè, cùm venerunt evocati ad castra Saül. Et eam ob causam crediderim Israelitarum vulgò tribus illas transjordaninas *Hebræas* appellari communiter.

VERS. 8. — ET EXPECTAVIT SEPTEM DIEBUS JUXTA PLACITUM SAMUELIS, ET NON VENIT SAMUEL IN GALGALA, DELAPSUSQUE EST POPULUS AB EO (1). Jam ante præviderat Samuel, venturum Saülem in Galgala, quo tempore omnes ditionis suæ vires contra novum regem armarent Philisthæi; aut certè, quod cap. 10 potiùs notabamus, monuit, ut in Galgala secederet, ibique expectaret septem dies, ut propitiato Domino, ab ipso disceret quid facto opus esset. Fecit Saül quod à Samuele in mandatis acceperat, expectavit septem dies; sed cùm populus expectatione fatigatus, et impendente proximè periculo perterritus diffluereret, antequàm septimus compleretur dies, non expectato ampliùs Samuelis adventu, ipse statuit operatis sacris placare Deum atque consulere. Quod tandem fecit oblatis holocaustis victimisque pacificis (1).

VERS. 10. — ECCE SAMUEL VENIEBAT (2). Non

(1) Audi S. Gregor. : « Idcircò per inobedientiam cecidit, quia integris septem diebus sicut jussus fuerat non expectavit. » Et postea : « Ecce septem diebus prophetam sustinuit, sed dùm præstolari cum in fine diei desiit, gloriam tantæ dignitatis amisit. »
(Corn. à Lap.)

(1) VERS. 9. — ET OBTULIT HOLOCAUSTUM. Putant aliqui Saülem per se sacrificâsse, idcòque regno privatum esse. Graviter ergo peccavit, quòd cùm esset laicus, sacerdotalem functionem usurpare præsumpserit; sicut fecit Ozias rex thurificando, ideòque à Deo percussus est leprâ, 2 Paral. 26, 16. Ita Rupert., Lyran., Dion., et favet Josephus. Addit R. Levi, Saülem hæc sacrificia obtulisse, ut à Deo spiritum prophetiæ impetraret, quo deinceps sine Samuele regeretur. Unde et à Tertullian. lib. 2 contra Marc. cap. 23, vocatur, *despector Samuelis prophetæ.* Verùm nil tale indicat Scriptura; alioqui enim hoc illi exprobrâsset Samuel acerrimè; atque habebat Saül sacerdotes in castris, per quos sacrificia offerre poterat; cur ergo illud sibi vindicaret, sciens id à Deo vetitum? ita Abulens., Serarius et alii.
(Corn. à Lap.)

(2) Unde S. Ignatius epist. 6 ad Magnes. : « Saül, inquit, honore privatur regio, non « expectans summum sacerdotem Samuelem : « oportet itaque et nos revereri præstantiores ; « decetque non modè vocari Christianos, sed « esse. Nec enim dici, sed esse, beatos facit. « Si qui episcopum appellant et sine eo omnia « faciunt hujusmodi, dicet ipse qui verus et « primus episcopus est : *Quid me vocatis, Domine, et non facitis quæ dico?* Tales enim non « bonâ conscientiâ mihi prædiri esse videntur, « sed esse simulatores et personati. »

ET EGRESSUS EST SAUL OBVIAM EI. Causas dat Dion. : « Honoravit, inquit, Samuelem propter ejus senectutem et sanctitatem, prophetalemque gratiam, et quoniam ante eum « judex fuerat populi, et suis orationibus ac « meritis multa bona à Deo obtinuit populo; « sed et hâc vice speravit juvari per Samuelem. »
(Corn. à Lap.)

Lorsque Saül achevait l'holocauste, Samuel arriva. Il ne paraît pas que le péché de Saül ait été de lui-même le sacrifice, puisqu'il l'a apparemment offert par le ministère des prêtres de la race d'Aaron qui l'avaient suivi, comme on croit aussi que Samuel, qui était de la race de Lévi, et non de la famille d'Aaron, quoiqu'il fût prophète, n'a offert néanmoins le sacrifice que par les prêtres de la race sacerdotale, selon l'ordre établi de Dieu.

Mais sa faute consiste en ce qu'il n'a pas eu une déférence exacte pour les ordres de Dieu et de son prophète. Il voit que les ennemis sont proches et que le péril le presse. Il attend sept jours. Il est au septième auquel Samuel devait venir; il voit que le jour s'avance; il n'attend pas sa venue, il la prévient. Il se

distulit Samuel promissa: adfuit enim antequàm septimus clauderetur dies, vixdùm peracto sacrificio, cui cùm obvius occurreret Saül, eumque lætus de more salutâsset, rogatus ab illo quid fecisset, rem totam simpliciter edocuit. Tunc Samuel consilium damnavit tanquàm suis rationibus divinæque voluntati contrarium, et illam futuram esse dixit primam imperii labem (1).

conduit plutôt par des craintes humaines que par la confiance en Dieu, et par la prudence de la chair que par le respect qu'il devait avoir pour un prophète qui l'avait fait tout ce qu'il était. Lorsqu'il est repris de sa faute, il ne la connaît point. Il se justifie. Il autorise sa désobéissance par un prétexte de nécessité, sans considérer que la seule chose qui lui aurait été nécessaire dans le péril où il se trouvait, était d'attendre tout de Dieu et de Samuel, et non de lui-même, et qu'ainsi que dit un ancien Père, *il n'y a jamais de nécessité de pécher pour celui qui ne reconnaît qu'une seule nécessité, qui est de ne point pécher. Non est necessitas delinquendi quibus una est necessitas, non delinquendi.* (Sacy.)

(1) Vers. 12. — Faciem Domini non placavi. Reddi potest Hebræus: *Et faciem Domini non rogavi;* ejus opem sacrificiis non imploravi.

Necessitate compulsus. Hebræus: *Feci mihi vim, et immolavi;* vel in arctum redigi me sensi, et sacrificium immolare ausus sum: vacat lege necessitas. Vero propius credimus, manibus suis sacrificâsse, quod aperta textûs verba perspicuè docent. Samuel etiam per se non semel obtulit sacrificia, quanquàm nullo magis peculiari charactere, quàm Saül, in eam rem electus fuisset. Sacrificavit in Masphath, in Ramatha, in Bethlehem. Elias pariter sacra operatus est in monte Carmelo; sacra obtulit et David in pompâ translationis arcæ, et in areâ Areunæ. Salomon initio regni sui, ejusque populus in editis locis sacrificabant. Traditur non obscurè in Paral. 1, 5, ipse Salomon ascendisse ad altare æneum Gabaonis, atque ibi hostias obtulisse. Igitur si, Deo licet vetante, permissa tamen facultas censebatur erigendi aras, et offerendi sacrificia extra tabernaculum, quo tempore Deus nullam adhuc tabernaculo suo certam sedem constituerat; cur non etiam solvi quandoque posse censenda erat lex, cæremoniam præscribens certè non graviorem, quàm quæ modò expressæ sunt? Interdum igitur *datum sibi* esse laici arbitrabantur, ut sacrificia manibus suis offerrent. De ejus legis violatione nunquàm ipse se, nec alius quisquam Saülem redarguit. Ipse etiam Saülem aliàs admonuit ut sacrificia in Galgalis offerret. Narrat Scriptura sequenti capite Saülem relatâ de Philisthæis victoriâ, aram primùm excitâsse: quibus verbis, veluti innuitur, alias postea ædificâsse aras, nisi malueris eâ tacitâ reprehensione illum argui quòd non citiùs alare construxerit. Post Amalecitam expeditionem, obtulit pariter holocausta. Viri quidam doctissimi aiunt, Davidem non semel ephod sacerdotale gessisse, et sacrâ illâ veste amictum consuluisse Dominum de rebus suscipiendis.

Vers. 13. — Quod si non fecisses, jam nunc præparasset Dominus regnum super Israel in sempiternum (1). Hic nobis quædam occurrunt

Ipse pariter David solemnem benedictionem populo impertitur; impertitur et Salomon. Hebræorum reges nunquàm transgredi se fines potestati suæ præscriptos arbitrati sunt, hæc agentes quæ sacerdotalia videbantur, tunc præsertim cùm nullum adhuc templum staret; eo enim erecto, cautiùs sese continuerunt, scitumque est inter omnes quàm animadversioni subjectus fuerit Ozias, manum extendere ad thuribulum ausus. (Calmet.)

Necessitate compulsus. « Saül, inquit « Dion., mendosè se excusavit, quia non erat « necessitas vera, absoluta, sufficiens, talis- « que usurpata oblatio fuit magis offensiva « Dei, quàm placativa. » De hoc enim sacrificio dici potest, quod D. Bern. serm. 24 in Cant. dixit de sacrificio Caïni: « Munus, « inquit, mortuum offers Deo, sed peccas. » (Corn. à Lap.)

(1) *Samuel dit à Saül: Vous avez agi follement, et votre règne ne subsistera point à l'avenir.* Cet exemple est grand et terrible, pour nous apprendre à juger des fautes, non selon les apparences extérieures, mais par le fond du cœur, et selon que Dieu en juge lui-même. Car en comparant le péché de David avec celui de Saül, qui ne croirait que celui de David est beaucoup plus grand? Ne semble-t-il pas qu'un adultère joint au meurtre de celui qu'on a outragé si honteusement est bien plus capable d'irriter Dieu qu'une simple désobéissance à la parole d'un Prophète, qui est même accompagnée de la crainte d'un péril présent, et de quelques circonstances qui peuvent la rendre plus excusable? Cependant Dieu n'abandonne point David pour ses deux crimes, et il rejette Saül pour cette première faute. Mais la parole de l'Evangile est véritable en cette rencontre: *Ne jugez point selon les apparences: Nolite judicare secundùm faciem.* Joan. 7, v. 24. Dieu juge des fruits par la racine, et des actions par le fond du cœur. Le dehors du péché de David est très-odieux. Mais sa faute tient beaucoup plus de la fragilité humaine. Et aussitôt que le Prophète a levé le voile qu'il semblait avoir sur les yeux du cœur, et qu'il lui a fait envisager la laideur de cette action, il se condamne lui-même, il s'abaisse profondément devant Dieu, sans perdre la confiance en sa bonté infinie. Il prend tous les malheurs qui lui arrivent pendant sa vie comme de justes peines de son péché. Il est attentif à ménager les moindres occasions de s'humilier devant les hommes, et de satisfaire à la justice de Dieu. Enfin il devient un parfait modèle des vrais pénitents.

La faute de Saül, au contraire, qui est moins sensible au dehors, est beaucoup plus grande dans le fond du cœur, parce qu'elle tient plus de la malice et de l'orgueil du démon. Il désobéit à Dieu et au prophète parce qu'il est superbe; et lorsque Samuel lui a fait voir sa désobéissance, il ne se rend point, il ne s'humilie point; il garde après son péché la même fierté qui le lui a fait commettre, et il nous fait voir encore plus clairement combien était mauvaise

nonnihil implexa, quæ exploremus atque expediamus necesse est. Primum est, ecquod tam grave peccatum Saülis fuit, ut propter illud privari regno debuerit; quo supplicio in humanis nullum videbatur esse gravius? Nullum autem à Samuele videmus objectum, nisi quòd septem dies non expectavit : at expectâsse septem dies dicitur juxta placitum Samuelis. Lyra tria peccata in facto Saülis deprehendit, propter quod jure optimo ab oblato sibi regno deturbatus sit. Primùm, quia non expectavit totos integros dies ad offerendum sacrificium, quod exacto septemdiali spatio offerendum fuit: anticipavit enim sacrificii tempus, quod legitimo tempore immolâsset Samuel, qui satis opportunè se ad opus illud peragendum obtulerat. Deinde, quia sacerdotale munus sibi omninò regatum usurpavit. Sicut rex Ozias, qui cùm aggrederetur aliquid à regio atque profano instituto alienum, fœdam accepit plagam à leprâ, et non à regno solùm, sed etiam ab hominum societate depulsus est, 2 Paralip. cap. 26. Tertium, quia peccatum suum non agnovit, neque ignosci sibi postulavit à Domino; sed potiùs à se culpam omnem removit, quasi necessariò videretur sumptum esse consilium. Hæc Lyra. Nos hæc seorsùm exploremus singula; et de septemdiali spatio postea : nunc de sacerdotali munere supra facultatem regiam usurpato. Cum Lyrâ sentit Josephus, et Dionysius; negat Abulensis, et Cajetanus; quia cùm hoc gravius esset peccatum, quàm septem integros dies non expectâsse, non sanè illud propheta tacuisset. Deinde, quia secum in castris sacerdotes videtur habuisse Saül, quos cap. 14, v. 18, consulit. Dicitur autem in Scripturâ sacrâ ille sacrificare, qui suis sumptibus victimas adducit, quique suo imperio aut suasu sacerdotes sacrificare jubet. Sic Elcana supra, cap. 1, et Salomon lib. Reg. 3, cap. 3, sacrificâsse dicuntur, qui tamen eam ad rem alieno usi sunt ministerio.

Quòd autem peccatum suum non agnoverit Saül, sed potiùs excusationis umbram quæsierit, non videtur esse ejusmodi, ut ideò tam gravi supplicio mulctari debuerit; neque in excusatione aliquid videtur affinxisse mendacii; sed tantùm quid in præproperâ sacrificatione spectârit, commemorare simpliciter. Deinde quia eam Samuel reprobationis dicit esse causam, quòd Dei mandata, quæ præcepit, non custodierit. Ego eam causam reprobationis esse arbitror, quòd totos septem dies non exspectaverit, sacrificaveritque non per Samuelem, quod in Dei mandato continebatur, sed per se, ut quidam existimârunt; aut, quod censebamus esse probabilius, per sacerdotes alios. Ideò enim septem jussus est exspectare dies, ut sacrificaret in fine illorum Samuel, et Deum consuleret. Ita putat Rabanus, et docet Hebræorum istam esse sententiam. « Qui diligenter, inquit, inquiret, inveniet Saülem jure culpatum, et inobedientiæ reum. Apud Hebræos ita distinguitur : Et descendes ante me in Galgala. Ego quippe descendam ad te. Deinde infertur, ad offerendas oblationes et immolandas victimas pacificas : septem diebus exspectabis, donec veniam ad te, et ostendam tibi quid facias. Non ergo Samuel se exspectari septem diebus præcepit, sed ad offerendas oblationes et immolandas victimas pacificas se septem diebus exspectari voluit. Quod ille non fecit, et ideò meritò culpatur et stultitiæ arguitur. » Eadem penè dicit Angelomus.

At dices : Quod tantum scelus illud est, propter quod tanta ruina primum regem oppressit? Idem ego rogârim, quod tantum fuit peccatum, quod primum homo primus admisit; ut ideò inducta fuerit mors in orbem terrarum, et cum illâ tot malorum tam densa et tam implexa sylva? Rationem reddidit Isidorus Pelusiota epist. 181, cùm ageret de Ananiâ et Saphirâ. « Non, inquit, crudelitatis atque amentiæ fuit, quòd sapientissimus Petrus eos qui peccaverant morte affecit, verùm præscientis doctrinæ multa hominum peccata præsanantis. Nam cùm tunc Evangelii sementem facere incœpissent, ac statim enata zizania conspexissent, sapienti consilio ea sapienter evulserunt, ne unà cum tritico aucta futuro igni ad exustionem servarentur. Ad eumdem enim modum divinus quoque Moyses legem ab initio datam violatam perspiciens, etsi ob exiguum peccatum, saxis tamen obrui jussit, qui die sabbati ligna collegerat. » Est quidem acuta Pelusiotæ ratio : nam reverà cùm primum in aliquo genere aut statu graviter punitur peccatum, ab eo peccato deterrentur alii, et qui in eo sunt statu, cautiùs vivunt, quia sua peccata vident fore

cette disposition cachée dans le fond de son âme, puisque Dieu lui ayant offert ensuite une occasion très-favorable pour se reconnaître, et pour réparer cette première désobéissance par une plus exacte fidélité à ses ordres, bien loin de s'en servir pour se réconcilier avec Dieu, il l'irrite encore davantage, et il témoigne encore plus d'orgueil dans cette seconde occasion que dans la première. (Sacy.)

non impunita. Sic Deus, ut in parente primo disceret homo, quàm esset è re suâ obedientiam in minimis etiam præstare creatori suo, inobedientiæ peccatum primum severè mulctavit. Primus, qui violentas manus fraterno sanguine fœdavit, graves dedit et longas homicidii pœnas. Qui primi è sacerdotali genere alienum ignem ad sacrificium attulerunt, igne cœlitùs misso consumpti sunt. Qui è Christianorum cœtu factum Deo votum primi violârunt, repentinâ morte sublati sunt, ut hinc discerent qui sacerdotium inirent quàm exactè servari debeant sacrificales ritus; et qui aliquid Deo debent ex voto, quàm illud fideliter et plenè præstari debeat. Primus fuit Saül rex in Israël, primum præceptum, quod accepit à Domino fuit, ut expectaret septem dies donec à Samuele immolarentur hostiæ; expediebat maximè, ut reges, quotquot futuri erant in Israel, intelligerent, in administrandâ republicâ à Dei ducis et auspicis præscripto discedendum non esse. Atque ideò peccatum illud primum inobedientiæ regni jacturâ mulctatum est; quod supplicium posteriorum regum nemini ignotum esse poterat, tum quòd grave, tum etiam quòd primum regium nomen afflixit.

Gregorius hìc vim perseverantiæ cognoscit, quæ si desit, quæcumque priùs comparata fuerant, nullo ponuntur in numero; sed quasi dissoluto, aut potiùs non adhibito nodo effunduntur aut dissipantur è sacculo: « Ecce, « inquit, quàm magna perdidit, qui, ut puta- « bat, nulla contempsit. Ecce septem diebus « prophetam sustinuit, sed dùm præstolari « eum in fine dici desiit, gloriam tantæ digni- « tatis amisit. Unde et per prophetam dicitur: « *Væ his qui perdiderunt sustinentiam,* Ec- « cles. 2. Sustinentiam quidem perdunt, qui « bona, quæ inchoant, non consummant. Qui- « bus nimirùm væ esse dicitur, quia non so- « lùm incœpti laboris mercedem perdunt, sed « etiam apostatatûs sui pœnâ feriuntur. Pœna « autem superbi et inobedientis regis declara- « tur: Quod si non fecisses, præparâsset jam « Dominus regnum tuum, » etc.

Est etiam illud hìc vehementer obscurum, quomodò propter hoc peccatum reprobatus dici possit Saül, cùm cap. 15, tanquàm regi hoc illi mandatum dederit Deus, ut deleret funditùs Amalec, et veteres populi ulciscretur injurias? Tractavit hanc quæstionem Abulensis q. 11, et dicit, meruisse quidem Saülem, ut è regio solio pelleretur propter inobedientiam; non tamen nunc reipsà reprobatum esse atque deturbatum è regno. Quod etiam mihi placet, et addo comminationem hanc videri, ut rex magis se præberet in posterum divinis præceptis obsequentem; ne si suo se regeret arbitratu, magis quàm divino, funditùs caderet, sicut omninò cecidit anno postquàm regnum iniisset secundo. Quò autem res meliùs intelligatur, duæ nobis hìc regulæ observandæ sunt. Altera, aliquid tunc dici, aut videri factum, cùm dignum est ut fiat, aut quando id ausus est, propter quod debuit hoc vel illud nomen, aut hoc vel illud infortunium subire. Quomodò olim Christianus dicebatur *sanctus*, et nunc pontifex *sanctissimus* salutatur, quia id officium exigit et institutum quod hominem ad sanctitatem informat. Altera est, quod inchoatum est, censeri pro perfecto. Quomodò ille dicitur alium in crucem et restim adduxisse, qui viam ad peccandum aperuit, quam ille tandem sæpiùs ingressus in crucem actus est, aut spoliâsse bonis, qui semel invitavit ad ludum, cui alter deinde sæpiùs assuevit, aut artem edocuit, quam dùm ipse imprudenter exercet, bonorum omnium jacturam fecit. Sic ergo nunc reprobatus dicitur Saül, et è regno depulsus, quia propter inobedientiam eo privari meruit, et quia jam quodammodò privari cœpit, cùm illi regni jactura à Samuele denuntiata est. Sicut ideò Christus, ut dicit Augustinus lib. 3 de Cons. Evang. cap. 13, horâ tertiâ crucifixus est, Matth. 15, v. 25, cùm tamen actus in crucem fuerit horâ sextâ, quia horâ tertiâ damnatus fuit à Pilato, et clamatum à populo: *Crucifige, crucifige.* Tunc verò cùm aliquo modo Christo vel à judice, vel à populo denuntiata crux fuit, crucifixus appellari potuit, ut ait Augustinus. Sic etiam privatus regno dici potuit Saül, cùm audivit à Samuele: *Nequaquàm regnum tuum ultra consurget.*

Præparare regnum, idem est, quod confirmare et stabilire, Hebraicè, כון *eun.* Quod aliis quamplurimis locis sine dubio, *stabilire*, et *confirmare* valet. Sic Proverb. 8: *Quando præparabat cœlos aderam,* id est, *fundabat;* et patet, quia statim eâdem significatione per epexegesim dixit: *Quando æthera firmabat sursùm.* Et Psal. 23, per eamdem figuram dicitur: *Quia ipse super maria fundavit eam, et super flumina præparavit eam.*

Sed est hìc dubium grave, quomodò Deus præparare, id est, confirmare in æternum potuerit regnum Saüli, qui erat ex tribu Benjamin, cùm jam illud Dominus æternum fore dixerit in domo Juda, multis ante seculis?

Sic enim Jacob Genes. 49, de Judâ ; *Non auferetur sceptrum de Judâ, nec dux de femore ejus.* Huic difficultati optimè satisfacit distinctio illa, quæ jam scholas theologorum opplevit, de scientiâ absolutâ et conditionatâ seu mediâ, quæ difficultates huic similes, quæ in Scripturâ sacrâ frequenter occurrunt, optimè dissolvit. Eâ lege Deus in tribu Benjamin et in familiâ Saülis regnum Israel in æternum fundaret, si modò sese divinis præceptis obsequentem præberet : sed quia vidit Saülem ab eo quod Dei nomine foret à Samuele mandatum, recessurum, statuit regnum illud atque honorem in domo Juda fundare perpetuum. Quod prædixit Gen. 49, per patriarcham Jacob, illudque, ut constat, reipsà complevit. De hoc philosophandi genere agunt multi theologi scholastici, quorum id est proprium. Tu vide ex nostris Gabrielem Vazquez 1).

Vers. 14. — Quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum. Nondùm depositus est è regno Saül, adhuc regium retinet honorem et nomen, et tanquàm regi alii à Domino regiæ curæ mandantur. Tantùm dicit propheta quæsitum esse, non constitutum regem alium pro Saüle. Sed illud videtur huic cogitationi incommodare nonnihil, quòd etiam Deus præcepisse dicitur illi viro, ut esset dux super populum suum. Quod indicare videtur, non solùm designatum in posterum, sed etiam constitutum esse regem Davidem. Huic objectioni occurrit satis Scripturæ consuetudo, quæ id factum dicit, quod proximum est ut fiat. Quomodò Christus, Matth. cap. 9, de puellâ jam mortuâ dixit : *Non est mortua puella, sed dormit,* quia mors illi quasi somnus fuit, à quâ non aliter excitata fuit puella, quàm à somno dormiens. Qui loquendi modus nascitur ex illâ Hebræorum consuetudine, quæ in comparationibus omittere solet similitudinis formam. Quare sicut hujus loci ea sententia est, puellam perinde se habere atque si mortua non esset, et habere se perinde ac si à somno esset, non à morte correpta : sic etiam virum, nempe Davidem sic esse regno proximum, ac si jam Deus illi præcepisset, ut regni susciperet curam. Aut si mavis, dicamus Samuelem locutum esse more prophetico, et propter rei certitudinem ac firmitatem, pro futuro tempore adhibuisse præteritum.

Quòd autem hoc loco Saül non fuerit exturbatus è regno, sed tantùm de ipsius jacturâ minaci fuerit vaticinatio perculsus, docet Abulensis q. 11. Primùm, quia cap. 15, illud est Saüli mandatum à Samuele negotium, quod ab uno rege aut supremo rege administrandum videbatur : *Vade et percute Amalec*, etc. Deinde quia aliter hìc loquitur propheta, quàm cap. 15, cùm secundò à Saüle peccatum est. Hoc enim loco tantùm audit Saül : *Nequaquàm regnum tuum ultra consurget. Quæsivit Dominus virum*

(1) « Saül voulant marcher contre les Philistins, ne put le faire parce que le prophète « le fit attendre sept jours à Galgala où il avait « promis de se rendre pour un sacrifice. Les « Philistins, profitant de l'absence du roi, « remportèrent une victoire complète sur les « Israelites qui n'avaient point leur monarque « à leur tête. L'homme de Dieu, peu touché « des maux de sa patrie, espérait sans doute « que cet échec rendrait Saül odieux, et faci- « literait le projet qu'il avait déjà formé de le « déposer et de donner son royaume à un « autre. Cependant le roi, lassé d'attendre, « et voyant que l'armée se mutinait et déser- « tait, ordonna que l'on offrît les sacrifices « sans attendre le prophète. Celui-ci arriva « lorsque tout était fini; il fit au roi des re- « proches sanglants pour avoir eu la témérité « d'empiéter sur les fonctions sacerdotales, « crime pour lequel il le déclara déchu de la « couronne. Saül ne put jamais apaiser le saint « homme, qui lui-même, contre la loi de Moïse, « usurpait depuis long-temps la dignité de « grand-prêtre. » Tissu de faussetés et de calomnies. Ce fut Jonathas, fils de Saül, qui fit le premier acte d'hostilité contre les Philistins, et Samuël ne le désapprouva point. Il ne fit point attendre Saül au-delà du temps convenu, puisqu'il arriva le septième jour. S'il avait des raisons de prévenir ce moment, il ne tenait qu'au roi d'envoyer chercher le prophète. Il est faux que les Philistins aient profité de l'absence de Saül et qu'ils aient remporté une victoire complète ; comment auraient-ils gagné une victoire pendant que personne ne combattait ? Il est dit seulement qu'il sortit de leur camp trois détachements pour faire du dégât ; alors même Jonathas, suivi de son écuyer, pénétra dans leur camp, répandit la terreur parmi eux; ils s'entretuèrent et furent entièrement défaits. Le prétendu projet de Samuël est donc un rêve des incrédules. Samuël ne pouvait prévoir ni l'entreprise de Jonathas, ni la terreur panique qui avait d'abord saisi les Israélites, ni leur désertion.

Saül n'ordonna point d'offrir le sacrifice, il l'offrit lui-même. Pourquoi ne le pas faire offrir par Achias et par les prêtres? Il fut donc repris par Samuël avec raison. Il n'est pas vrai que Samuël ait déclaré Saül déchu de la couronne. Il lui dit : *Si vous aviez été fidèle à l'ordre du Seigneur, il vous aurait assuré la royauté à perpétuité ; mais elle ne subsistera point chez vos descendants.* En effet Saül conserva la royauté jusqu'à la mort.

Il est faux que Samuël ait usurpé la dignité de grand-prêtre : Achias en était revêtu dans le temps dont nous parlons. Enfin il est faux que Samuël ait violé la loi de Moïse ; elle ne défendait point à un prophète d'offrir des sacrifices : elle ordonnait au contraire à la nation d'obéir aux prophètes. (Duclot.)

juxta cor suum. At cap. 15, post alterum peccatum, verba sunt duriora multò, quæque reprobationem significantiùs indicant, v. 23 : *Pro eo quòd projecisti sermonem Domini, projecit te Dominus, ne sis rex super Israel.* Et v. 28, apertè dicit Samuel, ideò Saülem excidisse regno, *quia non obedisti,* inquit, *voci Domini, neque fecisti iram furoris ejus in Amalec*, etc. Cùm verò in priori peccato Samuel à Saüle non recesserit, quia ex Galgalis ad Gabaa usque comitatus est, in posteriori tamen tanquàm jam reprobato ita recessit, ut illum ad diem usque mortis ampliùs non viderit, cap. 15, v. 35. Adde, quòd hoc ipsum jam antea dudùm prædictum fuerat à Balaam, Num. cap. 24, v. 7 : *Tolletur propter Agag rex ejus, et auferetur regnum illius.* Ex quibus acutè, et meo judicio verè conjectat Abulensis, si non accessisset secundum de Agag, propter primum peccatum de septemdiali expectatione non fore Saülem deturbandum è regno, quod superiores rationes non difficilè suadent. Accedit præterea illa omnium fortassè gravisssima, quia usque ad peccatum de dimisso Amalec, omnia Saüli ceciderunt ex voto; post verò, omnia prorsùs cecidêre contraria, ut suis locis manifestè constabit.

Juxta cor suum. Hunc locum adduxit Paulus, Actor. 13, v. 22, ubi nonnulla addit explicationis, ut opinor, gratiâ, quæ hoc loco non sunt : *Amoto,* inquit, *illo* (nempe Saüle, à regno) *suscitavit illis David regem, cui testimonium perhibens dixit : Inveni David filium Jesse, virum secundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Hæc nos pluribus explicuimus super Acta, quæ hùc repetere libet, quia quid hìc addam, quod magni referat, nihil succurrit; et satis, ut reor, ibi laboratum est, in explicando vero atque germano sensu. Sic igitur nos illic :

Ideò David secundùm cor Dei esse dicitur, quia ea quæ volebat cor Dei, volebat cor Davidis, et exequebatur ea. Et hanc opinor sententiam esse propriam atque germanam, quia Saüli, qui minùs Deo obsequens fuit, opponitur David divinæ voluntati obsequentissimus : et ostendit ipse Dominus qui statim subdit : *Qui faciet omnes voluntates meas.* Quæ verba, juxta sacræ Scripturæ morem, fortassè per epexegesim, sunt explicatio verborum præcedentium : ille enim est secundùm cor Domini, qui totum se ad ejus voluntatem finxit, et quò illam expleat, negavit suam. Talis verò non fuit Saül, qui non tam Dei consilio, quàm suo arbitratu rem moderabatur bellicam et publicam. Hæc porrò extrema verba in l. 1 Reg. supra, non sunt; sed non est dubitandum fuisse à Deo dicta, sicut alia multa, quæ à sacris et canonicis historicis omissa sunt, et ab aliis posterioribus addita. Vide quæ diximus in illud Actor. c. 1 : *Quia Joannes quidem baptizat aquâ.* Est autem mihi maximè probabile, sermonem hìc esse non de omni voluntate Dei, sed de illâ quæ ad regni bellorumque administrationem pertinebat, ut ex causâ reprobati Saülis facilè conjicitur. *Eò,* inquit Samuel, *quòd non servaveris quæ præcepit Dominus.* Præceperat autem, ut habetur c. 10, ut expectaret septem diebus in Galgalis. Ubi observandum, hoc esse primum præceptum, quod Saüli jam regi impositum est; et ideò ejus violatio tam severè mulctata est. Nam quemadmodùm primus homo punitus omnibus hominibus documento fuit, quàm Domino peccata displiceant, sic etiam qui primus regiam dignitatem obtinuit in populo Dei, omnibus regibus ostendit, propter inobedientiam spoliatus regno, quàm gravia sint regum peccata. Hujus ergo inobedientiæ opponitur obedientia Davidis, qui specialia ipsi in publicâ gubernatione mandata proposita tam promptè et constanter executus est. Fuerunt tamen aliæ Dei voluntates, à quibus recessit non semel David, propter quæ expertus est Deum severum vindicem. Probant Bersabee adulterium, Uriæ cædes, populi numeratio. Sed hæc non fuerunt contra præcepta uni Davidi regi præcipua, sed omnibus hominibus communia.

Hæc explicatio magis mihi videtur ad litteram, licet alia etiam occurrat non aliena, juxta ea quæ Actor. c. 1, notata sunt, ad illud : *De omnibus, ô Theophile.* Nam si in magno numero pauca deficiunt, universè aliquid dicitur fieri. Sic hoc loco, quia David divina præcepta in corde abscondit, ne peccaret, eaque toto vitæ tempore accuratissimè servavit, etiamsi aliquando graviter offenderit, omnes tamen Dei voluntates ex Scripturæ more fecisse dici potest. Nam de eo dicitur 3 Reg. 15 : *Eò quòd fecisset David rectum in oculis Domini, et non declinâsset ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Uriæ Hethæi.* Ad perpetuum ergo vitæ tenorem respexisse videtur Dominus potiùs quàm ad unum vel alterum opus. Et in hanc propè sententiam hunc locum accipiunt Basilius, homiliâ de Pœnitentiâ, Augustinus in libro 8 Quæst. ad Dulcitium q. 5, ad initium. Hoc fortassè cor Davidis juxta cor suum significare voluit Deus, cùm dixit Eccl. 47 : *Quasi adeps separatus à carne, sic*

David à filiis Israel. Quasi dicat : Quemadmodùm Deus in sacrificiis sibi ex totâ victimâ adipem vendicat, repudiatis aliis, sic totum sibi vendicat Davidem, quasi nihil haberet in eo quod rejiceret.

Vers. 15. — Surrexit autem Samuel, et ascendit de Galgalis in Gabaa. Hinc constat, nondùm fuisse Saülem reprobatum à Domino, quando illum Samuel non deseruit, sicut fecit postea in causâ Amalec ; sed cum illo de Galgalis profectus est in Gabaa.

Et reliqui populi ascenderunt post Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. Diximus supra, eos qui ad Saülem undequàque convenerant, post stationem Philisthinorum à Jonathâ percussam, timore perculsos aliò atque aliò fuisse dilapsos. Nunc dicit eos qui ex illâ fugâ reliqui fuerunt, qui non fuerunt plures sexcentis, ascendisse de Galgalis in Gabaa, ut occurrerent populo, nempe Palæstinorum, qui in ipsos acies effuderant infensas ; qui collem tenebant Benjamin ; et cùm è superiore loco dimicarent, non dubia videbatur futura victoria. Fuerunt autem hi qui adhuc erant in statione ; quæ statio dicitur *collis Benjamin;* qui locus, ut nomen ipsum præ se fert, munitus erat à naturâ et aptus, ut in eo esset militare præsidium. Neque difficile fuit Philisthinis, qui in Machmas locum proximum, ut ex sequenti cap. constat applicuêre castra, alios submittere præsidiarios milites supplementum illorum, quos Jonathas aut occiderat paulò ante, aut in fugam compulerat. Hi ergo cùm inermes esse scirent eos qui cum Saüle è Galgalis ascendebant in Gabaa, egressi è militari statione aut prædabantur, aut occidebant eos qui è Galgalis in Gabaa, tritâ atque frequenti viâ progrediebantur statuit Saül illi tanto malo quamprimùm occurrendum. Igitur sexcentos viros qui reliqui fuerant è populo, contra stationem illam rapit, et tandem pervenit in Gabaa, ubi sese cum Jonathâ filio suo conjunxit, quem, ut supra vidimus, eodem loco cum mille viris ante reliquerat. Hæc verba in Hebraico textu non sunt (1), et in aliquot editionibus vulgatis non inveniuntur, ut in Bibliis Regiis et Complutensibus. Horum verborum obscurus est et implexus sensus ; quem adduxi videtur minùs impeditus.

Vers. 16. — Porrò Philisthiim consederant in Machmas. *Machmas* non procul aberat à Gabaa, in quâ vires et castra conjunxerant Jonathas et Saül, ut liquet ex c. 15, v. 5. Quare commodè potuit Jonathas cum armigero socio in castra Philisthinorum irrumpere, ut dicemus statim.

Vers. 17. — Et egressi sunt ad prædandum de castris Philisthinorum tres cunei (1). Cùm vis maxima bellici apparatûs, et magnus bellatorum numerus esset in castris Philisthinorum, et exiguæ essent Hebræorum vires, illæque inermes et pavidæ, ausi sunt Philisthini vires distrahere, variisque modis vexare Hebræorum fines. Quare in tres partes egressæ sunt totidem Philisthinorum acies, quæ prædas agerent, et hostium vires et facultates attererent. Neque in eâ distractione putabant aliquid esse periculi, cùm ipsi viris abundarent, et omni instructu militari ; alii verò et despondissent animos, quod ostendebat ignobilis et repentina fuga, neque arma haberent ulla, quæ armatis et strenuis cohortibus opponerent (2).

Vers. 19. — Porrò faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israel (3). Quò ma-

(1) Vel si leguntur, præfiguntur obelo, veluti si textûs additamentum essent. (Calmet.)

(1) Hebr., *tria capita;* Chald., *tres turmæ ;* Septuag., *tria principia* ; Vatabl., *tria agmina. Cuneus,* propriè est ferrum acutum, quod sensim crassescit, quo in fissuras inserto ligna finduntur. Unde illud : *Malo nodo malus quærendus est cuneus.* Hinc per metaphoram, cuneus significat peditum multitudinem in cunei formam redactam, quæ in acie angustior et quasi acutior, deinde latior densiorque procedit, ait Vegetius l. 2. de Re milit. Unde Virgil. 12 Æneid. :

Densi, cuneis se quisque coactis
Agglomerant. (Corn. à Lap.)

(2) Contra viam Ephra ad terram Sual. Ephra patria est Gedeonis, sita in dimidiâ tribu Manasse cisjordaninâ. *Terra Sual,* vel terra Vulpis, longiùs hinc removenda non est ; certus tamen ejus situs ignoratur.

Vers. 18. — Beth-horon. Ipsa creditur *Bethoron* inferior, ad occidentem et septentrionem Gabaæ, ubi erat Saül.

Ad iter termini imminentis valli Seboim contra desertum. Seboim una erat ex urbibus cœlesti igne cum Sodomâ et Gomorrhâ absumptis. Vallem igitur Seboim excurrisse opus est circa tractum maris Mortui : sed ubi potissimùm, ignoratur. Sunt qui Seboim generico sensu accipiant : *In valle basiliscorum, in valle hyænarum,* vel *damarum.* (Calmet.)

(3) Quî cohæreant ista cum pace, quâ Israelitæ fruebantur sub regimine Samuelis, et cum eo Scripturæ loco capite 13 : *Facta est manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis?* Si hæc revoces ad ætatem Samgar, qui sexcentos Philisthæos vomere armatus interfecit, vel ad Samsonem, qui bello afflixit Philisthæos, omnibus licet armis et ferro destituti, nimiam Scripturæ vim inferas. Si verò illud affirmes, Samuelem in pace Israelitas ita conservâsse, ut novo illos jugo à Philisthæis opprimi passus

gis appareat, quemadmodùm omnis à Deo victoria sit, quàmque expediat illius tutelæ, ac curæ bellorum administrationem et pondus esse commissa, ostendit quàm infirmæ fuerint Hebræorum vires, cùm ex magno militum numero sexcenti tantummodò relicti fuerint; cùm starent contra triginta millia curruum, et ea equitum ac peditum multitudo, ut cum arenâ

non sit, non tamen veteri penitùs liberârit, cujus veteris jugi pars erat durissima hoc armorum interdictum; perinde esset, quantùm capio, ac si aperto Scripturæ testimonio repugnares: disertè enim Scriptura affirmat, absolutâ libertate donatos fuisse Israelitas sub Samuele. Præstat igitur reputemus Philisthæos usum armorum interdixisse Hebræis jam inde ab ætate Heli, cavisse etiam ne in regione suâ ex fabris ferrariis quempiam haberent; hisce autem carentes Israelitas toto illo viginti annorum spatio, quibus Samuel imperavit, jacturam suam reparare neglexisse, eoque quo fruebantur otio contentos, in regionem suam armorum fabros invitare non curâsse, uti neque fabros instrumentorum colonicorum, cùm longâ consuetudine assueti essent, ea sibi è Philisthæis comparare. Non temerè etiam asseruerimus, labente jam regno Samuelis et ineunte Saülis, Philisthæos superiores viribus evasisse, ac vetuisse ne Israelitæ arma cuderent, neve armis uterentur. (Calmet.)

Audi B. Petrum Damiani l. 1, epist. 18, quæ ordine est 106: « Spiritualis quisquis conventus, « si fraterni zeli frequenti correptione non « utitur, Israeliticæ plebis mysticâ laborat ino- « piâ; quæ, videlicet incipiente Saül regis im- « perio, fabrum ferrarium non habebat. » Et paulò post: « Philisthæi, inquit, de terrâ Israel « fabros ferrarios tollunt; cùm maligni spiritus, « falsæ pietatis obtentu zelum correptionis de « fratrum labiis auferunt. » Causam subjicit: « Sicut ferrum reliqua metalla fortiter edomat, « ita correptionis malleus vitia delinquentium « reprimit, et quasi cudendo rigidæ mentis du- « ritiam frangit. » Ex quibus concludit: « Si « de sacro conventu, correptionum censura « subtrahitur, disciplinæ vigor funditùs ener- « vatur, et religio tota destruitur, quia dùm « unusquisque propriæ sequitur voluntatis ar- « bitrium, ad secularia rediens, spiritualis ob- « servantiæ violat institutum. » (Corn. à Lap.)

Or il ne se trouvait point de forgeron dans toutes les terres d'Israël. Le soin que l'Écriture dit que les Philistins avaient pris de ne laisser point de forgeron dans Israël qui pût faire aucunes armes, est une précaution ordinaire des victorieux à l'égard de ceux dont ils se sont rendus les maîtres, qu'ils ont soin de désarmer afin de les mettre dans l'impuissance de se tirer de leurs mains et de recouvrer leur première liberté. Les démons, dont les Philistins étaient la figure, n'ont garde d'oublier cet artifice, et lorsqu'ils tiennent des âmes captives, ils les empêchent autant qu'ils peuvent d'avoir les armes qui leur sont nécessaires pour se délivrer de leur tyrannie. Ces armes sont principalement la parole de Dieu, qui est non seulement une lumière pour éclairer les âmes, mais encore un bouclier pour les mettre à couvert contre toutes les attaques des hommes. Ainsi ces esprits de mensonge tâchent de leur en ôter toute la connaissance et tout le désir. Et comme il n'y a rien *qui aiguise mieux le fer que le fer,* c'est-à-dire, selon Salomon, comme il n'y a rien qui excite plus à la vertu que la vue d'un homme éclairé et vertueux: *Ferrum ferro acuitur, et homo exacuit faciem amici sui,* Prov. 27, 17, ils empêchent avec soin qu'il n'y ait personne qui puisse, par sa lumière et par sa sainte vie, donner des exemples de piété qui anime les autres; et s'ils s'en trouvent quelques-uns, ils tâchent de les rendre suspects, afin qu'on n'ait aucun égard à ce qu'ils disent ni à ce qu'ils font. Ils ont même l'adresse, comme il est marqué des Philistins, que *tout le fer qui s'aiguise ne* soit aiguisé que par eux, c'est-à-dire que s'il y a des ministres de l'Église qui parlent et qui instruisent, ce ne soit que d'une science toute humaine et toute séculière, qui ne soit propre *qu'à aiguiser des socs de charrue,* c'est-à-dire, qui n'apprenne aux hommes que ce qui regarde la terre et les biens de cette vie. C'est pourquoi il est marqué qu'il ne se trouva personne, hors Saül et Jonathas, *qui eût une épée,* dont il pût se servir au jour du combat, pour nous apprendre que le démon, qui est l'esprit du mensonge, tâche autant qu'il peut d'étouffer la science de la vérité et de la parole de Dieu qui *est cette épée spirituelle,* dont parle saint Paul, *qui a deux tranchants, et qui pénètre jusque dans le fond du cœur: Gladium spiritûs quod est verbum Dei,* Ephes. 6, 17. Saint Grégoire donne encore un autre sens à cette figure. Il dit qu'elle nous marque les avantages de la connaissance que l'Église peut tirer des belles-lettres et de l'éloquence solide et naturelle qui se trouve dans les ouvrages des plus excellents païens. Car, comme ils ont eu certainement de très-grands esprits, et que la lumière qu'ils ont reçue est un don de Dieu, qui a subsisté parmi les ténèbres de leurs erreurs et le déréglement de leur vie, on peut prendre d'eux ce qu'ils ont d'utile, en retranchant ce qui est contraire aux vérités que Dieu nous a fait connaître et aux règles saintes qu'il nous a commandé de suivre. C'est pourquoi saint Augustin nous apprend que « puisque l'on peut faire un « usage très-saint de l'éloquence qui se trouve « dans les ouvrages de ces grands esprits, lors- « qu'on les lit avec la modération que la sa- « gesse chrétienne nous doit prescrire, il faut « que les jeunes gens tâchent d'y apprendre « la manière dont on doit soutenir ce qui est « juste, et se défendre des artifices de ceux qui « savent parler d'une manière vive et attirante, « et qui s'insinue agréablement dans les esprits, « *afin que la vérité ne demeure pas comme nue et* « *désarmée contre les attaques du mensonge.* » (Sacy.)

« Les Juifs, dit Voltaire, étaient des esclaves « auxquels il n'était pas permis d'avoir *des* « *armes.* Ils n'avaient pas le droit de forger le « fer, pas même celui d'aiguiser chez eux les « socs de leurs charrues, et le tranchant de « leurs cognées. Il fallait qu'ils allassent à leurs « maîtres pour les moindres ouvrages de cette « espèce; les Juifs le déclarent dans le livre « de Samuël, et ils avouent qu'ils n'avaient ni « épée ni javelot, dans la bataille que Saül et

maris conferri posset. Quis crederet à paucis, illisque inermibus, tantam vim hostium sterni ac subjugari posse? Sed fecit hoc Dominus eventu planè prodigioso, qui statim capite sub-

« Jonathas donnèrent à Béthaven contre les « Phéniciens ou Philistins..... Il est vrai qu'a- « vant cette bataille, *gagnée sans armes,* il est « dit au chapitre précédent que Saül, avec une « armée de 330,000 hommes défit entièrement « les Ammonites; ce qui semble ne pas s'accor- « der avec l'aveu qu'ils n'avaient ni javelots, « ni épées, ni *aucune arme.* » La bataille de Béthaven fut gagnée sans épées ni javelots, cela est très-vrai. Il n'y avait point en Israël de forgerons, et les Israélites étaient obligés de porter chez les Philistins les socs de leurs charrues, leurs cognées, etc., pour les aiguiser et leur donner le tranchant. Mais de ce que les Juifs n'avaient ni épées ni javelots, s'ensuit-il qu'ils n'eussent point d'autres armes? N'a-t-on pas vu, 800 ans après, dans l'armée de Darius Codoman, une nation entière qui n'avait d'autres armes que la fronde et des bâtons durcis au feu? Est-il surprenant qu'avec des armes à peu près semblables les Israélites, protégés de Dieu, aient vaincu les Ammonites, habitants du désert, qui peut-être n'étaient pas beaucoup mieux armés?

Quoique Voltaire répète jusqu'à trois fois, en quelques lignes, que les Juifs *n'avaient aucune arme,* l'Écriture ne dit rien de pareil. Elle se contente de dire qu'il n'y avait dans tout Israël que les épées et les javelots de Saül et de Jonathas : mais si elle garde le silence sur l'espèce d'armes dont se servirent les Israélites dans le combat, on ne doit point en conclure qu'ils n'en avaient d'aucune sorte. Comme il ne paraît point qu'en cette occasion Dieu ait interposé sa puissance d'une manière surnaturelle, il faut penser que les Israélites eurent recours à des moyens humains. N'avaient-ils donc ni arcs ni frondes? Ne purent-ils pas à coups de flèches, et avec des pierres lancées d'un bras vigoureux, mettre en désordre les troupes ennemies, et, la cognée à la main, achever ce que leurs traits avaient si bien commencé?

« D'ailleurs les plus grands rois ont eu rare- « ment à la fois trois cent trente mille combat- « tants effectifs. Comment les Juifs, qui sem- « blent errants et opprimés dans ce petit pays, « qui n'ont pas une ville fortifiée, *pas une arme,* « pas une épée, ont-ils mis en campagne trois « cent trente mille soldats? » Le sophiste est étonné de ce que les Israélites mettent sur pied 330,000 hommes; nous le sommes bien davantage de voir un homme qui veut paraître si savant, ignorer que dans les anciens temps tous les hommes en âge de porter les armes étaient obligés de marcher à l'ennemi. Il a sans doute lu Hérodote qu'il nous a opposé si souvent. A-t-il donc oublié le traitement barbare que fit Xerxès à Pythius, grand seigneur lydien, qui l'avait reçu lui et toute son armée, avec la plus grande magnificence? Ce prince, enchanté de la réception de Pythius, venait de contracter amitié avec lui. Ce seigneur, croyant l'occasion favorable, lui demanda, pour avoir soin de sa vieillesse, l'aîné de cinq enfants qui étaient à son service. Xerxès indigné fit mourir

sequenti describitur. Nunc rationem ostendit, cur armorum apud Hebræos tanta solitudo : de quâ nos aliquid diximus supra, cap. 7, ad illud v. 14 : *Liberavitque Israel de manu Philisthinorum;* ubi ostendimus, quomodò liberatus dici potuerit Israel à Philisthino jugo, et tamen neque facultatem habuerit è ferro cudendi instrumentum sive bellicum, sive rusticum. Inde pete. Fuit quidem durum, prudens tamen Philisthinorum consilium, usitatumque ab aliis, neque arma permittere, neque armorum cudendorum facultatem ullam iis quos sub potestate suâ continere vellent : multò enim faciliùs inermes quàm armati imperata faciunt; et ubi

cet aîné, et crut faire grâce à ce père infortuné en ne lui ôtant point la vie ni à ses quatre autres enfants. Nous concluons de ce récit que tous les sujets de Xerxès, en âge de porter les armes, étaient obligés de le servir, de quelque rang qu'ils fussent. Ecoutons un philosophe moderne : « De ces diverses raisons combinées, « il résulte que dans ces contrées (la Syrie), un « terrain d'une moindre étendue peut conte- « nir une population double et triple. On se récrie « sur des armées de 2 et 300,000 hommes, « fournies par des états qui, en Europe, n'en « comporteraient pas 20 ou 30,000; mais l'on « ne fait pas attention que les constitutions « des anciens peuples différaient absolument « des nôtres; que ces peuples étaient pure- « ment agricoles qu'il y avait moins d'iné- « galité, moins d'oisiveté que parmi nous; que « tout cultivateur était soldat, qu'en guerre « l'armée était souvent une nation entière; « qu'en un mot c'était l'état présent des Maro- « nites et des Druses..... Sans parler des té- « moignages positifs de l'histoire, il est une « foule de monuments qui déposent en leur « faveur : telles sont les ruines innombrables « semées dans des plaines et même sur des « montagnes aujourd'hui désertes. On trouve « aux lieux écartés du Carmel des vignes et des « oliviers sauvages qui n'y ont été portés que « par la main des hommes; et dans le Liban « des Druses et des Maronites les rochers aban- « donnés aux sapins et aux broussailles offrent « en mille endroits des terrasses qui attestent « une ancienne culture, et par conséquent « une population encore plus forte que de nos « jours. »

Nous pourrions apporter bien d'autres exemples pareils. Mais qu'est-il nécessaire d'en aller chercher dans l'histoire profane, lorsque l'Histoire sacrée nous en offre un dans l'endroit même que le critique avait sous les yeux?

Saül, apprenant que les Ammonites marchaient contre Jabès de Galaad, mit en pièces les bœufs avec lesquels il labourait son champ, en envoya les morceaux partout le pays, et menaça de traiter de même les bœufs de tous ceux qui ne se rendraient pas sous ses étendards. Bien loin d'être surpris, après une telle menace, que Saül ait eu une armée de 330,000 hommes, on aurait plutôt lieu de l'être qu'elle n'ait pas été plus nombreuse.

(Duclot.)

officinæ sunt ferrariæ, et formandi ex ære quodcumque vas libera potestas, conflari quoque possunt gladii, et quæ non sinant alios in subactis regionibus dominari liberè.

Sanè cautum fuit severè legibus, ne servus aut militaret, aut gladio, sicut ingenui cives, accingeretur; sicut etiam nunc multis in locis servatur diligenter. Item si qui subacti sunt bello, quia cùm inviti serviant, et vectigalia pensitent, si armis essent instructi, aspirarent ad libertatem; et cum gravi dominorum suorum infortunio jugum excuterent servile. Sanè servi, qui duce Spartaco bellum Romanis, suis nempe dominis intulêre, nullis erant armis instructi; sed raptim ex obviâ quâque materiâ gladios sibi et corporis munimenta comparârunt. De quibus ita Florus l. 3, c. 20 : « Cùm « jam esset justus exercitus, è viminibus, pe- « cudumque tegumentis inconditos sibi cly- « peos, et ferro ergastulorum recocto gladios « ac tela fecerunt. » Ad hanc consuetudinem sinè dubio respexit Virgilius lib. 9 :

..... Quem serva Lycinia furtim
Sustulerat, vetitisque ad Trojam miserat armis.

Porsena, ut auctor est Plinius, l. 34, c. 14, arma Romanis non permisit. « In fœdere, quod « expulsis regibus populo Romano dedit Por- « sena, nominatim comprehensum invenimus, « ne ferro nisi in agriculturâ uterentur. » Idem fermè, quòd Philisthini, in eumdem populum fecêre Chaldæi, qui, ut habes l. 4 Reg. c. 24, v. 14, et clariùs Jer. c. 24, v. 1, et c. 29, v. 2, omnem fabrum tam lignarium quàm ferrarium abstulerunt, et qui nôsset aut munire urbem, aut metari castra. *Transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Jechoniam filium Joachim regem Juda, et principes ejus, et fabrum, et inclusorem de Jerusalem; et adduxit eos in Babylonem.* Fecisse autem Chaldæos, quod fecêre hoc tempore Philisthini, docet Angelomus in l. 4 Reg. de quo nuper : « Hoc est, inquit, quod populo « Israel Philisthiim regnantes fecisse narran- « tur, cùm ducitur : *Porrò faber ferrarius non « inveniebatur in omni terrâ Israel.* Caverant « enim Philisthiim, ne fortè facerent Hebræi « gladium aut lanceam. Sicut enim illi cave- « rant, ne habentes fabros ferrarios Hebræi, « arma ad repugnandum facerent, ita nunc « Chaldæi destructâ Jerusalem, et vastatâ omni « terrâ promissionis, satagunt ut nullus in eâ « remaneat artifex, nullus inclusor, qui vel « fœdata urbis mœnia componere, vel posset « resarcire disrupta. »

Vers. 20. — Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim (1), ut exacueret unusquisque vomerem suum, et ligonem, et securim, et sarculum. Non est credibile in regionem Philisthinorum, quæ à multis partibus Israelitidis regionis longè distabat, descendisse Hebræos, ut vomerem, aut ligonem acuerent, sed habuisse Philisthinos variis in locis Israelis stationes suas, et in his ferrarias officinas, ad quas cùm retusi essent ligones, vomeres et secures, recuderentur ad rurale negotium. Et id quoad illorum consilium, perinde erat atque si in Palæstinâ tantùm fabricæ essent ærariæ, aut ferrarii artifices. Id enim illi spectabant, ut inermes essent Hebræi, neque ullo modo tacitè fabricatis armis, aut tentarent aliquid audacius, aut aliquid inopinatum et novum molirentur. Cui rei satis videbatur esse provisum, si nullus esset ferrarius ex Hebræo semine (2).

(1) Ægrè admodùm id intelligendum est de universis Judæis trans et citra amnem; veri enim simillimum esse arbitramur, imperium Philisthæorum trans amnem sese non porrexisse, neque fortè etiam ad loca maximè septentrionalia regionis, Phœniciam versùs, excurrisse. Illud tamen constat, tribus Juda, Simeonis, Dan, Benjamin et Manasse, in eas angustias redactas fuisse, ut cogerentur migrare in regionem Philisthæorum, vel saltem in loca quæ præsidio illorum tenebantur, veluti Machmas, Bethel, Gabaam.

Ut exacueret unusquisque vomerem suum. Hebræa vox significare potest quodvis instrumentorum, vel utensilium genus, fabros lignarios, lapidarios et metallorum fusores. Syriacus, Arabs et Septuaginta explicant de falce; sed commodè exponi potest de instrumentis colonicis et vomere.

Ligonem. Hebræa vox propriè esse creditur ferrum illud acutum, quod in vomere terram scindit. Septuaginta : *Vas suum.* Apud Prophetas non rarò legitur fore ut tempore pacis ac felicitatis Israelitæ reforment gladios suos in vomeres; ac vicissim belli tempore vomeres in gladios redigant.

Et securim. Syriacus : *Rutrum suum.* Plerique tamen favent *securi.*

Et sarculum. Septuaginta : *Falcem.* Eadem est in Hebræo vox מחרשתו, quæ supra versa est vomer. Vox est autem generica, uti supra animadvertimus. (Calmet.)

(2) Vers. 21. — Retusæ erant acies vomerum. Hebræus variè redditur : *Instrumenta colonica erant veluti in modum serræ; eorum acies retusa, dentata erat veluti serra.* Vel : *Coacti erant uti limâ ad acuendas acies vomerum, nisi quis vellet ad Philisthæos proficisci.* Syriacus : *Limâ utebantur in falcem;* recidit id in priorem interpretationem : Falces eorum et colonica instrumenta à nihilo meliùs quàm limæ apta erant ad scindendum. Septuaginta : *Erat vindemia parata ad metendum.* Scholiastes : *Lima habebat ora vomerum,* acies habebant hebetatas.

Vers. 22. — Cumque venisset dies prælii, non est inventus ensis et lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule et Jonatha, excepto Saule et Jonatha (1). Mirum planè, et quod vix curiosus aliquis et paulò in judicando præceps et audax verisimile putet, cùm audierit paulò ante Philisthinorum stationem à Jonathâ percussam, et Ammonitarum exercitum à Saüle deletum. Duo hìc nobis occurrunt difficilia, quæ antequàm hinc emergimus, expediamus oportet. Alterum est, quomodò inermes Hebræi superare potuerunt et priùs Ammonitas et proximè Philisthæos. Alterum, quomodò non plus armorum habuerunt, quæ auferre potuerunt ab his quos cecidêre proximè, cùm credibile non sit neglexisse postea, et illa maximè, quæ videbant fore sibi necessaria ad illa quæ impendere videbantur ab hoste, pericula. Hæc igitur jam singulatim exploremus.

Primùm, non est incredibile à Jonathâ et Saüle hostes esse subactos sine hastâ et gladio; tum quia Deus tanquàm dux et auctor illud ductabat agmen, sicut in bello de quo statim, quod fermè sine ullâ Hebræorum operâ confectum est. Deinde quia alia fuerunt arma præter gladium et hastam, quibus utiliter res agi potuit : erant enim instrumenta illa rustica, quæ in usus bellicos sine magno operæ pretio converti potuêre, nempe vomeres, secures, falces, quæ habuisse in acie usus non exiguos, ex sacris atque profanis annalibus cognoscimus. Sanè Samgar dux Israel, ut constat Judic. c. 3, v. 31, de genere Philisthæo sexcentos viros vomere percussit. Aderant præterea arcus, quorum in bellis magnus usus. Hoc difficile putat Abulensis, quia sagittas præferratas esse oportet, atque ideò fornace indigent et arte ferrariâ. Sed non vidit magnus hic doctor, sine ferro usum habere maximum sagittas ad vulnus inferendum. Si enim sudes sine mucrone ferreo corpora lethali vulnere consauciant, ut dicemus statim, cur non idipsum præstabunt sine ferreâ cuspide sagittæ! Alicubi audio in regionibus nuper inventis trans Oceanum, pro ferreâ cuspide extremæ sagittæ silicem inseri, qui non minùs perforat, et trajicit objecta corpora, quàm si foret è chalybe.

Et tridentum, et securium, usque ad stimulum corrigendum. Reddi potest Hebræus : *Furcæ eorum tridentes, secures, et ad cuspidem præfigendam stimulo boum.* (Calmet.)

(1) Mysticè, Dionys. Carthus. : « Prælati, ait, « et ejus vicarii, debent tantæ esse perfectio- « nis, quòd quantumcùmque subditi spirituali- « bus armis priventur, et passionum immode- « rantiis agitentur, ipsi tamen in omni virtute, « in rationis splendore, in luce sapientiæ per- « severent firmissimè et mala vincant in bono, « suâque probitate, aliorum defectuositates « reprimant ac reforment, quoniam ipsi sunt « velut mensura et regula subditorum. » Porrò Hebræi dicunt vel fingunt, Saüli et Jonathæ allatos esse hos enses cœlitùs ab angelis. Planiùs dicas, ipsos hos enses occultâsse, vel occultè sibi è locis vicinis comparâsse. (Corn. à Lap.)

Deinde pro hastis sunt præustæ sudes, quæ et olim aut inventas hastas conto præferratas fuerunt in usu; et posterioribus seculis quando jam ex ferro fabricata sunt arma, frequenter adhibita, neque multò leviores habuêre petitiones, quàm si cuspide forent instructæ ferreâ. De præustis sudibus est illud Virgil. l. 7 Æneid. :

Non jam certamine agresti
Stipitibus duris agitur, sudibusve præustis.

Propertius l. 4 Eleg. 1 :

Nec rudis infestis miles radiabat in armis,
Miscebant ustâ prælia nuda sude.

Statius l. 1 Achilleid. in apparatu ad bellum Trojanum :

Nec modus aut arcus lentare, aut fundere glebas,
Aut torrere sudes, galeasque attollere conis.

Silius l. 8 :

Gestabant tela ambustas sine cuspide cornos.

Cornum autem usque adeò validam et firmam dicit esse Plinius l. 16, c. 40, ut ferrei clavi vicem obire soleat. Curtius l. 3, dùm agit de Persarum apparatu bellico, ait inter alia ligna fuisse præusta. Idem præterea Plinius lib. 16, cap. 63, ait calamis olim bella geri solita. Virgilius telorum quorumdam meminit, in quibus nihil videtur esse ferreum, l. 7 Æneid. :

Oscorumque manus : teretes sunt aclides illis
Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.

Sed et fundis usi sunt filii Israel in prælio quarum usus non exiguus, et nomen frequens. Zach. c. 9, v. 15 : *Dominus exercituum proteget eos, et devorabunt, et subjicient lapidibus fundæ.* Et l. 4 Reg. c. 3, v, 25, de Israelitis dicitur : *Circumdata est civitas à fundibulariis, et magnâ ex parte percussa.* Et qui Bethuliam habitabant, funditorum cohortem contra Assyriorum agmina parârunt. Judith. 6, v. 8 : *Exierunt*, inquit, *contra eos fundibularii.* Quod item contra Bachilidem fecerunt Machabæi, 1 Mach. c. 9, v. 11. Adde, quòd Benjaminitæ, ex quibus maximè Saülis et Jonathæ collectus erat exercitus, sic erant artis fundibulariæ periti, ut eo nomine non inter Israelitas solùm, sed inter omnes gentes celeberrimi fuerint. De qui-

bus Judic. c. 20, v. 16 : *Sic fundis lapides ad certum jacientes, ut capillum quoque possent percutere, et nequaquàm in alteram partem ictus lapidis deferretur.* Sanè David non aliis indiguit armis, ut Philisthinorum fortissimum sterneret. Et nationes aliæ plurimùm in fundis existimârunt esse momenti. Baleares hoc solum habent armorum genus, neque aliis in pugnando inferiores visi sunt. Quare sine ferro et hastis res agi potuit non incommodè, maximè cùm Deus foret pro populo, à quo uno sperari potest, et concedi victoria.

Alterum dubium est. Quia difficile videtur, duos tantùm in Saülis exercitu hastam et gladium habuisse, cùm proximè percussisset Jonathas stationem Philisthinorum, et paulò ante Saül Ammonitarum exercitum : unde armorum satis comportari potuerint. Quidam respondent, non illam in Israele toto armorum esse penuriam, sed tantùm in sexcentis viris, qui de exercitu toto reliqui fuêre cum Saüle. Ego in eo exercitu multò plures fuisse arbitror. Saül enim sexcentos secum milites adduxit in Gabaa, ibi aderat Jonathas cum suo etiam exercitu; de utroque autem jam in unum coacto dictum esse duos tantùm inventos esse gladios, ex eo constat, quia tantùm, duo illorum agminum duces, Saül et Jonathas, gladio et hastâ armati esse dicuntur. Ego hoc primum verum esse arbitror, in eo exercitu hastas tantùm et gladios esse duos; in toto verò Israele esse plures alios : si quid præterea armorum direptum est ex Ammonitarum Philisthinorumque victoriâ, id totum abstulisse eos qui cùm priùs ad Saülem convenissent in Galgala, postea tamen timore perculsi diffluxerunt. Neque ad illos qui permanserunt in castris, quidquam pervenisse ex hostili prædâ, quod in armorum apparatu numerari posset nisi fortassè arcum et fundam, aut aliquid quod in gladiis et hastis censeri non solet.

VERS. 23. — EGRESSA EST AUTEM STATIO PHILISTHIIM, UT TRANSCENDERET IN MACHMAS (1). Erat Machmas non procul à Gabaa Benjamin, ubi erat statio Philisthinorum, quam Jonathas paulò ante percusserat, qui cùm attriti jam essent Jonathæ victoriâ, neque resistere se posse confiderent utriusque ducis viribus jam proximè conjunctis, statione relictâ ad sociorum castra se receperunt, quibus utilem aliquam operam navaturi videbantur.

(1) Nonne ibi antea consederat? Apertior Hebræus : *Profectus est Philisthiim ad transitum Machmas;* obsederat fauces inter Machmas et Gabaam, ubi Saül tunc considebat.
(Calmet.)

CAPUT XIV.

1. Et accidit quâdam die ut diceret Jonathas filius Saül ad adolescentem armigerum suum : Veni, et transeamus ad stationem Philisthinorum, quæ est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsum non indicavit.

2. Porrò Saül morabatur in extremâ parte Gabaa, sub malo granato, quæ erat in Magron : et erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum.

3. Et Achias, filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat ephod. Sed et populus ignorabat quò isset Jonathas.

4. Erant autem, inter ascensus per quos nitebatur Jonathas transire ad stationem Philisthinorum, eminentes petræ ex utrâque parte, et quasi in modum dentium scopuli hinc et inde prærupti; nomen uni Boses, et nomen alteri Sene;

CHAPITRE XIV.

1. Il arriva un jour que Jonathas, fils de Saül, dit à un jeune homme qui était son écuyer : Venez, et passons jusqu'au camp des Philistins, qui est au-delà de ce lieu que vous voyez. Et il n'en dit rien à son père, *de peur qu'il ne s'opposât à son dessein.*

2. Saül cependant se tenait à l'extrémité de Gabaa, sous un grenadier qui était à Magron, et il y avait environ six cents hommes avec lui.

3. Achias, fils d'Achitob, frère d'Ichabod, fils de Phinées, fils d'Héli, grand-prêtre du Seigneur à Silo, portait l'éphod, *faisant les fonctions de prêtre.* Et le peuple ne savait point non plus où était allé Jonathas.

4. Le lieu par où Jonathas tâchait de passer à la garnison des Philistins était bordé de côté et d'autre de deux rochers fort hauts et fort escarpés, qui s'élevaient en pointe comme des dents; l'un s'appelait Boses, l'autre Sené;

5. L'un de ces rochers était situé du côté du

5. Unus scopulus prominens ad aquilonem ex adverso Machmas, et alter ad meridiem contra Gabaa.

6. Dixit autem Jonathas ad adolescentem armigerum suum : Veni, transeamus ad stationem incircumcisorum horum, si fortè faciat Dominus pro nobis, quia non est Domino difficile salvare vel in multis vel in paucis.

7. Dixitque ei armiger suus : Fac omnia quæ placent animo tuo : perge quò cupis, et ero tecum ubicumque volueris.

8. Et ait Jonathas : Ecce nos transimus ad viros istos. Cùmque apparuerimus eis,

9. Si taliter locuti fuerint ad nos : Manete donec veniamus ad vos : stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos.

10. Si autem dixerint : Ascendite ad nos : ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris : hoc erit nobis signum.

11. Apparuit igitur uterque stationi Philisthinorum : dixeruntque Philisthiim : En Hebræi egrediuntur de cavernis in quibus absconditi fuerant.

12. Et locuti sunt viri de statione ad Jonatham et ad armigerum ejus, dixeruntque : Ascendite ad nos, et ostendemus vobis rem. Et ait Jonathas ad armigerum suum : Ascendamus, sequere me : tradidit enim Dominus eos in manus Israel.

13. Ascendit autem Jonathas manibus et pedibus reptans, et armiger ejus post eum. Itaque alii cadebant ante Jonatham, alios armiger ejus interficiebat sequens eum.

14. Et facta est plaga prima, quâ percussit Jonathas et armiger ejus, quasi viginti virorum, in mediâ parte jugeri, quam par boum in die arare consuevit.

15. Et factum est miraculum in castris, per agros : sed et omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædan-

septentrion, vis-à-vis de Machmas, et l'autre du côté du midi, vis-à-vis de Gabaa.

6. Jonathas dit donc au jeune homme son écuyer : Venez ; passons jusqu'au camp de ces incirconcis. Peut-être que le Seigneur combattra pour nous, car il lui est également aisé de donner la victoire avec un grand ou avec un petit nombre.

7. Son écuyer lui répondit : Faites tout ce qu'il vous plaira ; allez où vous voudrez, et je vous suivrai partout.

8. Jonathas lui dit : Nous allons vers ces gens-là. Lors donc qu'ils nous auront aperçus,

9. S'ils nous disent : Demeurez là jusqu'à ce que nous allions à vous, demeurons en notre place, et n'allons point à eux.

10. Mais s'ils nous disent : Montez ici, montons-y, car ce sera la marque que le Seigneur les aura livrés entre nos mains.

11. Lors donc que la garde des Philistins les eut aperçus, les Philistins dirent : Voilà les Hébreux qui sortent des cavernes où ils s'étaient cachés.

12. Et les plus avancés de leur camp, s'adressant à Jonathas et à son écuyer leur dirent : Montez ici, et nous vous ferons voir quelque chose. Jonathas dit alors à son écuyer : Montons ; suivez-moi, car le Seigneur les a livrés entre les mains d'Israël.

13. Ainsi Jonathas monta, grimpant avec les mains et les pieds, et son écuyer derrière lui. *Quand il fut arrivé au camp des Philistins, il les chargea brusquement.* Une partie des ennemis tomba donc sous la main de Jonathas ; et son écuyer, qui le suivait, tuait les autres.

14. Ce fut là la première défaite des Philistins, où Jonathas et son écuyer tuèrent d'abord environ vingt hommes, dans la moitié d'autant de terre qu'une paire de bœufs peut en labourer en un jour.

15. Un effroi prodigieux se répandit aussitôt dans le camp et par toute *l'armée des Philistins, qui était dispersée dans* la campagne. Tous leurs gens, qui étaient allés pour piller furent

dum, obstupuit, et conturbata est terra : et accidit quasi miraculum à Deo.

16. Et respexerunt speculatores Saül, qui erant in Gabaa Benjamin, et ecce multitudo prostrata, et hùc illùcque diffugiens.

17. Et ait Saül populo qui erat cum eo : Requirite, et videte quis abierit ex nobis. Cùmque requisissent, repertum est non adesse Jonatham et armigerum ejus.

18. Et ait Saül ad Achiam : Applica arcam Dei (erat enim ibi arca Dei in die illâ cum filiis Israel).

19. Cùmque loqueretur Saül ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum : crescebatque paulatim, et clariùs resonabat. Et ait Saül ad sacerdotem : Contrahe manum tuam.

20. Conclamavit ergo Saül, et omnis populus qui erat cum eo, et venerunt usque ad locum certaminis : et ecce versus fuerat gladius uniuscujusque ad proximum suum, et cædes magna nimis.

21. Sed et Hebræi qui fuerant cum Philisthiim heri et nudiustertiùs, ascenderantque cum eis in castris, reversi sunt ut essent cum Israel, qui erant cum Saül et Jonathâ.

22. Omnes quoque Israelitæ qui se absconderant in monte Ephraim, audientes quòd fugissent Philisthæi, sociaverunt se cum suis in prælio : et erant cum Saül quasi decem millia virorum.

23. Et salvavit Dominus in die illâ Israel : pugna autem pervenit usque ad Bethaven.

24. Et viri Israel sociati sunt sibi in die illâ : adjuravit autem Saül populum, dicens : Maledictus vir qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducavit universus populus panem.

25. Omneque terræ vulgus venit in

frappés d'étonnement. Tout le pays fut en trouble, et il parut que c'était Dieu qui avait fait ce miracle.

16. Les sentinelles de Saül, qui étaient à Gabaa de Benjamin, jetant les yeux de ce côté-là, virent un grand nombre de gens étendûs sur la place, et d'autres qui fuyaient en désordre çà et là.

17. Alors Saül dit à ceux qui étaient avec lui : Cherchez, et voyez qui est sorti de notre camp. Et quand on eut fait cette recherche, on trouva que Jonathas et son écuyer n'y étaient pas.

18. Saül dit donc à Achias : Approchez-vous de l'arche de Dieu (car l'arche de Dieu était alors avec les enfants d'Israël) *pour le consulter.*

19. Pendant que Saül parlait au prêtre, on entendit un bruit confus, comme d'un tumulte qui, venant du camp des Philistins, s'augmentait peu à peu, et se faisait entendre plus distinctement. Saül dit donc au prêtre : Abaissez vos mains. *Il n'est plus nécessaire de consulter le Seigneur; il se déclare assez.*

20. Et aussitôt il jeta un grand cri, qui fut accompagné de celui de tout le peuple. Et étant venus au lieu du combat, il trouvèrent que les Philistins s'étaient percés l'un l'autre de leurs épées, et qu'il s'en était fait un grand carnage.

21. Les Hébreux aussi, qui avaient été avec les Philistins les jours précédents, et qui étaient allés avec eux dans leur camp, vinrent se rejoindre aux Israélites qui étaient avec Saül et Jonathas.

22. Tous les Israélites aussi qui s'étaient cachés dans la montagne d'Ephraïm, ayant appris que les Philistins fuyaient, se réunirent avec leurs gens pour les combattre ; et Saül avait déjà environ dix mille hommes.

23. En ce jour-là le Seigneur sauva Israël. On poursuivit les ennemis jusqu'à Béthaven.

24. Alors les Israélites se réunirent, et Saül fit devant le peuple cette protestation avec serment : Maudit soit celui qui mangera avant le soir, jusqu'à ce que je me sois vengé de mes ennemis. C'est pourquoi tout le peuple s'abstint de manger.

25. En même temps, ils vinrent dans un bois où la terre était couverte de miel.

saltum, in quo erat mel super faciem agri.

26. Ingressus est itaque populus saltum, et apparuit fluens mel; nullusque applicuit manum ad os suum, timebat enim populus juramentum.

27. Porrò Jonathas non audierat cùm adjuraret pater ejus populum : extenditque summitatem virgæ quam habebat in manu, et intinxit in favum mellis : et convertit manum suam ad os suum, et illuminati sunt oculi ejus.

28. Respondensque unus de populo, ait : Jurejurando constrinxit pater tuus populum, dicens : Maledictus vir qui comederit panem hodiè. (Defecerat autem populus.)

29. Dixitque Jonathas : Turbavit pater meus terram : vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei, eò quòd gustaverim paululùm de melle isto :

30. Quantò magis si comedisset populus de prædâ inimicorum suorum, quam reperit ? nonne major plaga facta fuisset in Philisthiim ?

31. Percusserunt ergo in die illâ Philisthæos à Machmis usque in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis :

32. Et, versus ad prædam, tulit oves et boves et vitulos, et mactaverunt in terrâ : comeditque populus cum sanguine.

33. Nuntiaverunt autem Saüli dicentes quòd populus peccâsset Domino comedens cum sanguine. Qui ait : Prævaricati estis : volvite ad me jam nunc saxum grande.

34. Et dixit Saül : Dispergimini in vulgus, et dicite eis ut adducat ad me unusquisque bovem suum et arietem, et occidite super istud, et vescimini, et non peccabitis Domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus unusquisque bovem in manu suâ usque ad noctem : et occiderunt ibi.

26. Le peuple y étant entré, vit paraître ce miel qui découlait *du creux des arbres et des rochers où les abeilles le formaient*, et personne n'osa en prendre ni le porter à sa bouche, parce qu'ils craignaient tous *de violer* le serment du roi.

27. Jonathas n'avait point entendu cette protestation que son père avait faite avec serment devant le peuple : c'est pourquoi, étendant la baguette qu'il avait à la main, il en trempa le bout dans un rayon de miel ; et en ayant ensuite porté à sa bouche avec la main, ses yeux reprirent une nouvelle vigueur ; *car il était épuisé de fatigue et de faim.*

28. Quelqu'un du peuple lui dit : Votre père a engagé tout le peule par serment, en disant: Maudit soit celui qui mangera aujourd'hui. Or ils étaient tous extrêmement abattus.

29. Jonathas répondit : Mon père a troublé tout le monde *par ce vœu indiscret :* vous avez vu vous-mêmes que mes yeux ont repris une nouvelle vigueur, parce que j'ai goûté un peu de ce miel :

30. Combien donc le peuple se serait-il plus fortifié, s'il eût mangé de ce qu'il a rencontré dans le pillage des ennemis ? La défaite des Philistins n'en aurait-elle pas été plus grande?

31. Les Hébreux battirent les Philistins en ce jour-là, et les poursuivirent depuis Machmas jusqu'à Aïalon. Et le peuple étant extrêmement las et épuisé,

32. Se jeta sur le butin, prit des brebis, des bœufs et des veaux, et ils les tuèrent sur la place; et le peuple mangea *de la chair* avec le sang.

33. Saül en fut averti, et on lui dit que le peuple avait péché contre le Seigneur, en mangeant des viandes avec le sang. Saül leur dit : Vous avez violé la loi. Qu'on me roule ici une grande pierre.

34. Et il ajouta : Allez par tout le peuple, et dites-leur : Que chacun amène ici son bœuf et son bélier; égorgez-les sur cette pierre ; et après cela vous en mangerez, et vous ne pécherez point contre le Seigneur, en mangeant de la chair avec le sang. Chacun vint donc amener là son bœuf jusqu'à la nuit, et ils les tuèrent sur la pierre.

35. Ædificavit autem Saül altare Domino : tuncque primum cœpit ædificare altare Domino.

36. Et dixit Saül : Irruamus super Philisthæos nocte, et vastemus eos usque lùm illucescat mane, nec relinquamus ex eis virum. Dixitque populus : Omne quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos : Accedamus hùc ad Deum.

37. Et consuluit Saül Dominum : Num persequar Philisthiim? si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illà.

38. Dixitque Saül : Applicate hùc universos angulos populi : et scitote, et videte, per quem acciderit peccatum hoc hodiè.

39. Vivit Dominus salvator Israel! quia si per Jonatham filium meum factum est, absque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo.

40. Et ait ad universum Israel : Separamini vos in partem unam, et ego cum Jonathâ filio meo ero in parte alterâ. Responditque populus ad Saül : Quod bonum videtur in oculis tuis, fac.

41. Et dixit Saül ad Dominum Deum Israel : Domine Deus Israel, da indicium : quid est quòd non responderis servo tuo hodiè? Si in me, aut in Jonathâ filio meo, est iniquitas hæc, da ostensionem : aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. Et deprehensus est Jonathas et Saül, populus autem exivit.

42. Et ait Saül : Mittite sortem inter me et inter Jonatham filium meum. Et captus est Jonathas.

43. Dixit autem Saül ad Jonatham : Indica mihi quid feceris. Et indicavit ei Jonathas, et ait : Gustans gustavi in summitate virgæ quæ erat in manu meâ, paululùm mellis : et ecce ego morior!

44. Et ait Saül : Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, quia morte morieris, Jonatha.

35. Alors Saül bâtit un autel au Seigneur : et ce fut la première fois qu'il lui éleva un autel.

36. Saül dit ensuite : Jetons-nous cette nuit sur les Philistins, et taillons-les en pièces, de telle sorte qu'il n'en reste pas un seul au point du jour. Le peuple lui répondit : Faites tout ce qu'il vous plaira. Alors le prêtre lui dit : Allons ici consulter Dieu *auparavant.*

37. Saül consulta donc le Seigneur, et lui dit : Poursuivrai-je les Philistins? Et les livrerez-vous entre les mains d'Israël? A quoi le Seigneur ne lui répondit rien cette fois.

38. Alors Saül dit : Faites venir ici tous les principaux du peuple ; qu'on cherche partout, et qu'on sache qui est celui par qui le péché est venu aujourd'hui parmi nous.

39. Je jure par le Seigneur, qui est le sauveur d'Israël, que si Jonathas mon fils se trouve coupable de ce péché, il mourra sans rémission. Et nul du peuple ne le contredit, lorsqu'il parla de la sorte.

40. Saül dit donc à tout Israël : Mettez-vous tous d'un côté, et je me tiendrai, moi et mon fils Jonathas, de l'autre. Le peuple répondit à Saül : Faites tout ce qu'il vous plaira.

41. Saül dit au Seigneur Dieu d'Israël : Seigneur Dieu d'Israël, faites-nous connaître d'où vient que vous n'avez point répondu aujourd'hui à votre serviteur. Si cette iniquité est en moi, ou en mon fils Jonathas, découvrez-le-nous, ou si elle est dans votre peuple, sanctifiez-le, *en faisant connaître le coupable. Ensuite* le sort tomba sur Jonathas et sur Saül, et le peuple fut hors de péril.

42. Saül dit alors : Jetez le sort entre moi et Jonathas mon fils. Et le sort tomba sur Jonathas.

43. Saül dit donc à Jonathas : Découvrez-moi ce que vous avez fait. Jonathas avoua tout et lui dit : J'ai pris un peu de miel au bout d'une baguette que je tenais à la main, et j'en ai goûté, *sans savoir la défense que vous en aviez faite ;* et me voici prêt à mourir.

44. Saül, *sans avoir égard à son ignorance,* lui dit : Que Dieu me traite avec toute sa sévérité, si vous ne mourez *aujourd'hui,* Jonathas.

45. Dixitque populus ad Saül : Ergone Jonathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nefas est, vivit Dominus! si ceciderit capillus de capite ejus in terram, quia cum Deo operatus est hodiè. Liberavit ergo populus Jonatham, ut non moreretur.

46. Recessitque Saül, nec persecutus est Philisthiim : porrò Philisthiim abierunt in loca sua.

47. Et Saül, confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum adversùm omnes inimicos ejus, contra Moab, et filios Ammon et Edom, et reges Soba, et Philisthæos; et quòcumque se verterat, superabat.

48. Congregatoque exercitu, percussit Amalec, et eruit Israel de manu vastatorum ejus.

49. Fuerunt autem filii Saül, Jonathas, et Jessui, et Melchisua : et nomina duarum filiarum ejus, nomen primogenitæ Merob, et nomen minoris Michol.

50. Et nomen uxoris Saül Achinoam filia Achimaas : et nomen principis militiæ ejus Abner, filius Ner, patruelis Saül.

51. Porrò Cis fuit pater Saül, et Ner, pater Abner, filius Abiel.

52. Erat autem bellum potens adversùm Philisthæos omnibus diebus Saül. Nam quemcumque viderat Saül virum fortem, et aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

45. Le peuple dit à Saül : Quoi donc? Jonathas mourra-t-il, lui qui vient de sauver Israël d'une manière si merveilleuse? Cela ne se peut : nous jurons par le Seigneur qu'il ne tombera pas sur la terre un seul cheveu de sa tête; il a agi aujourd'hui *trop visiblement* avec Dieu. Le peuple délivra donc Jonathas, et lui sauva la vie.

46. Apres cela, Saül se retira sans poursuivre davantage les Philistins ; et les Philistins s'en retournèrent aussi chez eux.

47. Saül, ayant affermi son règne sur Israël, combattait de tous côtés contre ses ennemis, contre Moab, contre les enfants d'Ammon, contre Edom, contre les rois de Soba et contre les Philistins; et de quelque côté qu'il tournât ses armes, il en revenait victorieux.

48. Ayant assemblé son armée, il défit les Amalécites, et délivra Israël de la main de ceux qui pillaient toutes ses terres.

49. Saül eut trois fils, Jonathas, Jessui et Melchisua; et deux filles, dont l'aînée s'appelait Mérob et la plus jeune Michol.

50. Sa femme se nommait Achinoam, et était fille d'Achimaas. Le général de son armée était Abner, fils de Ner et cousin germain de Saül;

51. Car Cis, père de Saül, et Ner, père d'Abner, étaient *tous deux* fils d'Abiel.

52. Pendant tout le règne de Saül, il y eut une forte guerre contre les Philistins. Et aussitôt que Saül avait reconnu qu'un homme était vaillant et propre à la guerre, il le prenait auprès de lui.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et accidit quadam die, ut diceret Jonathas filius Saul ad adolescentulum armigerum suum : Veni, etc. Exierant è Philisthinorum castris tria agmina, ut ex circumfusis locis prædas agerent, ut paulò ante dictum est. Quod, ut Josephus tradit lib. 6 Ant. cap. 7, videbat Saül et Jonathas ex oppido Gabaa, dolebantque quòd diripi viderent miserorum bona, neque tamen illis possent esse subsidio, cùm exiguas haberent et inermes copias, quas et illis agminibus opponerent, et castris, quæ proximè magno numero consederant. Tunc autem Jonathas inscio parente, neque ullo conscio præter adolescentem armigerum, statuit aliquid esse tentandum, quo viam sibi ac populo aperiret ad salutem, de quâ actum jam esse videri poterat. Quare ne à suis videri posset, aut ab hoste sentiri, nocturnum captavit tempus, ut tradit Josephus, et probat Abulensis; alioqui sensisset aliquis è populo : tempus autem, ut putat Josephus, fuit sub auroram, quod multis probat Abulensis; primùm, quia lucente jam sole non videbatur res tam posse administrari feliciter;

deinde quia si adulto jam die turbata forent Philisthina castra, non videbantur ea omnia fieri potuisse, quæ hìc facta narrantur.

Vers. 2. — Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malo granato (1). Non hìc laboro de malo granato, et quomodò sub illius umbrâ consedisse dicatur, aut tabernaculum fixisse Saül. Neque enim aliquid aliud esse puto, quàm locum qui à malo granato, seu ab illius plantâ quæ eo in loco insignis aliquando fuit, nomen accepit. Sicut alia multa loca tum in profanâ, tum in sacrâ historiâ. Sic locus, ubi Davidis fuit cum Goliath singulare certamen, vocatus est *vallis Therebinthi*. Sic à malo granato nomen habet *collis Remmon*. Sic apud Romanos *Ruminalis ficus*. Apud Hispanos innumera sunt oppida, quæ ab arboribus habent antiquissimum nomen. Sanè in Hispaniâ Bethica urbs est quædam nobilissima, quæ ab arbore punicâ, aut ab ejus pomo *Granata* nominatur. Est, credo, hoc malum granatum, locus ille, ubi sexcenti viri consederunt, Judic. 20, v. 47, qui erat propè Gabaa, qui vocatus est, *Petra Remmon*, id est, *collis*, aut *scopulus mali granati*. Quod ideò puto, quia locus ille munitissimus erat, et sexcentorum virorum capax, ut docet historia, de quâ proximè. Quia verò ubi colles sunt, ibi etiam vineta esse solent, ideò puto hoc *Remmon*, quod *malum granatum* significat, habuisse non solùm collem saxosum et inutilem, sed etiam latus aliquod consitum vitibus. Id sumo ex l. 1 Paralip. cap. 6, v. 69, ubi ex tribu Benjamin data Levitis traditur *Geth Remmon*, quod idem valet, quòd *torcular Remmon*, id est, *malo granati*. Divinamus, fateor, in his; sed hæc conjectura, nisi me ipsum fallo, levis non est.

Vers. 3. — Et Achias filius Achitob, fratris Ichabod, etc., portabat ephod. Sicut antea sub Heli, cùm res Israelitica premeretur angustè, adducta fuit in castra contra Philisthæos arca Domini ex Silo, supra, c. 4, sic etiam nunc secum adduxerat Saül ex Cariathiarim, v. 18. Atque ideò summum sacerdotem habebat in castris, qui astaret arcæ, et Deum in re quâvis ambiguâ consuleret. Erat autem eo tempore sacerdos Achias, qui alio nomine dicebatur Achimelec, filius Achitob, filii Phinees, qui tunc cecidit, quando capta fuit à Philisthæis arca; quare hic pronepos fuit Heli, et pater Abiathar, qui ultimus ex genere Heli et ex familiâ Ithamar summum obtinuit sacerdotium.

Vers. 4. — Erant autem inter ascensus, per quos nitebatur Jonathas transire ad stationem Philisthinorum, eminentes petræ ex utraque parte, etc. Qui aliquid sibi metuunt ab hoste vicino, illa maximè obsident loca, quæ hosti sive in urbem, sive in castra aditum aperiunt. Si quid præterea est aut præruptum, aut incisum salebris, id satis putant naturâ suâ habere præsidii, neque opus esse sive ab hominibus, sive ab aggere et vallo munimentum opponere; quæ res, ut ex antiquis atque etiam recentibus constat annalibus, fraudi multis et exitio fuit. Multi enim relicto aditu, qui, nisi obstarent hostes, aut oppositæ moles, esset expeditus et facilis, per illa loca sibi ad securos hostes iter expediunt, quæ natura sic videbatur obstruxisse, ut nullâ vi perrumpi, nullo artificio superari posse viderentur. Sic per profundissima flumina, et per alveum non ante vadabilem, per acuta saxa scopulosque præruptos eruperunt aliquando strenui atque audaces homines, et incautos homines oppresserunt. Hoc igitur consilium invenit Jonathas, qui cùm non posset tutò Philisthinorum agmen adoriri, locum elegit scopulosum et arduum, qui existimabatur nulli pervius fore mortalium. Neque illum sua spes aut cogitatio fefellit; nam turbavit exercitum, et favente Deo sic perculit securum hostem inopinato impetu, ut penè perdiderit.

Nomen uni Boses, et nomen alteri Sene. Sicut à malo granato vocatus est locus ille *Remmon*, de quo supra, sic etiam duo hi scopuli ab eo quod in ipsis præcipuum erat atque vernaculum nomen accepêre. Erat, opinor, scopulorum alter speciosus propter flores quos aut habebat, quo tempore hæc gesta sunt, aut habuit olim, quorum causâ nomen illi inditum est. *Boses* enim Hebr., idem valet quòd, *flos in eo*. Alter fortassè cinctus erat rubis, sicut mons Sinai, et ideò vulgò dicebatur *Sene*, quod *rubum* significat (1).

(1) Sub malo granato quæ erat in Magron. Septuaginta pro *Magron* legerant *Magdon*. Ita verò reddi potest Hebræus : *Saül morabatur in finibus Gabaa, sub Rimmon, quæ erat in Magron*. Nomen *Rimmon* sonat malum punicum. (Calmet.)

(1) Quæ mysticè explicans Beda : « Quia, « inquit, non minùs florente quàm adversante « et pungente mundo, sanctorum ascensus « impeditur, et ut vel corpore vel corde deli- « ciat, ab infatigabili hoste pulsatur. » (Cornel. à Lap.)

Vers. 6. — Ad stationem incircumcisorum horum. Incircumcisas gentes summo contemptui habebant Hebræi, uti Scriptura penè universa probat : abhorrebant ab illis perindè ac à pro-

Vers. 9. — Si taliter locuti fuerint ad nos : Manete donec veniamus ad vos : stemus in loco nostro (1). Hoc loco quærunt interpretes, unde cognoscere potuerit Jonathas hoc esse salutare signum, aut secùs; an afflatu id didicerit divino, vel humanâ id conjecturâ præsenserit. Josephus putat afflatum præcessisse divinum, ut dicit Lyra, quanquàm ego id apud Josephum non invenio, dicit Hugo, et Abulensis q. 2, multis probat; sentiunt tamen Theodoretus et Procopius. In summâ dicunt à Deo in eam mentem instinctum esse Jonatham, et eo interiùs impulsum, ut hostiles acies uno stipatus armigero aggrederetur. Cùm autem ipse non omninò haberet exploratum, an motus ille strenuus et alacer esset à Deo, vel à juvenili spiritu, qui non semper ratione, sed plerùmque temeritate et laudis studio impotens abripitur, signum statuit, quo et divinum agnoscat impulsum, et benè de audaci consilio sperare possit. Illud autem sive omen, sive signum ex hostium voce primâ petendum esse statuit. Si enim hostes ipsos advocarent, sive verè, sive simulatè et ironicè, nihil esse timendum, quia hoc auctore Deo fit; sin autem ab ulteriore progressu retardaverint, dicentes ut maneant et expectent, aut quid simile, abstinendum esse à congressu et viâ.

Hoc autem signum Hebræorum more statuit Jonathas, quia videbat similia facta ab illius populi principibus, et Deum illorum votis et postulatis annuisse. Sic sanè servus Abraham, Genes. cap. 24, v. 13 : *Ecce ego sto propè fontem aquæ, et filiæ habitatorum hujus civitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui ego dixero : Inclina hydriam tuam, ut bibam, et illa responderit : Bibe, quin et camelis tuis dabo potum, ipsa est quam præparâsti servo tuo Isaac, et per hoc intelligam quòd feceris misericordiam cum domino meo.* Et Judic. 6, Gedeon signa petiit, quibus imperii sui auctorem esse Deum agnosceret; et cap. 7, v. 9, signum habuit huic in cujus explicatione versamur, quamsimillimum. *Eâdem nocte dixit Dominus ad Gedeonem : Surge, et descende in castra, quia tradidi eos in manu tuâ; et cùm audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, et securior ad hostium castra descendes.* Hæc Jonathæ non videntur incognita; quorum exemplo incitari potuit, ut experiretur eadem, et talia signa, aut proponeret sibi, aut oraret à Domino : nam, ut diximus, jam agitabatur et ardebat interiùs, ut aliquid aggrederetur humanarum virium facultate majus. Est aliquid simile in fabulis, quæ fortassè, ut alibi sæpè, ex verâ atque canonicâ historiâ exordium habuêre. Narrat in lib. 9 Æneid. Maro, ardorem quemdam concepisse juvenes præclarum aliquod opus et immortale tentandi; tale vide-

fanis et immundis. Vicissim autem pagani Hebræos, uti gentem superstitiosam et risu dignam habebant, *Recutitos, Verpas, Apellas.*

Si forte faciat Dominus pro nobis. Si nobis faveat, opem præstet et juvet. In his omnibus tentare Deum Jonathas videtur, ambigens loquitur : *Si fortè faciat Dominus pro nobis.* Sed phrasis hæc non semper ambiguitatem mentis significat : indicat enim tantummodò rem quæ petitur, et quam quis molitur, vires ejus superare, à Deo pendere; quam proinde non è viribus ac meritis suis exspectat. Satis ex eventu intelligimus, Jonatham nihil præscivisse, non rationem rei agendæ, non tempus, non circumstantias, non exitum ejus, ad quod impelli sese intùs sentiebat. Ambiguitatem hanc suam hìc exprimit. Cùm autem inferiùs præscribere Deo videtur signum, vel indicium voluntatis illius, meritò reputaverimus, eumdem spiritum, qui consilium et rationem illius implendi dictaverat, tacitè pariter inspirâsse ea quæ à Deo postularet. Perinde autem verba ejus hìc recitata accipienda sunt, veluti oblatæ Deo preces, ut rationem aperiat, quâ sibi agendum esse velit, quemadmodùm Eliezer Abrahami servus Dominum rogabat, ut signo aliquo sibi indicaret sponsam quam Isaaco destinaverat : et Gedeon postulavit à Deo certa missionis suæ documenta. Si quis in eâ re Jonatham reum agat, damnet pariter necesse est Moysem, qui prodigia antequàm pergeret in Ægyptum, postulavit. (Calmet.)

Vers. 7. *Allez où vous voudrez et je vous suivrai partout.* L'écuyer de Jonathas, dit saint Grégoire, est une excellente figure de ce que doit faire une personne qui, ayant trouvé un homme de Dieu pour la conduire, ne pense plus qu'à lui obéir. Car nous voyons que ce fidèle serviteur est si attaché au prince que Dieu lui avait donné pour maître, qu'il ne distingue en aucune sorte les commandements qu'il lui peut faire, qu'il est prêt à tout, et qu'il ne se réserve que le soin de savoir ce qu'il désire. *Faites,* lui dit-il, *tout ce qu'il vous plaira; allez où vous voudrez et je vous suivrai partout.* C'est là l'image des parfaits Chrétiens, qui, ayant Dieu pour maître, ne se mettent en peine que de connaître sa volonté; qui lui disent toujours : *Mon cœur est tout prêt, Seigneur, mon cœur est tout prêt; et qui suivent l'Agneau partout où il va.* (Sacy.)

(1) Vers. 9. — *Jonathas dit à son écuyer : Si les ennemis nous disent : Venez ici, attaquons-les, et assurons-nous que Dieu les aura livrés entre nos mains.* Ces paroles nous font voir, selon Théodoret, que ce prince ne voulut agir en cette rencontre que par l'ordre de Dieu, et qu'il avait appris de lui que cette réponse des ennemis serait une marque infaillible que Dieu le protégerait, et qu'il pourrait sans témérité attaquer avec son écuyer seul toute une armée, parce qu'une main toute-puissante combattait pour lui. (Sacy.)

licet, quale nunc uno tantùm stipatus puero Jonathas aggressus est. Sic autem Maro :

Nisus ait : Dine hunc ardorem mentibus addunt
Euryale? an sua cuique Deo fit dira cupido?
Aut pugnam, aut aliquid jamdudùm invadere magnum
Mens agitat mihi, nec placidâ contenta quiete est.
Cernis, quæ Rutulos habeat fiducia rerum :
Lumina rara micant ; somno vinoque sepulti
Procubuêre ; silent latè loca. Percipe porrò, etc.

Tentâsse dicuntur duo hi adolescentes eadem, quæ Jonathas et armiger ipse, sed prorsùs exitu dissimili.

Hic addendum, Deum sæpè his hominum cogitationibus respondere, et temperare sortes, quæ mittuntur in signum. Quâ de re vide S. Thomam, 2-2, q. 95, art. 7, ubi exemplum Gedeonis adducit, et Eliezer servi Abraham : et idem diceret de Jonathâ, qui hoc signum accepisse videtur à Deo, sicut de Gedeone dubitare non licet. Et de Jonathâ illud nobis argumento est, quod v. 10, dixit ad armigerum Jonathas : *Si dixerint ; Ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris.* Sed licet sibi priùs ac ipsi homines à Domino, ipse tamen solet temperare sortes, ita ut, quod ibi quærunt, sine errore comperiant. Proverb. 16, v. 33 : *Sortes mittuntur in sinum*, etc. Sortes porrò dicuntur non solùm quæ hoc sibi nomen primùm atque præcipuè vendicant, in quibus nimirùm casus et fortuna dominantur, sed etiam omnia quæ produnt et annuntiant, quæ humano consilio explorari non possunt : quales sunt oracula, omina, auguria et alia damnata et vana commenta, seu deliramenta gentilium. Sanè *sortes* appellârunt antiqui *delphica consulta*, et quæ ipsi divina putabant esse responsa. *Sortes* l. 2 de Divinat. Cicer. vocat, quæ vaticinatione funduntur. Pro oraculis sumpsit Horatius in Arte :

Dictæ per carmina sortes.

Et Virgilius sæpè; lib. 4 Æneid. :

Italiam Lyciæ jussère capessere sortes

Et lib. 6, ad Sibyllam Æneas :

Hic ego namque tuas sortes, arcanaque fata
Dicta meæ genti ponam.

Idem lib. 7 :

Non patriæ ex adyto sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt.

Et Apollinis oraculum Cicero supra, *sortem* appellavit. « Nam cùm sors, inquit, illa edita « est opulentissimo regi Asiæ :

Halyn trajectus magnam verterit opum vim,

« hostium vim sese perversurum putavit, per « vertit autem suam. » Idem censet Dionysius de Eccl. Hierarch. c. 5, p. 3, de sorte quæ Matthiam designavit apostolum. « Videtur, in- « quit, mihi Scriptura sacra sortem appellâsse « divini quiddam et præcipui muneris, per « quod choro illi sacratissimo insinuaretur « quis esset divinâ electione declaratus. » Hæc ego ideò dixi, quia illa omnia quæ sortium sibi nomen adsciscunt, Deus temperare, et quæ interdùm fiunt non admodùm piè, ita moderari solet, ut effectum illum sortiantur, quem aliqua notâ, aut significatione designant, non solùm ad sanctorum vota, et eorum qui veram religionem colunt, sed et gentilium, et quorum vores avertere potiùs quàm divinum favorem advocare poterant. De piis sunt illa exempla Eliezer, Genes. 24, et Samuelis de eligendo Saule in regem, supra cap. 10, et Saulis statim vers. 42, et Josue cap. 7, sors Achan anathematis reum morte damnavit. De gentibus est illud inprimis, Jonæ cap. 1, quo Jonas *sortibus* inventus est tempestatis causa, quas sine dubio temperavit Deus. Et illud Ezech. cap. 21, ubi sortes Nabuchodonosor in bivio positus de exercitûs sui progressione consuluit, quas Dominus videtur temperâsse, quia ipse non semel se illius exercitûs ducem vocat. Alia sunt plurima hujus generis in profanâ historiâ; unum tamen adducam, quia ad hoc Jonathæ parallelum est. Herod. lib. 5, in principio : « Pæones, inquit, qui sunt à Stry- « mone, admoniti divino responso, ut bellum « Perinthiis inferrent, et si quidem à Perin- « thiis ex adverso considentibus provocarentur « nominatim compellantibus, eos invaderent, « sin minùs, ab invadendo abstinerent. » Plura nos *de sortibus* ad cap. 1 Actor. et ad cap. 21 Ezech. Plurima Serarius in cap. 7 Josue, et Martinus de el Rio lib. 4 disq. Magic. Hos tu, si placet, lege; sed præcipuè sanctum Thomam, 2-2, q. 95, ubi hâc de re multa.

Vers. 11. — En Hebræi egrediuntur de cavernis, in quibus absconditi fuerant. Hoc primùm commodè accidit Jonathæ viam illam arduam et insuetam tentâsse, ne cùm apparerent hosti Philisthæo, existimarentur adoriri castra; sed potiùs egredi de cavernis necessitate compulsi, ut hosti se dederent, aut alias ob causas, quæ procul aberant ab hostili congressu. Norant autem Philisthæi, suadente metu, diffugisse Hebræos, et in montium cavernis latuisse; nunc cùm ex montium scopulis apparent (quod licet nondùm illuxisset, videre tamen obscurè potuerunt), prorepsisse putant

e cavernis; atque ideò cùm procul essent, clamant advocantque ad se, quasi ad novum aliquid spectandum. Sive, quod putat Lyra, nec improbant Abulensis et Hugo, cùm viderent Palæstini Jonatham hùc et illùc errantem, quasi aliquid quæreret, illi cum irrisione dicunt: Venite ad nos, et ostendemus id quod tanto studio quæritis, nempe mortem. Quod modò Palæstini dicunt, dixerunt aliquot post annis Assyrii ad habitatores Bethuliæ, Judith. cap. 14, v. 12: *Egressi mures de cavernis suis, ausi sunt provocare nos ad prælium.* Accipiunt illi omen, et per acuta saxa descensusque præcipites reptantes, ad castra usque Philisthinorum erumpunt.

Illud hic observandum, dictum priùs à Philisthæis: *Ascendite ad nos;* et deindè à Jonathâ, *ascendamus*, cùm tamen, ut apparet, potiùs descendendum esset, quàm ascendendum, cùm in campestri loco metati forent castra Philisthæi, et ipsi dentatos illos scopulos ascendissent, per quos esset ad stationem hostilem transeundum. Quidam ascendisse putant Jonatham ad locum sublimem, et quasi ad scopulorum fastigium; quod mihi placere nunquàm potuit, quia ex loquendi modo non colligitur montium juga tenuisse Philisthinos; neque illa tanta multitudo non solùm equorum, sed et curruum in arduis angustisque locis considere poterat, imò neque ascendere. Deinde quia non ita timebat magna illa multitudo exiguas et inermes acies Hebræorum, ut non auderet metari castra in locis planis atque campestribus. Quare potiùs existimò, id ortum esse ex Hebræorum idiomate, qui tam *ascendo*, quàm *descendo*, simpliciter sumunt pro *venio*. De *descendo* est apertum exemplum, cùm ad montem venisset, imò et ascendisset David; ad montem tamen descendisse traditur, 1 Reg. 23: *Et nuntiatum est David, statimque descendit ad petram.* Sic etiam *ascendo* pro *descendo* ponitur, 1 Reg. 29, vers. 4; dixerunt servi Achis de David: *Non descendet nobiscum in prælium*; qui statim v. 9, dixisse traduntur: *Non ascendet nobiscum in prælium.* Sed est exemplum huic quamsimillimum hoc ipso libro cap. 17, ubi multis locis Goliath ascendisse dicitur, ut lacesseret hostes ad singulare certamen, et exprobraret agminibus Israel; qui tamen potiùs descendebat è montibus, quàm ascendebat ad montes. Ut enim constat ex v. 3, tam Philisthæi, quàm Israelitæ in montibus ex adverso constiterant, quos utrinque interjecta vallis Terebinthi dividebat. Quòd si jam utraque acies ad vallem Terebinthi descenderat, nihilominùs Goliath dici non poterat *ascendisse* ad hostes, sed potiùs *appropinquâsse*. Juxta hæc puto hoc etiam loco *ascendere* nihil esse aliud quàm *venire*, *appropinquare*, *accedere*, aut aliquid simile (1).

Vers. 13. — (2) Alii cadebant ante Jonatham, alios armiger ejus interficiebat. Minus est, quod Virgilius fabulosè ac falsò Æneid. 9, finxit de duobus adolescentibus in Tyrrhenorum castris, quàm quod verè de Jonathâ atque armigero quàm verissimè in Philisthinorum acie sacra prodit historia. Quod sanè ejusmodi est, ut nisi sacra intercessisset auctoritas, alicui fortassè fabulosum poetarum figmentum videretur. Quærunt auctores, quomodò hæc strages tanta primùm à duobus, deinde ab ipsis Philisthinis in se ipsos mutuò sævientibus contingere potuerit. Alii aliter conjectant et judicant, sed divinant omnes; quod necesse est, quando ejus rei nullum apparet in Scripturâ vestigium. Quod ad duos attinet, Hugo secutus Josephum, dicit Jonatham mutâsse locum, et secessisse ab eo, in quo à vigilibus atque custodibus visus fuerat, et divertisse in alium, unde hostes dormientes et securos invaderet; atque ideò viginti homines securi atque turbati facilè à duobus strenuis et vigilantibus occidi potuêre. Conjectura non displicet; ego majus

(1) Vers. 12. — Ascendite ad nos, et ostendemus vobis rem. Excubias illas, quæ Jonatham prospexerunt, opus est in rupe septentrionali fuisse constitutas: Jonatham enim, ut ascenderet, invitârunt, illi quiddam ostensuræ, id est, facturæ, ut malo suo intelligeret, quid temeritate suâ profecisset; vel fortè spoponderunt se cum illo aliquid locuturas, quod ab illis dictum est vel ut viro illuderent, vel ut ad se evocarent. Narrat Herodotus historiam nostræ huic persimilem. Pæones, indicto Perinthiis bello, jussi sunt ab oraculo hostes non aggredi, sed exspectare ut ab illis provocarentur, et cavere ne ante provocationem manum consererent. Agmina in conspectum venêre: dilatum est aliquandiù certamen, donec Perinthii hostes invitârunt ad prælium: statim illi certamen accepêre, consertisque manibus victoriam retulêre. (Calmet.)

(2) Ascendit autem Jonathas manibus et pedibus reptans, per prærupta rupis saxa. Mysticè S. Greg. « In manibus, inquit, opera solent « significari. Reptat manibus pastor, quando « peccatoribus viam non profert sapientiâ verbi, « sed exemplo conversationis. » Et inferiùs: « Benè, inquit, reptans ascendere ad statio- « nem Philistinorum dicitur, quia ad de- « struenda vitia pervenire ille doctor potest, « qui peccatores magnâ humilitatis ostensione, « et magnâ charitatis affectione demulcet. »
(Corn. à Lap.

aliquid hic videre videor, de quo mox, cùm de reliquâ strage dixero.

Quod ad cladem illam attinet, quam sibi ipsis intulerunt hostes, dùm ferrum in cognata aut fœderata viscera convertunt, eam rationem adducit Lyra ex Josepho, quòd videlicet offusa est repentè nebula, quæ lucem eripuit Philisthæis, ita ut neque hostes agnoscerent, neque suos aut contribules, aut auxiliares; quare cùm viderent grassari inter suos hostile ferrum, rati inimicas acies eò irrupisse, quasi hostes forent fœderati ac socii, in illos infensis gladiis irruebant. Refellit Lyra hanc sententiam, quam dicit esse Josephi : sed reverà Josephi non est; neque ratio quam contra adducit Lyra, nimiùm premit sententiam illam, cujuscumque sit. Ait enim, si nebula tantùm foret, nullum esse miraculum, quia naturale est sub illud tempus nebulam attolli et obscurare locum. De miraculo post dicemus; sed neque miraculo vacat, cùm eatenùs sudum esset cœlum, ità ut duo homines, cùm longè essent et inter scopulos, videri potuerint; repentè tamen offusam esse caliginem, ita ut neque duo hostes cognosci, neque amici et commilitones potuerint ab hoste distingui. Præterea, neque illa nebula impedimento esse Jonathæ potuit, quominùs certa foret in hostem petitio; neque enim necesse fuit aut faciem hostium aut adversariæ militiæ signum videre, dummodò molem aliquam et speciem hominis videret, quod nebula densior non vetaret. Sciebat enim præter unum armigerum reliquos esse hostes, à quorum corporibus aberrare petitio non poterat. Illa gravior ratio, quam extremo loco adducit, quia si obscura esset nebula in Philisthinorum castris, non esset pugna, et strata hominum multitudo à speculatoribus cognita. Et hanc ob causam hæc, cujuscumque fuerit, cogitatio non placet.

Aliam causam adducit Lyra, nempe genus quoddam cæcitatis, quam Græci vocant ἀοραασίαν, id est, *non visionem*, aut ereptam videndi facultatem circa rem illam quam esse notam maximè oportuit, aut quam quis videre maximè studet. Quâ ἀοραασία, seu cæcitate percussi existimantur Sodomitæ, qui cùm alia viderent, ostium tamen domûs Loth videre non poterant. De quibus Augustinus lib. Quæst. in Genes. q. 43, et de Civit. lib. 22, cap. 19 : « Cùm aliquid, inquit, non videtur, quamvis « adsit, à quibus alia, quæ pariter adsunt, « videntur : sicut illam claritatem dicimus « affuisse non visam, à quibus alia videban- « tur, ἀοραασία græcè dicitur, quod nostri in- « terpretes latinè dicere non valentes in libro « Geneseos, cæcitatem interpretati sunt. Hanc « enim passi Sodomitæ, quando quærebant « ostium justi viri, nec poterant invenire. Quæ « si cæcitas fuisset, quâ fit, ut nihil possit « videri, non ostium, quo ingrederentur, sed « duces itineris, à quibus inde abducerentur, « inquirerent. » Talis fuit cæcitas quâ percussi sunt Syri lib. 4 Reg. cap. 6, qui cùm alia viderent, tamen Samariam non videbant, et in mediam civitatis plateam inducti sunt, quasi ad eam rem forent omninò cæci; neque agnoverunt Elisæum quem quærebant, quemque antea et sæpè viderant, et probè cognoverant. Sic ergo videtur hoc loco contigisse : videbant quidem Philisthæi alia omnia, videbant armata corpora et ad pugnam intenta; non tamen cognoscebant, quod eo tempore maximè illis foret ex usu, an hostes essent, quos ferro peterent, an socii, pro quorum salute cum hoste pugnarent. Hæc sententia mihi vehementer placet, licet illam acriter Abulensis impugnet. Sed non video quid huic sententiæ, quemadmodùm à nobis explicatur, opponi à quoquam possit, quod illam valdè premat; licet illa, quam Abulensis adduxit, non sit aliena à re ipsâ, turbationeque castrorum, quam ipse magis probat, quia turbatio, quæ fuisse dicitur in hostium castris, non tam ab ἀοραασία, id est, *oculorum* certâ quâdam *cæcitate*, quàm à perturbatione mentis et animi cæcitate contigisse videtur. Sed illa perturbatio atque tumultus ideò fuisse dicitur, quia repentinus existimabatur Hebræorum adventus, et ubicumque audiebatur armorum strepitus, morientium clamor, et magnus ex repentinâ illâ trepidatione tumultus.

Non displicet Abulensi Josephi conjectura, quam ego referre non gravabor, ut habeat lector quid amplectatur aut respuat. Sic autem ille lib. 6, cap. 7 : « Aggressi (Jonathas et ar- « miger) sopitos, viginti ex his interfecerunt, « et totum exercitum stupore et consternatio- « ne repleverunt, ut abjectis armis in fugam « se darent. Plerique verò non noscitantes « inter se, quòd ex multis gentibus conflati « essent, pro hostibus se invicem invadebant, « et cùm non putarent duos tantùm Hebræos « in castra penetrâsse, mutuo Marte cadebant. « Quidam metu vulnerum in præcipitia aut « ipsi ruebant, aut, ut fit in turbâ tumultuante, « alii ab aliis protrudebantur. » Varias porrò

gentes in Palæstinorum castris esse docet et ingens multitudo, quæ ex tantulâ illorum regione conflari non potuit, et quòd in illâ pugnâ quam primùm iniit cum Palæstinis Samuel, Tyriorum principes cum illis in Hebræorum exitium conspirâsse dicuntur. Eccli. cap. 46, v. 20 : *Contrivit principes Tyriorum, et omnes duces Philisthiim.* Hos verò non defuisse Palæstinis, cùm illatas ulciscerentur injurias, statione suâ priùs à Jonathâ percussâ, verisimile est. Hæc Josephi conjectura, in quam magnâ ex parte descendit Abulensis, mihi difficilis non est. Sed illud de ἀοραασία, quod putabat Lyra, multò probatur magis. Quod etiam accidisse suspicor, quoties hostes dicuntur mutuis se vulneribus concidisse, quod accidit sub Gedeone Judic. cap. 7, v. 22, et iterùm sub Josaphat, Paral. 2, cap. 23. Aliquid simile narrat Pausanias in Phocicis paulò post medium, accidisse Gallis, aut Galatis, cùm Apollinis Delphici templum compilare tentarent. Sed est, credo, in illâ narratione aliquid fabulosum.

Vers. 14. — In media parte jugeri, quam par boum in die arare consuevit. *Jugerum* spatium est in agro, quod uno die, quasi legitimo dimenso, par boum arat. In hoc spatio edita est illa viginti virorum cædes, quæ Palæstinorum castra turbavit. Neque suspicor aliquid præterea aut tentâsse, aut curâsse Jonatham, cùm jam assecutus esset quod volebat; neque judicaret tutum esse in castris eâ ratione confusis diutiùs permanere, cùm arderent omnes et furerent insaniâ, neque ab ullo abstinerent armatas manus, quem obvium habuissent (1).

Vers. 15. — Et factum est miraculum in castris per agros. Ubi Vulgatus *miraculum*, hebraicè est, *charadah,* quæ vox *stuporem, tremorem,* aut *trepidationem* significat. Noster interpres *miraculum* reddidit, quæ vox non semper valet id quod naturæ exsuperat vires, et opus existimatur solum divinæ virtutis, sed quod rarò contingit, et licet naturæ sit opus, est tamen magnum. Quâ ratione moles illæ aut ingentes, aut miro artificio elaboratæ, quas celebravit antiquitas, *miracula* dicuntur *mundi;* sic hoc *miraculum* vocari potuit, quia res fuit inopinata et rara; neque hoc nomen esset à re ipsâ alienum, etiamsi tantùm in hominibus qui passi sunt, aut qui rem spectârunt, admirationem excitâssent. Est enim *miraculum admirationis,* ut logici dicunt, *objectum,* aut unde oritur admiratio, et in hunc sensum hoc loco *miraculum* accipio. Ubi Vulgatus, *in castris per agros,* hebraicè est *bamachanah ba sedah*, id est, *in castris, in agro.* Quæ sic videntur exponi posse : In castris, quæ erant in agro; neque enim, ut diximus supra, in montium fastigiis, aut locis arduis videbantur Palæstini metati castra, aut potiùs tam in castris quàm in agris ; nam ut dicitur statim, v. 16, multitudo jacebat prostrata et hùc illùcque diffugiens. Tam igitur miraculum erat in castris, ubi tanta jacebat cadaverum strages, quàm in fugâ, id est, per agros ; cùm tot viri tantâ trepidatione ac celeritate, nemine persequente, diffugerent, et quasi instarent hostes à tergo, aut obstarent à facie, districto in socios mucrone baccharentur.

Sed et omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum, obstupuit. Hic locus ostendit, quid proximè sibi velit *miraculum,* nempe *stuporem;* id enim accidisse dicitur iis qui prædandi gratiâ ex castris excesserant, quod aliis qui in castris interea substiterant; ut enim hi obstupuerunt, sic etiam illi, quare stupor ille miraculi compellatione significatur. Illi porrò, qui ad prædandum abierant, aut fuerunt tres illi cunei, de quibus supra c. 13, v. 17, aut alii, qui ex castris ad proxima loca de more digressi, quidquid habent obvium, aut pecorum, aut aliarum rerum, ad militum usum necessarium, ad castra convehunt : utrumque fieri potuit, utrumque verisimile. Neque illud incredibile, hos etiam, cùm redierunt ex prædâ, eamdem passos esse ἀοραασίαν, aut eamdem insaniam, et eodem modo, atque alii, in suos commilitones fuisse bacchatos (1).

(1) Ludovicus de Dieu, recedens hic à cæteris interpretibus, opinionem illorum nonnisi ex conjecturis peti contendit. Textum igitur ita reddendum censet : *Interfecerunt viginti homines in medià fermè longitudine sulci, et in latitudine quanta continetur inter duos sulcos agri.* Adeò ut hostes tam conserti alter alteri essent, ut opem sibi ferre invicem facillimè possent. Si verò communem interpretationem teneamus, quid est mirum, duos viros viginti homines spatio sexaginta, vel quinque et triginta pedum longitudinis interfecisse? Textus ad litteram : *Quasi in medio sulci paris agrorum.* Quod vix aliter accipiendum est, quàm de longitudine sulci ducti ab uno jugo boum in agro arantium. Persuasum igitur habeo, sacrum scriptorem spectâsse tantummodò longitudinem sulci, non latitudinem agri, uti mallet Ludovicus de Dieu. (Calmet.)

(1) Et conturbata est terra; et accidit quasi miraculum a Deo. Hebræus ad litteram : *Et pavor fuit in præsidio,* quod tenebat Mach-

Et factum est quasi miraculum a Deo. Hebraicè, *le cherdat Elohim*, id est, *in miraculum Dei*, seu *in trepidationem* et *stuporem Dei*. Aut quia miraculum illud, aut trepidatio magna fuit; nam ex usu Scripturæ, quæ magna sunt, Dei esse dicuntur, ut *montes Dei, cedri Dei*. Aut quia talis erat stupor et metus quasi foret à Deo desuper immissus. Nisi mavis illud, *quasi*, significare non tam similitudinem quàm veritatem; quomodò dicitur : *Aristoteles loquitur quasi philosophus*, id est, ut philosophum decet, qualis ipse fuit. Tale est illud Joan. 1 : *Quasi unigeniti à Patre*. Et illud 1 Petri cap. 2 : *Sive regi quasi præcellenti*. Sic igitur sensus esse posset : Fuit *miraculum*, quale esse solet à Deo, id est, magnum. Et sanè hoc tale fuit, cùm dissipata fuerint castra tam copiosa, tam omni armorum apparatu munita, cùm socios, quibuscum egerant familiariter et amicè, alienos putârint, et tanquàm hostes persecuti fuerint.

Illud hùc aliquo modo facit, quòd gentes metum, aut turbationem, quorum nulla apparet causa, alicui deorum attribuunt, Pani videlicet. Quare qui sic afficiuntur, *panica* dicuntur pati; vide adagium, *Panicus casus;* vide item Angelum Politianum in Miscellaneis annot. 28. Quomodò id acciderit, aut quæ ejusmodi terroris assignari causa possit, non disputo; neque quid eâ de re profani sentiant, laboro, quia fabulis in hoc interpretandi genere locus esse non debet. Illud dico, in Scripturâ sacrâ accidisse non rarò, ut Deus immissâ turbatione ac metu, aut hostes suos metu debilitet, aut vertat in fugam. Quâ de re egi super illud Isaiæ cap. 37 : *Ecce ego dabo ei spiritum, et audiet nuntium, et revertetur ad terram suam*. De hâc animorum consternatione ac metu præclara sunt in Scripturâ sacrâ documenta. Gen. 35, consuluit Deus incolumitati Jacob, incusso vicinis civitatibus metu. *Cùmque profecti essent, terror Dei invasit omnes per circuitum civitates, et non sunt ausi persequi recedentes*. Exod. 23, Deut. 7, metum incussit Chananæis, ne Israelitis ipsorum regiones ingressuris obsisterent. Talis est metus ille de quo Levit. 8 : *Fugietis nemine persequente*. Neque alio modo, ut opinor, tribus anni temporibus, quo tempore filii Israel ascenderent in templum, et civitates essent virorum destitutæ præsidio, à vicinis hostibus intactas præstitit civitates, nisi immisso divinitùs metu, quo ab eo consilio atque studio deterriti, quo priùs ad illarum exitium anhelabant, cogitationem et aviditatem antiquam temperâssent. Ad hanc puto consuetudinem intentus scriptor sacer ait hoc *miraculum* sive *trepidationem* esse quasi à Deo, id est, instar illorum quibus Dominus olim inimicorum suorum pectora concussit (1).

Vers. 18. — Et ait Saul ad Achiam : Applica arcam Dei (2) (erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Israel). Cùm ex speculatoribus didicisset Saül, quid rerum fieret in Palæstinorum castris et in re tantâ tanquàm inusitatâ opus esset non solùm maturo, sed etiam divino consilio, advocat Achiam sacerdotem summum, quem supra *Achimelec* etiam appellari diximus, et jubet ut arcam applicet, quæ tunc temporis Hebræorum aciem sequebatur, et à Deo sciscitetur oraculum. *Applicare arcam*, non est illam adducere de loco suo ad eum, ubi tunc erat Saül; nimis enim id esset superbum et odiosum piis, jubere adduci ad se augustum illud venerandumque sacrarium, et non potiùs sacerdotem ipsum et regem ad arcam accedere. Dicitur autem *applicari arca*, quomodò dicitur adhiberi consiliarius aut testis, cùm illorum consilium aut testimonium adhibetur, seu applicatur, cùm non illi ad nos, sed nos ad illos contra veniamus.

Non legimus, quomodò consultus fuerit, aut

mas, *et in parte exercitûs quæ ierat ad prædandum; et commota est terra, et fuit in trepidationem Dei*, id est, insueta trepidatio et terror ingens, vel terror panicus à Deo missus omnes tenuit. Sunt qui credant in hâc re terrorem hostibus injecisse terræ concussionem : *Contremuit terra*. (Calmet.)

(1) Vers. 16. — Speculatores Saul, qui erant in Gabaa. Quomodò hi speculatores in Gabaa, cùm interim Saül ejusque copiæ continerent se in petrâ Remmon, propè Magronem, uti supra legimus? Opus est Saül habuerit speculatores in specula Gabaæ, qui signo aliquo indicarent omnia quæ in castris hostium agerentur, vel per nuntios de fugâ hostium Saülem monuerint. Ægrè admodùm difficultates omnes diluuntur, tum quòd certus locorum situs ignoretur, tum etiam quòd historia hæc brevissimâ narratione absolvatur.

Ecce multitudo prostrata et huc illucque diffugiens. Hebræus ad litteram : *Ecce multitudo sine corde abibat et quassabatur*. Solutæ animo et viribus copiæ, præcipites se in fugam dederunt, et alter alterum pede terebat. (Calmet.)

(2) Applica te arcæ ad consulendum Dominum. Septuaginta : *Affer ephod ;* induere veste sanctâ, ut consulas Dominum. Spencerus cum Rabbinis explicat de arculâ, in quâ conditum fuisse credit ephod et rationale, cùm transferrentur ad exercitum : *Affer arcam continentem ephod*. Sed quorsùm ejusmodi explicatio? (Calmet.)

quomodò Deus ad interrogata responderit. De hâc oraculi petendi ratione satis abundè Abulensis, et benè quæst. 11, ubi docet, Deum aliter à prophetis, aliter à sacerdotibus consuli. De prophetis non est cur hic dicatur aliquid. De sacerdotibus illud habemus ex Scripturâ, consuluisse Deum ante arcam et per *urim* et *tummim*, seu per ephod. Ad arcam, quæ erat intra interiorem secessum templi, seu tabernaculi, semel tantùm ingrediebatur summus sacerdos in festo expiationis; et tunc coram arcâ poterat Deum consulere; quod tamen extra hoc tempus sæpè contigit Moysi, qui Dominum ex Propitiatorio loquentem audiebat, aliter atque sacerdotes alii, eo saltem tempore, cùm divinum oraculum extra tabernacula petebant. De Moyse est illud Numer. cap. 7, v. 89: *Cùmque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, ut consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonii inter duos Cherubim, unde et loquebatur ei.*

Alii verò sacerdotes, nisi fortè in festo Expiationis, per *urim* et *tummim*, sive per ephod non solùm extra Sancta sanctorum, sed etiam non rarò extra tabernaculum, de rerum eventu responsum à Domino petebant. Sic infra, cap. 23, David ad Abiathar, qui in Ceilam ephod secum attulerat, v. 6, dixit v. 9: *Applica ephod*, et tamen ibi tabernaculum non erat. Et cap. 30, cùm esset in Siceleg, iterùm per ephod consultus est Deus.

Quod diximus de arcâ, tunc illud intelligendum est, quando erat in suo loco, et quasi claustro conclusa, in tabernaculo videlicet, aut templo. Cùm esset inde foras producta, ut quando erat in castris, ut hoc ipso articulo, et dùm commorata est in Cariathiarim, aut etiam progrediebatur in deserto, aliam puto fuisse rationem. Tunc enim cùm quilibet pro suo quisque ordine ac ministerio astare arcæ posset, non erat difficile, cùm Deum vellet per ephod aut alio quovis modo consulere, ad arcam accedere, quomodò hoc loco factum est. An verò sic Deus ad arcæ conspectum ita Achiæ sacerdoti responderit, sicut olim Moysi, incertum est; neque aliquod, quod ego viderim, apparet in Scripturâ vestigium, ex quo intelligi possit, illum respondendi modum Moysi cum aliis fuisse communem.

Quia supra, v. 3, ab Achiâ ephod esse portatum audivimus, neque uno in loco occurret postea nomen *ephod*, et per illud à Deo petitum oraculum, dicamus oportet, quid eâ de re sentiant aut conjectent auctores. De *ephod* diximus supra, cap. 2, v. 18, non pauca. Sed de illo, quod proprium est sacerdotis summi, et in sacerdotali instructu numeratur, agit multis Hieronymus Epist. 128, quæ est ad Fabiolam, et Josephus lib. 3, c. 8, et latè Ribera de Templo, cap. 10, 11, 12. Cætera minùs ad institutum nostrum faciunt; illud tantùm nunc exploremus, quod ad divinum attinet oraculum, seu responsum, quod per *ephod* sacerdotes exquirunt.

In Rationali, quod in ephod, seu superhumerali ad sacerdotis pectus erat sive assutum, sive appensum, duodecim erant lapides, qui, ut optimè Ribera supra, cap. 12, dicuntur *urim* et *tummim*, id est, *illuminationes et perfectiones*. Hieronymus vertit, *doctrinam et veritatem*, quia per illos lapides Deus, quid opus esset facto, aut qui futurum esset, docebat. Alii aliàs esse putant nominis notationes et causas, quas accuratiùs examinare non nostri negotii est, sed eorum, qui in Exodum Commentarios ediderunt. Nunc brevitèr dico cum Josepho, Lyrâ atque Riberâ, per lapidum, qui erant in ephod alligati Rationali, varios splendores et aspectus, significari futuros rerum eventus, et illud esse *responsum* vel *oraculum*, quod applicato ephod quærebant Hebræi. De quo sic Josephus lib. 3 Antiq. cap. 9: « Per duodecim, « inquit, gemmas, quas in pectore pontifex « insutas Esseni (id est, Rationali) gestat, in « bello victoriam prænuntiare Deus solebat. « Nam priusquàm exercitus se moveret, tan- « tus fulgor ex eis emicabat, ut toti populo « facilè innotesceret adesse Deum, opemque « et auxilium suum invocantibus esse allatu- « rum. Quapropter Græci, qui à nostrâ reli- « gione non abhorrent, cùm hoc miraculum « pro compertissimo habeant, ita ut negari « non possit, Essena (id est, Rationale) vocant « λόγιον, id est, *oraculum*. Desiit essem fulgorem « emittere annis ducentis antequàm hæc com- « mentaremur, irato Deo propter legum sua- « rum prævaricationem. » Alii fortassè meliùs; interim hæc mihi cogitatio placet, neque alia magis occurrit expedita.

Erat enim arca Dei in illa die cum filiis Israel. Cùm infensam Philisthinorum populo arcam audiisset Saül, commodum futurum existimabat, si tantæ illorum multitudini ac robori arcæ Dei potentiam et auspicium opponeret; an alio tempore post aditam terram promissionis in Hebræorum castris arca fuerit, incertum est. Adduci nunc facilè potuit,

cùm esset extra tabernaculum non tam in suâ quàm in alienâ domo, et quasi in hospitio. Post hæc verò tempora nunquàm puto in Hebræorum castra fuisse productam, nisi cùm David ab Absalonis facie fugeret; tunc enim cùm sacerdotes arcam educerent, illam tamen David in suum locum referri jussit lib. 2 Reg. c. 15, v. 24.

Vers. 19. — Et ait Saul ad sacerdotem : Contrahe manum tuam. Cùm magis atque magis bellum in Philisthinorum aciem crudesceret, et dimicantium atque cadentium clamor clariùs resonaret, ne elaberetur occasio quæ divinitùs videbatur oblata, aut ne hostes in Hebræos tunc temporis imparatos ingruerent (neque enim tunc de re omninò constabat) jubet Saül ut manum contrahat, neque Deum, ut cœperat, pergat consulere. Quare rem aggressus est Saül inconsulto Deo; neque fortassè aliam ob causam stultè egit, dùm militibus ad noctem usque jejunium indixit. Contrahere verò manus ideò sacerdos dicitur, quia extensas habuerat et elevatas; is enim habitus orantium est, ut non solùm sacra, sed etiam profana litteratura testatur. In sacrâ mille occurrunt exempla. Psal. 27, v. 2 : *Dùm oro ad te, dùm extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* Et Psal. 43, v. 21 : *Si expandimus manus nostras ad Deum alienum.* Neque minùs frequenter profani. Virgil. Æneid. 1 :

Ingemit, et duplices tendens ad sidera palmas,
Talia voce refert.

Et lib. 2 :

Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

Et lib. 4 :

Dicitur ante aras media inter numina divûm
Multa Jovem manibus supplex orâsse supinis.

Quare dùm jubet Saül, ut contrahat manus sacerdos, id planè jubet, ne oret ampliùs, aut à Deo sciscitetur oraculum (1).

Vers. 21. — Sed et Hebræi, qui erant cum Philisthiim heri et nudiustertius (2). Multi, ut apparet, ad felicem inclinavêre fortunam ex Hebræorum genere, qui apud suos videbant rem esse periculo propositam, neque satis esse ad resistendum virium. Quare cùm appareret subitò tanta rerum inclinatio, ad castra, quæ transfugæ reliquerant, revertuntur. Idem quoque fecerunt, qui in latebras se abdiderant, et quò suam tuerentur salutem, publicam prodiderant. Quare brevi tempore ea facta est accessio castris Hebræorum, ut ad decem hominum millia pervenerint. Eâ verò die respirare cœpit Israelis fortuna, et à metu, quo contracta fuerat, recreari. Sic autem confirmatus est hostili cæde ac fugâ Hebræorum animus, ut ad Bethaven usque persecuti fuerint Palæstinos, neque eò usque cessatum sit à pugnâ. Ubi verò ventum est ad Bethaven, desiêre pugnare, quia videbant adversa sibi impendere omnia ab Hebræorum acie, cui Dominus aderat patronus et auspex. Quare ex eo loco in fugam se dederunt, in pedibus potiùs quàm in ferro ac manibus salutem statuentes. Est autem Bethaven non procul à Machmas, ut indicat quod proximè dictum est, cap. 13, v. 5 : *Castrametati sunt in Machmas ad orientem Bethaven* (1).

Vers. 24. — (2) Adjuravit autem Saul po-

(1) Vers. 20. — Et ecce versus fuerat gladius uniuscujusque ad proximum suum, q. d. : Excæcati et perturbati mutuâ se cæde truncârunt, æstimantes socios esse hostes.

Et cædes magna nimis. Joseph. l. 6, cap. 7, ait, cæsa sexaginta Philistinorum millia.

(Corn. à Lap.)

(2) In Hebræo legimus, *ascendisse* illos *cum eis in castrametationem circùm;* quibus verbis veluti innuitur, continuisse se circa castra ad sarcinas; seu potiùs, ex omnibus circumjacentibus regionibus convenisse ad castra, vitaturi extremum exitium ab iis qui regionem diripiebant, subeundum utique, si domi mansissent. (Calmet.)

(1) Vers. 22. — Et erant cum Saul quasi decem millia virorum, qui ad rumorem terroris hostium accesserant : antea enim nonnisi sexcentorum manus adhærebat illi, continenti se in petrâ Remmon. Porrò de hisce denis millibus nihil hic legimus in Hebræo, Chaldæo et Septuaginta; sed apud Septuaginta, non verò apud Hebræum, leguntur inferiùs, v. 24.

Vers. 23. — Pugna pervenit usque ad Bethaven. Philistæi mutuam cædem ignari prosequuntur usque Bethaven. Castra illorum porrigebantur versùs Machmas. Ex historiæ hujus serie 10, 31, innui videtur, agmen Philistæorum dilapsum fuisse ex parte Aialonis, planè oppositâ Bethaven, id est, regionem suam versùs iter suscepisse illos, quò et fugitivos Israelitæ insequebantur. Itaque hic textus non ita accipiendus est, quasi Hebræorum in Philistæos prælium porrexerit sese usque Bethaven; sed commodè exponitur de sparso ad usque Bethaven stragis hujus rumore.

(2) Et viri Israel sociati sunt... adjuravit autem Saul populum. Sunt qui Hebræum ita reddant : *Israelitæ arctati sunt die illâ;* populi ardorem inconsultò reprimens Saül, ipse victoriæ suæ fuit impedimento. *Adjuravit populum,* vel, Israelitæ accesserunt, et Saül è re esse censuit pro concione monere populum. Sed interpretatio Vulgatæ meliorem exhibet sensum. Septuaginta sic reddunt : *Omnis populus erat cum Saül, circiter decem millia virorum; et erat prælium dispersum in totam civitatem in monte Ephraim; et Saül ignoravit ignorantiam magnam in die illâ, et maledicto obstrinxit populum, dicens : Maledictus homo, qui*

PULUM, DICENS : MALEDICTUS VIR, QUI COMEDERIT PANEM USQUE AD VESPERAM. Hæc pugna, quâ Philisthini et suis se gladiis conficiebant, et Hebræorum ferro obtruncabantur, ad medium usque diem videtur producta, ex quo omnes se converterunt in fugam. Quare cùm persequi victoriam cuperet Saül, et spem totam in celeritate posuisset, edixit toti populo, adjuratione et execratione interpositâ, ne quis ad vesperum, id est, ad noctem cibum caperet, ne quod spatium hostibus præberetur ad fugam. In hâc adjuratione pœna capitis videtur esse proposita ei qui contra fecerit, quod ex eo constat, quia capitali pœnâ punire voluit Saül filium Jonatham, quia cibum sumpsit ante tempus ab adjuratione definitum.

comedet panem usque ad vesperam. (Calmet.)

Alors Saül : Maudit soit celui qui mangera avant le soir, jusqu'à ce que je me sois vengé de mes ennemis. S. Chrysostôme et Théodoret condamnent Saül dans ce serment qu'il fait par une pure fantaisie, entièrement contraire à la prudence et à la raison. Car il n'était pas possible que ceux qui étaient abattus de faim et de lassitude n'eussent aucun besoin de se soulager ; et ils auraient eu même beaucoup plus d'ardeur et de force, comme Jonathas l'a dit ensuite, pour achever de défaire et de poursuivre leurs ennemis, si on ne leur eût point fait cette défense. C'est pourquoi saint Chrysostôme s'élève avec des paroles fortes contre ce serment de Saül. Il ne craint pas de lui donner le nom de *folie;* et il dit que ce fut *un artifice du démon,* par lequel ayant engagé insensiblement ce prince dans cette protestation indiscrète, comme dans une chaîne dont il se lia lui-même et tout son peuple, il le porta ensuite pour en réparer le violement prétendu, à étouffer dans son cœur tous les sentiments de la nature, et à croire qu'il ferait un acte d'une piété religieuse, s'il se rendait lui-même le meurtrier de son fils.

Mais si l'on condamne cette action de Saül avec ce grand saint, on objecte qu'il semble que Dieu même l'a autorisée, n'ayant point voulu répondre ensuite à Saül, et ayant fait tomber le sort sur la personne de Jonathas. Théodoret et quelques interprètes répondent à cette difficulté, qu'encore que Saül eût fait cette défense contre la raison, néanmoins, comme elle ne regardait qu'une chose indifférente qui n'était point contraire à la loi de Dieu, Jonathas la devait respecter aussi bien que tout le peuple. Que lorsqu'il l'a violée d'abord sans la connaître, il était excusable ; mais qu'après qu'il eut appris l'ordre du roi son père, il ne devait pas s'y opposer, ni encore moins l'accuser de quelque indiscrétion devant le peuple, ce qui pouvait avoir de fâcheuses suites. Car le rang où Dieu avait mis Saül obligeait Jonathas d'avoir une profonde vénération pour le roi son père. Et ainsi toutes les raisons divines et humaines le devaient porter à dissimuler plutôt qu'à faire remarquer aux autres l'indiscrétion de cette conduite. (Sacy.)

An prudenter aut sanctè fecerit Saül, dùm populum adjurat execraturque, si lassas pugnando vires cibo reficiat, et ad ulteriorem laborem reparet, disputat Abulensis, q. 19, et Saülem à peccato liberat, contra Lyram, cujus argumenta accuratè expendit et dissolvit. Primùm, quòd lex illa in eo rerum articulo neque dura videbatur, neque inepta, cùm brevi morâ elabi posset hostis, et oblata divinitùs occasio perire. Neque durum videtur, si diem unum miles, cùm hostis aut urget, aut prædam et victoriam ostentat, jejunus agat. Ad hæc enim à militiæ magistris assuefiunt tirones qui bella meditantur ; et sanè dura est militiæ disciplina, et graviora jubet. Deinde, quia hoc regis edictum Deus ipse videtur probare, qui ideò respondere noluit, cùm antea fecisset, quòd violatum esset à Jonathâ regium edictum : quod indicavit sors, quam Deus ita temperavit ut violati jejunii reum sine errore prodiderit. Item, quia si peccâsset in hâc lege Saül, Deus illius peccatum tum aperuisset, cùm ipse dixit, v. 41 : *Si in me, aut in Jonathâ filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem.* At Deus peccatorem ostendit esse Jonatham, non Saülem. Piè hoc decretum edictum à Saüle dicit Ambrosius serm. 25, qui est de Quadragesimâ. « Bonus, inquit, planè rex, qui hostes suos « non tam armis quàm devotione vincebat, et « plus dimicabat religione quàm telis. Cùm « ergo Saül abstinentiam diei suis omnibus « indixisset, et Jonathas ejus filius præcepti « nescius inter medias hostium acies victor « incedens favum mellis intinctâ sceptri summitate gustâsset, tanta indignatio repente « commota est, ut et differretur victoria, et « Divinitas læderetur. Denique nec belli finis « imponitur, nec regi responsum propheticum « datur. Unde intelligimus, quòd Saül hostes « non tam virtute militum quàm militum abstinentiâ superabat. Denique unius culpâ « cunctis confertur ignavia, et unius delicto « cunctis generatur infirmitas; deficit enim « virtus in exercitu, ut deficit in observatione « jejunium. Quod ut peccatum Saül ex ipsâ « Divinitatis offensione cognovit, statim Jonathæ dixit non esse parcendum, sed peccatum « admissum effusione ejus sanguinis expiandum. Videte, quanta apud Saül fuerit religionis observantia, qui offensum Deum optavit etiam parricidio mitigare ; et quanta sit « resoluti culpa jejunii, quæ nonnisi sanguinis « effusione punitur.

Peccâsse tamen Saül tenet Lyra, et cum eo

alii. Sanè Chrysostomus juramentum illud Saülis opus esse dicit diaboli, qui illâ regis adjuratione laqueos toti populo objectos esse dicit; unde orta sunt incommoda plurima, non solùm ut lassus et exanimatus populus hostem fugientem persequi non posset, et uno fortassè die negotium illud Palæstinum absolvere, sed etiam ut inde multorum peccatorum fieret sementis. Cùm enim populus diuturnam famem sustinere non posset, neque extrahendi ex animalibus, quæ capta fuerant, sanguinis esset opportunitas, contra quàm lex statuebat antiqua, cum sanguine comedit. Et eò rem deduxit, ut Jonathas paternam adjurationem violaret, et in ipsius caput decretum jam esset à patre capitale supplicium. Lege Homil. 14 ad populum Antiochenum, ubi multa dicit Chrysostomus suo ingenio et christianâ pietate digna.

In posteriorem ego partem magis inclinabam, non solùm ut stultè egerit Saül, sed etiam scleratè, ut latè Chrysostomus. Et hunc errorem, qui sanè levis non fuit, inde natum existimo, quòd cùm Deum consulere esset aggressus, illius tamen non expectavit responsum, quod aliquid habet inurbanæ cujusdam impietatis, quasi tempus illud periret, quod religiosa illa et quodammodò necessaria consultatio consumeret. Quid si ideò Deus secundo loco non respondit, quòd priori ipsius oraculum neque æstimatum, ut par erat, neque expectatum fuit? Sed alia ratio redditur postea, quia Jonathas contra parentis edictum de melle gustavit. De quo suo loco. Nunc illud explorandum, quomodò si stultè, atque adeò si scleratè Saül jejunium indixit toti populo, illud probavit Deus, dùm per sortes violatæ adjurationis reum manifestavit.

Hujus ergo rationis vim, quæ sanè infirma non est, sic videor diluere aut infirmare posse. Primùm, ut in principio regiæ administrationis disceret populus subditus parendum esse regi, etiamsi durum videatur, et minùs rerum articulo opportunum imperium. Quod supra ostendimus cap. 13, ad illud : *Quod si non fecisses, jam Dominus præparâsset regnum.* Ubi diximus prima peccata, quæ admissa fuêre contra legem, severiùs quàm alia fuisse punita. Item ut hinc discerent homines, quanta sit vis anathematis aut maledictionis quæ est à superiore potestate, quæ licet sit injusta, timenda tamen est. Videmus enim aliquando et legimus sæpè parentum execrationes innocentibus filiis fuisse valdè noxias. Et excommunicatio, quæ anathema quoddam est et execratio, his etiam rebus quæ culpæ sunt expertes et incapaces, grave inferunt vulnus. Notum est, propter ejusmodi Ecclesiæ minas et execrationes consenuisse arbores, aruisse segetes, extinctas esse aut fugatas locustas. Hanc autem Saülis execrationem *anathema* vocat Theodoretus, q. 32, cui subscribit Procopius, et docet hoc exemplo anathema, licet injustum, esse metuendum. Vel certè, ut ostenderet Deus nimis futurum esse verum, quod per Samuelem ante prædixerat, durum fore regnum, et tyrannidi proximum, quod filii Israël rejectis judicibus elegerunt, cùm nunc audiant severum et stultum edictum, quod laborare jubet et abstinere à cibo; quod, credo, ad illud usque tempus nunquàm aut fecit, aut cogitavit tyrannus. Sed puto ideò permisisse Deum, ut Jonathas, per quem populum nuper à periculo et metu liberaverat, et gustaret de melle, et per sortes capitis proderetur reus, ut eo modo stultitiam et peccatum patris acerbo dolore et inopinato interitu puniret. Facilè enim quisque ex seipso conjectare potest, quo futurus esset animo Saül, cùm suo decreto daturus esset neci filium, et multis nominibus ante dilectum, et recente nunc victoriâ gloriosum, quique magno, et populo usui, et suo regno in posterum incremento futurus videbatur. Quòd si Deus puniri vellet Jonatham, et non potiùs patrem expectatione domesticæ cædis, non tam facilè Jonathas populi studio à paterno gladio foret ereptus. Hanc videtur rationem reddere Chrysostomus Homil. 14 ad populum, licet paulò obscuriùs : loquitur enim de diabolo, qui hujus adjurationis auctor fuit, qui parentem filii morte gravi dolore compungere et contristare voluit. « Nisi filii morte, inquit, regis dextram « polluceret, fecisse se nihil magnum arbitrare- « tur. Et quid dico, filii cædem? Excogitavit « enim sceleratus ille et hâc rursùs profanio- « rem moliri cædem. Si enim sciens peccâsset « Jonathas, et jugulatus fuisset, filii cædes « tantùm id erat; nunc enim ex ignorantiâ « prævaricatus (nec enim audivit juramenta), « deinde interfectus duplicem patri dolorem « effecisset; filium enim, et filium qui nihil « peccaverat, immolaturus erat. »

Vers. 25. — Omneque terræ vulgus venit in saltum in quo erat mel super faciem agri (1).

(1) « La terre couverte de miel a paru, dit « Voltaire, une trop grande exagération; les « abeilles ne font leurs ruches que dans les « creux des arbres. Les voyageurs assurent

Mira amplificatio est et regiæ severitatis et mandati à quo omnis aberat et amantis patris providentia, et ratio moderata, et utile consilium. Multò manè milites cùm à speculatoribus admoniti sunt, ad prælium se quamprimùm accingunt; quare eorum multi jejuni ad hostiles acies progressi sunt, neque eorum pauci fuerunt, imò fortassè omnes, cùm eodem tempore edictum omnibus fuerit, ut ad hostes advolarent, et indictum jejunium. Deinde cibus ultrò se famelicis offerebat : cùm enim tota terra promissionis melle abundet, unde sæpè dicitur lacte et melle manare, ille tamen saltus, per quem populus insequebatur palantes hostes, plenus erat melle. In cavis enim arborum truncis, aut in petrarum scissuris, aut in ipsis etiam terræ cavernis passim familiares illi regioni apes favos fingebant, qui redundantes stillant melle, illudque latè variè diffundunt. Quod etiam nos interdùm in Hispaniâ videmus in sylvestribus ac confragosis locis, ad quorum radices mellis rivi copiosi decurrunt. Quare sine ullo labore aut temporis dispendio parari mensa poterat, cùm ultrò cibus ipse paratus occurreret.

Hic magnum Chrysostomus agnoscit animi obsequentis exemplum, cùm tantus populus, tamque fame laborans à cibo abstinuerit obvio, ne quod acceperat mandatum à rege, quantumcùmque stultum et inutile, violaret, et quàm callidè diabolus ad illam adjurationem regem impulerit, ut major populo adesset peccandi et gravior occasio. Ex uno juramento diabolum in Saüle multa dicit composuisse et texuisse perjuria. « Aspice, inquit, qualis ex hoc jura- « mento laqueus exoritur. Sylvam præteribat « exercitus favum habentem, et favum ante fa- « ciem populi ; et ingressus est populus ad fa- « vum, et transibat loquens. Vidisti quanta « vorago ? Mensa extemporanea, ut accedendi « facilitas, et nutrimenti suavitas, et latendi « spes in juramenti prævaricationem ipsos al- « liceret. Nam fames, et labor, et tempus : « *Omnis* enim, inquit, *terra prandebat* (ita vi- « detur legisse Chrysostomus, sicut etiam « Tertullianus contra Psychicos cap. 10), tunc « ad prævaricationem impellebant. Favorum « quoque aspectus intentionem solvens extrin- « secùs ipsos invitabat. Mensæ etenim tum ju- « cunditas, tum facilis apparatus, et deprehen- « dendi furti difficultas omnem sapientiam « fallere poterant : si nempe carnes fuissent, « quas elixare vel torrere oportebat, non tan- « tùm ipsorum animos allexissent, cùm in ipsis « coquendis et ad escam præparandis cessaret « et tardaret, et deprehendi expectare oporte- « ret; nunc verò nihil erat tale, sed mel so- « lùm, ubi occupationis nullius talis opus erat. « Sufficiebat autem summum digitum intin- « gentem nutrimenti partem capere, et latere ; « verumtamen illi cupiditatem continuerunt, « nec intra se dixerunt : Quid autem nobis « curæ est ? numquid enim quisquam nostrûm « objuravit ? Ille inconsideratorum pœnas da- « bit juramentorum. Quare namque jurabat ? « Sed nihil hujusmodi cogitârunt, sed cum « multâ transibant reverentiâ : et cùm tot es- « sent ipsos allicentia, disciplinam servabant, « et transibat populus loquens. Quid est, trans- « ibat loquens ? Dolorem verbis consolantes « inter sese loquebantur. » Hæc Chrysostomus, ubi constantis obedientiæ et cæcæ spectari licet illustre documentum. Adde tu eodem tempore jam populum animo deficere præ lassitudine et fame. Nam, v. 28, cùm Jonathas de melle gustavit, additur : *Defecerat autem populus.*

« qu'il n'y a aucun arbre dans cette partie de la « Palestine, excepté quelques oliviers dans les- « quels les abeilles ne logent jamais. » Il est fâcheux pour les admirateurs de Voltaire que ce fameux critique de nos livres saints ne soit pas plus fondé dans ses observations d'histoire naturelle que dans sa connaissance de la géographie de la Palestine. Virgile lui aurait appris qu'on trouve des ruches d'abeilles dans le creux des rochers. Hésiode et Aristote en disent autant. Sanctius et Maldonat se donnent pour témoins oculaires du même fait ; ils ajoutent qu'en Espagne on voit couler au pied des rochers des ruisseaux abondants de miel, et que les paysans d'Andalousie gagnent leur vie à le recueillir dans les forêts. Enfin les voyageurs modernes disent précisément tout le contraire de ce qu'il leur prête. Ils nous montrent non seulement des oliviers, mais des térébinthes, des sycomores, *de beaux arbres, des bois épais,* précisément sur la frontière des Philistins.

Saül voulut faire mourir son fils Jonathas pour avoir transgressé par ignorance la défense inconsidérée et imprudente que son père avait faite avec serment de ne rien manger jusqu'au soir. Personne, que nous sachions, n'a approuvé Saül en cette occasion. Mais le critique transforme en un *sacrifice* cette peine prononcée mal à propos. « Les savants, dit-il, « allèguent encore cet exemple pour prouver « qu'il était très-commun d'immoler des hom- « mes à Dieu. » Rien en effet ne serait plus commun si toute exécution à mort était un *sacrifice,* et nous serions tous les jours témoins et complices de sacrifices humains. Le prononcé de Saül contre Jonathas fut une sentence de mort injuste. Aussi le peuple s'opposa à cet acte de cruauté. (Duclot.)

Vers. 27. — Extendit summitatem virgæ. Conjunxerat sese Jonathas cum parente, cumque his qui victoriam persequebantur et hostilem fugam, et ut alii pedites gradiebantur, quod verisimile facit loci natura confragosa et aspera, sic etiam credo illorum cursum peditem quoque Jonatham comitatum fuisse. Porrò virga, quam gestabat manu, aut erat hasta, quam portabat, ut bellator et miles, aut sceptrum, seu baculus, quem ut dux exercitûs de more ferebat in manu.

Et illuminati sunt oculi ejus. Mihi dubium non est, ex inediâ ac lassitudine offundi tenebras languentibus oculis : ita experientia docet quotidiana. Novi ego hominem cui inedia et immoderatum jejunium oculis videndi facultatem ademerant, cui sumptus cibus animum visumque restituit; quod millies aliis accidisse audio. Et hoc ipsum ait sibi contigisse Jonathas, v. 29, ubi sic Jonathas : *Vidistis ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eò quòd gustaverim paululùm de melle.* De cæcitate atque hebetudine corporeâ esse intelligenda tenent communiter alii, Abulensis, Cajetanus, Hugo et Interlinearis. Fortassè hæc hyperbolica exaggeratio est magnæ famis. Ut enim cùm aliquis diù abstinuit à cibo, et fame laborat gravi, mortuus dicitur, aut enectus fame, in omni, ut reor, linguâ, sic etiam quia mortuorum in funere, piâ atque legitimâ cæremoniâ clauduntur oculi, fit, ut clausos aliquem oculos habere, idem sit quòd mortuum esse. Quare cùm quis dicitur oculos habere illuminatos aut apertos, aut, quod idem est, videre, ille vivere dicitur. Erit igitur sensus : Cùm priùs enectus essem fame, et mors oculos premeret, ecce gustato melle, jam vivere incipio; ecce quomodò apertis oculis jam video, quod opus viventis est. Neque hæc explicatio mihi displicet. Sunt qui hæc mysticè accipiunt. In his sunt Beda, Rabanus, Angelomus, Eucherius. Audi Bedam Quæst. in l. 1 Reg. c. 6 : « Illuminati sunt « oculi Jonathæ, non utique ad videndum « illuminati, quia ante videbat, sed ad discernendum, quia vetita tetigerat. Tunc enim « casus ille, sicut et Adam, fecit attentum et « reddidit confusum. Quo facto admonemur « omnes illecebras voluptatum in seculo debere contemnere eum qui Deo nititur militare. Nam non potest contra Allophylos « spirituales, id est, adversùs principes tenebrarum harum viribus armisque pugnare, « qui adhuc hujus mundi negligit dulcedinem « declinare. Mel enim destillant labia meretricis, quod est delectatio voluptatis carnalis. » Eadem aliorum sunt verba (1).

Vers. 32. — Et mactaverunt in terra, comeditque populus cum sanguine. Mitto quid, Hieronymo teste, de hoc populi peccato tradant Hebræi; longè enim illi errant à scopo, quem se tetigisse putant. Dicunt enim ideò peccâsse milites, quia comedere carnes ante vespertinum sacrificium pro illis oblatum non licebat, aut quia non obtulerunt sacerdotibus adipem et sanguinem. Adducunt frigidum nescio quid ex Deut. cap. 12, quod nihil illorum cogitationi favet. Miror hanc Hebræorum expositionem placuisse Rabano, et ex parte Angelomo et Hugoni. Ego nullum hìc aliud peccatum intercessisse video, quàm populum comedisse cum sanguine, quod ne fieret, cautum est lege. Gen. 9, v. 4 : *Carnem cum sanguine ne comedetis.* Idem Levit. c. 17, v. 14, Deuter. 12. Cùmque commodè sanguis ex animali exprimi non posset, si in terrâ aut æquo loco jugularetur animal, aut lapis erigebatur, ut fecit hoc loco Saül, aut sublimior aliquis locus, ut pendente animalis jugulo, è superiori loco defluente sanguine, carnes ab illo plenè depuratæ adhiberentur in cibum. Sed urgebat fames, quæ non tantùm populo permisit spatii, ut tumulum erigeret, ubi cæderetur bos, aut aries, et exsangue fieret animal, juxta legis præscriptum. Nonnulli verò de populo, qui legis magis erant studiosi et amantes, ad regem deferunt conculcari patrias leges, et non expresso ex animali sanguine parari cibos. Tunc rex prægrandem jubet lapidem excitari, ad quem omnes deferrent, quod sumpserunt è prædâ, ut legitimè jugulent et legitimè comedant. Hoc regis mandatum satis docet, in quo peccatum sit à populo (2).

(1) Vers. 29. — Turbavit pater meus terram; turbavit omnes, injuriam intulit regioni irreparabilem. Sinceros animi sensus exprimit Jonathas, cui tamen patris nomen ac dignitas, regalisque dignitas verenda erat. Jussiones principis palam arguere non licet.

Vers. 31. — A Machmis usque in Aialon. Aialon sita erat in tribu Dan, circa fines Philistæorum; abesse autem poterat à Machmis, tribus vel quatuor leucis. (Calmet.)

(2) Vers. 33. — Volvite ad me nunc saxum grande. Jussit Saül, ait Abulens., ut elevaretur magnus lapis super quem occiderentur omnia animalia, à militibus comedenda, ut ex eo pendente capite cujuscumque jugulati pecoris, sanguis universus statim effluereret; priùs autem in terrâ planâ illa jugulabant, ubi sanguis ægrè, nec nisi lentè tardèque effluere poterat, quod ipsi præ festinatione et fame exspectare nequibant. Ita Cajet. (Corn. à Lap.)

Vers. 35. — Ædificavit autem Saul altare Domino (1); tunc primum cœpit ædificare altare Domino. Cur ædificare voluerit Saül altare illud, Scriptura non tradit, sed est verisimile, ibi offerre voluisse sacrificia pacifica pro re feliciter gestâ, et ut in posterum benè res cederet cum hoste Palæstino, et ut Deum, quod statim tentavit, de reliquo consuleret, cùm sacerdotem haberet secum, et fortassè arcam, quam fuisse in Hebræorum castris nuper ostendimus. At certè, ut optimè conjectat Abulensis, q. 28, ut illius victoriæ tantæ tamque insperatæ staret aliquod illustre monumentum. Sicut in casu non dissimili, c. 7, fecit Samuel, qui lapidem statuit, quem lapidem Adjutorii nominavit, eo in loco ad quem usque insecutus est fugientes inimicos, et dixit: *Hùc usque auxiliatus est nobis Dominus.* Neque defuerunt Saüli antiqua majorum et illustria exempla, qui in successu non dissimili altaria construxerunt, quæ essent posteris oblati à Domino beneficii æterno monumento. Sic Moyses Exod. 17, v. 15, cùm Amalecitas bello superâsset, *ædificavit altare, et vocavit nomen ejus, Dominus exaltatio mea.* Et ipse Saül cap. sequenti, cùm iterùm Amalecitas subegisset, fornicem extruxit, in quo illius victoriæ æternam voluit conservari memoriam.

Cur primum dicatur hoc altare constructum à Saüle, cùm capite præcedenti legamus in altari alio ab eodem sacrificatum esse, quod tamen non ab alio videtur esse constructum, respondent aliqui, ideò hoc altare vocari *primum,* quia tam altare quàm in eo oblata sacrificia placuêre Domino; aliud verò in altarium numero atque ordine non censeri, quia neque placavit Deum, neque quidquam obtulit, quod illi foret gratum. Ita Glossa et Angelomus, et probat Lyra et Hugo. Hieronymus in Trad. hebr., ex quo etiam sumpsit Angelomus; ideò dicit tunc primum ædificatum esse altare, quia alia contra obedientiam ædificata sunt; quæ autem sunt ejusmodi, neque Deo placent, licet sacra sint sicut sacrificia, quæ exprobravit Samuel Saül. Quod religiosis viris maximè commendatum oportet, quibus nihil est sacrum, neque ipsum quidem altare, si stet contra legitimum à superiore mandatum. Sed placet magis, quod Lyræ etiam atque Hugoni probatur magis, et tenent omninò Abulensis et Cajetanus, qui dicunt priùs sacrificâsse Saülem in altari non suâ, sed alienâ operâ constructo. Et quidem in Galgalis offerri à populo sacrificia vidimus supra, c. 11, v. 15. Unde nemo dubitabit ibidem ab aliis aras esse excitatas. Primum verò dicitur fuisse hoc altare, aliorum comparatione, quæ ædificata fuerunt à Saüle, quorum tamen Scriptura non meminit. Ita putat Abulensis.

Vers. 36. — Et ait sacerdos: Accedamus huc ad Deum. Sacerdos summus hic erat, qui priùs à Deo responsa quæsierat, unde etiam suspicor ibi quoque fuisse arcam, quam, credo, sacerdos pro suâ religione ac munere non deseruisset. Hic ergo admonuit regem, ut antequàm belli illius persequerentur reliquias, Dei voluntatem et consilium explorarent. Quare adesse jubet populum ad aram excitatam à rege, aut certè ad arcam, ubicumque tunc esset (si fortè esset in castris), unde sumendum esset bellorum exordium. Et hoc extremum verius esse arbitror, quia ad illum locum sacerdos multitudinem advocat, ubi ipse erat, ut docet adverbium *hùc;* sed sacerdos non videbatur recessurus ab arcâ. Applicuit autem ephod, sicut sacerdotibus erat familiare, neque ullum habuit à Domino responsum; unde suspicatus est rex aliquod esse in populo peccatum, quod solitam illam Dei familiaritatem impediret.

Vers. 38. — Applicate huc universos angulos populi, et scitote, et videte, per quem acciderit peccatum hoc hodie. Didicerat Saül ex casu Acham, de quo Josue 7, unius hominis peccatum totius exercitûs communem esse labem, neque sperari posse aliquid, quod futurum speraretur ex voto, nisi peccati reus foret sublatus è medio. Notum erat illud Dei verbum horribile, v. 12: *Non ero ultra vobiscum, donec conteratis eum, qui hujus sceleris reus est.* Et quemadmodùm Josue totum popu-

(1) Altare verò erectum fertur super eumdem lapidem, super quem populus victimas suas mactaverat; in quam interpretationem commodè reddi posset Hebræus: *Ædificavit altare Domino; cœpit erigere lapidem hunc in altare Domino.* (Calmet.)

Ce fut là la première fois que Saül commença de bâtir un autel au Seigneur. Il semble que l'Ecriture marque obliquement par ces paroles le peu de reconnaissance de Saül, qui ayant déjà reçu tant de grâces de Dieu, ne commença néanmoins qu'alors à lui bâtir un autel. L'ingratitude a perdu le premier ange dans le ciel et le premier homme sur la terre, et c'est elle encore qui fait périr ceux que Dieu avait comblés de ses bienfaits, et qui avaient paru long-temps dans une piété exemplaire, « parce qu'elle fait mourir la racine de « la vertu, dit saint Bernard, et qu'elle sèche « la source de l'eau de la grâce qui ne coule « que sur les humbles. » (Sacy.)

lum divisit per tribus et familias, sic etiam Saül populum in unum locum advocatum distribuit, alio tamen modo : totam enim multitudinem in partem unam, se tamen ipsum et filium Jonatham separatim in alteram divisit, oravitque Deum, ut sceleris auctorem proderet, si in sceleris pœnam fuit, nullum esse redditum ad interrogata responsum. *Anguli populorum* dicuntur principes, ex proprio Hebræorum idiomate, quia sicut anguli continent et sustentant domum, sic etiam principes et magistratus civitates. De hoc loquendi genere vide quid nos ad illud Isaiæ 30 : *Cùm ceciderint turres* (1).

(1) Vers. 39. — Vivit Dominus salvator Israel, quia si per Jonatham filium meum factum est (hoc Dei irati silentium), absque retractatione morietur. Ita Rom., licet S. Greg. legat : *Sine retractione morietur*, Hebr. est, *morte morietur*, id est, certò et infallibiliter morietur. Chald., *occidendo occidetur*, id est, sine remissione certò occidetur. Culpat hoc Saülis juramentum S. Chrysost. hom. 14 citatâ, ut temerarium et parricidale, ideòque à diabolo suggestum ; utpote qui eum in filii tanti tamque innocentis cædem impelleret : « Et pater, « inquit, factus est filii carnifex, et ante exami- « nationem damnationis protulit sententiam. » Addit Saülem suâ hâc temerariâ jejunii sanctione multorum perjuriorum fuisse causam : « Eia igitur, inquit, numeremus commissa « perjuria. Temeratum est primum Saülis ju- « ramentum à filio, secundùm rursùs, et ter- « tium ipsius Saülis de filii cæde. Et visus est « populus verè jurasse : sed si quis diligenter « rem examinet, et hi rursùs omnes perjurii « criminibus obnoxii facti sunt. Ipsius enim « Jonathæ patrem pejerare coegerunt, patri « filium non dedentes : vides quot homines, « tum volentes, tum invitos perjurio obnoxios « unum fecit juramentum, quot mala molitum « est, quot cædes patravit? » Verùm S. Ambros., S. Hieron., Abulens., Cajetan., Salianus, Serarius et alii hoc juramentum Saülis ut religiosum laudant, et sacrificio Abrahæ volentis suum filium Isaac immolare comparant. Fuit enim profectum ex magno offensi Dei placandi studio et zelo. Fuit tamen incautum. Nam primò, Jonathas comedens mel contra sanctionem patris, nullam admiserat culpam, quia sanctionem ignorabat. Ergo justè occidi non poterat, utpote immunis à culpâ et innocens. Neque silentium Dei arguebat culpam esse in Jonathâ, sed alias ob causas, quas recensui, contingit. Secundò, etiamsi Jonathas sanctionem patris scivisset, tamen transgressio ejus erat levis et exilis, utpote gustus exigui mellis in gravi vel extremâ necessitate famis ; idque sine gravi scandalo ; quare ipse hoc gustatu non merebatur mortem. Tertiò, licet daremus Jonatham mortaliter in hâc comestione peccâsse, tamen adhuc melius erat peccanti parcere, quàm eum ut reum punire et occidere. Erat enim Jonathas miles fortissimus, qui causâ victoriæ partæ extiterat. Erat filius regis, illi in regnum successurus. Erat regiâ indole et moribus ; quare longè utilior et penè necessaria erat ejus vita toti Israeli, quàm mors ad sanciendam disciplinam militarem. Unde juramentum hoc Saülis de occidendo non obligabat, quia vergebat in deteriorem partem, ac in nocumentum damnumque grave totius regni. Quocirca meritò populus Saüli regi contradixit, nec permisit Jonatham occidi, illique tandem Saül assensus est. (Corn. à Lap.)

Ad quod nullus contradixit ei de populo, sive obsequio in regem, sive quòd nunquàm putaverint, ea quæ à Jonathâ gesta fuerant, indignationem Numinis provocâsse. Specimen hic novum exhibet Saül animi nimis temerè sese jurejurando obstringentis ; et populus suo silentio probat ea omnia quæ rex pronuntiat atque ad pronuntiatam ab ipso legem subeundam se obstringit. Hinc nuncupatum à rege sacramentum commune universo populo redditur. (Calmet.)

Vers. 40. — Ego cum Jonatha filio meo ero in parte altera. Saül privilegio juris eximere se et filium suum poterat à discrimine sortis. Cautio enim ab ipso lata ut abstinerent à cibo nonnisi exercitum obligabat. Subjicit se communi legi voluit, sive in exemplum cæterorum, sive zeli excessu. (Calmet.)

(1) Vers. 41. — Domine Deus Israel, da indicium. Hebræus ad litteram : *Da puritatem*, vel integritatem. Exerè hic æquitatem judiciorum tuorum ; ellice ut distinguamus omnia, sine favore et acceptione personarum, sontem ab insonti. Aliter : Pande nobis quis sit innocens, sive quæ tua sit sanctitas. Septuaginta legisse videntur *thummim* pro *thammim* ; innuuntque, consultum fuisse Urim et Thummim. (Calmet.)

(2) Vers. 42. — Captus est Jonathas. Punire Deus voluit Saülem, temerè nuncupati sacramenti reum, permittens ut Jonathas, insons licet, præsentissimum vitæ discrimen subiret.

Vers. 41. — Si in me, aut in Jonatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem (1); aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. Hæc in codice hebræo non sunt. Hæc honesta videtur petitio, quasi sibi ac filio nihil optet rex clemens ac mite, populo verò nihil precetur durum, sed tantùm ut sanctitatem det populo, id est, ut illi ignoscat, aut viam ostendat quâ expiari, id est, sanctificari possit. Quid verò de se atque filio suo statuat precetur, satis ostendit, dùm dicit, si sors Jonatham sceleris coarguat et damnet, illi absque ullâ retractatione fore morendum, quibus sibi ipsi eripit temperandi supplicii facultatem ; cui supplicio se ipsum similiter addixisse videri potuit, si quid admisisse convincatur, propter quod divinum sileat oraculum. Sed fortassè de suo supplicio non cogitabat, quia ex eo tempore, quo responsum à Domino proximè acceperat, nihil videbat à se commissum esse, cur timeret, atque ideò audacter non solùm de reliquâ multitudine, sed etiam de se ac filio Jonatham sortes consuluit (2).

Vers. 43. — Gustans gustavi in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis: et ecce morior (1). Denuntiat filio pater ineluctabilem moriendi necessitatem, quam non recusat optimus et ingenuus filius, ne pater juramentum temeret, quod neque sanctè, ut vidimus, neque prudenter interposuit. Quod item fecit filia Jephte, quæ mortem constanter oppetiit, ne pater conceptum stultè votum violaret. Interim tamen suam innocentiam probat; de ignoratione nihil hic Scriptura commemorat oppositum à Jonathâ, licet non sit verisimile illud fuisse omissum, in quo spectabatur maximè criminis depulsio, et causæ defensio; sed tantùm culpam aut depellit, aut elevat à tenuitate materiæ. Primùm, quia paulùm mellis erat, quod gustavit, quantùm nimirùm virgæ fastigio adhærere potuit, quam gestabat in manu; deinde quia ideò nihil de contentione ac celeritate remisit insequendi hostes, quos in fugam impulerat, cùm neque manum demiserit, seque ipsum inflexerit ad sumendum mel, sed tantùm in ipso cursu virgam extenderit, quod sine ullo celeritatis impedimento fieri potuit. *Et ecce,* inquit, *morior,* id est, mortis judicor reus, aut morti destinor. Quo modo quæ jàm proxima sunt, ut fiant, pro factis censeantur, alibi à nobis sæpè notatum est: quo modo damnatus ad mortem, et qui jam animam agit, aut naufragus luctatur cum fluctibus, numeratur in mortuis. Sic, ut putavit Augustinus, Christus horâ diei tertiâ crucifixus dicitur, quia eâ horâ damnatus est ad mortem.

Documentum id datum est Saüli, ne temerè juraret, et populo, ne principis sui edicta contemneret. (Calmet.)

(1) Jonathæ animum verbaque explicat Josephus l. 6 Antiq. c. 7, scilicet, Jonatham id dixisse ex constantiâ et mortis contemptu: « Saül, inquit, jurat eum se occisurum, pluris « quàm genus, aut naturam, aut affectus jus- « jurandum faciens. Ille mortis minis non « territus, magno ac generoso animo se præ- « buit. Nihil, inquam, deprecor, pater; liben- « ter enim hanc mortem fero, quæ te religione « solvat; dùm priùs tam magnificam victoriam « videre contigit. Maximum enim mihi fuerit « solatium, Palæstinorum insolentiam ab He- « bræis esse perdomitam. His omnis multitudo « ad dolorem et miserationem flexa est, ju- « rantque non laturos se ut occidatur Jona- « thas auctor victoriæ; atque ita eum diris « patris eripiunt, et vota Deo pro juvene fa- « ciunt, ut ipsum immunem à peccato faciat. » Verùm solet Josephus suorum Hebræorum gesta dictaque ornare et phalerare, ut ea Vespasiano et Romanis ad pompam ostentet. (Corn. à Lap.)

Hoc loco multi multa quærunt, tum de innocentiâ Jonathæ, tum maximè de hâc innocentiâ per sortes et per Deum, qui temperavit illas, condemnata; quâ de re nos aliquid diximus supra ad v. 24. Neque puto aliquid aliud erit necessarium, ut nihil injustum hoc loco quisquam inveniat. Addam tamen quid apud alios invenerim observatione non indignum, quia saltem ad mores opportunum est.

Quidam aliquod in Jonathâ peccatum agnoscunt, atque adeò morte non indignum putant. Cajetanus duplex in Jonathâ peccatum deprehendit, licet in gustato melle nullam inveniat culpam. Primùm, quia audito patris cum adjuratione atque execratione mandato, factum suum probavit; deinde quia ausus est, tacente et non reclamante populo, mandatum illud imprudentiæ et temeritatis arguere. Est quidem hoc ad mores grave: neque enim subditus damnare superioris atque prælati consilia debet, sed potiùs ab omni vel suspicione, vel calumniâ vindicare, quod viri spirituales in religione maximè commendant. Neque præterea viri religiosi, qui pro suo instituto crucem amant, ignominiam, et quidquid carni sanguinique contrarium, excusare debent objectas sibi culpas, ad Christi imitationem, qui dùm de se indigna multa et falsa à multis audiret, ipse tamen tacebat. Hæc tamen Cajetani solutio satis est infirma; neque enim hic alia causa adducitur, quàm violatum esse regium edictum gustato melle. Quod si de peccatis aliis esset quæstio, quis dubitet in tantâ multitudine damnâsse plurimos, urgente fame, regium edictum, et alia multò graviora admisisse flagitia?

Serarius ex aliorum, ut opinor, sententiâ, dicit aliquid in Jonathâ fuisse culpæ, cùm aliquo modo, licet nihil audisset de edicto regio, ex aliorum tamen exemplo discere potuerit. Cùm enim alii per saltum incederent manantem melle, neque ex omnibus ullus ex illo gustâsset, conjectare potuit aliquod à rege fuisse præceptum, quod illorum nemo auderet violare. Hæc ergo culpa fuit Jonathæ, non quæsisse quid causæ fuerit, cur ab omnibus mel seso sponte offerens foret illibatum. Sed sanè ratio non nimis premit Jonathæ innocentiam; nam primùm non omnes ipse vidit, quia cùm dux esset et acer, aut præibat omnes, aut inter primos gradiebatur. Deinde quia cùm ipse multò ante lucem esset egressus, ut incautos aggrederetur hostes, suspicari potuit reliquum exercitum, qui subsecutus est, curâsse priùs

corpora, neque in aciem prodiisse jejunum.

Aliam adducit causam Gregorius, sed omnimò moralem, et in virgâ intinctâ melle rectorem, aut prædicatorem intelligit, qui ex prædicatione, aut correctione, quæ significantur in virgâ, laudem captant, quam favorum suavitas umbrat. « Virgâ, inquit, quâ parvuli « solent corripi, sermo correctionis potest « aptè designari. Prædicatio ergo, et opus « bonum virga et manus est. Quid est igitur « virgam extendere, et manum ad os cum « melle revocare, nisi tam de prædicationis « verbo quàm de studio boni operis vani favo- « ris gustum recipere? Sed qui more electo- « rum peccat, non virgâ, sed extremitate « virgæ, mel levare dicitur; virgam quippe et « manum melle plenam ad os convertunt, qui « juxta veritatis vocem omnia opera sua fa- « ciunt, ut ab hominibus videantur. » Et statim : « Quid ergo est hæc virgæ extremitas, « nisi quia plerùmque et Dominum glorificare « in suo opere quidam volunt, et apparere ipsi « laudabiles non refugiunt? » (1)

(1) Vers. 44. — Morte morieris, Jonatha. Duo sunt hic animadversione dignissima. 1° Obsequium veterum erga sacramenti religionem, et fides præstandis promissis nullâ mitigatione seu interpretatione. 2° Cæcitas et pervicacia Saülis, damnantis Jonatham tantâ judicii festinatione, quantâ nuncupaverat sacramentum, reputantisque, plurimùm se honori Numinis et religioni daturum, si filium suum interficeret. Rei utique gravitas poscebat, ut Dominus iterùm consuleretur, utrùm filius morte damnandus esset. Id egerat Jonathas, quod nullam intulerat criminis culpam : silentium Domini et sortium eventus tantæ res non erant, ut eum morte dignum probarent. Si Saül perspicacior fuisset mente, et animo demissior, collegisset utique, Dei furorem in se potiùs quàm in Jonatham exarsisse. (Calmet.)

Accusat S. Chrys. hom. 14, citatâ, Saülem, quasi parricidam : excusant Abulens., Serarius et alii, ut religiosum Abrahæ imitatorem, qui filium morti pro justitiâ et disciplinâ militari sanciendâ devoverit. (Corn. à Lap.)

Saül lui dit : Que Dieu me traite avec toute sa sévérité, si vous ne mourez très-certainement aujourd'hui. On voit dans Saül un grand exemple de l'égarement de l'esprit humain, depuis qu'il est sorti une fois de l'ordre de Dieu, et qu'il se conduit par son caprice et sa fantaisie. Ce prince fait une ordonnance qui est même déraisonnable, comme les saints nous en assurent, et il la fait sans en avoir consulté personne. Jonathas son fils vient de faire l'action du monde la plus glorieuse. Dieu avait visiblement combattu par lui, et la défaite de toute l'armée était due uniquement à sa piété et à son courage. Néanmoins, parce que ce jeune prince touche du bout de la canne qu'il tient à la main, un peu de miel qu'il trouve, et qu'il le porte à sa bouche, sans savoir que le roi son père eût défendu à toute l'armée de prendre rien jusqu'au soir, Saül veut qu'il meure sans rémission, comme s'il avait commis le plus grand de tous les crimes. Il croit que Jonathas, ayant agi contre son ordre, mérite la mort, quoique cet ordre lui fût inconnu ; et lorsque le prophète lui commande de la part de Dieu de l'attendre, afin de n'agir que par ses ordres, nous avons vu qu'il a fait tout le contraire, et qu'il a cru même cette faute peu considérable. Mais nous allons voir dans la suite que celui qui veut paraître si religieux à garder un serment qu'il avait fait avec une légèreté indiscrète, ne le sera nullement à garder un ordre exprès qu'il avait reçu de Dieu par la bouche de son prophète. Ainsi il faut nécessairement qu'un grand orgueil lui ait aveuglé l'esprit, pour être capable d'une conduite si cruelle et si peu raisonnable. Il veut que la mort soit la peine du violement apparent d'une ordonnance qu'il a faite, qui était injuste, et il viole lui-même l'ordre exprès que Dieu lui a donné qui était très-juste. Il sauve le roi des Amalécites ennemis de Dieu, contre le commandement formel qu'il a reçu de le perdre, et sur un violement imaginaire d'une vaine protestation qu'il avait faite, il condamne cruellement à la mort son propre fils chéri de Dieu, et en faveur duquel il venait de faire un miracle presque incroyable, qui avait comblé de gloire ce jeune prince, et qui avait donné au peuple de Dieu la victoire sur ses ennemis. (Sacy.)

Vers. 45. — Vivit Dominus, si ceciderit capillus de capite ejus in terram. Tulit populus molestè decretum illud regium, cùm capitale indixisset supplicium illi qui ad illustrem illam victoriam et hostilem cladem aditum aperuisset. Quocirca regio juramento publicum ipse juramentum opponit, juratque nunquàm se commissurum, ut quidquam inferatur mali illi à quo compressi sunt Palæstinorum spiritus, et confirmati Hebræorum animi, et ad quidvis audendum excitati. Hic duo nobis observanda : alterum est, *si*, idem interdùm valere, quòd *non;* Malach. c. 1 : *Si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam*, id est, neque placebit, neque suscipiet. Isaiæ 22 : *Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini.* Ps. 88 : *Se mel juravi in sancto meo, si David mentiar.* Jer. 38 : *Vivit Dominus, si occidero te.* Hic, opinor, aliquid subauditur execratorium, ut in aliis sæpè jurisjurandi formis.

Alterum est, *capillum*, proverbiali specie sumi non infrequenter, ut hoc loco, ad significandum aliquem ab omni prorsùs incommodo futurum immunem; est enim *pilus*, seu *capillus*, ut apparet, res vilissima. Sic Christus Lucæ c. 21 : *Capillus de capite vestro non peribit*, et Actor. c. 27, v. 34 : *Nullius vestrûm capillus de capite peribit.* Dan. 3, 94 : *Et capillus capitis eorum non esset adustus.*

Ad extremum addo quibusdam videri consuetudinem illam dimittendi vinctum unum in die festo, juxta quam poscente populo dimissus est à Pilato Barrabas, ex hâc Jonathæ historiâ exordium habuisse. Ut enim Jonathas jam morte à parente damnatus, contendente populo liberatus fuit, quod omnis deinde probavit laudavitque posteritas, sic etiam eidem populo propter pium illum strenuumque conatum concessum est, ut ad illius preces et votum quotannis ad festum diem Paschæ solveretur vinctus, quem unum ex omnibus elegisset. Ita putat Origenes tract. 35 in Matthæum, Theophylactus in c. 23 Lucæ. Uterque antiquam esse dicit in Judæorum gente consuetudinem illam.

Quia cum Deo operatus est hodie. Quidquid exitum habet secundum, maximè cùm aliquid apparet in illo, quod assequi aut nequit, aut non solet humana facultas, id tribuunt Deo viri prudentes et pii; quale fuit ab uno Jonathâ cum armigero turbatas esse atque fugatas hostiles acies. Atque ideò optimè conjectavit populus, cum Deo operatum esse Jonatham, id est, duce, atque auspice, atque favente. Unde etiam conjectabat prudenter, ab illo sperari posse exitus in posterum felices, cùm tam habuisset militiæ rudimenta secunda.

Chaldæus aliter interpretatur hunc locum, et aliam adducit causam, cur dignus Jonathas existimetur veniâ, quia ex Jonathæ ipsius confessione, aut ex verbis, quæ paulò ante responderat his qui ipsi regium obtenderunt mandatum, constabat ignarum fuisse talis mandati, atque ideò iniquum videri, exigi ab illo tam injustum ac crudele supplicium. *Quoniam*, inquit, *coram Deo manifestum est, quòd per ignorantiam fecerit hodiè.*

Prudentius in Psychomachiâ, in pugnâ luxuriæ et sobrietatis peccâsse dicit Jonatham, et, licet subobscurè, peccatum ortum esse indicat ex nimiâ confidentiâ, quia cùm se filium videret esse regis, et regni hæredem, licere sibi existimavit, quod aliis fuerat interdictum; quare allectus favorum suavitate, quorum in saltu magnam videbat esse copiam, contempto parentis edicto, de melle gustavit: quem tamen cùm facti postea pœniteret, veniam obtinuit. Sed reverâ multa hìc dicit Prudentius, quæ ex Scripturâ sacrâ sumere non potuit, nisi aliter verba interpretere Prudentii, quod certè durum est. Sic autem ille:

Pœnituit Jonatham jejunia sobria dulci
Conviolâsse favo sumpto, mellisque sapore
Heu! malè gustato, regni dùm blanda voluptas
Oblectat juvenem, jurataque sacra resolvit.
Sed quia pœnituit, nec sors lacrymabilis illa est,
Nec tinxit patrias sententia sæva secures.

In Scripturâ nullam legimus Jonathæ pœnitentiam, sed tantùm populi precibus et conspiranti studio à morte fuisse liberatum. Minùs mihi displicet, quod tradit Josephus, licet conjectet potiùs quàm sumat ex historiâ sacrâ: « Jonathas, inquit, nec præsenti quidem periculo territus, magno ac generoso animo se præbuit. Nihil, inquit, deprecor, pater; libenter enim hanc mortem fero, quæ te religione solvat, dùm priùs tam magnificam victoriam videre contigit. Maximum enim mihi fuerit solatium Palæstinorum insolentiam ab Hebræis esse perdomitam. » Hæc Josephus, non quidem aliena à Jonathæ constantiâ; nescio tamen an ab historicâ fide.

Vers. 46. — Recessitque Saul nec persecutus est Philisthim. Conjectavit Saül, et qui illi tunc à consiliis aderant, offensum esse Deum, cùm nullum dederit ad interrogata responsum; neque irato Deo ex usu futurum esse judicabat quidquam tentare prorsùs inauspicatum, maximè in re bellicâ, ubi si quid peccatum fuerit, gravissimæ fiunt rerum inclinationes. Quare statuit non esse progrediendum ulteriùs, neque invito Deo persequi oportere, quod reliquum erat victoriæ.

Vers. 47. — Et Saul confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum adversus omnes inimicos ejus (1). Hâc victoriâ confirma-

(1) Reges Soba. Regio Soba in Scripturâ sub nomine *Aram-Soba*, Syriæ bellicæ, noscitur: excurrebatque ad septentrionem Terræ sanctæ, Emath magnæ proxima. Adarezer rex Soba bellum gerebat cum rege Emath; et reges Rohob, Damasci et Maachæ fœdus cum rege Soba adversùs Davidem composuerunt. Regio Soba æris dives erat, cujus metalli plurimùm retulit David post victum Adarezerum. Ibi verò sitas perhibet Scriptura Bete et Beroth, de quibus in libris Regum, et Thebath et Chun, de quibus in Paralipomenis; in eodem etiam tractu jacebat Aphec. Hæc omnia in eam nos persuasionem inducunt, Syriam Soba continuisse portionem Cœle-Syriæ, ejusque alteram partem Rohob occupâsse. Porrò Rohob multò propior erat meridiei et propinquior Chanaanitidi, quam ad septentrionem definiebat urbs et regio Rohob; et Aram-Soba longiùs excurrebat, Emath vel Emesam versùs. Urbs *Chun*, de quâ in Paralipomenis, eadem est apertissimè cum *Cunna* in Itinerario Antonini, in viâ è Damasco ad Emesam, et inter Eleutheropolim ac Laodiceam, æquis intervallis, ab utrâque scilicet

tum fuit Saülis imperium, et Hebræorum animi ad bellorum pondus alacriores redditi. Cùm jam igitur copiosum haberet exercitum, illumque ad pugnandum ardentem et alacrem, vicinos hostes, qui rem Israeliticam aut affligebant, aut turbabant, submovendos atque subjugandos statuit; quod illius consilium probavit et promovit Deus; quamcumque enim se in partem dabat, præclaram ex hoste victoriam referebat. Cùm autem hostes essent vicini, et promptas haberet copias, non fuit difficile brevi spatio, semestri puta aut annuo, tot bella conficere. Quare leve est, judicio meo, argumentum, quod quidam sumunt ex hoc loco, ut probent, Saülis regnum fuisse diuturnum. Quod argumentum supra à nobis infirmatum est. (1)

urbe 32,000 passibus. Aphec sita erat inter Heliopolim et Biblon, in montibus Libani. Fallitur Josephus immanissimè, Syriam Soba constituens in Sephene, trans Euphratem, in Mesopotamiâ. Arbitratur Cellárius, Syriam Soba in hoc tractu circa Euphratem jacuisse, contentamque in ejus sinu Palmyram; in quam sententiam ne descendamus, vetant ea quæ hùc usque disseruimus. (Calmet.)

De quelque côté que Saül tournât ses armes, il en revenait victorieux. Le gouvernement de Saül paraît d'abord très-heureux. Il est toujours prêt à combattre les ennemis de Dieu; et de quelque côté qu'il aille, il retourne avec avantage. Mais comme son élection n'était point venue proprement de l'ordre de Dieu, qui n'avait fait en cela que condescendre comme par force à la volonté du peuple, et que c'est pour cette raison que Samuël a dit auparavant que c'étaient les Israélites *qui l'avaient demandé et qui l'avaient choisi pour leur roi;* ces commencements qui paraissent d'abord si avantageux ont eu une suite très-malheureuse. Ces succès même si pleins de gloire n'ont servi qu'à lui faire oublier Dieu, et à lui donner de hauts sentiments de lui-même. C'est de là qu'est née cette présomption secrète qui lui a obscurci l'esprit et gâté le cœur, et qui l'a fait tomber, sans qu'il s'en aperçût, dans cette désobéissance criminelle qui l'a perdu entièrement, et qui l'a rendu l'objet de la colère de Dieu. (Sacy.)

(1) Vers. 48. — Percussit Amalec. Beli hujus circumstantias in sequenti capite descriptas legimus.

Vers. 49. — Filii Saul. Nihil hic de Isboseth, quòd facilè nimis juvenili adhuc esset ætate: neque hic recensentur nisi nomina filiorum, qui cum Saüle in bellis hisce militârunt.

Jessui. *Abinadad* appellatur in 1 Paralipomenon 8, 33. (Calmet.)

Vers. 50. — Et nomen uxoris Saul Achinoam. Hæc erat primaria uxor et regina. Præter hanc Saül habuit concubinam, id est, secundariam uxorem, nomine Respha, ex quâ genuit Armoni et Miphiboseth, 2 Reg. 21.

Abner filius Ner patruelis Saul. Erat ergo *Cis* pater Saülis frater *Ner* patris *Abner*; ideò-

Vers. 52. — Quemcumque viderat Saul virum fortem et aptum ad prælium, sociabat eum sib (1). Præclarum imperatoris consilium, quod etiam imperatores alii cum magno rebellicæ bono et gloriâ secuti sunt. Ut enim timidi atque imbelles homines et ipsi plerùmque impedimento sunt, et aliorum debilitant animos, nervosque dissolvunt, sic contra qui strenui sunt, et ad omnem belli contentionem intrepidi, et ipsi rem promovent, et aliis ad rem præclarè gerendam stimulos addunt et ardorem. Hinc Saül prima bella secunda gessit, brevique finitimos populos graviter olim infensos Hebræorum nomini subjugavit et fregit.

Hæc Gregorius mysticè, et ad mores accommodatè perbellè tractat, dùm agit, quomodò qui rei præsunt ecclesiasticæ, sollicitè investigare debeant, quibus divini verbi prædicationem, id est, arma quibus præcipuè utitur Ecclesia, credere debeant. Sic igitur hoc loco Gregorius: « Sed quia non solùm fortes, sed « etiam aptos ad prælium sibi sociâsse dicitur, « cautus doctor in eligendis Christi militibus « demonstratur. Fortes autem ad ferenda onera quidam sunt, non ad prælia exercenda, qui « præliari de fortitudine suâ dùm nesciunt, nequaquàm possunt. Viri ergo fortes et ad prælium apti sunt, qui sciunt pugnare, et volunt. « Per voluntatem quippe fortes sunt, et per « scientiam apti ad præliandum. » Et paulò post: « Qui ergo sunt fortes, et non apti, nisi quos « videmus onera seculi fortiter ferre, et fortitudinem suam in servitium conditoris

que Saül elegit *Abner* patruelem suum in principem militiæ. Porrò *Cis* et *Ner*, utpote fratres, eumdem habebant patrem, nomine *Abiel*, ut patet de *Ner* hoc loco, de *Cis* verò cap. 1. (Corn. à Lap.)

(1) *Aussitôt que Saül avait reconnu un homme vaillant et propre à la guerre, il le prenait auprès de lui.* C'est là, selon saint Grégoire, l'un des principaux devoirs des ministres de Jésus-Christ, dont Saül était l'image. Ils doivent prendre auprès d'eux ceux qui sont capables de les soulager dans leurs fonctions divines, et sur la sagesse desquels ils puissent se reposer d'une partie de leurs soins. Mais, pour tirer de ces personnes l'avantage que l'on en doit attendre, il faut, dit ce saint pape, qu'ils aient en même temps et la science de la guerre et une volonté humble et forte pour bien combattre, c'est-à-dire qu'il faut que chacun d'eux *ait*, selon l'expression de saint Augustin, *une piété éclairée par la science, et une science animée par la piété: Scienter pius, et piè scienx.* Ce sont là ceux qui peuvent combattre avec les premiers ministres de l'Eglise, que saint Chrysostôme appelle *les généraux de l'armée* de Jésus-Christ. (Sacy.)

« transferre nescire? Nam jugum hominum et « magnos seculi labores fortiter ferunt, sed ad « servitutem Dei accedere velut infirmi per- « timescunt. Quid ergo isti nisi fortes, et non « apti sunt, qui seculi magna faciunt, et « Christi agere levia et blanda non possunt? « Sæpè etiam in monasteriis convertuntur, et « qui seculi onera fortiter tulerant, in parvis « quæ agunt, quasi inter magnos labores su- « dant. » Vide reliqua.

CAPUT XV.

1. Et dixit Samuel ad Saül : Me misit Dominus ut ungerem te in regem super populum ejus Israel : nunc ergo audi vocem Domini.

2. Hæc dicit Dominus exercituum : Recensui quæcumque fecit Amalec Israeli, quomodò restitit ei in viâ cùm ascenderet de Ægypto.

3. Nunc ergo vade, et percute Amalec, et demolire universa ejus : non parcas ei, et non concupiscas ex rebus ipsius aliquid : sed interfice à viro usque ad mulierem, et parvulum atque lactentem, bovem et ovem, camelum et asinum.

4. Præcepit itaque Saül populo, et recensuit eos quasi agnos : ducenta millia peditum et decem millia virorum Juda.

5. Cùmque venisset Saül usque ad civitatem Amalec, tetendit insidias in torrente.

6. Dixitque Saül Cinæo : Abite, recedite, atque descendite ab Amalec, ne fortè involvam te cum eo : tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel cùm ascenderent de Ægypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec.

7. Percussitque Saül Amalec, ab Hevila donec venias ad Sur, quæ est è regione Ægypti.

8. Et apprehendit Agag, regem Amalec, vivum : omne autem vulgus interfecit in ore gladii

9. Et pepercit Saül et populus Agag, et optimis gregibus ovium et armentorum, et vestibus et arietibus, et universis quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea : quidquid verò vile fuit et reprobum, hoc demoliti sunt.

CHAPITRE XV.

1. Après cela, Samuël vint dire à Saül : *Vous savez que c'est* le Seigneur *qui* m'a envoyé pour vous sacrer roi sur son peuple d'Israël. Ecoutez donc ce qu'il vous commande :

2. *Or,* voici ce que dit le Seigneur des armées : J'ai rappelé en ma mémoire tout ce qu'Amalec a fait *autrefois* à Israël, et de quelle sorte il s'opposa à lui dans son chemin, lorsqu'il sortait de l'Egypte.

3. C'est pourquoi *je veux que vous exécutiez maintenant l'arrêt que je prononçai alors contre lui.* Marchez contre Amalec ; taillez en pièces et détruisez tout ce qui est à lui ; ne lui pardonnez point ; ne désirez rien de ce qui lui appartient, mais tuez *tout,* depuis l'homme jusqu'à la femme, jusqu'aux petits enfants, et ceux qui sont encore à la mamelle, jusqu'aux bœufs, aux brebis, aux chameaux et aux ânes.

4. Saül donna donc ses ordres au peuple ; et il en fit le dénombrement comme *le berger compte* les agneaux. *Il s'en trouva* deux cent mille hommes de pied, *plus* dix mille hommes de la tribu de Juda.

5. Il marcha ensuite jusqu'à la ville capitale d'Amalec. Il dressa des embuscades le long du torrent *qui passe dans la vallée prochaine.*

6. Il dit aux Cinéens, *descendants de Jéthro, beau-père de Moïse, lesquels, étant voisins des Amalécites, s'étaient mêlés avec eux :* Allez, retirez-vous ; séparez-vous des Amalécites, de peur que je ne vous enveloppe avec eux ; car vous avez usé de miséricorde envers tous les enfants d'Israël, lorsqu'ils revenaient de l'Egypte. Les Cinéens se retirèrent donc du milieu des Amalécites.

7. Et Saül tailla en pièces les Amalécites, depuis Hévila jusqu'à Sur, qui est vis-à-vis de l'Egypte.

8. Il prit vif Agag, roi des Amalécites, et fit passer tout le peuple au fil de l'épée.

9. Mais Saül, avec le peuple, épargna Agag ; il réserva ce qu'il y avait de meilleur dans les troupeaux de brebis et de bœufs, dans les béliers, dans les meubles et les habits, et généralement tout ce qui était de plus beau ; et *préférant leur intérêt à l'ordre de Dieu,* ils ne voulurent point le perdre ; mais ils tuèrent *ou* dé-

10. Factum est autem verbum Domini ad Samuel, dicens :

11. Pœnitet me quòd constituerim Saül regem, quia dereliquit me, et verba mea opere non implevit. Contristatusque est Samuel, et clamavit ad Dominum totâ nocte.

12. Cùmque de nocte surrexisset Samuel ut iret ad Saül manè, nuntiatum est Samueli eò quòd venisset Saül in Carmelum, et erexisset sibi fornicem triumphalem, et reversus transîsset, descendissetque in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saül, et Saül offerebat holocaustum Domino de initiis prædarum quæ attulerat ex Amalec.

13. Et cùm venisset Samuel ad Saül, dixit ei Saül : Benedictus tu Domino : implevi verbum Domini.

14. Dixitque Samuel : Et quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis, et armentorum, quam ego audio?

15. Et ait Saül : De Amalec adduxerunt ea : pepercit enim populus melioribus ovibus et armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo : reliqua verò occidimus.

16. Ait autem Samuel ad Saül : Sine me, et indicabo tibi quæ locutus sit Dominus ad me nocte. Dixitque ei : Loquere.

17. Et ait Samuel : Nonne cùm parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? unxitque te Dominus in regem super Israel :

18. Et misit te Dominus in viam, et ait : Vade, et interfice peccatores Amalec, et pugnabis contra eos usque ad internecionem eorum.

19. Quare ergo non audîsti vocem Domini, sed versus ad prædam es, et fecisti malum in oculis Domini?

20. Et ait Saül ad Samuelem : Imò audivi vocem Domini, et ambulavi in viâ per quam misit me Dominus, et adduxi Agag regem Amalec, et Amalec interfeci.

truisirent tout ce qui se trouva de vil et de méprisable.

10. Le Seigneur adressa alors sa parole à Samuël, et lui dit :

11. Je me repens d'avoir fait Saül roi, parce qu'il m'a abandonné, et qu'il n'a pas exécuté mes ordres. Samuël en fut attristé, et cria vers le Seigneur toute la nuit

12. Et s'étant levé avant le jour, pour aller trouver Saül au matin, on vint lui dire que Saül était venu sur le Carmel, *dans la tribu de Juda,* où il s'était dressé un arc de triomphe, et qu'au sortir de là, il était descendu à Galgala. Samuël vint donc trouver Saül, qui offrait au Seigneur un holocauste des prémices du butin qu'il avait amené d'Amalec.

13. Samuël s'étant approché de Saül, Saül lui dit : Béni soyez-vous du Seigneur ; j'ai accompli la parole du Seigneur.

14. Samuël lui dit : D'où vient donc ce bruit de troupeaux de brebis et de bœufs que j'entends ici, et qui retentit à mes oreilles ?

15. Saül lui dit : On les a amenés d'Amalec, car le peuple a épargné ce qu'il y avait de meilleur parmi les brebis et les bœufs, pour les immoler au Seigneur votre Dieu, et nous avons tué tout le reste

16. Samuël dit à Saül : Permettez-moi de vous dire ce que le Seigneur m'a dit cette nuit. — Dites, repondit Saül.

17. Samuël ajouta : Lorsque vous étiez petit à vos yeux, n'êtes-vous pas devenu le chef de toutes les tribus d'Israël ? Le Seigneur vous a sacré roi sur Israël.

18. Il vous a envoyé à cette guerre, et vous a dit : Allez, faites passer au fil de l'épée les Amalécites, qui sont des méchants ; combattez contre eux jusqu'à ce que vous ayez tout tué.

19. Pourquoi donc n'avez-vous point écouté la voix du Seigneur ? Pourquoi vous êtes-vous laissé aller au désir du butin ? Et pourquoi avez-vous péché aux yeux du Seigneur ?

20. Saül lui dit : Au contraire, j'ai écouté la voix du Seigneur ; j'ai exécuté l'entreprise pour laquelle il m'avait envoyé ; j'ai amené Agag, roi d'Amalec, et j'ai tué les Amalécites.

21. Tulit autem de prædâ populus oves et boves, primitias eorum quæ cæsa sunt, ut immolet Domino Deo suo in Galgalis.

22. Et ait Samuel : Numquid vult Dominus holocausta et victimas, et non potiùs ut obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia quàm victimæ, et auscultare magis quàm offerre adipem arietum.

23. Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare : et quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Pro eo ergo quòd abjecisti sermonem Domini, abjecit te Dominus ne sis rex.

24. Dixitque Saül ad Samuelem : Peccavi, quia prævaricatus sum sermonem Domini et verba tua, timens populum et obediens voci eorum ;

25. Sed nunc porta, quæso, peccatum meum, et revertere mecum ut adorem Dominum.

26. Et ait Samuel ad Saül : Non revertar tecum, quia projecisti sermonem Domini, et projecit te Dominus, ne sis rex super Israel.

27. Et conversus est Samuel ut abiret : ille autem apprehendit summitatem pallii ejus, quæ et scissa est.

28. Et ait ad eum Samuel : Scidit Dominus regnum Israel à te hodiè, et tradidit illud proximo tuo, meliori te.

29. Porrò triumphator in Israel non parcet, et pœnitudine non flectetur : neque enim homo est ut agat pœnitentiam.

30. At ille ait : Peccavi, sed nunc honora me coram senioribus populi mei et coram Israel, et revertere mecum, ut adorem Dominum Deum tuum.

31. Reversus ergo Samuel secutus est Saülem : et adoravit Saül Dominum.

32. Dixitque Samuel : Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus est ei Agag pinguissimus et tremens. Et dixit Agag : Siccine separat amara mors?

33. Et ait Samuel : Sicut fecit absque

21. Mais le peuple a pris du butin, des brebis et des bœufs qui sont *comme* les prémices de ce qui a été tué, pour les immoler au Seigneur son Dieu à Galgala.

22. Samuël lui répondit : Sont-ce des holocaustes et des victimes que le Seigneur demande, et ne demande-t-il pas plutôt que l'on obéisse à sa voix? L'obéissance est meilleure que les victimes; et *il vaut mieux* lui obéir que de lui offrir la graisse des béliers;

23. Car la désobéissance *aux ordres du Seigneur* est un crime égal à celui de la magie, et la résistance à sa volonté un crime égal à celui de l'idolâtrie. Comme donc vous avez rejeté la parole du Seigneur, le Seigneur vous a rejeté, et il ne veut plus que vous soyez roi.

24. Saül dit à Samuël : J'ai péché, parce que j'ai agi contre la parole du Seigneur, et contre ce que vous m'aviez dit, par la crainte du peuple et le désir de le satisfaire.

25. Mais pardonnez, je vous prie, mon péché, et venez avec moi afin que j'adore le Seigneur *avec vous devant tout le peuple.*

26. Samuël lui répondit : Je n'irai point avec vous, parce que vous avez rejeté la parole du Seigneur, et que le Seigneur vous a rejeté, et ne veut plus que vous soyez roi d'Israël.

27. En même temps il se retourna pour s'en aller; mais Saül le prit par le coin de son manteau, qui se déchira.

28. Alors Samuël lui dit : *Comme vous venez de déchirer mon manteau, ainsi* le Seigneur a déchiré aujourd'hui le royaume d'Israël, et vous l'a arraché des mains pour le donner à votre prochain qui vaut mieux que vous.

29. Celui à qui le triomphe est dû dans Israël ne *vous* pardonnera point, et il demeurera inflexible; car ce n'est pas un homme pour changer.

30. Saül lui dit : J'ai péché, mais honorez-moi maintenant devant les anciens de mon peuple et devant Israël, et revenez avec moi, afin que j'adore *avec vous* le Seigneur votre Dieu, *et que tout le peuple voie la bonne intelligence qui est entre nous.*

31. Samuël donc retourna, et suivit Saül, et Saül adora le Seigneur.

32. Alors Samuël dit : Amenez-moi Agag, roi d'Amalec. Et on lui présenta Agag, qui était fort gras et tout tremblant. Et Agag dit : Faut-il qu'une mort amère me sépare ainsi *de tout?*

33. Samuël lui dit : Comme votre épée a

liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis.

34. Abiit autem Samuel in Ramatha : Saül verò ascendit in domum suam in Gabaa.

35. Et non vidit Samuel ultrà Saül usque ad diem mortis suæ ; verùmtamen lugebat Samuel Saülem, quoniam Dominum pœnitebat quòd constituisset eum regem super Israel.

ravi les enfants à tant de mères, ainsi votre mère parmi les femmes sera sans enfants. Et il le coupa en morceaux devant le Seigneur à Galgala.

34. Il s'en retourna ensuite à Ramatha, et Saül s'en alla en sa maison à Gabaa.

35. Depuis ce jour-là, Samuël ne vit plus Saül jusqu'au jour de sa mort ; mais il pleurait sur lui sans cesse, parce que le Seigneur se repentait de l'avoir établi roi sur Israël.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et dixit Samuel ad Saul : Me misit Dominus, ut ungerem te (1). — Honor regius, aut alius quicumque gloriosus et inclytus gradus non est ab onere solutus et vacuus, quod sanè eò gravius est, quò major est potestas et dignitas. Hæc autem à Deo, qui regna

(1) *Samuël vint dire à Saül : Le Seigneur m'a envoyé pour vous sacrer roi. Ecoutez donc ce qu'il vous commande.* Il semble, à considérer ces premières paroles de Samuël à Saül, que ce prince aurait pu se reconcilier avec Dieu, et éprouver dans lui les effets de sa bonté, s'il avait témoigné un regret sincère de sa première désobéissance, par la fidélité avec laquelle il aurait dû exécuter ce commandement nouveau que Dieu lui faisait. Mais au lieu que s'il eût ménagé de la sorte cette occasion favorable, elle aurait pu lui obtenir de Dieu le pardon de sa première faute ; on peut dire, au contraire, qu'elle n'a servi qu'à justifier Dieu à son égard, et à faire voir avec combien de raison Samuël avait paru d'abord traiter ce prince avec quelque rigueur, après la première faute qu'il avait faite en manquant à un ordre exprès qu'il avait reçu de lui. Car si on s'imaginait que sa première désobéissance fût excusable en quelque sorte, parce que le prophète ne lui avait pas exprimé si fortement qu'il devait l'attendre tout le jour, et que le trouble où il voyait tout le peuple et l'approche des ennemis, avait pu faire une impression violente sur son esprit ; toutes ses excuses, quoique mal fondées, cessent absolument dans cette dernière rencontre, qui a été la ruine entière de ce prince malheureux, et la conviction de la malignité de son cœur.

Dieu lui déclare par son prophète sa volonté, et il veut bien même lui représenter les raisons de sa conduite. Il lui fait dire par Samuël que les Amalécites étaient les anciens ennemis de son peuple, qui l'avaient combattu aussitôt qu'il fut sorti de l'Egypte ; et qu'ainsi il lui ordonnait de les tailler en pièces, et de les faire passer au fil de l'épée, sans épargner ni hommes ; ni bêtes ; et sans se réserver quoi que ce soit de tout le butin qui en pouvait demeurer après la victoire.

Ce que Dieu ne touche ici qu'en un mot de la haine ancienne des Amalécites contre son peuple, et de la résolution très-juste qu'il avait prise dès lors de les perdre, est marqué plus au long dans le livre de l'Exode. Car nous y voyons que « le roi des Amalécites vint alors « avec toute son armée pour combattre le peu- « ple de Dieu ; que Moïse et Aaron se retirè- « rent sur une montagne en levant les mains « au ciel ; que Josué combattit les Amalécites « dans la campagne ; et que les ayant défaits, « il en fit passer un grand nombre au fil de « l'épée. » Et l'Ecriture ajoute, que *Dieu dit à Moïse : Ecrivez ces mots dans un livre : J'exterminerai Amalec de dessous le ciel ; et il y aura une guerre de race en race entre le Seigneur et Amalec.* Ce dessein de Dieu est marqué encore plus expressément dans le Deutéronome ; et nous y voyons plus particulièrement avec combien d'inhumanité les Amalécites traitèrent alors le peuple de Dieu : *Souvenez-vous,* dit Dieu à son peuple, *que les Amalécites, à votre sortie de l'Egypte, sont venus vous combattre dans votre chemin, et que vous trouvant abattus de faim et de travail, ils ont fait mourir cruellement et sans aucune crainte de Dieu ceux d'entre vous que leur extrême lassitude avait fait demeurer derrière. Lors donc que le Seigneur vous aura fait jouir de la paix dans la terre qu'il vous a promise ; vous exterminerez le nom d'Amalec de dessous le ciel. Prenez bien garde de ne le pas oublier :* Cave *ne obliviscaris.* Il est important de considérer toutes ces paroles de l'Ecriture, parce qu'on y voit d'une part combien Dieu est redoutable dans sa colère, et de l'autre combien est inexcusable la désobéissance de Saül. Les Amalécites venaient d'Esaü ; et ainsi étant enfants d'Abraham comme les Israélites, ils devaient se considérer à leur égard comme leur étant unis par le lien du sang. Cependant ils les traitent avec une dureté inhumaine. Dieu donc déclare à Moïse qu'il est résolu de les perdre. Il lui fait écrire en deux endroits de ses livres cet arrêt de sa justice ; et voulant vérifier cette prophétie quatre cents ans après, il choisit Saül pour exécuter sa volonté dans la ruine de ce peuple.

Toutes ces circonstances marquées dans les livres saints, et qui pouvaient ainsi être connues de Saül, avec l'ordre exprès qu'il avait reçu de Dieu par la bouche de Samuël, le de-

constituit, reges designat, et pro suo arbitratu liberè, quòcumque voluerit, traducit et ventilat. Quare reges, si sapiunt, et quod suum decet titulum, præstare volunt, referre Deo fideliter debent quod ab eo clementer acceperunt. Atque ideò Samuel in memoriam revocat Saüli, quod ille secum meditari perpetuò debuit, à Deo habuisse regnum, neque aliud spectari oportere priùs ac potiùs quàm quid Deus in regni ac rerum administratione præcipiat ac velit. Cùm ergo reges divinæ voluntatis atque justitiæ administri sint, jubet Saüli regi, ut supplicium sumat de Amalec, cujus peccatum licet multis antea seculis admissum, non tamen exciderat è divinâ memoriâ, neque illius fuerat remissa vindicta.

Vers. 2. — Recensui (1) quæcumque fecit Amalec Israeli, quomodò restitit ei in via, cum ascenderet de Ægypto. Historiam Amalec habes Exod. 17, ubi occurrisse dicitur Amalec Hebræorum castris, statim atque è silice à Moyse percusso fluxerunt aquæ; quæ victoria fuit non ab hominum industriâ et robore, sed concessa divinitùs. Nam *cùm levaret Moyses manus, vincebat Israel, sin autem paululùm remisisset, superabat Amalec.* Tunc verò, v. 14, dixit Deus ad Moysen: *Scribe hoc ob monumentum in libro, et trade auribus Josue: delebo enim memoriam Amalec sub cœlo.* Amplificat autem, et ponderat Deus peccatum Amalec. Deut. 25: *Memento quæ fecerit tibi Amalec in viâ, quando egrediebaris de Ægypto, quomodò occurrerit tibi, et extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit; quando tu eras fame et labore confectus, et non timuerit Deum. Cùm ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, et subjecerit cunctas per circuitum nationes in terrâ quam tibi pollicitus est, delebis nomen ejus sub cœlo. Cave ne obliviscaris.*

Quis fuerit Amalec, et unde ortum Amalecitarum genus, obscurum est. Glossa quædam Strabi ad illud Exod. c. 17, de quo supra, ex genere Israelitico fuisse putat. Sed communis, et, ut credo, vera sententia est, fuisse ex Idumæorum gente, quod tenet hic Abulensis et Lyra in caput citatum ex Exodo. Quod multa probant. 1 Paralip. 1, v. 36, Eliphaz filius Esaü genuisse dicitur Amalec. Idem Gen. 36, v. 12: *Erat autem Thanna concubina Eliphaz filii Esaü, quæ peperit ei Amalec.* Hoc idem tenet Josephus lib. 2 Ant. c. 1, et probant Hebræi, ut in eorum Traditionibus docet Hieronymus. Et quod his locis dicitur fecisse Amalec, idem etiam traditur fecisse rex Edom, Num. cap. 20. Neque huic sententiæ quidquam incommodat, quod in fine capitis præcedentis, v. 47, Edom separatim ponitur ab Amalec. Nam, ut ibi Abulensis, optimè complexio quædam ponitur, et collectio omnium rerum à Saüle gestarum, non continuatur historia. Eorum enim, quæ ibi summatim colliguntur, quædam jam facta fuerunt, quædam deinde gesta sunt, quæ futurum spectant tempus. Quare nondùm Saül subjugârat Edom, sed subjugavit cap. 15. Et quia hoc bellum memorabile fuit, ideò de illo separatim dicitur per anticipationem, *congregato exercitu percussit Amalec, et eruit Israel*, etc. Quem autem priùs vocaverat Edom, vocabulo communi magis, eumdem postea vocat Amalec; quod commune putatur esse nomen regum Idumææ; quomodò Pharaones dicuntur Ægyptii reges, Arabes Aretæ, Romani Cæsares. Et quidem non videntur, qui alii esse potuerint Amalecitæ, nisi Idumæi; nam Judic. 3, v. 13, distinctos esse constat ab Ammonitis et Moabitis; Jud. 6, à Madianitis. Et 2 Reg. 8, v. 12, à Syris, Philisthinis, Sobæis, Moab, et Ammon. Et Psal. 82, v. 8, à Tyriis, Gebal et Assyriis. Neque unquàm reperiuntur Idumæi ab Amalecitis separati.

Recensui quæcumque fecit Amalec. Loquitur Deus juxta illorum hominum consuetudinem, qui in ephemeridas, seu annales referunt, quorum nolunt aboleri memoriam, ut illorum memores suo tempore aut mercede compenset, ut fecit Assuerus Esther c. 6, aut supplicio afficiat. Scripserat Deus Exod. 17, ubi peccatum Amalec scriptum esse traditur in libro, ut de illo postea sumatur supplicium. Quasi humano more locutus Deus dicat: Evolvi annales, et inveni ab Amalec mihi deberi pœnas, quas volo, ô Saül, ita severè exigas, ut quod in commentarios relatum esse recognovi, de-

vaient rendre attentif à faire très-exactement dans une rencontre si importante tout ce qui lui avait été commandé, et à n'agir pas d'une telle sorte que l'on pût dire de lui que Dieu l'avait en vue quatre cents ans auparavant, lorsqu'après avoir commandé qu'on exterminât Israël, il ajoute: *Prenez bien garde de ne le pas oublier.* (Sacy.)

(1) Chald.: *Recordatus sum;* Orig. hom. 19 in Num.: *Recogitavi.* Hebr.: *Visitavi;* Sept.: *Nunc ego ulciscar.* (Corn. à Lap.)

Quomodo restitit. Hebræus: *Quid posuit illi in viâ, in ascendendo ex Ægypto;* velut hostis, tendens insidias. Septuaginta: *Ut occurrit ei in viâ, ascendente eo ex Ægypto.* Armis illum aggressus est; sed more potiùs callidi et proditoris hostis, quàm apertâ vi; neque enim Amalecitæ infestis armis petierunt nisi eos qui, à reliquo exercitu divisi, à tergo sequebantur. (Calmet.)

leatur sub cœlo, neque quinquam ex rebus Amalec reliquum sit à ferro, vel incendio.

Vers. 3. — (1) Non parcas ei, et non concupiscas ex rebus ipsius aliquid. Gravem oportet fuisse offensionem illam, quæ nihil superesse vult ex hostili prædâ, licet illa sit in suo ordine ac genere pretiosa. Et quidem quæ ad hostem pertinent, quantumcùmque illa pretiosa sint et grata, eo tamen nomine quòd hostium sunt, execramur et horremus, adeò non amamus aut cupimus. Exempla hoc quotidiana docent; abominatur uxor pellicis suæ speciosissimam formam, quam alii amant, quia ab illâ animus plurimùm abhorret. Colorum varietatem mirificam admirabili digestam ordine execramur in lacertis ac aliis serpentium formis, quia in illis aliquid consideramus squalidum et tetrum, et ab eis naturali quodam odio dissidemus. Audiunt alii suavem aliorum vocem et cantum numerosum cum voluptate, et ut cantare pergant, hortantur et rogant; at qui in illos duriùs sunt animati, audire se putant latratus canum, aut leonum fremitum. Pulchrum est aurum, ad quod inhiant inflammata studia per mille discrimina mortalium; at ex auro Deus offerri sibi nihil voluit, si quando ex illo conflata fuerunt deorum simulacra. Imò neque in suo populo argentum et aurum esse voluit, quod aliquando deorum impiæ religioni servivit. Deut. cap. 7, v. 25: *Sculptilia eorum igne combures; non concupisces argentum et aurum, de quibus facta sunt; neque assumes ex eis tibi quidquam, ne offendas propterea, quia abominatio est Domini Dei tui. Nec inferes quidquam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut et illud est: Quasi spurcitiam detestaberis*, etc. Quia ergo Deus Amalecitarum genus execrabatur, nihil eorum offerri sibi neque in suorum usus afferri, aut etiam à ferro et flammâ vindicari voluit.

Sed cur tam Deus in Amalecitarum gentem infensus? Deus ipse docuit: *Quia restitit*, inquit, *ei* (id est, Israeli) *in viâ, cùm ascenderet de Ægypto*. Hic summatim complectitur multa, quæ aliis in locis pluribus explicuit, et in librum referri voluit; quæ dùm recenset et recognoscit, mandatum hoc durum indicit Saüli, ut aboleat penitùs Amalec. Quomodò per terminos suos Idumæi, qui, ut diximus, iidem sunt qui Amalecitæ non permiserint Israelitas transire quibuscum commune habuêre genus, sed potiùs illis occurrerint armati, habes Numer. cap. 20; quare defessos illos de viâ abegerunt procul à se, et magnum fecerunt captare dispendium. Quòd autem tunc extremum agmen, id est, eos qui fessi aut languidi subsequi non poterant præcedentes, malè acceperit atque ceciderit, habes Deut. cap. 25, v. 18: *Memento quæ fecerit tibi Amalec in viâ, quando egrediebaris de Ægypto: quomodò occurrerit tibi, et extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame et labore confectus, et non timuerit Deum.* Hæc quidem gravissima fuerunt Amalecitarum peccata.

Est autem ridiculum, quod Hebræi tradunt, ut in Traditionibus hebraicis refert Hieronymus, nempe ab Amalecitis defessos et languidos Hebræorum extremos, sic esse acceptos crudeliter et ignominiosè, ut abstulerint eorum circumcisionem, id est, partem circumcisam, illamque in Dei subsannationem et contemptum in cœlum projecerint. Sed isti Hebræi nihil non audent, modò ad popularem plausum. Eâ fortassè ratione adducti sunt, quia ubi Vulgatus *cecidit*, Hebraicè est *vaizanab*, id est, *decaudavit*. Quod completum dicunt in illâ ignominiosâ detruncatione. Aut certè quia Idumæi circumcisionem vehementer oderant, quam ipsorum pater Esaü, ne quid haberent cum Israelitico genere commune, in seipso delevit, ut dicit Epiphanius lib. de Ponder. et Mensur. ad medium. Rabb. Salomon,

(1) Amalec. Mysticè, ex Origene et S. Greg. Beda: « Amalec, inquit, qui transito mari « Rubro, restitit Israeli, ea peccata demon- « strat, quæ nobis post undam baptismi, ne « ad promissa cœlestis patriæ regna perveniamus, obsistunt: quæ omnia demoliri, ne- « que eis parcere jubemur. » Porrò *Amalec* Hebr. idem est, quòd *populus lingens*; unde notat gulosos et carnales; item dæmones, ait S. Greg.: « Nam eorum, inquit, est lambere, « id est, mentem ad peccandum carnis blan- « dimento delinire: velut enim linguæ tactu « lambere ambiunt, cùm levibus suggestioni- « bus mentem tangunt. » (Corn. à Lap.)

Demolire universa ejus. Hebræus: *Anathematizabis omnia quæ ei*. Septuaginta: *Exterminabis illum, et omnia quæ ejus*. Scitum est, urbem, regionem, gentem anathemati subditam supremo excidio deleri: anathemate inusta, igne ferroque vastabantur, incendio et cæde complebantur omnia, nisi Deus vel ultionem temperaret, vel aliquid exciperet. Porrò Deus omnes unâ hic damnatione obvolvit; vel infantes ipsos ab ubere, et bruta. Ejus jussioni ad amussim, nihil examinantes, parcentes nemini, obtemperare debebant Israelitæ, quibus Deus nihil nisi obedientiæ meritum relinquebat. Absolutus vitæ rerumque omnium nostrarum arbiter ita præcipiebat; ejusque jussiones nihil nisi sanctum justumque continebant.

Non concupiscas ex rebus ipsius aliquid. Desunt hæc in Hebræo et Septuaginta, atque obelo prænotantur in vetustis Latinis codicibus. (Calmet.)

ut ait Abulensis in locum citatum ex Deuter., aliquid meditatur turpius et obscœnius, sumptum ex caudæ nomine. Sed delirant omnes. Multò meliùs Vulgatus extremum agmen percussum esse dicit ab Amalecitis, quia quæ in quolibet grege postrema sunt, cauda vocantur.

Sed neque posteri antiquos parentum suorum deposuerant spiritus, sed parentum mores pertinaciter amplexi ad longum usque tempus ab hoc rerum articulo plusquàm hostili odio, et omninò hæreditario odio persecuti sunt. Sic sanè probant plurima in his Regum annalibus, quæ nos suis quæque locis expendemus. Et probat optimè illud Amos c. 1, v. 11 : *Super tribus sceleribus Edom, et super quartum non convertam eum. Eò quòd persecutus sit in gladio fratrem suum, et violaverit misericordiam ejus, et tenuerit ultra furorem suum, et indignationem suam servaverit usque in finem.*

Interfice a viro usque ad mulierem; et parvulum atque lactentem, bovem, et ovem, etc. Observat Abulensis, varias esse anathematum formas pro delictorum varietate ac modo. Primò ita proponebatur, ut ex eis quæ aliquo modo ad illorum usus pertinerent, in quorum caput ferebatur, nihil esset reliquum à flammâ vel ferro. De quo Deut. cap. 13, v. 13. Tale fuit hoc quo omnia quæ Amalecitarum ornamenta, sive subsidia vitæ fuerunt, aboleri jubentur. In secundo genere non delebantur omnia, sed tantùm ad thesauros Domini, sacramque gazam, quæ templo Dominoque servirent, servabantur, aurum videlicet, et argengentum, quæ nullus ad privatos ac domesticos usus accommodare poterat. Tali anathemati subjecta fuit Jericho, Josue cap. 7. In tertio genere, maledicto subjiciebantur et anathemati civitas ipsa, et omnis hominum ætas et sexus; ita ut civitas igni, habitatores ferro, aut alio quovis modo sternerentur; reliqua tamen erant pugnatorum exuviæ. Qualia passa fuit civitas Hai, de quâ Josue cap. 8.

Hic non nemo in tam severo mandato clementiam, imò et æquitatem desiderabit, cùm à cæde eximatur nemo; neque illi quidem qui nihil admiserunt, cur supplicium illud grave subire debuerint, quales sunt parvuli et lactentes, oves et boves? Egimus eâ de re in nostris Commentariis super Ezechielem, ad illud cap. 9, v. 6 : *Senem, adolescentulum et virginem, parvulos, et mulieres interficite.* Plura apud scholasticos doctores invenies, à quibus ego abstinere posse videor. Sed illud non omittam, ut lector habeat quid doleat aut rideat, quod de Amalecitarum bobus atque ovibus occisis somniavit Rabb. Salomon, ut refert Lyra. Cyrcæum hìc aliquod poculum agnoscit, quo homines subitâ quâdam metamorphosi mutantur in belluas. Ait enim Amalecitas solitos esse uti maleficiis; et alias atque alias formas vel assumere, vel inducere; quare in oves et boves mutabantur. Ne quis igitur illorum sub ovinâ aut bovinâ specie odium effugeret, et ferrum hostile, ipsæ quoque belluæ occidi jubentur. Neque vidit magnus hic nugator, Amalecitas, cùm viderent in oves et boves cædem grassari, si vim haberent et artem magicam, facilè potuisse deserere speciem illam quam assumpserant, et aliam assumere, à quâ abstinere videbant hostile ferrum. Neque videbat vir iste et suo et suorum judicio sapientissimus, aliis in locis cum hominibus ipsa quoque pecora occidi jussa. Quod præceptum de civitatibus omnibus traditum est, Deut. 13, v. 13, neque tamen civitates omnes maleficiis fuisse deditas verisimile est. Sanè in summo odio cum hominibus interfecta fuisse jumenta, cognovisse potuit in Gaabitarum casu Judic. cap. 20.

Vers. 4. — Præcepit itaque Saul populo, et recensuit eos, quasi agnos. Accepit Saül lubens Dei mandatum, et ad illius expeditionem promptam et celerem se quamprimùm et populum accingit. *Præcipere, mandare,* et similia, voces sunt militares in Hebræorum idiomate. Id enim sæpè valet verbum *savah.* Thren. 1, v. 17 : *Mandavit Dominus adversùm Jacob in circuitu ejus hostes ejus.* Amos. 9 : *Mandabo gladio, et occidet eos.* Isaiæ cap. 23 : *Dominus mandavit adversùs Chanaam.*

Recensuit eos quasi agnos. Chaldæus legit, *in agnis Phase,* quasi tempus illud fuerit azymorum, ubi agni immolantur; et per agnos, quos à singulis afferri oportebat, collegerit, quantus esset pugnatorum numerus. Sed multa videtur supposuisse Chaldæus, quæ incerta sunt. Primum est, tempus esse vernum, in quo agnus immolatur paschalis. Secundum à singulis agnos allatos esse singulos, ita ut tot agni numerentur, quot numerantur milites; quod planè falsum est. Alio modo per agnos paschales Judæorum numerum collegit Josephus lib. 7 de Bello, cap. 17, qui in quolibet agno decem numerat cives. Sed neque hoc modo pugnatorum numerus potuit à Saüle deprehendi, cùm non omnes illi decem, qui uno vescebantur agno, milites essent, sed par-

tum senes, partim pueri, partim etiam feminæ, qui omnes sunt tractandis armis et bellorum difficultatibus et molestiis inepti. Legit sine dubio Chaldæus, sicut alii etiam interpretes, et nunc codices habent hebraici *batelaim;* noster verò interpres *catelaim* : unius verò litteræ similitudo hujus tantæ varietatis occasio fuit, quæ fecit, ut Vulgatus redderet, *quasi agnos*, Chaldæus, *in agnis*. Alii *telaim* nomen existimant esse proprium, ubi coegit Saül, et numeravit exercitum. Septuaginta reddunt, *in Galgalis*. Cur ita verterint, non intelligo. Translatio Vulgati optima est, et modum explicat, quo à præfectis et ducibus iniri solet sine errore numerus eorum qui sub signis sunt. Ut enim pastores ex caulis sic educunt agnos, ut singulares exeant per angustum exitum, et ita colligunt non difficilè integrum esse numerum, sic etiam duces, aut quorum illud interest, singulares in suo ordine procedere jubent milites, summamque colligunt eorum quos deinde in suas digerant tribus et ordines. Quod de pastoribus dixi, quotidiana nostrorum experientia docet. Neque in sacris litteris exemplum deest. Levit. 27, v. 32, ubi ratio decimandi præscribitur : *Omnium decimarum bovis, ovis, et capræ, quæ sub pastoris virgâ transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino*. Ex quibus constat, pastores ad caulæ ostium solitos esse consistere, cohibereque greges, ne confusi ac simul egrediantur, sed singulares, ita ut decimum quodque notari possit, illudque commutari nequeat, sive exile sit et macrum, sive adultum et pingue. Cùm autem hoc esset inter Hebræos familiare, ab eo duci potuit similitudo (1).

Vers. 5. — Cumque venisset Saul usque ad civitatem Amalec, tetendit insidias in torrente (2). Hanc credo civitatem esse præcipuam, et regni primam sedem, ubi tunc Agag Amalecitarum princeps morabatur. Torrentem hic appellat profundum atque declivem locum, per quem aqua aliquando decurrit. Sicut alveus appellatur, qui fluvium aliquando complexus est, licet fluvialis aquæ nihil contineat. Instit. de rerum divisione, § *Quòd si naturali.*

(1) Ducenta millia peditum. Septuaginta editionis Romanæ : *Quadraginta millia ordinum* vel *manipulorum*. Manuscriptum Alexandrinum : *Dena millia;* editio Aldina et Complutensis : *Ducenta millia manipulorum* vel *ordinum;* Josephus, *quadraginta millia hominum*, tribu Juda non numeratâ. (Calmet.)

(2) Vel, si mavis, *in valle*, vox enim Hebræa, גחל, utrumque significat. (Calmet.)

Vers. 6. — Dixitque Saul Cinæo : Abite et recedite, etc. *Cinæus* hìc per synecdochen pro *Cinæis* sumitur, sicut sæpè hostis pro hostibus. Quare Vulgatus modò ad vocem, modò ad significationem intentus verbum adhibet plurale, ut hìc, et singulare statim : *Ne fortè involvam te*, etc. Cinæos prognatos esse ex Jethro sacerdote Madian, cujus filia Sephora Moysi nupsit, communis est Hebræorum nostrorumque sententia. Indicat Judic. c. 11, v. 16 : *Filii autem Cinæi cognati Moysi ascenderunt de civitate Palmarum*. Cinæum autem istum fuisse Jethro ostendunt Septuaginta, qui locum istum ita convertunt : Υἱοὶ τοῦ Ἰεθὸρ τοῦ Κιναίου τοῦ πενθεροῦ τοῦ Μωυσῆ. *Filii Jethro Cinæi soceri Moysis*. Cinæos autem istos habitâsse simul cum filiis Israel, colligitur ex Numer. cap. 1, v. 29, ubi Hobab Raguelis socerî Moysis filius adhæsisse dicitur Israeli. Quòd verò Cinæi in Israelitarum sortem contributi fuerint, et in terrâ promissionis commorati, docet mors Sisaræ à Jael illata, uxore Haber Cinæi, Judic. 4; Haber autem iste recessisse dicitur à reliquis fratribus, et cum Jabim Chananæo habuisse pacem. Ex quo fit valdè verisimile, Cinæos alios vixisse inter Israelitas (eos, inquam, qui ab Hobab Raguelis filio traxerunt originem), et in idem cum ipsis aliquo modo genus coaluisse. Ita meo judicio manifestè 1 Paralip. 2, in fine : *Cognationes quoque scribarum habitantium in Jabes, canentes, atque resonantes, et in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de calore patris domûs Rechab*. Quomodò Rechabitæ, de quibus Jeremias cap. 35, Cinæi fuerint, diximus in nostris Commentariis ad illum Jeremiæ locum.

Cùm autem Saül illud accepisset à Domino mandatum, ut Amalecitas, et quidquid ad illos pertineret, extingueret; non putavit in illis esse numerandos, licet in eâdem cum ipsis regione morarentur, Cinæos, qui neque genere erant Amalecitæ, neque eisdem se cum illis peccatis implicuerant. Quare illos excedere ab Amalecitarum consortio jubet, ne si cum illis convivere contingat, idem omnes promiscuè casus et exitium abripiat. Undè docemur, malorum consuetudinem esse omninò evitandam, ne quid mali contingat propter vicinum malum. Ut enim periculum est maximum ne domus

Flammam corripiat, paries cùm proximus ardet,

et

Ne mala vicini pecoris contagia lædant;

et qui propè scopum stetit, quò tela à sagittario destinantur, propè etiam est, ut à telo præter sagittarii voluntatem configatur; sic

etiamsi Cinæi cum Amalecitis jam ferro destinatis permixti vivant, sanè non procul absunt ab interitu. Unus Jonas, à quo Dominus inobedientiæ pœnas exigere voluit, connectores suos in grave naufragii periculum conjecit. Unus Judas tempestatem illam excitavit, quæ jactavit navim, et vitæ periculum ostentavit Apostolis, ut meditatur Ambrosius lib. 4 super Lucam.

Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cum ascenderent de Ægypto. Quid in ascensu de Ægypto, id est, in deserto, Cinæi, filii nempe Jethro, in Israelitas beneficii contulerint, quærit Abulensis q. 16, et putat hanc misericordiam, de quâ nunc Saül, descriptam esse Exod. cap. 18, ubi Jethro dicitur occurrisse Moysi, et magnam illi benevolentiam ostendisse. Quàm verò animo fuerit in Israelitas benevolo, illud apertè probat, quòd non minùs videtur, quàm ipse Moyses, de Israelitarum salute et felici progressione sollicitus. Tradidit enim Moysi genero suo certam aliquam formam, quam in disceptandis causis, reque administrandâ publicâ teneret, quam Moyses ipse utpote publicis rationibus opportunam amplexus est. Obtulisse autem illum, cùm gentilis esset et sacerdos Madian, hostias et holocausta Deo, aut, quod videtur vero propius, tradidisse hostias, quas sacrificaret Moyses in eo altari quod excitârat proximè, cap. 17, v. 16, non exigua videtur in Hebræorum populum misericordia collata. Neque est verisimile, virum copiosum et potentem, ad generum quem per desertam et sterilem regionem incedere cognoverat, venisse vacuum, sed ex gregibus quos in locis proximis copiosos alebat, attulisse aliquod non leve subsidium. Deinde Numer. cap. 10, Hobab filius Raguelis, qui et Jethro, qui regionem illam probè noverat, comitem videtur, imò et ducem viæ se præbuisse Hebræorum multitudini. De quo supra non dubitat Abulensis, est certè valdè verisimile, licet nihil certum habeamus à textu. Hæc fermè Hebræi, Hieronymo teste in Traditionibus.

Vers. 8. — Apprehendit Agag regem Amalec vivum, omne autem vulgus interfecit. Hoc secundum fuit peccatum, quod admisit Saül, propter quod regno judicatus est indignus, et à Deo reprobatus. Mandatum acceperat, ne quid ex Amalec reliquum faceret, quod diro subjectum erat anathemati. Perdidit quod vel in personis, vel in aliis sive inanimis, sive animatis spoliis erat vilius; quod autem videbatur illustrius, seu magis ad humanos usus opportunum, ferro exemit et flammæ. Cur Agag regi parcere voluerit, variæ à variis adducuntur rationes. Glossa interlinearis ideò putat Agag fuisse à Saüle servatum, ut triumphum ageret regiâ personâ magis illustrem; honoris autem sui rationem habuisse, ex eo constat, quia illius victoriæ extare voluit æternum monumentum. Ut enim habes v. 12, in illustri atque frequenti loco fornicem excitavit triumphalem. Josephus aliquid ibi pietatis agnoscit, cujus speciem videbat delusus prorsùs et cæcus et judicio suo plus æquo assentatus Saül. Cùm enim speciosum videret Agag, et formam regio nomine et majestate dignam, alienum existimavit illius sanguine mucronem imbuere. Lyra hoc avaritiæ tribuit Saülis, qui pro regiâ personâ luculentam sperabat redemptionem; aut certè occultos recludendos esse thesauros. Hæc fortassè vera. Ego potiùs existimo, quod visum est Abulensi, indulgentiam illam ex intempestivâ quâdam et stultâ misericordiâ fuisse profectam. Est enim durum quemquam occidere, et eum maximè qui in eâdem fortunâ tecum et conditione sit. Adde quòd illorum qui ex altâ cecidêre fortunâ, subitus et acerbus casus etiam inimicorum animos ad misericordiam inflectit (1).

Vers. 11. — Pœnitet me, quòd constituerim Saul regem (2). Humano Dominus loquitur modo; neque enim cadere in Dominum pœnitentia potest, quæ culpam plerùmque, et nonnunquàm ignorationem consequitur. Ab effectu tamen hoc Domini consilium pœnitentia dicitur, quia id fecit, quod homines solent, quos facti, sive consulti pœnitet. Hi enim consulta mutant aut constructa dissolvunt. Hinc fit, ut Deum pœnitere dicatur cùm inducto diluvio terram opplevit, et exceptis admodùm paucis, universum animantium genus extinxit. De quo Ge-

(1) Vers. 9.— Et vestibus. Hebræam vocem interpretes quidam reddunt : *Pinguia pecora*. S. Hieronymus accepit pro veste mutatoriâ, seu vestiam pari. Alii de bobus bimulis, vel de pecoribus quibusque pinguissimis et eximiis, *secundarios*. Septuaginta, *cibis*. (Calmet.)

(2) *Je me repens d'avoir fait Saül roi*. Dieu dit *qu'il se repent* lorsque ses œuvres changent, quoique sa volonté ne change point : *Opera mutas, nec mutas consilium*, dit saint Augustin ; il parle en homme pour se faire entendre des hommes. C'est comme s'il disait, selon saint Grégoire : « J'avais fait Saül roi, parce qu'a« lors il paraissait humble. Mais maintenant je « ne veux plus qu'il règne sur mon peuple, « puisqu'il est devenu superbe, et qu'il n'a pas « craint de violer l'ordre formel que je lui « avais donné. »

nes. 6, v. 6 : *Pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terrâ.* Quare nulla alia est hujus loci sententia quàm voluisse Deum regnum, quod Saüli indulserat, ab illo transferre, quia plus judicio suo aut studio tribuit, quàm divino mandato ac voluntati ; cui qui se non omninò in re tantâ submittunt, indigni sunt, qui regium aut eximium aliud nomen sustineant.

CONTRISTATUSQUE EST SAMUEL (1), ET CLAMAVIT AD DOMINUM TOTA NOCTE. Longè aberat Samuel, ut de casu Saülis et depositione gauderet, cùm gravis illum dolor de tam subitâ atque inopinatâ mutatione perculserit. Quare cùm ineunte nocte, ut ex ipso textu conjectare licet, hanc à Deo vocem accepisset, quod reliquum erat noctis ad lucem usque in oratione atque clamore posuit, quibus lacrymas et gemitus dubio procul adhibuit. Surrexit autem de nocte, id est, priusquàm illucesceret, ut, quod à Domino mandatum acceperat, Saüli denuntiaret, et illum, si quâ ratione posset, ad facti veram pœnitentiam adduceret. Hoc postremum conjectare licet, tum ex studio Samuelis in Saülem, cui secunda optabat omnia, tum ex Dei clementissimâ naturâ, quæ facilè movetur pœnitentium lacrymis, et ubi quis mentem mutat, et facta priùs malè ex animo retractat, ipse quoque solet mutare sententiam. Quod Samuel non ignorabat, qui hoc ex longâ cum Deo et familiari consuetudine, et ex divinarum Scripturarum assiduâ commentatione didicerat. Sed, ut dixi, hæc tantùm conjectura est, à quâ non abhorret Abulensis (2).

(1) Hebr. : *Iratus est Samuel.* Ad litteram : Ejus vultus vel nares inflammatæ sunt. Chaldæus : *Durum fuit Samueli,* molestum illi accidit. (Calmet.)

Samuël en fut attristé, et il cria au Seigneur toute la nuit. Le prophète *s'attriste et crie vers Dieu,* dit saint Grégoire, pour nous montrer de quelle manière les vrais pasteurs doivent pleurer la perte des âmes. « Ils poussent leurs « cris vers Dieu, lorsque par leurs soupirs et « par leurs prières ardentes, ils implorent sa « miséricorde pour ceux qui sont tombés dans « le péché, et ils crient *toute la nuit* lorsque « leur charité les porte à se charger eux-mêmes « du crime des âmes qui leur avaient été con- « fiées, et qu'ils tâchent d'en faire pénitence « et de satisfaire à Dieu comme si c'étaient « eux-mêmes qui l'avaient commis. » (Sacy.)

(2) Hic Cahen. (Bibl. 7, p. 57), Volneii (Volney) sententiam refert, cui suam adjungit. Sur cette apparition Volney dit : « Encore une ap- « parition, un colloque, un repentir de Dieu ! « Pensez-vous que nos nègres et nos sauvages « pussent entendre de tels contes sans rire ? « Les Juifs digèrent tout ! » Est-ce des Juifs du temps de Samuël, des Hébreux, que parle Volney, ou des Juifs de nos jours ? Quant aux premiers, nous avons trop peu de données pour juger de l'effet que produisirent les paroles de Samuël qui paraît ici raconter sa propre histoire, et être, comme dit Volney, auteur, acteur, juge et partie. S'il s'agit des Juifs de nos jours, l'expression ne nous paraît pas juste ; il y a aujourd'hui des hommes qui appliquent le *raisonnement* à l'étude de la Bible ; d'autres croient qu'agir ainsi c'est chose défendue ; il y a des Juifs et des Chrétiens dans chacune de ces deux classes d'hommes.

Illi, ut nobis videtur, *ratione* duce, studio biblico incumbunt, qui postquàm invictissimis argumentis in id adducti fuerunt ut *inspiratos* esse biblicos libros crederent, ac proinde summè veraces, in his libris non quod ipsis placet, sed quod Spiritus sanctus dixerit, investigant ; sed Volney et Cahen aliter faciunt. Non ratione, ut jactant, sed impietate alter, alter verò præjudiciis rabbinicis ductus, pessimis erroribus suis auctoritatem in Bibliis unicè quærit, et mirum non est utrumque se reperisse, existimare. Non hoc semper evenire videmus, ut qui veritatem, non priùs abjectis ex animo pravis opinionibus, sectantur, in majores quàm antea tenebras præcipites agantur.

VERS. 12. — (1) ET EREXISSET SIBI FORNICEM TRIUMPHALEM. Cùm ex Amalecitarum cæde reverteretur Saül, in Carmelo monte, in eo, inquam, Carmelo, qui ad funiculum pertinet Juda, extare voluit æternum aliquod partæ nuper victoriæ illustre monumentum. Jam nimirùm, ex quo suo plus judicio tribuit quàm divinæ sententiæ, suo potiùs honori servire maluit, quàm divino, cùm victoriæ gloriam, quam divinæ virtuti referre debuit acceptam, sibi potiùs adscripsit. Id enim valet illud : *Et erexisset sibi fornicem,* sibi, inquam, non Deo, quasi suæ assentatus industriæ ac bellicæ virtuti. Et ita putat Lyra. Abulensi aliter visum.

(1) QUOD VENISSET SAUL IN CARMELUM, etc. Hebræus et Septuaginta : *Venit Saül in Carmelum, et ecce constituit sibi manum,* vel monumentum ; vertunt alii : *Fecit sibi spatium,* locum nempe liberum et spatiosum, ut prædam inter suos distribueret, ait Jonathas. Constat utique in Hebræo manum usurpari frequenter de loco spatioso, uti in Psalm. 103, 25 : *Hoc mare magnum et spatiosum manibus.* Denique reddi posset : *Fuit in Carmelo, et ecce ibi constituit præsidium pro eâ regione.* (Calmet.)

On vint dire à Samuël que Saül s'était dressé un arc de triomphe. L'orgueil est plein de ténèbres, dit saint Augustin, *tenebrosa superbia.* Dieu seul avait donné la victoire à Saül contre une si grande armée, et ce prince ne pense qu'à s'en attribuer toute la gloire. Il n'avait proprement de part à cette action si éclatante qui était l'ouvrage de Dieu, que la désobéissance qu'il y avait mêlée, qui était toute à lui, et qui aurait dû le couvrir de honte. Et cependant il s'occupe à élever des trophées de sa vanité, lorsqu'il est tombé devant Dieu d'une chute effroyable, et qui devait être sans ressource (Sacy.)

Excitârunt quidem alii, aut triumphales fornices, aut alia quæ instar haberent illorum; sed excitârunt, non tam ut inde sibi nomen pararent in omnem posteritatem gloriosum, quàm ut accepti à Deo beneficii memoriam conservarent. Sic Moyses cùm ex hoc eodem populo victoriam retulisset eximiam, Exod. 17, v. 15: *Ædificavit altare, et vocavit nomen ejus, Dominus exaltatio mea.* Hebraicè *Jehovah nisi,* quod idem valet atque, *Dominus vexillum meum,* ac si dicat: Dominus in hâc acie dux fuit et auspex, non ego; ille vexillum extulit; sub illius signo, non sub meo victrices Hebræorum acies militârunt. Josephus lib. 3 Antiquit. cap. 2, illam aram Deo victori consecratam esse dicit; non aliter quàm gentes eam ob causam diis suis à quibus profectam putant esse victoriam, cum hâc aut simili inscriptione aram construunt et dedicant: *Victori, aut statori,* seu, *triumphatori Jovi.* Quòd verò Simon lib. Machab. 1, c. 13, illustrissimum excitârit monumentum, pietatis fuit, non ambitionis opus. Extare enim voluit in suo populo egregiam illam et operosam molem, ne periret parentis optimi et fratrum optimè de patriâ ac religione meritorum præclara memoria, in quam intuentes posteri seipsos ad arduum atque gloriosum virtutis opus excitarent. Sed in hoc fornice nihil lego, quod divinam spectet gloriam. Tantùm lego Saülem arcum sibi triumphalem erexisse; neque sanè, quæ sequuntur penè omnia, aliquid aliud cogitare nos sinunt. Omnia enim ambitiosi animi, et inanem populi plausum, et existimationem captantis argumenta sunt, ut quòd tantoperè optârit honorari se à Samuele coram populo, quòd ad rabiem et furorem insanierit, quòd se vivo atque regnante, tantum sibi nomen David occiso gigante comparârit.

Ubi Vulgatus, *fornicem triumphalem,* hebraicè est *Masib lo iad,* id est: *Excitavit sibi manum.* Sed est omninò idem, licet verborum forma nonnihil diversa. Est enim *manus* idem quòd opus, seu monumentum, per metonymiam, quæ causam adhibet pro effectu; sicut *imaginem* aut *scripturam, manum* dicimus artificis. Quòd manus illud opus aut fabricam significet, quæ alicujus nomen aut memoriam conservat, docet illud Absalomis consilium, qui cùm filiis careret, in quibus parentis viveret memoria, monumentum excitavit è marmore, quod sibi pro filiis esse voluit, in quo ipse viveret, quando in susceptâ sobole non poterat, 2 Reg. cap. 18: *Porrò Absalom erexerat sibi, cùm adhuc viveret, titulum, qui est in valle regis. Dixerat enim: Non habeo filium, et hoc erit monimentum nominis mei, vocavitque titulum nomine suo, et appellatur Manus Absalom usque in præsentem diem.*

Ex hoc Absalomis consilio atque opere non ineptè conjectare videor, excitâsse Saülem monumentum illud cum inscriptione aut descriptione victoriæ quam ex Amalecitis reportaverat, perinde atque si sibi ipsi statuam erexisset, quæ vocaretur *Saül, vincens* nimirùm, aut *triumphans;* quomodò Absalom ex Hebræorum opinor, consuetudine, erectum monumentum ex suo nomine *Absalomem* vocavit. Alii aliter vertunt. Pagninus: *Constituit sibi locum.* Tigurina: *Statuit sibi trophæum.* Chaldæus: *Præparat sibi locum, ut dividat in eo prædam.* Translatio antiquissima hispanica: *Que fasia ende alarde.* Unde hi ex hebraico textu translationes hasce exprimere potuerint, longi esset operis exponere: sat sit in præsentiâ illas strictim notâsse. Neque enim è Vulgatâ ullo modo nobis recedendum est. Hebræi, ut tradit Hieronymus in Quæstionibus hebraicis, quos sequitur hoc in loco Lyra, ex palmis, myrtis et olivis fornicem illum putant esse contextum, eâ, opinor, adducti ratione, quòd tam brevi tempore et quasi in transcursu firmior alia moles è saxo excitari non poterat. Et ita fortassè accidit. Verumtamen cùm copiosum secum adduceret exercitum, non videtur difficile tot manibus, et magno etiam studio, quo victores milites suo regi placere vellent, rudem aliquem et impolitum fornicem fuisse constructum. Quàm porrò fuerit usitatum in saxis, quales sunt statuæ, columnæ, obelisci et aliæ barbaræ atque insanæ moles, rerum gestarum monumenta defigere, omnes penè nationes, in quibus aliquis est politioris disciplinæ cultus, abundè docent, quales fuerunt Ægyptii, Græci, Babylonii, Romani, de quibus scriptores externi satis multa; et nos aliqua nunc ejusmodi monumenta videmus, quæ licet longa, non tamen omninò confecit vetustas. Quòd verò in his triumphales fornices, sive arcus numerentur, testantur Romæ plures alii; sed ille præcipuè, in quo adhuc visuntur debellatæ Jerosolymæ illustres exuviæ, aureum videlicet candelabrum, cum aliis è sacrâ supellectili ornamentis, quæ ibidem duo imperatores ad æternam memoriam insculpserunt.

Et reversus transiisset, descendissetque in Galgala. Ubi sibi æternum monumentum in triumphali fornice excitavit Saül, quasi illa

prima omnium cura esse debuerit, descendit in Galgala, ut pacificas victimas Deo in gratiarum actionem immolaret. Porrò, ut vidimus cap. 11, v. 14, ibi jam excitatum fuerat altare, et ibidem jam iterùm sacrificium obtulerat, cap. 13, v. 9, ibi eum Samuel deprehendit.

Saul offerebat sacrificium Deo, de initiis prædarum. Hæc in hebraico textu non sunt, neque in quibusdam Latinorum codicibus reperiuntur, ut in Complutensi. *Prædarum initia* illa dicuntur, quæ præcipua sunt, quæque primo constituuntur ordine, quæ etiam appellari possunt primitiæ, quæ ideò debentur et redduntur Deo, quia et prima sunt, et eo nomine plerùmque meliora. Quâ in re cùm alia stultè et irreligiosè fecerit Saül, in hoc tamen, quòd prima et optima Domino consecravit, rationem habuit officii religiosi, quo Deum optimis quibusque rebus honorare voluit. Quòd verò *initia* idem aliquando valeant quòd *præcipua*, docet illud Eccli. 29, v. 28 : *Initium vitæ hominis aqua, et panis, et vestimentum, et domus protegens turpitudinem.* Hæc enim, ut patet, non *prima* sunt, sed *præcipua* humanæ vitæ subsidia.

Vers. 13. — Dixit ei Saul : Benedictus tu Domino (1). Implevi verbum Domini. Occurrit Saül lætus et gratulabundus Samueli, quasi allaturus esset aliquid quod illi futurum esset voluptati. Et primùm illum excipit gratulatoriâ quâdam, et ut reor, usitatâ inter Hebræos salutatione. Sic sanè Lucæ cap. 1, angelus salutavit Mariam : *Benedicta tu in mulieribus. Benedictus* porrò felicem et omni ex parte fortunatum significat. Quare hujus sive salutationis sive gratulationis sensus est, verè felicem esse Samuelem, cui id à Deo concessum est, ut futura prænoscat, quod non dubiâ conjecturâ ex hoc eventu colligebat Saül, aut magno apud Deum in honore esse, quem et antea sæpè, et nunc tot modis ornârit, et tot tamque profusis beneficiis complexus sit. Et ut aliquis accederet ad gratulationem officiorum cumulus, ostendit et ita rem Amalecitidem contigisse, sicut ipse præviderat, et se id cumulatè præstitisse, quod Dei nomine per Samuelem fuerat imperatum ; sed Samuel, qui jam à Deo, quid fuisset à Saüle peccatum, didicisset, longè aliter rem est interpretatus, quàm ipse putabat.

Vers. 14. — Et quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis? Coarguit Samuel regem manifesti mendacii, cui id in mandatis datum erat à Domino, ne quid reliquum faceret eorum quæ possedisset Amalec. Contra quem clamabant ovium balatus, armentorum mugitus, quibus regis ac militum aut obtenta religionis species, aut immoderata potiùs cupiditas ignoverat. Quem animum tunc Samueli fuisse existimemus, cùm eodem tempore in illius auribus et Saülis vox adulatoria et mendax, et tot veræ gregum et armentorum voces resonarent? Sic planè in re morali multi sunt, qui se pios esse verbis profitentur, at contra obstrepunt plurima, quæ illos impietatis et mendacii convincunt. Quorum simulatam continentiam prodit aut lascivus oculus, aut vox multò quàm deceret petulantior, vagus incessus, dissoluti mores, quos neque pudor temperat, neque honestatis ulla ratio compescit. Multi justos se esse clamant, quique à rapinâ non solùm manus, sed etiam oculos et cupiditatem continent, cùm tamen clament et vehementer accusent pupillorum ac viduarum prædæ, quæ sceleratam et avaram domum instruunt et exornant; contra quos lapis de pariete clamat, et illis *lignum, quod intra junctures ædificiorum est, respondet,* Habac. 2. Sanè infirma est orantis deprecatio, cùm ex adverso clamat aut fraudata merces, aut violenta prædatio, aut innocentium injuria, aut afflicta pauperum conditio. Gregorius in gregum armentorumque vocibus, famam intelligit, quæ hominem qui se justum appellat, sceleris convincit et damnat. « Vox, inquit, gregum et armentorum Amalec fama turpitudinum est. « Quando de minoribus luxuriæ culpis quilibet « diffamatur, vox gregum resonare dicitur. « Quando item de criminosioribus et obscœnioribus accusatur, vox armentorum. Quasi « sub falsæ virtutis suæ simulatione recondi-

(1) *Béni soyez-vous du Seigneur. J'ai accompli la parole du Seigneur.* On voit dans Saül l'image d'une âme qui du péché tombe dans l'aveuglement, sans que l'on remarque en elle aucune trace d'un retour sincère vers le médecin qui la doit guérir. Après avoir désobéi si formellement à Dieu, non seulement il ne connaît pas sa faute, mais il croit même qu'il a fait tout ce que Dieu lui a commandé. Et lorsque le prophète lui fait entendre que sa faute ne lui est pas inconnue, il la déguise avec adresse ; et il veut lui faire croire *qu'en réservant les troupeaux des Amalécites,* contre l'ordre exprès de Dieu, *c'a été* pour l'honorer, et *pour les lui offrir en sacrifice.* Il n'y avait que le démon, qui après lui avoir fait commettre le crime qu'il avait commis, lui pût inspirer ces sortes d'excuses, qui ne pouvaient servir qu'à envenimer sa plaie et à la rendre encore plus incurable. (Sacy.)

« tum denudat pectus, dicens : Tu te proprio « ore justificas, sed immunditiarum tuarum « turbæ per omnium ora clamant. »

Vers. 15. — Et ait Saul : De Amalec adduxerunt ea ; pepercit enim populus melioribus ovibus et armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo. Hic multa peccat Saül, dùm depellere à se studet, aut elevare crimen. Primùm, culpam removet in populum, quasi se invito aut ignorante, optimis quibusque pepercerit, cùm tamen toto illo tractu, qui medius est inter Amalec et Galgala, greges illi armentorum et ovium trajecti sint; quod tamen sine longâ morâ et magno impedimento fieri non potuit; quare nisi populi studia ipse probaret, aut aliquid ad se pertineret ex prædâ, non sanè pateretur agmen tardiùs incedere, aut ad gregum custodiam partem exercitûs non exiguam divelli. Deinde aliquam obtendit excusationis umbram, dùm ait illam prædam opimam et pinguem pietatis esse, non avaritiæ, neque ad domesticum commodum esse servatam, sed ad altaris religiosum usum. Sed hanc vocem, quæ aliquam habet pietatis atque honestatis speciem, apertè confutat, quod dictum ante fuerat v. 9, ubi pepercisse dicitur populus connivente, imò, ut videtur non improbabile, jubente rege Agag regi Amalec, et vesti pretiosæ, et universis quæ in suo genere atque ordine pulchra videbantur, cùm tamen horum pleraque altari minùs essent idonea. Sunt autem hic maximè notanda verba Gregorii, qui hic reproborum ingenium agnoscit, et reprobationis captat non obscura prognostica. « Quando reprobi, inquit, « arguuntur, culpas aliquando negando tegunt, « aliquando in alios transferunt. Tegunt quidem negando, cùm latere possunt, sed dùm « quasi in aperto deprehensi tenentur, quod « negare nequeunt, aliis adscribunt. » Dixit hoc idem optimè Rupertus, qui cùm alia peccata Saülis retulisset, ut quòd impositum abjecisset imperium, suoque judicio magis indulgendum putaverit, quàm divino, tandem subdit : « Præterea, quod nequissimum est, « redargutus in sermone Domini dicentis : « *Nonne cùm parvulus esses*, etc., refellere au« sus arguentem se de peccato Spiritum Do« mini, cum superbâ despectione dicit : *Imò* « *audivi vocem Domini*, etc. Hoc enim nequissi« mum est, cùm post voluntatem peccati, quod « primum est, et post affectum operis, quod « secundum est, atque post usum perversum, « quod tertium est, additur et defensio pec« cati, quod quartum est, et hic nullus veniæ « locus est. Nam et per prophetam Deus dicit : « *Super tribus sceleribus Damasci, et super quar« tum non convertam eum*. Igitur tantis exacer« batus contumeliosis injuriis Spiritus Domini « recessit à Saül, et exagitabat eum spiritus « nequam à Domino. »

Sanè quamdiù patet reprehensioni locus, et aures dantur reprehendentis culeis, spes est vitæ, sicut ægrotanti ad mortis usque periculum, si modò non respuat, quod est in medicinâ durum et amarum. Ut enim de illius vitâ actum existimatur, qui efferatus in rabiem horret medicinam, et captus phrenesi fortunatum se putat et sanum, atque ideò furit et stomachatur in medicum, sic etiam de illius spirituali salute desperatur, qui cùm morbo laboret spirituali, correctionis salutare remedium non admittit. Ita Chrysostomus Homil. de ferendis Reprehensionibus. De illo qui duriùs reprehensionem accipit, et in medicum, id est, reprehensorem indignatur, est illud Ecclesiastici 21 : *Qui odit correctionem, vestigium est peccatoris*. Quod planè horribile aliquid et execrandum sonat. Peccator enim idem interdùm est quòd diabolus, qui antonomasticè peccator dicitur, quia peccatorum maximus est. Sic aliqui explicant illud Psal. 108 : *Constitue super eum peccatorem, et diabolus stet à dextris ejus*. Vox, *diabolus*, quæ præcessit, quo sensu *peccator* sumi debeat, ostendit. Qui ergo correctionem odit, ille impressa ostendit animo suo diaboli vestigia. Seu quia diaboli notum est et familiare domicilium, atque ideò ibi apparent illius non obscuræ notæ, sicut juxta leonum cubilia, leonum apparent impressi pedes, et juxta aspidum serpentumque foramina, reptantis corporis sulci visuntur. Aut quia constat, cùm animus est ad correctionem durus et indocilis, aliquod ibi esse diabolicæ fraudis machinamentum et opus. Quomodò dicimus, cùm cinerem intuemur, grassatum esse ignem, cùm stratas segetes, grandinem aut nimbum pervasisse, cùm disjectos muros, subversas domos, saxorum acervos, hostiles præcessisse machinas et impressiones conjectamus. Hæc enim omnia ignis, grandinis et hostilis impetûs vestigia sunt. Aut certè propè jam esse diabolum qui domum ambit, neque procul esse, ut illam tanquàm possessor et dominus ingrediatur, quando proximè illius sese ostentant vestigia. Et quidem cùm diabolus sit usque adeò superbus, ut neque in suâ miseriâ, et in despectu atque odio angelorum

et hominum antiquos spiritus insanos et insolentes abjecerit, et sic in peccatis obstinatò hæreat, ut neque illum pœnitentia subeat, neque aliquid à se malè factum esse cognoscat, planè diaboli in se vestigia, id est, signa atque argumenta circumfert, qui neque peccatum agnoscit suum, neque reprehensionis admittit aculeos, sed obstinatò aut amat, aut probat, quod ex ipsius animo prudens et amica sedulitas expungere conatur. Hoc ipsum in Saüle citato proximè loco observavit Rupertus. Cùm enim alia in Saüle pertulisset Deus, ubi tamen eò progressus est, ut peccatum excusaret, et contra impactam sibi reprehensionem obdurescerat, recessit ab illo Spiritus Domini bonus, et spiritus eum nequam exagitavit. *Igitur tantis exacerbatus contumeliosis injuriis Spiritus Domini recessit à Saül, et exagitabat eum spiritus nequam à Domino.*

Ut immolarentur Domino Deo tuo. Hic Gregorius vocem agnoscit pœnitentis animi, suaque consilia vehementer damnantis, in quâ tamen aliquod videt peccatoris artificium, qui dùm videtur se ipsum accusare, ac suas extenuare virtutes, callidè tunc se ac sua artificiosè commendat. « *Domino*, inquit, *Deo tuo*. Non meo, « sed *tuo*, quia ego peccator, tu singulariter « sanctus es. Sed mirabili usu fraudis fallaces « sic se tegunt, ut proferant, et justificent, « ut accusent. Accusationis quoque modum sic « temperant, ut accusando justi appareant, « ne excusando innotescant. Dùm enim suum « Deum dicit (nempe Samueli) illum quidem « extollit, se minuit, sed dùm adducta ab « Amalec asserit, quæ Domino immolentur, « tacitè profert, non unde reprehendi debeat, « sed laudari. » Hæc Gregorius. Ego aliud hic agnosco humanæ solertiæ callidum artificium. Tunc peccatum alicui nullum existimatur, aut leve, cùm in illius usum, aut obsequium factum est, quem amat aut colit. Filius neque horret, neque cogitat ullum esse peccatum, quod alius admisit, ut parentem eximeret à vinculis, aut vindicaret à morte, etiamsi in ipso libertatis modo fraus intercessisset, aut injuria. Et si quispiam contra fidem et pactum aliquid esset aggressus, quo regem captum in libertatem assereret, ille apud eos qui regis causâ laborarent, nihil videretur admisisse grave, aut supplicio dignum, quia patris regisve libertas, et ex eâ orta in filiis populoque lætitia, si quid est in illo conatu indignum et turpe, aut tollit, aut elevat. Erat Samuel, cujus animum conciliare sibi studebat Saül, quem alienum à se, et propter violatum Domini præceptum offensum videbat, servus Dei fidelis, quem amabat ut patrem et ut regem et deum suum, et colebat ex animo, et religiosâ prosequebatur observantiâ. Quare audiebat hilaris et gratus, si quidpiam ab aliquo in ejus honorem esset religiosè susceptum. Cùmque id non posset ignotum esse Saüli, Samuelis Deo servata esse dicit ex Amalecitarum exuviis non vilia, aut quæ Deus ab altari rejiceret, sed pulcherrima, quæ Deus et gratis acciperet oculis, et lubens admitteret ad animum. Atque ideò dicit : *Ut immolarentur Deo tuo*, quem tu colis et amas, atque ideò non potes non probare, quòd in ejus obsequium è totâ prædâ electa atque servata fuerint.

Reliqua vero occidimus. Ea videlicet, quæ nulli erant usui populo futura, et quia plus in viâ allatura fuissent molestiæ, quàm commoditatis, ubi ventum esset in patriam. Tunc autem satisfactum esse putabat divino mandato. Quo quid alienum magis ?

Vers. 16. — Sine me, et indicabo tibi, quæ locutus sit Dominus. Quidam ex observantiâ hanc Samuelis vocem natam esse putant, quasi veniam à rege et facultatem loquendi petat. Quod meritò improbat Abulensis, et potiùs videtur existimare, vocem ejus esse qui cum fastidio audit verba quæ manifestè novit esse falsa, et os studet obstruere illius cujus in dicendo futilitatem et falsitatem damnat. Quasi dicat : Sine me dicere, id est, tace, et ista verba nugatoria mitte, et audi, quàm ipse Deus, de cujus sacrificiis tam tibi temerè blandiris, de te ac tuâ religione diversè judicet. Et quò magis sibi regem reddat attentum, illa omnia accepisse se dicit ab ipso Deo. Cùmque rex non posset contra divinæ vocis majestatem quidquam moliri, respondet, per se non stare, quominùs propheta, quæ à Domino accepit, liberè loquatur. Loqueretur autem sine dubio Samuel, etiamsi contra aliquid moliretur rex, et minas intenderet, si molestus esse pergeret, cùm divinum urgeret præceptum, et plus apud ipsum divina quàm regia majestas ponderis haberet.

Vers. 17. — Nonne cum parvulus esses (1).

(1) *Lorsque vous étiez petit à vos yeux, n'êtes-vous pas devenu le chef d'Israël?* Saül avait parlé à Samuël d'une manière soumise et obligeante, selon la remarque de saint Grégoire ; et Samuël, sans perdre le respect qu'il lui devait, le reprend avec une sagesse pleine de force. « Les grandes « âmes ne se laissent point éblouir par la flat- « terie. Ils ne considèrent dans les hommes

Crescit peccati gravitas, quò majora sunt beneficiorum momenta. Illa verò eò plus habent ponderis, quò neque petita, neque expectata veniunt. Longè erat, ut se regno dignum existimaret, qui neque in suâ familiâ ac tribu aliquid nomine regio dignum agnoscebat; quique ut illum honorem, seu veriùs onus, declinaret, latebras quæsierat, et oculis se tam avidè quærentium studiosè subduxerat. Hunc tamen vocavit ad regnum, et populo copioso et latè dominanti præposuit. Cùmque illi hoc primùm in mandatis daret, ut deleret funditùs nomen Amalec, ipse tamen aliis rationibus abductus, aliò se et sua consilia insipienter avertit. Hæc aperta sunt. Illud observandum, quòd Deus misisse dicitur Saülem in viam, id est, viam ostendisse, per quam rex incederet, si modò vellet aut dato sibi muneri, aut imposito proximè mandato satisfacere; ille tamen aliam viam ingressus est, conversus ad prædam et propria commoda, quæ, si in officio esse vellet, contemnere debuit, et ad internecionem usque delere. Hic religiosus optimum habet documentum, reprehensionemque non leviorem quàm habuit Saül, si fortè iter ingrediatur aliud quàm aperuit Dominus, cùm illum primùm ad religiosum institutum vocavit. Tunc mandatum accipit, et sanè severum, ut perdat funditùs Amalec, neque ex eo quidquam sibi retineat quod jam est anathemati subjectum, quia illa sic sunt in religiosi potestate odiosa Deo, ut sibi nolit ex illis offerri sacrificia. Lex autem religiosis imposita et ostensa, vera Religionis via est, Matth. cap. 19, v. 29, ubi tam parentes et omnes cognatione conjuncti, quàm agri, id est, quidquid in bonis numerat humana cupiditas, dicuntur esse relinquenda. At qui ad illa convertitur, quibus Deus bellum indixit implacabile, et prædæ sibi esse vult, quæ potiùs esse debuerunt fastidio atque odio, ille reservat sibi aliquid ex Amalecitarum bonis, quæ Dominus diro percussit anathemate, et in illam incurrit reprehensionem, quam in Saülem Samuel intorsit (1).

« que l'ordre de Dieu. La crainte de ce souve-
« rain Juge occupe toute leur pensée. La vé-
« rité qui forme leurs sentiments conduit leurs
« paroles; et de quelque manière qu'elles
« puissent être prises par les hommes, il leur
« suffit de dire ce que Dieu leur a commandé,
« et ils ne sont en peine que de lui plaire. » Le prophète rappelle Saül au premier état d'abaissement où Dieu l'avait pris. *Il était petit* alors, *et il l'était à ses yeux. La tribu d'où je suis,* dit-il à Samuël, *est la dernière dans Israël, et ma famille est la dernière de ma tribu.* Il se croyait peut-être encore lui-même le dernier ou l'un des derniers de sa famille, et il se cacha lorsqu'on voulut le faire roi. On peut donc dire qu'il était alors assez humble pour vivre sagement dans une condition particulière. Mais lorsqu'il se vit tout d'un coup élevé au comble de l'autorité souveraine, il ne put porter le poids de sa gloire. Car un fondement médiocre peut suffire pour une petite maison; mais si on élève dessus un grand édifice, le fondement s'ébranle, et la maison tombe.

C'est ce qui a fait craindre les plus grands saints, lorsqu'on leur a voulu imposer une dignité dont celle de Saül était la figure. Ils savaient que jusqu'alors ils étaient humbles, au moins dans le désir; mais ils ne savaient pas s'ils l'étaient assez pour ne point cesser de l'être, lorsqu'ils se verraient élevés au-dessus de tous les autres. Et ainsi ils appréhendaient avec raison que Dieu ne leur dit comme il dit ici à Saül par son prophète : Lorsque vous étiez petit à vos yeux, je vous ai rendu grand; mais votre grandeur vous a fait oublier votre petitesse; et vous vous êtes élevé contre moi, parce que je vous avais mis au-dessus des autres. (Sacy.)

Vers. 20.—Imò audivi vocem Domini (2), etc. Longè aberat, ut se peccati reum agnosceret Saül, quando tam liberè prophetæ contradicit, dùm negat sibi quidquam è divino præcepto fuisse prætermissum. Repetit autem ea fermè omnia quæ supra, v. 15, quæ rursùs à nobis iterari necessarium non est (3).

Vers. 22. — Numquid vult Dominus holocausta et victimas, et non potius ut obediatur voci Domini? Illustris est ista, et sæpè à Patribus iterata sententia. Quæ holocaustis, et cuivis alii materiato sacrificio, obsequentem animum et obedientiæ internam oblationem anteponit. Lege Gregorium, qui in hoc Samuelis de obedientiâ illustri testimonio mirificus est, et quomodò ab obedientiâ potior sit quàm ab holocaustis et victimis aliis oblatio variis modis exponit et amplificat. Pauca hic adducam, tu ex illo sume reliqua. « Per alias, in-
« quit, virtutes nostra ei impendimus, per

(1) Interfice peccatores Amalec. Hebr. : *Anathematizabis,* delebis *peccatores istos, Amalec istum.* Septuaginta : *Extermina Amalec, qui peccaverunt in me.* (Calmet.)

(2) Septuaginta : *Audivi vocem populi.* (Calmet.)

Saül lui dit : *J'ai écouté la voix du Seigneur* : Saül continue à s'excuser. Il a fait le contraire de ce que Dieu lui avait dit, et néanmoins il prétend qu'il lui a été fidèle. Si l'on a réservé quelque chose du butin, c'est le peuple, dit-il, qui en est cause, et on l'a gardé pour l'offrir à Dieu. Ainsi il dispute contre le prophète, et le malade se croit plus éclairé que le médecin. (Sacy.)

(3) Vers. 21. — Tulit populus primitias eorum quæ cæsa sunt. Hebræus : *Initium anathematis,* quidquid pulcherrimum et optimum eorum quæ interficienda fuerant. (Calmet.)

« obedientiam nosmetipsos exhibemus. » Et infra : « Quid enim sunt bona electorum hominum opera, nisi victimæ et holocausta? « Cùm ergo holocausta et victimas per legem « offerri Dominus præcepisset, quid est quòd « Dominus holocausta et victimas nolle dicitur, « velle autem, ut ei obediatur, pollicetur, « nisi quia, quæ præter obedientiam fiunt, « holocausta et victimæ non sunt? Quasi dicat: « Tunc bona sunt bona opera, quando à præpositorum conscientiâ non discordant. » Hæc eadem Gregorius perquàm optimè l. 33 Moral. cap. 10, ad illud Job. c. 42 : *Et inaurem auream unam.* « Obedientia, inquit, victimis jure præponitur; quia per victimas aliena caro, per « obedientiam verò voluntas propria mactatur. « Tantò igitur quisque Deum citiùs placat, « quantò ante ejus oculos, repressâ arbitrii « sui superbiâ, gladio præcepti se immolat. »

Porrò hæc voluntas, quæ per obedientiam mactatur, non alio occiditur quàm superioris gladio; non alio crematur igne quàm quem superior accendit et supponit; aut in alio immolatur altari quàm in eo quod superior excitat. Alius quippe ignis neque sacer est, neque legitimus, sed illi quàm simillimus, quem duo Aaronis filii adhibuerunt ad altare, quo non tam sibi divinam demeruerunt misericordiam et gratiam, quàm in suum caput divinum furorem instimulârunt, et eodem quem accenderant igne, quemque gratum fore sibi persuaserant, combusti sunt, Levit. cap. 10, v. 1. Dixit, licet subobscurè, Basilius in Constit. Monast. c. 23 : « Nihil est « aliud antistes, qui modò diligenter munus « exequatur, cui præpositus est, pietatem videlicet, quàm is qui personam Christi sustinet, et sequester est inter Deum et homines, eorum qui in ipsius officio sunt, salutem « sacrificans. »

MELIOR EST OBEDIENTIA QUAM VICTIMÆ (1), ET AUSCULTARE MAGIS, QUAM OFFERRE ADIPEM ARIETUM.

Cur victimis præferatur obedientia, satis, opinor, nuper ostendimus; nunc Deus quod ante docuerat, aliis etiam comparationibus amplificat. Confert enim non jam cum victimis, quæ variæ sunt, et in quibus multa lex damnat, multa rejicit, multa in hominum usus convertuntur; sed cum adipe, quem pinguem esse docet et legitimam hostiam, quemque Dominus sibi uni immolari et consecrari vult, ut ostendimus ad illud cap. 2, v. 15 : *Antequàm adolerent adipem.* Si *adipem* in propriâ significatione sumas, sensus est, non tam esse gratum adipem, quem ex totâ victimâ uni sibi vindicat Deus, quàm obedientiæ sacrificium. Et hoc

nous a déclarées par l'Ecriture, nous prétendons *deviner* en quelque manière ce qu'il désire, et qu'au lieu de consulter son oracle dans sa parole et dans ceux qui en sont les interprètes, nous consultons en quelque sorte les oracles du démon, en nous faisant un Dieu de notre volonté propre et des raisons fausses que nous avons nous-mêmes inventées? « Nous « voyons aujourd'hui, dit saint Grégoire, beaucoup d'imitateurs de Saul. Ils croient obéir « à ceux à qui Dieu a donné la lumière et l'autorité pour leur commander », et néanmoins ils retranchent des ordres qu'ils ont reçus, ou y ajoutent ce qu'il leur plaît, afin qu'il ne s'y trouve rien qui ne soit conforme aux désirs et aux inclinations de leur cœur. Ainsi en s'imaginant obéir à Dieu et à ceux qui tiennent sa place, ils n'obéissent en effet qu'à eux-mêmes. Ils croient qu'ils s'égareront dans la voie où ils marchent, si leur propre esprit ne les éclaire; et au lieu de suivre la règle qui leur a été prescrite, ils se conduisent par celle que leur volonté propre leur a imposée.

On peut comparer, selon les saints, ce *sacrifice* présomptueux que Saül prétend faire à Dieu du fruit de sa désobéissance, à celui que quelques âmes superbes prétendent faire à Dieu de leurs larmes, lorsque demeurant opiniâtres dans leurs sentiments contraires à l'humilité et à la raison, et croyant qu'on leur fait tort de leur représenter ce que l'on trouve de mauvais dans leur conduite, elles disent dans leur cœur en se justifiant en secret : Je souffrirai ces contradictions; j'oublierai le mauvais traitement que l'on me fait; j'en ferai un *sacrifice* à Dieu. Ce serait à l'Ange superbe qu'il faudrait faire ce sacrifice, et non pas à Dieu. Cette peine que vous ressentez lorsqu'on vous découvre la plaie de votre âme, afin de la guérir, est le fruit malheureux d'une présomption opiniâtre, qui vous porte à haïr le remède que l'on vous présente, parce que vous aimez votre maladie. Ainsi c'est plutôt un serpent que vous devez étouffer, qu'une hostie qui soit digne d'être offerte à Dieu. Soyez doux et humble envers ceux à qui l'ordre de la providence vous a soumis, et cette déférence paisible que vous leur rendrez sera le *sacrifice* véritable que Dieu demande de vous, comme le culte souverain qui lui est dû.

(Sacy.)

(1) *Dieu demande l'obéissance plus que les victimes, et c'est une espèce de magie de ne vouloir pas lui obéir.* Tout ce discours de Samuël à Saül fait voir avec quelle solidité il faut servir Dieu. Le plus grand culte qu'il exige de nous, *c'est l'obéissance, et c'est être idolâtre* que d'être désobéissant, comme dit le prophète, parce que celui qui ne veut obéir qu'à lui-même, s'établit lui-même son Dieu, et se fait une idole de sa passion. Que sert d'offrir à Dieu un culte extérieur, si on ne lui sacrifie pas sa volonté propre? Et quel état Dieu peut-il faire de cette piété apparente lorsque nous tombons dans le crime *des devins,* puisqu'en quittant la certitude des volontés de Dieu qu'il

mihi præ cæteris placet. Quòd si *adipem* sumas pro victimis adipatis et pinguibus, quod sermo tam hebraicus quàm latinus non respuit, sed per synecdochem sæpè, neque id ineleganter usurpat (quomodò *caro* et *sanguis* pro his sumuntur quæ carne constant et sanguine), sic etiam adeps pro eo sumi potest, quod crassum est, et adipis in se plurimùm continet.

Gregorius devotionem et orationem, et alia quæ animam impinguant et recreant, in *adipe* considerat, quibus præponit obedientiam, quæ deserenda nunquàm est, etiamsi interna animi devotio et orationis otium deserenda sint. Quod tamen contingit nunquàm, aut nonnisi perrarò, si vera est et ingenua obedientia, quæ nunquàm oculos et mentem dimovet ab eo à quo suscepit imperium. Neque alia quæ vulgus hominum plurimi facit, licet durum videantur atque cruentum sacrificium, cum obedientiæ fructu conferenda sunt. Victimam Gregorius ad vitæ austeritatem, holocaustum ad compunctionem vitæ secretioris refert, adipem verò ad orationem et devotionem. « Quia, « inquit, longè altioris meriti est, propriam « voluntatem alicui semper voluntati subjice- « re, quàm magnis jejuniis corpus attere- « re, aut per compunctionem se in secre- « tiori sacrificio mactare. Quid est enim « adeps arietum, nisi pinguis et interna de- « votio electorum? adipem ergo arietum of- « fert, qui in studio secretæ conversationis « devotæ orationis affectum habet. Melior est « tamen obedientia quàm victimæ, et auscul- « tare magis quàm offerre adipem arietum, « quia qui perfectè voluntatem præceptoris « sui implere didicit, in cœlesti regno et absti- « nentibus, et flentibus excellit. »

Optimè hæc Gregorius, sed tu vide an expositio alia moralis locum habere possit, quæ adipem ab illo offerri meditatur, qui se laboribus conficit, jejuniis macerat, et severioris disciplinæ assiduis vexationibus attenuat; ille adipem offert, non quidem quem habet, sed quem habere potuit, si suo indulgeret genio, serviret abdomini, et illis indulgeret epulis quæ pinguem reddunt aqualiculum, et augent omentum. Sicut Petrus ait Matth. cap. 19, reliquisse se omnia, non quidem quæ tunc habuit, sed quæ habere potuit, dùm sibi rem augendi domesticam facultatem præcidit. Si quis igitur eo modo adipem offerat, id est, illud sectetur vitæ genus, quod adipem non alit, absit tamen obedientiæ virtus, sanè ille Deo rem offert non omninò gratam, quia ipse eligit donum quod offerat; illud tamen negligit quod sibi præter cætera Deus offerre jubet. Adipem offerebant illi, de quibus Isaias cap. 58 : *Quare jejunavimus, et non aspexisti? humiliavimus animas nostras, et nescisti?* Quibus Deus respondit, sibi non placuisse jejunia, id est, ingratum esse adipem, quem sibi jejunando et affligendo animas detraxerant. *Quia in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra.*

Vers. 23. — Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare (1). Mira inobedientiæ amplificatio, quæ satis indicat illius naturam, et

(1) Hebræus ad litteram : *Rebellio*, contumacia, inobedientia, est *peccatum divinationis*, vel magiæ ; *et resistentia*, vel oppositio, *sunt vanitas et Theraphim.* Juxta Symmachum : *Irritatio* Dei *est peccatum, et inobedientia est injustitia idolorum.*

Theraphim genus fuisse idoli, origine Chaldæi, arbitramur. Theraphim Labani et Nabuchodonosoris, nomen Theraphim quod ex eâdem radice derivari potest ac Seraphim in Hebræo, sonatque ardentes, ignem et solem, numen à Persis cultum; hæc utique omnia nostram conjecturam juvant atque confirmant. Oraculorum responsa ipsis Theraphim tribuuntur : sed ipsorum figura ignoratur. Tradit Maimonides, Zabiis fuisse imagines aureas solis, et argenteas lunæ, quæ in loculis constitutæ vim futura pandendi ex occulto astrorum influxu habuisse dicuntur. Rabbinorum plerique Theraphim à talismannicis et sideratis imaginibus non distinguunt. Interpres Persa Theraphim reddidit *astrolabium;* et R. Moses Nachman significari putat genus quoddam horologii, quo simul et horæ et futuri eventus monstrabantur. Ludovicus de Dieu censet, deos fuisse Penates, qui ob incrementum et conservationem rerum familiarium colerentur. Arcessit autem nomen Theraphim è *Taraph,* quod arabicè et Æthiopicè est copiosum reddere.

Rachel eà quidem ratione Theraphim patris sui Labani arripuit, quia felicitatem omnem domûs ad se ita translaturam existimabat : quæ fortè persuasio Labanum sollicitavit, ut amissos deos diligentiùs requireret. Pererius, Bonfrerius, Rivetus aliique plures, censent eo nomine idola frequenter innui, vel imaginum quodlibet genus, quam nos æquiorem esse sententiam arbitramur.

(Calmet.)

Unde moral. S. Bern. l. de Ordine vitæ : « Cernis, inquit, quantum malum, quod ido- « lolatriæ magicisque comparatur artibus. Ado- « lescentes, qui tali repleti sunt malo, subdi « senioribus dedignantur ; facta verò eorum « aut dicta, tumidâ et erectâ cervice non ob- « servant, sed dijudicant; non venerando « exaltant, sed spernendo subsannant, sed « non impunè. Inde enim evidenter deficiunt, « unde miseri proficere debuerunt. » Causam deinde subjicit : « Hoc autem vult Deus, ut « homo per hominem doceatur, et minor ma- « jori subdatur. Si enim angelus angelo impe- « rat, et inter jubentem et obedientem summa

quàm sit invisa atque execrabilis Deo. Est autem ariolatio et idololatria, de quâ statim, res quam Deus et prohibet severè, et punit acerbè. Quare inobedientiam cum re longè turpissimâ et execrabili vehementer componit. Aut quia in hâc non est quàm in illâ minor offensio, quod non puto, quia hic aliquid hyperbolicum, ut in aliis sæpè locis intueor, aut certè quia inter ariolum, idololatram et inobedientem, non levis est similitudo. Hebraicè *Kesem* ad omne genus divinationis patet, sicut etiam latinè *ariolatio*. Sed cùm multæ sint divinandi, seu ariolandi formæ, certæ tamen alicui *arioli* nomen attributum est. Est autem *ariolus*, ut tradit Isidorus l. 8 Etymol. c. 9, qui falsos consulit deos, sicut etiam augur et aruspex, sed speciali quodam modo, unde nomen traxit : « Arioli, inquit, « vocati, propterea quòd circa aras idolorum « nefarias preces emittunt, et funesta sacrificia offerunt, iisque celebritatibus dæmonum responsa accipiunt. » Cujus sententiam postea plurimi secuti sunt; similitudo autem inde petitur, ut ait hoc loco Gregorius : « Quia qui « repugnant prælatorum imperiis, ideò utique « repugnant, quia divinam voluntatem se scire « meliùs æstimant. Quasi ergo peccatum ario- « landi est repugnare, quia, velut contempto « divino altari, ad aras dæmonum responsa « percipiunt, dùm cordis sui præstigiosis « ac superbis adinventionibus credunt, et sa- « lubribus prælatorum consiliis contraria sen- « tiendo refragantur. » Vide quid præterea in hanc sententiam dicat Gregorius lib. 35 Moral. cap. 10. Vide item Bernardum serm. 3 de Resurrectione, et l. de Ord. vitæ.

Quia hic locus illustrissimus est, et pro religiosâ observantiâ planè gravissimus, libuit in ejus explicatione immorari plusculùm. *Ariolari*, ut diximus ex Isidoro, ex eo dicitur quòd homines superstitiosi atque impii aras adeunt dæmoni consecratas, ut inde sumant oracula, quæ in rerum suarum administratione et morum œconomiâ, quasi viæ duces et magistros sequantur. Quod in omni hominum ordine turpissimum est, cùm Dei oracula jamdudùm habeant, quibus suæ vitæ rationem instituant, et Deum habeant ubique sibi familiarem, à quo possint precando lucem accipere, quam ipse verè humilibus, et divinæ voluntatis explendæ studiosis negare non solet. Sed hoc in religiosis planè est intolerabile, qui domi habent divinæ voluntatis interpretem, quem suî loco Deus vicarium suffecit, et sicut se ipsum audiri voluit, nisi quando, quod perrarò contingit, prælati responsio divinæ sit responsioni, id est, legi ac voluntati contraria. Vide Bernardum lib. de Dispensat. et Præcepto. Vox prælati vox est Dei, atque ideò Deus prælati vocem, quam suam esse docuit, interdùm assumit. Basilius in Constitut. Monast. cap. 23, antistitem Dei personam sustinere hoc modo confirmat : « *Qui vos audit, me audit; qui vos* « *spernit, me spernit.* Quod Apostolis dixit, « intelligendum est in communi sanxisse legem « in posteros, qui aliorum futuri erant mode- « ratores. »

Quia ergo Deus regendo atque instituendo Samueli Heli sacerdotem præposuit, illius assumpsit vocem, et cùm semel et tertiò Samuelem vocâsset, ad Heli quamprimùm advolavit, quia Heli sacerdotis vocem audiebat. Consulebant gentes idola, minùs tamen Deus in illarum errorem et stultitiam indignabatur, quia neque tabernaculum habebant aut oraculum, quod in rebus duris aut ambiguis adirent, sicut Israelitæ, quibus hoc planè cœleste perfugium benignus indulsit. Quare cùm Ochozias, lib. 4 Reg. c. 1, graviter è casu foret afflictus, nuntios misit, qui de morbi successu consulerent Beelzebub deum Accaron; ad quem Deus cum his mandatis misit Eliam : *Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel, à quo posses interrogare sermonem, ideò de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.*

Ex hâc metaphorâ facilè religiosus intelliget, prudentiam suam, quam consulere vult, ubi superioris, id est, Dei voluntas sese prodit, idolorum obtinere pondus et nomen; neque aliter esse existimandum religiosum, qui à superioris mandato ac voluntate, ad suam prudentiam transfugit consultandi gratiâ, quàm qui à divino oraculo, ad impias idolorum aras consilii capiendi gratiâ se convertit, quod ariolorum proprium esse diximus. Unde Gregorius in eo putat laborare fidem, qui divinâ voluntate propositâ, rationes quærit alias

« manet semper concordia, videat ille quàm « graviter peccat, qui debitam exhibere suis « majoribus reverentiam non curat. » Et pluribus interjectis, hanc obedientiæ palmam assignat : « Sola obedientia est, quæ fidei meritum « possidet, sine quâ quisque infidelis convin- « citur, etsi fidelis esse videatur. Hinc per Sa- « lomonem dicitur in ostensione obedientiæ : « *Vir obediens loquetur victorias.* Vir quippe « obediens victorias loquitur, quia dùm alie- « næ voci humiliter subdimur, nosmetipsos in « corde superamus. »

(Corn. à Lap.)

et aliena consulta. Sic autem ille l. 35 Moral. cap. 10: *Si enim quasi ariolandi peccatum est, repugnare, et quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere, sola est* (obedientia) *quæ fidei meritum possidet, sine quâ quisque infidelis esse convincitur, etiamsi fidelis esse videatur.*

Nunc videndum, quo modo Saül juxta prædicta judicari possit ariolus, id est, si relictâ Dei arâ, à quâ verum accepisset responsum, ab impiis idolorum aris sciscitetur oracula. Jam sæpè Deus quid de Amalecitarum rebus statuisset ostenderat, et quemadmodùm illorum vellet extingui memoriam, ita ut ex eo genere nihil esset reliquum. Primùm, Exod. 17, v. 14, et Deuter. 25, v. 19, deinde hoc loco verbis adeò disertis, ut quid à se factum Dominus vellet, dubitare non posset. Sed ille quasi contemneret, aut non probaret divina consulta, quia aut iniqua essent, aut Israeliticis commodis importuna, ad alias aras sese convertit, alia petit oracula à suâ suorumque prudentiâ, quasi in illâ quidquam esset lucis, offenso et repugnante Deo. Jubet Deus, ut pereat Amalec, sed contra humana prudentia judicat durum esse et prorsùs inhumanum, antiquum illud genus extingui; perire regem luculentum et nobilem, et quem digna imperio species commendaret. Neque prudentis esse consilii pretiosas vestes, quæ ornamento esse possent Israelitidi genti, aboleri flammis; neque præterea fas esse illis carere exuviis milites, quorum studia atque labores non alio modo compensari poterant. Deinde non satis videri religiosum ac pium, ut oves pingues et armenta crassa atque nitentia concisa ferro aut humi putrescerent, aut canes alerent et corvos, et non potiùs sacras aras suo imbuerent sanguine, et holocausta ex illo grege sumerentur et victimæ quæ et Deum colerent igne sacro combusta, aut tabernaculi ministros alerent. Sic meditabantur humana judicia contra divinum, ac tandem ex hâc ratiocinatione, quæ vocari potest *idolorum responsio*, concludunt isti impudentes arioli, contra quàm esset à Domino constitutum, parcendum esse regi, pretiosis ornamentis et vestibus, et ex gregibus optima quæque servanda, et satis videri præcepto satisfactum esse divino, si quidquid esset reprobum ac vile, ferro ac flammâ perderent.

Et quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Eadem penè est, et quia valdè notabilis, rursùs iterata sententia. In eâ tamen, licet pertenue, aliquod video discrimen. Ariolus oracula consulit, neque aliud agit quàm ut in dubiis lucem, et futurarum rerum multò antea certos ac ratos à divino responso (sic enim illi fallaces dæmonis voces, aut signa vocant) exitus inveniat. At idololatra ad hanc impietatem aliquid addit, idque non leve: adorat enim idola, quasi in illis aliquid putet esse divinum, et honores impendit, qui uni debentur Deo. Consulit quidem ariolus exta, et animalium viscera rimatur, avium cantus observat, pythones consulit, et à diabolico vexatos spiritu, non tamen hæc qui consulit adorat. At idololatra supplex accedit ad dæmonum simulacra, thura libat, odores incendit, victimas immolat, et se denique gratum et obsequentem præbet. Id verò suo modo facit, qui judicium suum divino ant superiorum judicio præferendum putat; suis etenim consiliis obsequitur, aliena respuit. Hanc Gregorius ad hunc locum statuit inter ariolum et idololatram differentiam: « Arioli, inquit, divina « cognoscere, atque absconsa divinare nituntur; idololatræ autem figmentis se venerando subdunt. » Deinde cur idololatra dici debeat, qui suo se judicio submittit, edocet: « Nolle, inquit, acquiescere idololatriæ sceleri « simile dicitur, quia nimirùm inobedientiæ « suæ obstinatione nemo persisteret, si propositi sui figmentum in corde, quasi idolum, « non gestaret. Et dùm conceptum mentis « propositum se acturum deliberat, quasi ad « adorandum simulacrum se inclinat. » Vide reliqua.

Ubi Vulgatus: *Quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere*, hebraice est: *Ve aven uteraphim ha pesar*, id est, ut exponit Pagninus: *Et idolum et theraphim transgredi*. Tigurina: *Offirmare animum peccatum est idololatriæ*. Septuaginta: *Injustitia, et teraphim labores et dolores* inducunt. Chaldæus: *Sicut peccata hominis, qui errat post idola, sic est peccatum hominis qui addit ad verba prophetarum*. Et Rabbinus, quem doctorem et ducem habuit Cajetanus: *Iniquitas, et teraphim cogere*. Tot adduxi versiones, quia illarum quælibet aliquid habet ad rem moralem opportunum et grave. Mitto explicationes alias; illam tantùm expendo quam Septuaginta et Cajetanus adducunt. Illi, *dolores et labores* reddunt; iste, *cogere;* utrumque valet *pasar*. Quod sanè ostendit quàm sint ingrata simulata obsequia, quæ externam tantùm objiciunt pietatis speciem, cùm tamen absit ab illis quàm longissimè pietas, et quæ appellari religio posset; quæ si vera est, ani-

mum quoque cum muneribus donat, à quo habent sacrificia et munera, ut grata sint. Talia fuerunt hæc quæ à rege victore producta sunt, quæ cùm ad altare cultro subjiceret, voluntatem tamen sibi retinuit, cùm plura sibi servavit ex prædâ, neque judicium suum divino subjecit, quando suo potiùs abductus est arbitratu quàm regendum se divino permisit. Hæc sacrificia dolori sunt Deo, et labori potiùs quàm voluptati. Quod Deus ipse satis ostendit apertè, cùm dixit Isaiæ c. 1, v. 11 : *Holocausta arietum, et adipem pinguium, et sanguinem vitulorum, et agnorum, et hircorum nolui.* Et statim v. 14 : *Facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens.* Hæc non invitant aut alliciunt Dominum, sed cogunt et vexant; quemadmodùm si quis delicatum stomachum compellat poculum haurire ex absynthio et felle, aut cibum sumere, ad quem magno fastidio nauseat. Hæc omninò faciunt sacrificia isthæc simulata, à quibus abest animus, et tantùm apparet externa sanctitatis species, quæ internam celet malitiam, et turpi quodam lenocinio fucum obducat sanctitatis. Ubi Isai. c. 64 : *Quasi pannus menstruatæ omnes justitiæ nostræ;* Chaldæus : *Sicut frusta panni, quæ ponuntur super plagam.* Quæ Bernardus appellat *velamen malitiæ.* Qui ergo Domino offerret splennium aut pannum quibus saniosa teguntur ulcera putri infecta et fœtulento humore, ex virulentâ plagâ, ille sanè vim faceret invito et fastidienti stomacho, non alliceret aut permulceret avidum et appetentem.

Pro eo ergo, quòd abjecisti sermones Domini, abjecit te Dominus, ne sis rex. Hic jam apertè denuntiat Propheta inobedientiæ accommodatam et quasi legitimam pœnam; neque enim imperare aut debet, aut potest prudenter et utiliter, qui parere nescit aut recusat. Neque imperio dignus est qui voluntatem suam atque judicium non subjicit divino. Quocirca reprobationis eam causam dicit esse Samuel, quia Dei præceptum reprobavit Saül, dùm anteposuit suum, neque solùm Amalecitarum opes et personas anathemati cædique devotas non delevit, sed etiam armenta et pecudes, quæ Deus fuerat execratus, ad altare produxit. Quasi sceleratorum bona, maximè cùm affectus abesset obsequentis animi, gratum esse possit et acceptum obsequium.

Vers. 24. — Peccavi, quia prævaricatus sum sermonem Domini et verba tua, timens populum, et obediens voci eorum (1). Vix tandem vocem illam pœnitentiæ indicem expressit Propheta ex ore Saülis, tunc videlicet, quando neque factum negare potuit, aut præcepti ignorationem obtendere. Neque tamen illud, *peccavi,* vox est animi verè pœnitentis, sed ejus qui pœnitentiæ simulatione atque umbrâ aliquod à se malum removere studet. Cujus argumentum est, quia à se culpam in populum derivat, cujus obniti studio atque petitioni non potuit, et conservare cupit suam apud populum æstimationem; idque ut per Samuelem obtineat, supplici voto atque obsecratione contendit. Sanè quem verè pœnitet, neque de honore retinendo satagit, quem peccando videtur jure prodidisse, neque umbram quærit, quam obtendat culpæ quam execratur et odit. Ita putat Lyra, Cajetanus, Angelomus, et communiter alii cum Gregorio. Qui prudenter notat non priùs Saülem dixisse, *peccavi,* quàm audivit regnum aliò esse translatum. Quare non tam de peccato doluit, quàm quòd ideò mulctandus esset regni jacturâ. « Saül obedire Deo refugiens, perdere « regnum timens, quid aliud nobis, quàm superborum mores insinuat? Qui cùm primam, ait, reliquit Saül, neque pœnitentiam egit, dixit quidem : *Peccavi;* sed non « humiliter dixit aut sensit. Addit enim : *Sed « nunc honora me;* honorem ergo vel gloriam « non Dei, sed suam istâ confessione mercari « voluit, dicendo : *Peccavi.* » Et S. Bern. serm. 16 in Cant. : « Numquid, ait, profuit Saüli, « quòd se ad increpationem Samuelis peccâsse « confessus est? Culpabilis procul dubio fuit « illa confessio quæ culpam non diluit. Quomodò enim humilem contemneret confessionem humilitatis magister? et cui humilibus « dare gratiam certè ingenitum est, omninò « non poterat non placari, si quæ in ore « sonuit, in corde radiâsset humilitas. »
(Corn. à Lap.)

Saül dit à Samuël : J'ai péché. On ne voit plus dans la suite de tout ce qui est dit de Saül que le malheur d'un homme qui tombe de précipice en précipice, et qui est devenu méprisable aux yeux de Dieu, depuis qu'il est devenu grand aux siens propres. Il ne pense qu'à excuser son péché, tant que Samuël ne pense qu'à lui représenter sa faute. Mais aussitôt qu'il lui déclare que Dieu l'a rejeté du trône, et qu'il n'est plus roi, il commence à dire *qu'il a péché,* et il prie Samuël *de se charger de cette faute.* La perte d'un honneur temporel lui est plus sensible que la perte de son âme, et c'est le seul rabaissement qu'il craint devant les hommes qui le porte à se rabaisser devant le prophète. Aussi il a soin d'ajouter à l'aveu qu'il lui a fait de son péché, une prière par laquelle il le prie *de l'honorer devant le peuple.* Les saints Pères ont détesté cette confession présomptueuse et intéressée, qui se sert de paroles humbles comme d'un voile propre à couvrir l'orgueil. (Sacy.)

(1) Rupert. in Apoc. c. 2 : « Humilitatem

« valent, videri parvi aut peccatores vi-
« tant; cùm coguntur, humilitatis virtutem
« simulant. Sed cùm compulsi confitentur, pec-
« catum quod accusant, loquendo minuunt. »
An verò populi metu optimum quodque ex Amalecitarum prædâ reservârit, ipse viderit Saül; certè non adeò timuisse populum visus est, cùm in ipso statim regni principio occisis bobus edixit toti populo, ut armatus advolaret ad regis imperium, nisi mallet boum suorum talem spectare cædem, qualem ipse in suis edidisset. Et cùm edicto cavit imperatorio, ne quis nisi deletis hostibus panem comederet. Sanè quòd regi Agag pepercerit, nullam habet honestam excusationem. Neque enim laborabat populus pro regis salute, ex quâ ad illum nulla sperabatur commoditas. Quare hìc multa apparent, quæ regis pœnitentiam falsam esse vacuamque convincunt. Vide Abulensem q. 28, 29, 30.

VERS. 25. — SED NUNC PORTA, QUÆSO, PECCATUM MEUM (1), ET REVERTERE MECUM, UT ADOREM DOMINUM. Si *porto* in propriâ significatione su-

(1) *J'ai péché*, dit Saül, *mais portez, je vous prie, mon péché.* Ce prince s'est justifié tant qu'il a pu, bien loin de reconnaître la grandeur du crime qu'il avait commis. Mais enfin voyant la fermeté de Samuël, qui lui déclare que Dieu lui va ôter son royaume à cause de sa désobéissance, il confesse qu'il a péché; mais il ajoute : *Portez, je vous prie, mon péché.* « C'est là l'image, dit saint Grégoire, d'un « grand nombre de personnes dont la vie est « criminelle devant Dieu, et dont la conver- « sion n'est qu'apparente. Ils sont forts pour « oser commettre les plus grands crimes, et ils « sont lâches pour les pleurer. Ils ne craignent « pas de percer leurs âmes par des plaies mor- « telles; et après cela ils ne peuvent se résou- « dre à souffrir des remèdes proportionnés à la « profondeur de leurs blessures, et à chercher « leur guérison dans la douleur salutaire de la « pénitence. Ils ne pensent qu'à se décharger « par la confession du souvenir de leur péché, « pour en charger la conscience des autres. « Mais Samuël ne se rend point à cette humi- « lité apparente de Saül. Et sa fermeté, dit « saint Grégoire, est d'une grande instruction « pour les ministres de l'Église, dont la con- « duite est souvent hardie, lorsque leur vie est « très-molle et très-relâchée. Ils sont si faibles « qu'ils ne peuvent presque se porter eux-mê- « mes; et ils sont en même temps si téméraires « qu'ils osent se charger du poids des péchés « des autres. » Qu'ils imitent donc la conduite de Samuël qui ne veut point prendre sur lui la faute de Saül, voyant que lui-même n'en était point véritablement touché, et qu'ils ne prétendent pas être plus forts ni plus charitables que ce saint prophète.

On peut ajouter à ce que nous venons de dire, que le péché que commit Saül dans cette action, renferme, selon les saints, un sens spi-

mas, petit Saül id quod sæpè accidit illis qui aliorum peccata aut excusant objecta honestatis specie, eosque dicunt imperio, sacerdotio, aut aliquo magistratu ac præfecturâ dignos. Ex quo grave sequitur reipublicæ atque communi detrimentum. Illi ergo quibus publica committitur cura, dùm vitia quæ indignos alios magistratu reddunt, occultant, illorum portant peccata, quia eorum summo rerum gubernatori ac Domino rationem reddent et pœnas exolvent. Peccata etiam portant sacerdotes qui alienis connivent peccatis, quæ severâ correctione exurere debuissent. Quod plerùmque contingit in principibus, quorum animos exulcerare aut contristare timidi confessarii non audent, à quibus magna sacerdotibus impendent incommoda, de quibus hìc Gregorius : « Ecce « fortis propheta refugit suscipere onus regalis « peccati, ut sacerdos Ecclesiæ timeat, et pec- « catorum importabilium pondera subire per- « timescat. » Sanè horrendum est regum ac principum peccata portare; quare videant quid faciant, qui illis à confessionibus esse aut student aut coguntur.

Sed communiter alii eo dicendi genere significari putant, optare regem, ut illa sibi culpa remitteretur à Deo, quod per Samuelem, quem

rituel, qui est très-utile pour la conduite des âmes. Dieu commande aux pasteurs *d'exterminer les Amalécites qui sont les ennemis du peuple de Dieu*, c'est-à-dire de détruire tous les péchés par les remèdes d'une pénitence vraie et véritable, comme étant les ennemis irréconciliables de Dieu, qui combattent sa sainteté et qui tuent les âmes. Mais il arrive souvent que, se conduisant par l'esprit humain qui est un esprit de mollesse et de complaisance, au lieu de se conduire par celui de Dieu, ils s'entendent avec le peuple contre l'ordre exprès de Dieu, comme Saül fit dans ce combat. Ainsi ils ne détruisent de ces ennemis invisibles et intérieurs que ce qui est le plus grossier et le plus sensible; *quidquid vile fuit ac reprobum;* mais ils épargnent le vice dominant dans l'âme, un orgueil ou un intérêt secret qui est *comme le roi de ce peuple de péché* qui se nourrit de la substance de l'ame, et *qui s'engraisse* non seulement des vices, mais des vertus mêmes, parce que cette complaisance extérieure rend les âmes qui paraissent chastes aux hommes, impures et criminelles aux yeux de Dieu.

C'est là la cause la plus commune de la perte d'une infinité d'âmes. Leurs médecins les trompent, et elles conspirent avec eux pour être trompées. On retranche au-dehors tout ce qui pourrait blesser les sens et l'honnêteté; et on entretient au-dedans une passion dominante qui empoisonne le cœur, et dont le venin est d'autant plus inévitable qu'il donne la mort au milieu des signes et des apparences de la vie. Sacy.)

sacerdotem noverat et prophetam, quemque gratum es e Deo non obscurè didicerat, impetrare studebat. *Portare* enim idem est aliquando, quòd *tollere*, id est, auferre. Sic multi accipiunt illud Matth. 8, v. 17 : *Ipse infirmitates nostras accepit, et ægrotationes portavit.* Aut petit, ut ipse ignoscat Samuel, et decretum illud à Domino supplicium suspendat, neque evulget ad populum, ne quid de ipso duriùs cogitet, et quasi reprobatum et indignum abjiciat. Et hoc fortassè est, quod statim additur : *Sed nunc honora me coram populo,* quasi dicat : *Ne inhonores me.* Hoc planè sentit Gregorius. « Corrigibilia, inquit, peccata portantur, quia postquàm à delinquentis voluntate « discedunt, purgari satisfactione salubriter « possunt. Non autem portantur peccata eorum in quorum mentibus per impœnitudinem inviscerata sunt. Unde et Joannes ait : « *Est peccatum ad mortem, ne pro illo oret quis.* « Peccatum quidem ad mortem est, quod ab « eo committitur, qui resipiscere nunquàm « potest. » Quod « nimirùm peccatum à « præpositis non portatur, quia sacerdotum « orationibus aut obligationibus non deletur. »

Revertere mecum, ut adorem Dominum. Progressus, ut apparet, obviàm fuerat Samueli Saül, ut illum venientem lætus lubensque exciperet. Quare omisit sacrificium, quod ex Amalecitarum prædâ tunc immolabat, et aliquantulùm aberat ab altari cui operam dabat sacrificalem. Neque est improbabile, denuntiatâ Saüli reprobatione regnique jacturâ, aut discessisse Samuelem, aut præbuisse discedentis speciem. Quod probat pallium discissum à Saüle, dùm illum abeuntem aut abire parantem retinere voluit. Dùm ergo petit Saül ut secum Samuel ad adorandum Deum revertatur, id agit, ut secum redeat ad instaurandum aut continuandum victimarum officium. Quò suâ præsentiâ ostenderet Propheta gratum esse Deo munus illud ex spoliis Amalec, et in eo in quo secretò accusatus erat, nullum intercessisse peccatum, quo bonum apud populum obtineret nomen, et plenè videretur implêsse quod à Domino mandatum acceperat de spoliis et rebus Amalec. Adorare autem Dominum idem esse puto, quòd supplicem orare, quod peracto sacrificio fieri solitum multa probant, quæ post oblatum sacrificium adhibitas esse preces aut docent, aut indicant. Vide Levit. cap. 5, v. 6 et 18, cap. 12, v. 7, cap. 14, v. 53, cap. 16 6 et 34, ubi post oblationem additur sacerdotis oratio. Hæc mihi facilis videtur explicatio; neque ut suo loco accuratiùs expendemus, quidquam officit, quod deinde subditur v. 31.

Vers. 26. — Non revertar tecum, quia projecisti sermonem Domini, et projecit te Dominus, ne sis rex. Facile cuivis conjectare, quò spectaret acutum hoc callidumque consilium, nempe ut eo modo conservaret Saül regiam potestatem et nomen, cùm ad suum de re Amaleciticâ judicium accessisse videretur Samuelis auctoritas, quem haberet socium in eo facto quod multi fortassè è popularibus improbarent. Quod cùm acutè Samuel prævidisset, negavit se cum Saüle ad intermissa sacra, vel ad alia illius cogitata reversurum. Cujus rei illam reddit rationem, quia jam Saül à Deo reprobatus fuerat, et abjectus à regno; quare non putabat è re futurum esse publicâ, si operam aliquam illi daret, quo regnum obtineret, ex quo Deò judice, reprobatus exciderat. Atque ideò eam adducit rationem, ne molestus sit rogando precibus odiosis et injustis, quia jam esset è regno à Domino depulsus. Et cum dicto, converso ad regem dorso, recedebat.

Vers. 27. — Ille autem apprehendit summitatem pallii ejus, quæ et scissa est. Videbat Saül valdè obscuratum iri suam apud populum æstimationem, si offensus Samuel et indignatus ab ipso discederet : quare pallium abeuntis arripuit ita violenter, ut magnum ex eo frustum abstulerit. Historicus sensus obscurus non est; moralis varius. Unum accipe, sanctorum intercessionem parùm illis prodesse quos neque peccati pœnitet, neque aliquod faciunt pœnitentiæ aut pietatis opus, quo apud Deum aliquid ineant gratiæ, aut divinum à se furorem avertant; sed id totum sanctorum intercessioni permittunt, quasi otiosis in sinum, et dormientibus omnia cœlitùs bona ventura forent. Otiosus planè erat Saül in spirituali negotio, neque tam ille dolebat quòd divinum contempsisset mandatum, quàm quòd Israeliticum amissurus esset imperium. Salutem et honorem regium sperabat à Samuele, sed frustra; apprehendit laciniam, quasi in illâ habiturus esset in eâ rerum adversitate perfugium, sed discidit vestem, et spem suam in ipso articulo cadentis imperii sensit esse delusam. Longè aliter accidit his qui supra, cap. 7, oraverunt à Samuele, ut suas ad Deum preces pro ipsis offerret, quæ usque adeò potentes fuerunt apud Dominum, ut illustrem victoriam obtinuerint

ab hoste potentissimo, Deo pro ipsis de cœlo dimicante. Sed jam ante filii Israel pœnitentiam egerant, Baalim abstulerant et Astaroth, et uni Deo se totos gubernandos et formandos addixerant. Quod si fecisset Saül, fortassè neque discidisset Samuelis laciniam, id est, non præcidisset sibi illius subsidium, neque illum habuisset ad sua postulata difficilem.

Vers. 28. — Scidit Deus regnum Israel a te hodiè. Ex aliquo eventu, aut verbo, quod videri posset factum dictumve fortuitò, occasionem interdùm arripiunt prophetæ, ut aliquid in posterum futurum prædicant. Sic ex voce prini et schini, sub quarum umbrâ luxuriosi senes Susannam cum juvene concubuisse se vidisse testati sunt, conjecit Daniel dissecandos esse medios, et testimonii falsi daturos esse pœnas, Dan. cap. 13; sic Paulus Actor. cap. 23, percutiendum esse pontificem, ex eo quòd Pauli maxillæ colaphum jussisset impingi. Sic modò Samuel ex laciniâ discissâ, discindendum affirmat regnum à Saüle, et ad alium transferendum, sicut discissum à veste frustum fuit à Samuele, et in alterius hæsit manu, qui illius tunc videri recens dominus poterat. Illud hìc observandum, dici à Prophetâ hodiè scissum esse regnum à Saule, cùm tamen aliquot post dies cum potestate fuerit, juxta Scripturæ usum, quæ aliquid factum esse dicit, cùm decretum est ut fiat. Quomodò ex sententiâ Augustini, Christus horâ tertiâ crucifixus est, quia illâ horâ damnatus est cruce; et qui viam aperuit expeditam ad regnum, quod nondùm tamen obtinuerat, eo tamen die regem se putat, et dicit esse factum. Quia ergo eo die quo Saül indictum sibi præceptum transgressus est, decretum est ut à regiâ excideret potestate et loco, eo die dicitur ab illo discissum esse regnum.

Hìc lubet adjicere, quod ex Hebræorum sententiâ tradit Lyra, qui putant his verbis datum esse Saüli à Samuele signum, ut cognosceret quisnam esset ille ad quem esset Israelis regnum transferendum, illum videlicet, qui aliquando è regiâ chlamyde partem abscidisset, sicut ipse è Samuelis pallio partem absciderat. Quare cùm infra, cap. 24, David oram præcidisset è regis paludamento in speluncâ, ad quam ventris levandi gratiâ à turbâ secesserat, idque ipsius Davidis voce cognovisset, memor hujus Samuelis prophetici verbi respondit: *Nunc scio quòd certissimè regnaturus sis, et habiturus in manu tuâ regnum Israel.* Minùs abs re hoc loco, quàm aliis sæpè locis, conjectant Hebræi, conjectant tamen.

Vers. 29.—Porro triumphator in Israel non parcet (1), et pœnitudine non flectetur. Certissimum dicit fore, ut regnum Israelis transferatur ad alterum, licet quis alter ille futurus sit, ut ex sequenti capite manifestè liquet, adhuc ignoret. *Triumphator in Israel* dicitur Deus, quia arbitratu suo in omnem partem agit et versat Israel. Interdùm enim auget spoliis atque provinciis, ornat victoriis ac triumphis; neque enim tam suâ quàm divinâ manu obtinuit Israel contra Chananæos regionem uberem et amplam, in quâ tunc latè dominabatur, aut victorias alias, quas antea sæpè, et nunc proximè contra Ammonitas, Philisthæos et Amalecitas consecutus est. Et idem Dominus et triumphator de inimicis, Israelem alienæ dominationi subjecit, quoties ille à datâ sibi lege et patriâ religione deficiens, aliena atque impia sacra et cultum idolorum nefa-

(1) Hebræus : *Victor in Israele non mentietur* (vel mendacem sese non exhibebit, datæ fidei stabit, non recedet à sententiâ) *et non pœnitebit; quia non homo ipse ad pœnitendum.* Longè aliter Septuaginta : *Dividetur Israel in duo; et sanctus Israel non revertetur, neque pœnitebit eum; quoniam non est sicut homo, ut pœniteat.* Postrema hæc sententia in reprobationem Saülis lata, irrevocabilis fuit, et effectu non caruit. Samuelis lacrymæ veniam et reconciliationem Domini cum principe reprobato impetrare non valuerunt. (Calmet.)

Chald. : *Decretum est super te à Domino victoriarum Israel,* q. d. : Lata est absoluta et irrevocabilis Dei sententia super te, ut priveris regno. (Corn. à Lap.)

Celui qui triomphera dans Israël ne se laissera point fléchir. Il semble que le prophète par ces mots reproche secrètement à Saül ce qui a été son plus grand crime, et ce qui a comblé à son égard la mesure de la justice de Dieu. Car nous avons vu auparavant qu'après la défaite des Amalécites, au lieu de reconnaître qu'il avait violé le commandement de Dieu dans la manière dont il avait usé de cette victoire, il *s'était fait dresser un arc de triomphe,* comme un monument de la gloire qu'il croyait s'être acquise en cette bataille. Lors donc que le prophète lui dit *que celui qui triomphe dans Israël ne se laissera point fléchir,* c'est comme s'il lui disait : Non seulement vous avez désobéi à Dieu, mais vous avez ajouté un orgueil insupportable à un si grand crime. Vous avez ravi à Dieu sa propre gloire; vous avez voulu faire croire que c'était vous qui aviez rendu son peuple victorieux de ses ennemis. C'est pourquoi *celui qui triomphe lui seul dans Israël,* et à qui cette victoire est due uniquement, *ne se fléchira* point à votre égard, et *ne se repentira point* du juste arrêt qu'il a prononcé contre vous, parce que Dieu est sans miséricorde et sans repentir à l'égard de ceux qui sont inflexibles dans le mal, qui s'élèvent dans leur chute même, qui ne se convertissent qu'en apparence, et qui ne se repentent point du fond du cœur. (Sacy.)

rium amplexus est, ut probat totus liber Judicum, ubi populus ille propter peccata traditus esse dicitur externæ potestati. Quod quia frequens erat atque vulgare, ipsi quoque alienæ religionis asseclæ cognoverunt. Vide quid Achior homo gentilis in hanc sententiam, dixerit, Judith. cap. 5. Est igitur Deus *triumphator in Israel*, quia Israelitas triumphare facit, dùm pro illis pugnat, cuique adscribi debent omnia quæ populo illi contigêre feliciter, et de Israele peccatore triumphat, cùm deprimit ac frangit, et alienæ potestati submittit. Hoc verò nomine usus videtur Samuel ad Saülem, ut illius deprimat insolentes spiritus, quos proximæ victoriæ attulisse videbantur, et ut Dei metuat potentiam, qui regna suo arbitratu commutat et transfert, quique quod nunc de transferendo regno comminatus est, nullâ difficultate temporis momento perficiet.

Et pœnitudine non flectetur. Quæ sit in Deo pœnitentia, diximus paulò ante ad illud; *Pœnitet me, quòd constituerim Saül regem.* Quod nihil est aliud quàm statuisse Deum mutare factum, et regnum eripere Saüli, quod ante concesserat. Nunc Propheta affirmat, Deum non esse flectendum pœnitudine, id est, non esse mutaturum sententiam, aut judicium quod de Saüle deponendo et exauctorando pronuntiârat. Ex hoc loco Tertullianus l. 2 contra Marcionem c. 24, docet, qualis dicatur in Deo pœnitentia, seu pœnitudo: « Quæ sanè non « pœnitetur, sicut in homine, ex recordatione « delicti, aut ex alicujus operis ingratiâ (verba « sunt Tertulliani). In quantum enim Deus « nec malum admittit, nec bonum damnat, in « tantum nec pœnitentiæ boni aut mali apud « eum locus est. Nam et hoc tibi eadem Scri- « ptura determinat, dicente Samuele Saüli: « *Discidit Deus regnum Israelis de manu tuâ* « *hodiè, et dabit illi proximo tuo optimo super* « *te. Et scindetur Israel in duas partes, et non* « *convertetur, neque pœnitentiam aget, quia non* « *sicut homo est ad pœnitendum.* Hæc itaque « definitio in omnibus aliam formam divinæ « pœnitentiæ statuit, quæ neque ex improvi- « dentiâ, neque ex levitate, neque ex ullâ « boni aut mali operis damnatione reputatur, « sicut humana. Quis ergo erit mos pœnitentiæ « divinæ? Jam relucet, si non ad humanas « conditiones eam referas. Nihil enim aliud « intelligitur, quàm simplex conversio senten- « tiæ prioris, quæ etiam sine reprehensione « ejus possit admitti etiam in homine, nedùm « in Deo, cujus omnis sententia caret culpâ. « Nam et in græco sono pœnitentiæ nomen « non ex delicti confessione, sed ex animi « demutatione compositum est. » Hæc Tertullianus. Græcum porrò nomen, quod pœnitentiam significat, μετανοία est, quod à μετανοέω derivatur, quod non delicti confessionem aut damnationem importat, sed *mutationem animi*, licet nulla intervenerit imprudentia aut culpa, quia sic nimirùm exigit, aut mutata rerum conditio, aut nova causa, aut amicorum voluntas.

Neque enim homo est, ut agat pœnitentiam, id est, ut mutet decretum quod ante definitò placuerat, quale fuerat de Saülis regno aliò transferendo.

Vers. 30. — Peccavi, sed nunc honora me coram senioribus populi mei, et coram Israel (1).

(1) Id est, coram reliquo Israelis populo, ne ille me à te spretum spernat et regno spoliet. Vides hìc pœnitentiam Saülis fuisse humanam, et metu regni perdendi extortam. Unde S. Bern. in Declamat. versùs finem: « Ad quid, « ait, tibi hæc honoratio, miser? Hæccine « tota erat illa supplicatio: *Peccavi, ora Domi-* « *num pro me?* Meritò sanè non pepercit, qui « intuebatur cor, falsâ non poterat supplica- « tione moveri. Vix adhuc dixerat David: « *Peccavi*, et responsum illi est: *Dominus trans-* « *tulit peccatum tuum à te.* Sic nimirùm, sic « usque hodiè dilectissimi, cujus ad alias con- « solationes mens inhiat, et penitùs in caducis « et transitoriis non renuit consolari, ipse sibi « profectò cœlestis subtrahit gratiam consola- « tionis. Quam si dignâ devotione, pleno affe- « ctu, desiderio vehementi petere, quærere, « pulsare satageret, sine dubio petens accipe- « ret, quærens inveniret, pulsanti aperiretur. » Audi S. Greg. hìc l. 6, c. 2: « Liquet quam « pœnitudinem gerat, qui adhuc honorari de- « siderat. Nam si sui peccati hunc veraciter « pœniteret, inhonorari potiùs, quàm hono- « rari concupisceret, » etc. Angelomus quoque: « In eo quod ait: *Honora me coram* « *senioribus populi mei*, verecundiam passus, « ac superbiâ detentus locutus est: quia time- « bat honores amittere, et ideò non obtinuit « quod petiit, dicens: *Peccavi.* Quisquis enim « sub specie confessionis humanos adhuc ho- « nores amittere timet, iste indulgentiam, « quam ficta humilitas postulat, à Deo adipisci « non valet, » etc. (Corn. à Lap.)

J'ai péché, mais honorez-moi devant les anciens de mon peuple. Il est aisé de voir quel est le repentir de ce prince. Il confesse son péché; et en même temps, au lieu de s'humilier et de se confondre, il ne pense qu'à retenir le rang de sa dignité, et qu'à se faire honorer des hommes, après qu'il s'est lui-même perdu devant Dieu. « Combien y en a-t-il aujourd'hui, « dit S. Grégoire, qui se trouvent dans ce « même état, et dont Saül était la figure? Ils « sont rois de la royale prêtrise de Jésus- « Christ, et lorsqu'ils se sont déshonorés eux- « mêmes par des crimes honteux, et que l'or- « dre de Dieu et de l'Eglise les éloignerait de

Discedere voluit Samuel, ut vidimus, à Saüle, quem, quia ad suam æstimationem referre existimabat, retinere secum voluit, ne populus ex ejus discessu conjectaret, Dei ipsum Samuelisque judicio fuisse reprobatum. Quare hoc à Samuele saltem obtinere studet, ut secum revertatur, dignitatis, ut opinor, gratiâ, ne si statim abiret, cùm nondùm advenisse videretur, rejectus cum fastidio atque odio putaretur à populo, quod illi non poterat non esse odiosum et turpe. Neque alium, credo, honorem exigebat à Samuele, neque aliud sperare fas esset à Prophetâ sanctissimo, qui nullo probaret aut laudaret modo quem divino judicio improbatum sciebat, et quem Dei nomine severâ reprehensione percusserat. Idcircò hoc orat, ut secum revertatur, quia necesse erat ut sacrificium quod jamjam inchoaverat, absolveret; ut ipse, quod erat in eo opere extremum, ad Dominum oraret, non ut socium haberet in orando, cùm oratio foret ingrata Deo, quæ pars esset iniqui atque damnati sacrificii.

Vers. 31. — Reversus ergo Samuel secutus est Saulem (1), et adoravit Saul Dominum. Reversus fuit Samuel, quod ante negaverat, non ut adoraret, id est, simul sacrificaret cum Saüle, nam et Saül adorârse dicitur, videlicet solus, neque enim quidquam audimus de Samuelis adoratione, sed alias ob causas : tum ne omninò videretur dignitatem regiam contempsisse et confudisse duriùs, atque afflixisse Saülis animum, de cujus casu ac depositione dolebat; tum ut quæ Saül divini mandati immemor omiserat, ipse perageret.

Vers. 32. — Dixitque Samuel : Adducite ad me Agag. Hoc erat negotium quod cum Saüle Samuelem revocavit ad castra cœtumque filiorum Israel, ut pœnas ab Amalecitarum rege jam olim debitas exigeret. Quare cùm primùm ad illum locum pervenit, ubi castrensis illa multitudo consederat, offerri jussit regem illum, non ignarum, ut apparet, quisnam illum exitus expectaret.

Et oblatus est ei Agag pinguissimus, et tremens (1). Hebraicè, *maadanoth*, quæ vox variè ab interpretibus assumitur. Radix, unde nomen deducitur, *delicias* indicat. Quare Chaldæus *delicatum* et *mollem* exponit. Septuaginta *trementem*, ideò fortassè, quia qui pinguissimi sunt et nimiùm delicati ac molles, non firmo incedunt et recto gradu, sed molli ac vacillanti, ut videmus in feminis, quæ teneritudinem in ejusmodi incessu arte moliuntur. Ut de Esther cap. 15, dicitur : *Assumpsit duas famulas, et super unam quidem innitebatur, quasi præ deliciis et nimiâ teneritudine corpus suum ferre non sustinens.* Hunc puto tremorem esse regis, qui ex deliciis atque mollitie nascitur, non ex horrore mortis, ut vox ipsa indicat hebraica; et ita omnes penè à Vulgato convertunt, ut nulla expositio juxta hebraicæ vocis vim videatur adhiberi posse commodior. Pagninus : *Ibat ad eum Agag cum deliciis.* Tigurina : *Delicatus.* Cajetanus ex suo Hebræo : *Agag deliciarum.* Quod item sensit antiquissima quædam hispanica translatio : *Agag el de las deleytaciones.* Noster interpres utrumque conjunxit, dùm illum *pinguissimum* et *trementem* appellat, quia qui deliciis atque otio diffluunt, pingues sunt, quam corporis dissolutam molem tremor in incedendo sequitur, et tarditas mollior. Alii vocem illam, *catenas* significare putant. Ita Rabb. David et Cajetanus, et ita dicunt vinctum adductum esse regem illum ad Samuelem. Alii in voce מעדנות *gaudium* agnoscunt et *voluptatem*, quam præ se ferebat rex in eo tantùm Saüli detulisse honorem, quòd eum non desernerit. (Corn. à Lap.)

(1) *Trementem* non legimus in textu.

« son sanctuaire qui ne souffre rien que de « très-pur, ils ne peuvent se résoudre à « s'humilier dans leur chute, et ils ne donnent « aucune marque que ce soit Dieu qui les ait « touchés. » Car quand la pénitence vient de Dieu, elle n'a rien de feint ni de déguisé, et quand elle est sincère, elle est toujours humble. C'est pourquoi saint Augustin parlant des plus grands crimes, dit *que ces plaies mortelles se guérissent par l'humilité de la plus grande pénitence : Majoris pœnitentiæ humilitate sanantur.* Il considère l'humilité comme l'âme de la pénitence, et il suppose qu'elle doit être d'autant plus grande que les blessures du pécheur ont besoin pour guérir d'une pénitence plus austère. (Sacy.)

(1) Cessit Samuel Saülis petitioni, ne eum in desperationem vel furorem adigeret; at ut ejus honorem coram populo tueretur, ne is eum sperneret et regno pelleret, hoc modicùm consolationis Saüli indulsit, ut regni privationem leniùs ferret, et ne ad pejora delaberetur. Nam, ut ait S. Greg. : « Fortassè si abjectus « rex secum ad adorandum Dominum, reverten« tem prophetam non cerneret, dæmonum « simulacra adoraret. Et projicit ergo eum, « et cum eo revertitur, quia in potentibus « hujus seculi sic est damnanda iniquitas, ut « bonum quod habent, exasperati non per« dant. » Unde colligit : « Benè ergo Samuel « cum abjecto rege revertitur, quia electi « prædicatores, seculi potentes, et pro iniqui« tate percutiunt, et pro exemplo bona agere « quædam sinunt. » Addunt Hebræi apud S. Hieron. Samuelem primum locum Saüli, quasi regi honoris causâ dedisse; sed Josephus ait

ille superbus, atque ideò, ne regios animos abjecisse videretur, regium moliebatur incessum, tardum videlicet et gravem. Quasi neque mortem timeret, et omni foret fortunâ superior. Hic multa sunt quæ fidem habent difficilem. Minùs mihi displicet explicatio prior.

SICCINE SEPARAT AMARA MORS (1)? Verba sunt

(1) Hebræus : *Verè recessit amaritudo mortis;* quasi Agag ineptè jactabundus testaretur, mortem sibi esse nec terribilem nec amaram : seu potiùs, blandiens sibi, fore ut à Samuele sibi vita permitteretur, ulteriùs non timere se mortem dixit. Sunt qui reddant : *Amaritudo mortis tota in caput meum effusa est.* Septuaginta : *Si sic amara mors.* Chaldæus : *Obsecro, domine, quæ est amaritudo mortis?* (Calmet.)

Tropol. S. Greg. : « Recens conversi, ait, « dùm à solitis suis voluptatibus separantur, « dolorem instar mortis sentiunt; » unde hâc tentatione pulsantur : Siccine me separat à meis deliciis amara mors pœnitentiæ et sanctæ vitæ? « Quia in eis, inquit, carnalitas sine « magnâ tribulatione minimè necatur. Quasi « enim visis austeritatibus, quibus subdenda « est, dicit menti sensualitas sua : Læta pro « tam tristibus spernis? » (Corn. à Lap.)

Alors Samuël dit : Amenez-moi Agag roi d'Amalec. Nous avons déjà fait voir que tous les Amalécites avec leurs rois étaient une race d'hommes barbares et criminels, qui avaient mérité très-justement que Dieu exercât sur eux sa vengeance, en la manière dont il a été parlé auparavant. Ainsi Samuël en faisant mourir ce prince n'est que le ministre de la justice de Dieu, et il fait par son ordre ce que la désobéissance de Saül avait refusé de faire. Mais comme le Saint-Esprit nous a appris par la bouche de saint Paul que ce qui se passait alors dans le peuple Juif, et principalement ce que faisaient par l'ordre de Dieu les plus grands prophètes, comme était Samuël, *a été écrit pour notre instruction particulière;* nous pouvons découvrir une grande vérité qui est cachée sous le voile de cette histoire. Les Amalécites, qui étaient les ennemis de Dieu, sont l'image des péchés. Leur roi est la figure du péché qui règne dans l'âme, et qui tant qu'il subsiste se la tient assujettie. Samuël donc nous apprend par la sévérité qu'il exerce envers ce roi barbare, que nous devons étouffer sans miséricorde la passion dominante dans nous par laquelle le démon s'acquiert et se conserve l'empire de notre cœur. Plus nous serons durs envers cet ennemi intérieur qui nous attire la haine de Dieu, plus nous serons tendres et charitables envers nous-mêmes, et il n'y a point de plus véritable cruauté que de vouloir user de douceur en cette rencontre.

La grande différence qui se trouve entre la figure et la vérité, c'est que cet Agag que nous devons sacrifier à Dieu, n'est pas hors de nous comme était ce prince à l'égard de Samuël, mais qu'il est en nous, et qu'il fait une partie de nous-mêmes. C'est pourquoi cette séparation d'avec ce qui est doux à notre inclination corrompue, et cette mort intérieure et spirituelle, nous paraît pénible, et souvent le vieil homme s'écrie dans nous comme cet Agag : *Faut-il qu'une mort amère me sépare ainsi* de tout ce que j'aime? *Siccine separat amara mors? J'avais bien de la peine,* dit saint Augustin en décrivant sa conversion, *à me résoudre de mourir à la mort pour vivre à la véritable vie.* Mais lorsque Dieu nous touche par l'impression de cette grâce, qui peut tout dans notre cœur lorsqu'elle l'a persuadé de son impuissance, nous détruisons dans nous ce corps de péché, non d'un seul effort, mais peu à peu et à diverses reprises. Comme ce prince qui en était la figure *fut coupé en morceaux par Samuël.* Et tout cela se fait *devant le Seigneur,* afin qu'il reçoive le sacrifice de nous-mêmes que nous lui offrons, et que mourant à tout ce qui peut lui déplaire en nous, nous ne vivions plus que pour lui seul. (Sacy.)

Agag, qui jam certò noverat sibi esse quamprimùm moriendum. Dicit autem amaram esse sibi, præsertim à quo separanda erat fortuna regia, patriæ deliciæ, quibus ad satietatem abundabat, et quàm mollissimè atque suavissimè fruebatur. His autem, qui pacem habent super terram, id est, quibus omnia contingunt ex voto, amarus est mortis jamjam advenientis aspectus, imò et solùm utcùmque oblata memoria. De quâ est illud Eccl. 41, v. 1 : *O mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, et cujus viæ directæ sunt in omnibus, et adhuc valenti accipere cibum.* Hæc habebat omnia Agag, cùm illi extrema advenit moriendi necessitas. Quare *mortem* appellat *amaram,* quæ à tot separat commoditatibus, tot aufert honoris ornamenta et vitæ delicias. At miseri, qui vitam agunt ægram et miseram, quibus emergere ex quotidianis ærumnis in votis est, illi non gravatè ferunt, neque ab hâc luce, hominumque consortio, neque à tam incommodâ vitâ separari, quæ miseris non tam videtur vita quàm prolixæ mortis dura conditio. Sanè ille existimatur felix, qui tunc è vitâ cecidit, cùm excidit è fortunâ meliori. Sic Seneca in Hercule Æthæo :

Par ille est superis, cui pariter dies
Et fortuna fuit. Mortis habet vices,
Cùm lentis trahitur vita gemitibus.

Ex hoc hominum communi ac naturali sensu dixit apud Virgilium Æneas l. 1 Æneid., cùm mors obversaretur ante oculos :

O terque quaterque beati,
Queis ante ora patrum Trojæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere!

Et Andromache apud eumdem libro 3 Æneidos, cùm spiritum tristem traheret, felices appellat illas quæ occupatæ morte servilem statum effugerunt.

O felix una ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum Trojæ sub mœnibus altis
Jussa mori!

Neque in Scripturâ sacrâ testimonia desunt, aut exempla. Levius existimavit Saül mori, quàm apud Philisthæos vitam agere captivam et ignobilem, aut ferre quam paratam esse videbat ignominiam; atque ideò ne quis jactare se posset insolenter quòd Saülem occidisset, ipse sibi diro vesanoque consilio vitam eripuit. Neque aliam ob causam Achitophel laqueo sibi spiritum præclusit, nisi quia despectæ sententiæ ignominiam sustinere non potuit. Testimonium illud accommodatum est valdè, quod citatis ex Ecclesiastico verbis proximè subjicitur. Nam cùm dixisset, amaram esse mortis memoriam illi qui pacem habet in terrenâ substantiâ, statim addidit, illi optabilem esse mortem, cui res sunt angustæ, et spiritus æger. *O mors, bonum est judicium tuum homini indigenti, et qui minoratur viribus.* Et clariùs Eccl. c. 30, v. 17 : *Melior est mors, quàm vita amara, et requies æterna, quàm languor perseverans.* Ita existimabat Job. cap. 3, v. 20, qui tam putabat esse dulce tristibus mortem et sepulcrum invenire, quàm avaris, qui thesauros inveniunt. *Quare,* inquit, *misero data est hæc lux, et vita his qui in amaritudine animæ sunt? Qui expectant mortem, et non venit, quasi effodientes thesaurum. Gaudentque vehementer, cùm invenerint sepulcrum.*

Erat igitur Agag amara mors, quia benè illi cum opibus atque deliciis, et cum pingui atque nitente corpore conveniebat, à quo discedere erat prorsùs horribile. At non erat mors amara Job, quem tædebat vitæ, cuique nihil jam erat reliquum in mundo, quod voluptarios caperet sensus, aut spiritum ægrum recrearet. Neque Paulo, qui humana omnia reputabat ut stercora, cui lucrum erat mori, qui verè dicebat et prorsùs ex animo : *Cupio dissolvi.* Et : *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?*

Vers. 33. — Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus. Non sine magno suo merito diram illam mortem subiit Agag, cùm ipse aut gladio suo occidisset plurimos, aut suorum gladio jussisset occidi. Proverbialem arbitror esse figuram, cùm significare volumus viros interiisse, viduarum uxorum, aut orbarum matrum meminisse, quia filiorum, aut conjugum, seu maritorum nomine, omnes quos virilis distinguit sexus, continentur. Psal. 108, v. 9, dùm peccatori interitus denuntiatur, dicitur : *Fiant filii ejus orphani, et uxor ejus vidua.* Jerem. cap. 15, v. 8 : *Multiplicatæ sunt mihi viduæ ejus super arenam maris.* Et Ezech. c. 19, v. 7 : *Didicit viduas facere.* Et iterùm cap. 22, v. 25 : *Viduas ejus multiplicaverunt in medio illius.* De matribus orbatis filiis, quarum orbitas filiorum ostendit cædem, est illud Thren. 5, v. 3 : *Matres nostræ quasi viduæ,* quia matres orbatæ filiorum subsidio, quasi viduæ censentur. Quare nullam aliam esse arbitror hujus loci sententiam, quàm Agag sive gladio, sive imperio homines plurimos esse sublatos. Multa hìc quærit Abulensis, à quibus ego sine ullâ mei instituti incuriâ abstinere posse videor.

Et in frusta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis (1). Josephus occisum esse dicit Agag non gladio, sed imperio. Quod sanè duriùs admittit textus. Neque à Samuelis ingenio aut pietate abhorret, suâ manu illum interimere, et in partes concidere minutas, quem divino judicio sciebat esse morti devotum et nôrat sanctificatas esse illorum sacerdotum manus, qui in contribulium suorum viscera gladium adegerunt, quos Deus cædis reos ostenderat, et morti destinârat. *Ponat* (inquit Dominus per Moysem) *vir gladium super femur suum,* etc., *et occidat unusquisque fratrem, et amicum, et proximum suum. Feceruntque filii Levi juxta sermonem Moysi, ceciderunteque in die illâ quasi triginta tria millia hominum. Et ait Moyses : Consecrâstis manus vestras hodiè Domino.* Idem fecit Phinees Num. 25, v. 7, et Elias 3 Reg. 18, neque tamen aliquid fecisse existimantur indignum sacerdotali aut prophetali nomine.

Ex ipso dicendi modo ac loco, ubi occisus esse dicitur Agag, aliquam speciem invenio immolatæ victimæ. Nam primùm rex in frusta dicitur esse concisus, quod victimarum est. Deinde *coram Domino,* quod nisi in re sacrificali fieri non solet. Voluit igitur, nisi ego fallor, occiso ante aras rege, ostendere Propheta hâc immolationis specie, quod ante dixerat, non jam obscuris, sed disertis omninò verbis, meliorem esse obedientiam quàm victimam. Cùm enim arietes ac vituli, optimæ essent ac legitimæ victimæ, homines verò immolari sibi, non modò non postulet Deus, sed etiam damnet eos qui humanas victimas immolant Mo-

(1) Mortem Agag apertissimo oraculo ante quadringentos ampliùs annos prædixerat ariolus Balaam iis ad regem Moab verbis : *Tolletur propter Agag rex ejus, et auferetur regnum illius.* (Calmet.)

loch, quia tamen quæ aliàs legitimæ forent et acceptæ victimæ, contra quàm à Domino præceptum esset, offeruntur, libentiùs Deus humanam admittit victimam, quam offert obedientia, quàm legitimas alias, in quarum immolatione propria tantùm invenitur voluntas et divinæ contemptus. Sed hæc, ut dixi, victima propriè non fuit; neque enim Propheta quidquam auderet quod Deus ne fieret, ante vetuerat, sed ut occiso coram Domino, id est, propè illum locum ubi proximè arietes ac vituli fuerant immolati, rege Agag, quid à Saüle et populo factum esset malè, illustri illo documento damnaret. Quomodò etiam immolati dici possunt Domino Israelitæ qui occisi fuerunt à Levitis qui sacerdotum manus consecrârunt, et qui postea à Phinees, deinde ab Eliâ interfecti sunt, non quia ad aras oblati, sed quia ad divinum honorem et imperium interfecti fuerunt. Quomodò Innocentes ab Ecclesiâ Christi vocantur victimæ, et quidem sæpè inimicorum Dei cædes vocatur victima, ut Idumæorum, Isaiæ, cap. 34 : *Victima enim Domino de Bosra, et interfectio magna de terrâ Edom.* Et Ægyptiorum cædem victimam vocat Domini Jeremias cap. 46 : *Victima enim Domini Dei exercituum in terrâ aquilonis.* Ezech. cap. 21, vers. 9, cùm esset sermo de inimicorum strage, dicitur : *Gladius, gladius exacutus est et limatus, ut cædat victimas.* Idem cap. 36, v. 16. Quare optimè vocari potuit Agag victima Domini, quia illius hostis occisus et quasi immolatus est. Voluisse igitur videtur Samuel odiosæ Deo victimæ ex Amalecitarum gregibus, aliam opponere quæ Deo multò gratior accideret, hostis nimirùm interfectus coràm se. Fieri namque solet, ut eorum quæ nobis odiosa sunt et ingrata, aliquid accedat non injucundum, si modò illorum aut interitum indicent, aut infortunium portendant. Quomodò inimicorum elevata et minacia vexilla horrorem incutiunt et consternationem animorum; eadem verò jam strata et raptata militari ritu ad hostium dedecus ac ludibrium, voluptatem afferunt et gloriam. Sicut Goliath gladius, qui dùm esset in illius manu, terrori erat et ignominiæ castris Israel, et odiosus Deo, idem jam, cùm Goliath victus, suspensus est in tabernaculo, et fuit donum Deo non injucundum, et Israelitarum oculis non ingratum. Quâ ex re discat peccator, habere se, quid quotidiè possit offerre Deo, quod ille animo accipiet benigno atque hilari; peccatum nimirum jam pœnitentiæ gladio mactatum, aut vitia nostra mortificatione subacta, et carnem rebellem antea, cum Christo in eodem ligno crucifixam. Videtur itaque Samuel pro ingratis victimis aliquam voluisse immolare Domino victimam gratam, Amalec videlicet è regno depulsum, subjectum gladio et in frusta divisum; qui naturæ vitiosæ atque corruptæ signum quoddam hieroglyphicum est, quique cum Dei populo ad illud usque tempus à seculo implacabile gesserat bellum. Quare dicere posset quod Virgilianus Messapus lib. Æneid. 12, qui pro victimâ, quam putabat ingratam et impiam, ignobilem quemdam regem immolavit, cujus cædem magis putabat Deo fore gratam, quàm agnorum et arietum :

Messapus regem, regisque insigne gerentem
Tyrrhenum Aulesten, avidus confundere fœdus,
Adverso proterret equo; ruit ille recedens,
Et miser oppositis à tergo involvitur aris
In caput inque humeros; at fervidus advolat hastâ
Messapus, teloque orantem multa trabali
Desuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur :
Hoc habet, hæc melior magnis data victima divis.

Antequàm hinc emergam, libuit notare quædam, incerta quidem, verùm non aliena, quæ pertinent ad hunc Agag. Et primùm, quòd ex illius genere natus esse dicitur Aman, qui primo fuit apud Assuerum Persarum regem loco, ut videtur expressum Esther cap. 3, vers. 1 et 10 : *Tulit ergo rex* (Assuerus) *annulum quo utebatur, de manu suâ, et dedit eum Aman filio Amadathi, de progenie Agag, hosti Judæorum.* Hunc Agag regem Amalec putat esse Josephus lib. 10 Antiquit. cap. 6, dùm Aman Amalecitam esse dicit; idem Rupertus lib. 8 de Victor. cap. 4; Lyra, Cajetanus, Chaldæus, et omnes penè Hebræorum doctores. Sed, ut dixi, hoc valdè est incertum, quia nomen Agag multis potuit esse commune. Neque in textu hebraico est Agag, sicut hoc loco, sed אגגי, id est, *filius Agagi.* Quare eâ in re nil potest certò definiri. Neque pauci sunt, qui contra sentiant, putentque illum Persam esse, vel Macedonem.

Illud, quod nunc addam, planè fabulosum est et ridiculum, et indignum cui à prudenti fides adhibeatur. Quod sine dubio sumptum est ex illorum cerebro planè, ut modestissimè dicam, somniante, qui ex variis mendaciis atque commentis Thalmudicam, id est, delirantem scholam concinnârunt. Quod nescio quis audax et indoctus supposuit Philoni Judæorum doctissimo, à quo figmento levissimo auctoritatem et pondus conciliare voluit. Illud verò in Antiquitatibus Biblicis invenitur, quæ scriptæ dicuntur à Philone, cùm tamen ab illius ingenio

atque dicendi charactere quàm longissimè absint. Ille igitur non tam Philo, quàm Pseudophilo, cùm dixisset, conservatum esse Agag à Saüle, quia pollicitus fuerat manifestaturum se thesauros absconditos, addit : « Et dixit « Deus ad Samuelem : *Vidisti quomodò in mo-* « *mento corruptus est rex argento, et vivificavit* « *regem Amalec et mulierem ejus? Et nunc per-* « *mitte ei, ut conveniat Agag mulierem suam in* « *nocte hâc, et ipsum interficies in crastinum;* « *nam mulierem ejus consuluerunt* (quid hoc sibi « velit, neque assequor, neque curo) *quous-* « *que pariat masculum, et tunc etiam ipsa mo-* « *rietur. Et qui natus fuerit ex eâ, fiet in scanda-* « *lum Saüli.* » Et hoc extremum audivit à Samuele Saül. Et postea in fine Antiquitatum Biblicarum, cùm sermo esset de morte Saülis, addit : « Ipse autem incubuit super romphæam « suam, et non potuit mori, et respexit retrò « se, et vidit virum currentem, et clamavit ad « eum, et dixit : *Tolle machæram meam, et* « *mortifica me; adhuc anima mea in me est.* « Et venit, ut mortificaret eum. Et dixit ad « eum Saül : *Antequàm mortifices me, nuntia* « *mihi quis es.* Et dixit ei ille : *Ego sum Edab* « *filius Agag regis Amalecitarum.* Et dixit Saül : « *Ecce venerunt super me verba Samuelis, quo-* « *modò dixit : Qui natus fuerit de Agag, erit tibi* « *in scandalum.* » Hæc Pseudophilo. Tu illius insanam atque deliram mentem aut ride, aut luge. Quomodò non fuerit ab Amalecitâ interfectus Saül, dicemus lib. 2 Regum, cap. 1.

Vers. 35. — Et non vidit Samuel ultra Saul usque ad diem mortis suæ. Postquàm actum est de rege Agag, neque jam plus negotii Samueli superesset, recessit à Saüle, reversus in Ramatham; neque ulteriùs, ut priùs facere consueverat, rediit ad Saülem consilii aut benevolentiæ gratiâ, quia reprobatum sciebat à Domino, neque ab illo quidquam sperabat sanum, aut ex usu reipublicæ; servabat tamen antiquam animi lenitatem et studium in patriam; neque tamen Saüli aut cupiebat malè, aut bonum invidebat impediebatque; quin potiùs ipsius infortunium lamentabatur assiduè, orabatque Deum, ut illius miseresceret, et quem à regno dejecerat temporali, ad illud reduceret, aut saltem ad æternum admitteret. Quærunt hic ex interpretibus aliqui, quomodò Samuel ad mortem usque dicatur non vidisse Saülem, cùm constet ex cap. 19, à Samuele Saülem esse visum. Sed est solutio non difficilis. Aliud enim est videre, aut visitare, aut invisere officii seu amicitiæ gratiâ, quomodò priùs Samuel regem invisere solebat, ut illum scilicet admoneret ut pater, et ut vir longo edoctus usu atque experientiâ in rerum administratione dirigeret, et in suscepto pro religione negotio confirmaret. Hoc modo nunquàm postea Samuel vidit Saülem; aliud est, spectare oculis quomodò imaginem spectamus, arborem aut feram, quod casu sæpè contingit. Et hoc modo Samuel vidit postea Saülem, cùm eò appelleret Saül, ut Davidem occideret, ubi Samuelem tunc cum discipulis adesse contigerat. Et quidem hominum sermone vulgari, à quo Scriptura sacra non abhorret, ille aliquem videre negatur, cum quo nullum habet familiarem usum, etiamsi illum aliquando videre contingat. Unde illud frequens : *Ille non me videt*, hispanè, *no me trata*, id est, alienus est à meâ consuetudine, neque in meis aut amicis, aut domesticis, aut clientibus numeratur.

Porrò hic Gregorius in Samuele optimum his qui præsunt documentum præbet. Qui ita in reprehendendo debent esse severi, et in legum divinorumque mandatorum observantiâ constantes, ita patriæ religionisque custodes et vindices, ut tamen errantes, in quos severitatis suæ gladium distringunt, ament, eorum casum et errata lugeant, neque cùm judices agunt, et divinæ indignationis administros, paternam curam, amorem et sedulitatem abjiciant. « Quid est, inquit, quòd luget, quem « cernere dedignatur, nisi quia et cum zelo « rectitudinis sancti doctores habent zelum « magnæ charitatis? ipsa autem charitatis ma- « gnitudo ostenditur, quia projectum regem « plangere prohibetur. Quo ergo effectu electo- « rum subditorum peccata plangunt, qui pro « projectis reprobis plangere tam affectuosè « didicerunt (1). »

(1) Les incrédules ne se lassent pas de former des accusations contre Samuël. Ils lui reprochent « d'avoir été la cause de la guerre que « Saül fit aux Amalécites ; rien ne leur paraît « plus injuste que d'avoir engagé ce prince à « exterminer entièrement ce peuple, sous pré- « texte que quatre cents ans auparavant leurs « ancêtres avaient refusé aux Israélites sortant « de l'Egypte le passage sur leurs terres. » Est-ce là véritablement tout le crime des Amalécites? Non seulement ils avaient refusé le passage, mais ils étaient tombés sur ceux des Israélites qui étaient restés en arrière, épuisés de faim et de fatigue, les avaient massacrés sans raison et sans crainte de Dieu. Les Amalécites avaient encore attaqué injustement une seconde fois les Israélites dans le désert ; une troisième fois sous les juges; ils ne cessèrent de renouveler contre eux les hostilités. C'étaient donc des ennemis irréconciliables. Dieu

CAPUT XVI.

1. Dixitque Dominus ad Samuelem : Usquequò tu luges Saül, cùm ego projecerim eum ne regnet super Israel? Imple cornu tuum oleo, et veni, ut mittam te ad Isai Bethlehemitem : providi enim in filiis ejus mihi regem.

2. Et ait Samuel : Quomodò vadam? audiet enim Saül, et interficiet me. Et ait Dominus : Vitulum de armento tolles in manu tuâ, et dices : Ad immolandum Domino veni.

3. Et vocabis Isai ad victimam, et ego

CHAPITRE XVI.

1. Alors le Seigneur dit à Samuël : Jusqu'à quand pleurerez-vous Saül, puisque je l'ai rejeté, et que je ne veux plus qu'il règne sur Israël? Emplissez d'huile la corne que vous avez, et venez, afin que je vous envoie à Isaï de Bethléhem; car je me suis choisi un roi entre ses enfants.

2. Samuël lui répondit : Comment irai-je? Saül l'apprendra, et il me fera mourir. Le Seigneur lui dit : Prenez avec vous un veau du troupeau, et vous direz : Je suis venu pour sacrifier au Seigneur.

3. Vous appellerez Isaï au *festin de* la victime; je vous ferai connaître ce que vous au-

avait prédit qu'il les détruirait. Si les Amalécites s'étaient contentés de refuser le passage sur leur terrain, comme firent les autres descendants d'Esaü, Dieu, loin de les dévouer à l'anathème, n'eût pas même permis aux Israélites de mettre le pied sur leurs frontières.

« Saül après avoir vaincu les Amalécites et « fait prisonnier leur roi Agag, osa l'épargner, « contre les ordres de Samuël : le saint homme « lui en fit des reproches amers, lui déclara « que le Seigneur le rejetait à cause de son « humanité, et finit par hacher en pièces le « monarque captif. » Saül n'ignorait pas que Dieu avait prononcé l'anathème contre tous les Chananéens à cause de leurs crimes, et que les Amalécites y étaient compris. Samuël lui ordonna de la part de Dieu de l'exécuter contre ces derniers. Quand Saül eut désobéi, Samuël lui fit des reproches, non pas *de son humanité*, mais de son avidité pour le butin; de sa transgression de la loi qui lui défendait de faire grâce aux peuples voués à l'anathème; nous avons vu les motifs de cette rigueur. Saül reconnaît qu'il a péché, non par *excès d'humanité*, mais par complaisance pour le peuple; il prie Samuël de lui rendre en public les honneurs accoutumés. Agag ne méritait point d'être épargné : loin d'agir par un motif de cruauté, Samuël veut le punir de ses cruautés.

« Mais un prêtre couper un souverain en « morceaux !... » Ce souverain ne l'était plus; sans terres et sans sujets, il était soumis à l'anathème commun. A cette raison générale se joignait la punition que méritaient ses crimes, et l'abus qu'il avait fait de l'autorité. *Puisque votre épée a ravi tant d'enfants à leurs mères*, lui dit Samuël, *la vôtre sera désormais sans fils*. Le traitement qu'Agag éprouva fut donc en partie la peine de son inhumanité; c'était non seulement le chef d'un peuple proscrit, mais un tyran sanguinaire. Quant au mot hébreu, *scasaph*, que la Vulgate a traduit, *in frusta concidit*, Samuël *mit Agag en morceaux*, les Septante l'ont rendu par ἔσφαξε, aoriste de σφάζω, je coupe le cou, je tue, je mets à mort. Cette version est préférable à celle de la Vulgate. 1° Elle est authentique ainsi que la Vulgate, et elle a l'avantage sur elle d'avoir été faite dans un temps plus voisin de celui où l'hébreu était en usage. 2° Josèphe n'a pas entendu le mot *scasaph* dans un autre sens, car il dit que Samuël ordonna qu'Agag fût mis à mort sur le champ. 3° Σφάζω grec, est, de l'aveu des grammairiens, une *métathèse* ou transposition des lettres de *scasph;* ce dernier mot a donc la même signification que le premier, qui signifie, *je coupe le cou, je tue, je mets à mort*, et jamais, *je mets en morceaux*. La langue grecque est formée en grande partie du phénicien ou hébreu. 4° Samuël dit à Agag : *Comme cette épée a ravi les enfants à leurs mères, ainsi votre mère parmi les femmes sera sans enfants*. On voit par ces paroles que Samuël veut traiter Agag de la même manière qu'il a traité les autres, ce qui, chez les auteurs sacrés, était la loi du talion, et chez les profanes, la loi de Rhadamanthe. Or, il n'est pas vraisemblable qu'Agag eût mis en morceaux ceux qu'il avait fait périr; ce n'est pas avec une épée qu'on met les hommes en pièces. Enfin l'âge de Samuël, les expressions du texte, le génie de la langue hébraïque, tout porte à croire que le prophète ne mit pas lui-même à mort Agag, mais seulement qu'il donna ordre de le faire mourir, et c'est ainsi que Josèphe l'a entendu. Rien n'est plus commun, non seulement dans les auteurs hébreux et grecs, mais même dans les latins, que de dire que quelqu'un a fait une chose, pour dire qu'il l'a fait faire. Au reste nous avons fait voir que Samuël n'était pas *prêtre*.

Les incrédules ajoutent que « ce fut un sa- « crifice de sang humain, puisque l'histoire « dit que cela se fit *devant le Seigneur*. » Cela ne se fit point devant l'arche qui était pour lors à Gabaa, ni devant le tabernacle qui était à Silo, ni sur un autel dressé à Galgala; ces mots, *devant le Seigneur*, signifient donc seulement que Dieu fut témoin de l'exécution de l'ordre qu'il avait donné.

« Enfin il semble absurde aux incrédules « que Dieu ordonne qu'on tue toutes les bre- « bis et tous les ânes. » En n'épargnant pas plus les effets que les personnes, les Hébreux firent voir qu'ils n'agissaient ni par cupidité ni par ressentiment, mais uniquement pour obéir à Dieu qui les chargeait d'exécuter l'arrêt prononcé depuis si long-temps contre les Amalécites. (Duclot.)

ostendam tibi quid facias, et unges quemcumque monstravero tibi.

4. Fecit ergo Samuel sicut locutus est ei Dominus, venitque in Bethlehem; et admirati sunt seniores civitatis, occurrentes ei, dixeruntque : Pacificusne est ingressus tuus?

5. Et ait : Pacificus : ad immolandum Domino veni : sanctificamini, et venite mecum ut immolem. Sanctificavit ergo Isai et filios ejus, et vocavit eos ad sacrificium.

6. Cùmque ingressi essent vidit Eliab, et ait : Num coram Domino est Christus ejus?

7. Et dixit Dominus ad Samuelem : Ne respicias vultum ejus neque altitudinem staturæ ejus, quoniam abjeci eum, nec juxta intuitum hominis ego judico : homo enim videt ea quæ patent, Dominus autem intuetur cor.

8. Et vocavit Isai Abinadab, et adduxit eum coram Samuele. Qui dixit : Nec hunc elegit Dominus.

9. Adduxit autem Isai Samma, de quo ait : Etiam hunc non elegit Dominus.

10. Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele : et ait Samuel ad Isai : Non elegit Dominus ex istis.

11. Dixitque Samuel ad Isai : Numquid jam completi sunt filii? Qui respondit : Adhuc reliquus est parvulus, et pascit oves. Et ait Samuel ad Isai : Mitte, et adduc eum : nec enim discumbemus priusquàm hùc ille veniat.

12. Misit ergo, et adduxit eum. Erat autem rufus, et pulcher aspectu, decoraque facie, et ait Dominus : Surge, unge eum : ipse est enim.

13. Tulit ergo Samuel cornu olei, et unxit eum in medio fratrum ejus : et directus est Spiritus Domini à die illâ in David, et deinceps. Surgensque Samuel abiit in Ramatha.

14. Spiritus autem Domini recessit à

rez à faire; et vous sacrerez celui que je vous aurai montré.

4. Samuël fit donc ce que le Seigneur lui avait dit. Il vint à Bethléhem, et les anciens de la ville en furent tout surpris; *car depuis le règne de Saül, Samuël ne paraissait guère en public.* Ils allèrent au-devant de lui, et lui dirent : Nous apportez-vous la paix?

5 Il leur répondit : Je vous apporte la paix. Je suis venu pour sacrifier au Seigneur; purifiez-vous, et venez avec moi, afin que j'offre la victime. Samuël purifia donc Isaï et ses fils; et il les appela à son sacrifice.

6. Et lorsqu'ils furent entrés, *Samuël* vit Eliab, *fils aîné d'Isaï,* et il dit *en lui-même :* Est-ce là celui que le Seigneur a choisi pour être son Christ?

7. Le Seigneur dit à Samuël : N'ayez d'égard ni à sa bonne mine ni à sa taille avantageuse, parce que ce n'est pas lui que j'ai choisi, et que je ne juge pas des choses par ce qui en paraît aux yeux des hommes; car l'homme ne voit les choses que par les dehors, mais le Seigneur voit le *fond du* cœur.

8. Isaï appela ensuite Abinadab, et le présenta à Samuël, et Samuël lui dit : Ce n'est point non plus celui-là que le Seigneur a choisi.

9. Il lui présenta Samma, et Samuël lui dit : Le Seigneur n'a point encore choisi celui-là.

10. Isaï fit donc venir *le reste de* ses sept fils devant Samuël, et Samuël lui dit : Dieu n'en a choisi aucun de ceux-ci.

11. Alors Samuël dit à Isaï : Sont-ce là tous vos enfants? Isaï lui répondit : Il en reste encore un petit, *âgé de quinze ans,* qui garde les brebis. Envoyez-le quérir, dit Samuël; car nous ne nous mettrons point à table qu'il ne soit venu.

12. Isaï l'envoya donc quérir, et le présenta *à Samuël.* Or, il était roux, d'une mine avantageuse, et avait le visage fort beau. Le Seigneur lui dit : Sacrez-le présentement, car c'est celui-là.

13. Samuël prit donc la corne pleine d'huile *qu'il avait apportée,* et le sacra au milieu de ses frères. Depuis ce temps-là l'Esprit du Seigneur fut toujours avec David, *qu'il remplit de force, de sagesse et de piété.* Quant à Samuël, il s'en retourna à Ramatha.

14. *En même temps,* l'Esprit du Seigneur se

Saül, et exagitabat eum spiritus nequam à Domino.

15. Dixeruntque servi Saül ad eum : Ecce spiritus Dei malus exagitat te.

16. Jubeat dominus noster, et servi tui qui coram te sunt quærent hominem scientem psallere citharâ, ut quando arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu suâ, et leviùs feras.

17. Et ait Saül ad servos suos : Providete ergo mihi aliquem benè psallentem, et adducite eum ad me.

18. Et respondens unus de pueris, ait : Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem, scientem psallere, et fortissimum robore, et virum bellicosum, et prudentem in verbis, et virum pulchrum : et Dominus est cum eo.

19. Misit ergo Saül nuntios ad Isai, dicens : Mitte ad me David filium tuum, qui est in pascuis.

20. Tulit itaque Isai asinum plenum panibus, et lagenam vini, et hædum de capris unum, et misit per manum David filii sui Saüli.

21. Et venit David ad Saül, et stetit coram eo : at ille dilexit eum nimis, et factus est ejus armiger.

22. Misitque Saül ad Isai, dicens : Stet David in conspectu meo : invenit enim gratiam in oculis meis.

23. Igitur quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saül, David tollebat citharam et percutiebat manu suâ, et refocillabatur Saül, et leviùs habebat : recedebat enim ab eo spiritus malus.

retira de Saül ; et il était agité du malin esprit, *envoyé* par le Seigneur *pour le tourmenter*.

15. Alors les officiers de Saül lui dirent : Vous voyez que le malin esprit *envoyé* de Dieu vous inquiète.

16. S'il plaît à notre seigneur, vos serviteurs, qui sont auprès de votre personne, chercheront un homme qui sache pincer de la harpe, afin qu'il en joue lorsque le malin esprit *envoyé* par le Seigneur vous agitera, et que vous en receviez du soulagement.

17. Saül dit donc à ses officiers : Cherchez-moi quelqu'un qui sache bien jouer *de la harpe*, et amenez-le moi.

18. L'un d'entre eux lui répondit : J'ai vu l'un des fils d'Isaï de Bethléhem, qui sait fort bien jouer de la harpe. C'est un jeune homme très-fort, propre à la guerre, sage dans ses paroles, d'une mine avantageuse, et le Seigneur est avec lui.

19. Saül fit donc dire à Isaï : Envoyez-moi votre fils David qui est avec vos troupeaux.

20. Isaï aussitôt prit un âne, qu'il chargea de pain, d'une bouteille de vin et d'un chevreau, et les envoya à Saül par son fils David.

21. David vint donc trouver Saül, et se présenta devant lui. Saül l'aima beaucoup et le fit son écuyer.

22. Il envoya ensuite dire à Isaï : Que David demeure auprès de ma personne, car il a trouvé grâce devant mes yeux.

23. Ainsi toutes les fois que l'esprit malin *envoyé* du Seigneur se saisissait de Saül, David prenait sa harpe et en jouait ; et Saül en était soulagé, et se trouvait mieux ; car l'esprit malin se retirait de lui *au son de la harpe de David*.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — USQUEQUÒ TU LUGES SAUL, CUM EGO PROJECERIM EUM, NE REGNET (1)? Hinc planè colligere mihi posse videor, quid hoc loco Samuel oret aut lugeat, cùm illius preces Dominus

(1) « Cur enim, ut ait S. Greg., projecti persona plangitur, cùm melior subrogatur ? » Audi S. Chrys. homil. 5 de Pœnitentiâ : « Multùm exhausit temporis beatus Samuel pro Saüle deprecans, noctesque multas transegit insomnes pro delinquentis salute. Deus autem repudians (non enim cum prophetæ oratione peccatoris convenit pœnitentia) dicit ad prophetam : *Usquequò tu ploras ? Usquequò* ostendit tempus ac perseverantiam de- precantis. Et repulit Deus tempus deprecationis prophetæ. Non enim cum justi interventu, regis pœnitentia stetit. » Et S. Bern. serm. 12 in Cant. : « Samuel, ait, lugebat Saül, qui se quærebat occidere, ad ignem charitatis incalescente pectore, liquefactus intùs pietatis adeps foràs emanabat per oculos. » Subjicit Chrys. secùs fuisse in Davide, qui à Nathan correptus de adulterio et homicidio, seriò pœnituit, ideòque ab eo illicò audivit

lacrymasque severâ hâc reprehensione cohibeat. Lacrymas hic ego cum precibus adjunctas intueor, neque alias lacrymas ac preces hic damnari arbitror, nisi illas quæ id exorare

Transtulit Dominus peccatum tuum, 2 Reg. 12. (Corn. à Lap.)

Alors le Seigneur dit à Samuël : Jusqu'à quand pleurerez-vous Saül? Il y a plusieurs exemples de la charité des saints envers les pécheurs ; Mais celui-ci est l'un des plus célèbres. Samuël sait de Dieu même qu'il a rejeté Saül ; il comprend la justice de ce traitement de Dieu ; il reproche lui-même avec force à ce prince son ingratitude ; et cependant il le pleure tous les jours de sa vie. Plus il voit qu'il s'éloigne de Dieu, plus il le pleure. *Il répand des larmes*, dit saint Bernard, *comme David sur Absalon, qui étaient inutiles à ce prince, mais qui marquaient au moins la piété de celui qui les répandait : Fundit lacrymas, etsi non profuturas, pias tamen.* Il est aisé de voir par cette tendresse de Samuël, avec combien de témérité les hommes jugent souvent de la conduite des saints. Ce prophète accuse Saül de la part de Dieu. Il lui fait voir combien sa désobéissance est inexcusable. Il compare ce crime à l'impiété *des devins et des idolâtres.* Il déclare à ce prince que Dieu l'a rejeté, qu'il en a mis un autre à sa place, et qu'il ne sera plus roi. Il se rend inexorable à sa prière, et c'est par une espèce de violence qu'il lui accorde enfin de paraître avec lui devant le peuple.

A juger humainement de cette apparence extérieure, on s'imaginerait aisément que cette fermeté si extraordinaire vient d'un esprit austère et d'un homme dur, qui est sans pitié, comme il est sans crainte ; qui se souvient trop de cette grande autorité que Dieu lui a donnée comme à son prophète, et trop peu de la qualité de celui qu'il reprend avec tant de force. Et cependant nous voyons ici la fausseté de ces conjectures. Samuël parle à Saül comme un médecin parle à son malade. Il lui représente la grandeur de sa désobéissance, parce qu'il ne la connaissait pas. Il lui fait voir combien cette blessure est profonde, afin qu'il s'abaisse devant Dieu dans la douleur de son péché, et que son humilité en soit le remède. Mais lorsqu'il reconnaît que ce prince demeure endurci dans sa faute, et Dieu inflexible dans la juste condamnation qu'il a prononcée contre lui, sa charité s'abandonne à sa douleur. Il pleure celui qui ne se pleurait pas lui-même, et il fait voir que lorsqu'il a traité ce prince avec une sévérité apparente, « il a « fait, dit saint Grégoire, comme une mère « qui châtie son fils, et qui ressent plus que « lui-même tout le mal qu'elle se voit forcée « de lui faire. Combien les vrais pasteurs, « ajoute ce saint, doivent-ils avoir de charité « et de tendresse pour pleurer les fautes de « ceux qui sont dans la voie de Dieu, et qu'on « doit espérer avoir part à son éternelle élec- « tion, puisqu'ils déplorent avec tant de lar- « mes les chutes de ceux que Dieu a reje- « tés, et auxquels sa justice a fermé la porte « de sa miséricorde qu'ils ont méprisée! »

Cet exemple d'un si grand saint condamne bien les vains prétextes dont les pasteurs tiè-

student, ut Saül à regno non excidat, cujus ipse à Deo jacturam denuntiârat : alioqui cur essent Samuelis luctus et oratio reprehendenda, si salutem optârent æternam Saüli, aut alia quævis commoda, quæ sine culpâ proximis optare debemus ? Reprehendit itaque Samuelem Deus, quia pro Saülis retinendo regno laborabat. Et ideò addit : *Cùm ego projecerim eum, ne regnet.* Quasi dicat, vanas esse preces quæ aliquid contra Dei certa definitaque consilia contendant. Et quò illum à spe illâ contentioneque depellat, jubet ut sumat secum oleum, et regno de rege meliori provideat.

IMPLE CORNU TUUM OLEO (1). Quid sit cornu,

des couvrent leur insensibilité pour le salut des pécheurs, et apprend aux âmes saintes quelle doit être leur occupation pendant toute leur vie. Elles doivent pleurer en secret devant Dieu les desordres dont elles ont la connaissance, au lieu de les condamner devant les hommes, principalement lorsqu'ils se trouvent en des personnes considérables par le rang qu'ils tiennent dans l'Eglise ou dans le monde. Et lorsque le respect les empêche d'en parler, la piété les oblige à les pleurer comme Samuël : mais il y a peu de ces âmes, dit S. Augustin : *Ecclesia in paucis gemit*, et on ne marque ici que le seul Samuël qui pleure Saül. Ces personnes sont trop consolées de leurs larmes, puisque Dieu, comme il le témoigne en cette rencontre, prend le soin lui-même de les essuyer. (Sacy.)

(1) Veteribus olim plurimo usui erant cornua, sive scilicet liquoribus continendis, sive pro poculis. Oleum sacrum tabernaculi in cornu servabatur : *Sumpsit Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, et unxit Salomonem.* Tradit Galenus corneis pellucidis vasis, duarum vel trium librarum capacibus, metiri consuevisse Romanos oleum, vinum, mel, acetum. Horatius disertissimè :

. . . . . Cornu ipse bilibri
Caulibus instillat, veteris non parcus aceti.

Vasa potatoria seu cornea erant è cornu, seu è metallo in formam cornu. De incolis sylvæ Hercyniæ hæc Julius Cæsar : *Hæc* (cornua uri) *studiosè conquisita, à labris argento circumcludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.* Idem affirmat Plinius de barbaris septentrionalibus : *Urorum cornibus barbari septentrionales potant, urnisque bina capitis unius cornua implent.* Hic mos diù in iis regionibus viguit ; affirmat enim Bartholinus, in Daniâ vel ipsos sacros calices, uti cætera potatoria vasa, corneos fuisse. Idem et de Thracibus Asiæ atque Europæ, tum et de Paphlagonibus docet Xenophon. Ferunt, primum Bacchi calicem corneum fuisse. Poetæ veteres Pindarus, Æschylus, Sophocles, Hermippus viros heroas cornibus potantes exhibent. Philippus rex amicos suos convivio excipiens, bibebat in cornu. Reges Pæoniæ boves alebant, cornibus instructos adeò immanibus, ut ex illis unum tres vel quatuor congios æquaret. Vasorum illorum labia argento ornabant, utebanturque illis ad potum.

seu corneum vas, et quo oleo unctus fuerit et nunc David et ante Saül, diximus cap. 10, ad illud v. 1 : *Tulit autem Samuel lenticulam olei.*

Providi enim in filiis ejus mihi regem (1). Domum indicat Deus, unde rex novus sumendus, personam occultat. Cur autem id fecerit, docet Theodoretus q. 37 : « Si enim ad Davidem « rectà esset profectus, venisset in suspicio- « nem, quòd hoc fecisset ex aliquâ suborna- « tione. Quoniam autem venit ad primum, « secundum et tertium, et deinceps ad septi- « mum, cognoverunt quòd Deus esset, qui « hos quidem secerneret, illum verò eligeret. « Nam cùm etiam, sic factâ electione, aperue- « runt fratres suam invidiam, fratrem cons- « picati in acie, quid non fecissent si non facta « esset hoc modo? »

Vers. 2. — Quomodò vadam? Audiet enim Saul, et interficiet me (1). Hinc colligo, quid magis doluerit Saül, cùm dixit, *peccavi,* nempe id admisisse propter quòd in ipso penè initio regnandi pelleretur à regno. Neque illius doloris aut curæ obscura dedit documenta in ipso digressu, cùm in suam quisque patriam minùs, ut apparet, conciliati Samuel et Saül distracti discederent. Cùm autem Israelis regnum ad alium meliorem translatum esse dixisset Samuel, timebat non sine causâ, ne homo jam barbarus et regnandi cupidus, et suî ipsius impotens, cùm ex patriâ Ramatha excessisse

Scyphi veteres Atheniensium argenteorum cornuum instar erant, uti plurium scriptorum testimonio probat Athenæus. Porrò cornibus hodiè pariter in eamdem rem utuntur Georgiani, cornibus, inquam, variæ magnitudinis, plerùmque tamen octo pollicum altitudine, et duorum latitudine, ubi latissima sunt, nigerrimis et expolitissimis. Vulgaria è bove et ariete parantur. Sunt etiam quædam è rhinocerote aliisque belluis : ornantur auro argentoque, quin et insertis etiam gemmis distinguuntur. Nihil est igitur, cur non ad litteram accipiatur, quod hìc legitur de cornu olei à Samuele delato in Bethlehem, ut Davidem consecraret. Vide etiam 3 Reg. 1, 39. Tartari in vaccarum cornibus bibunt. (Calmet.)

(1) Causam dat S. Chrysost. in Psalm. 50 : « Attende, inquit, diligenter. Non dixit ad Samuelem : Vade, ac Davidem mihi unge ; sed : « Vade, *unge mihi unum ex filiis Jesse.* Ne videlicet, idem Davidi accideret, quod priùs Josepho ; ut enim fratres, cùm regem eum fore « intellexissent, insidias ipsi struxerunt, eodem « modo periculum erat, ne isti quoque idem « facinus perpetrarent. »

(Corn. à Lap.)

Je me suis choisi un roi entre les enfants d'Isaï. Les saints Pères nous représentent cette élection de David comme le modèle de toutes celles qui sont dans le véritable ordre de Dieu, et qu'il accompagne de sa bénédiction et de sa grâce. On pourrait croire aussi que l'élection de Saül venait de Dieu, puisque c'est lui qui fit que le sort tomba sur ce prince. Mais néanmoins Samuël reprocha aux Israélites *que c'étaient eux-mêmes qui avaient choisi et demandé un roi,* parce que Dieu, dans le choix de la personne de Saül, ne fit que suivre la témérité avec laquelle ils avaient osé demander un roi, contre le premier ordre que Dieu avait établi pour le gouvernement de son peuple.

Ainsi l'exemple de Saül nous fait voir que lorsqu'un pasteur n'est pas véritablement appelé par l'ordre de Dieu, on doit craindre qu'il ne réussisse point dans ce ministère ni pour son salut ni pour celui des autres, quoiqu'il puisse avoir aussi bien que Saül les qualités extérieures qui paraissent les plus propres pour les fonctions de cette charge. Et l'exemple de David nous montre, au contraire, que quand c'est Dieu même qui appelle un homme à ce ministère divin, en sorte qu'il puisse dire comme saint Paul, *qu'il n'y a point été appelé par les hommes, mais par la volonté de Jésus-Christ et de Dieu son Père,* cette élection deviendra une source de grâce, et pour le pasteur et pour les peuples. C'est pourquoi les saints ont remarqué que Saül a été sacré avec *une petite fiole d'huile,* et David avec *une corne qui en était toute pleine,* pour faire voir que ce qui paraîtrait d'abord d'éclatant et d'avantageux en la personne de Saül ne durerait pas, et qu'au contraire le règne de David demeurerait stable, et qu'il serait accompagné des grâces du ciel, comme il venait uniquement de son élection et de son ordre. (Sacy.)

(1) Vitulum de armento tolles in manu tua. Ad litteram juxta Hebræum : *Vitulam boum capies in manu tuâ.* Hostiæ pacificæ mares vel femellæ dari poterant. Samuel vitulam deducit.

Ad immolandum Domino veni. Itineris sui in Bethlehem rationes alias exponit, silet potissimam. Sacrificaturus Samuel contendit in Bethlehem, quanquàm minimè ibi erat sive arca, sive tabernaculum, quod tamen per eam ætatem permissum fuisse videtur. Cæterùm Samuel Dei jussionibus obsequens, legibus omnibus ritualibus multò superior est. « Auctoritas « prophetæ facit, ut sacrificium, ubicumque is « adest et imperat, rité fiat. Subsunt enim pro- « phetæ imperio leges rituales, fatentibus He- « bræis. » Ita Grotius hìc. (Calmet.)

Samuël répondit : Comment irai-je? Saül l'entendra dire, et il me fera mourir. Samuël a toujours eu grande compassion de Saül, et néanmoins il le craint. Il le croit assez méchant pour lui ôter la vie, s'il apprend qu'il en ait sacré un autre par l'ordre de Dieu ; et il ne laisse pas de le plaindre et de le pleurer. Tant il est vrai que ces larmes nous doivent d'autant plus faire admirer l'extrême charité de Samuël, que ce prince pour lequel il les répandait en était lui-même tout-à-fait indigne. Ce que Dieu dit à Samuël pour sa sûreté dans l'exécution d'une entreprise aussi difficile, fait voir qu'encore qu'on ne doive jamais mentir, on peut néanmoins quelquefois cacher une vérité et en dire une autre, pour couvrir un secret qui doit être inviolablement gardé dans les affaires de Dieu, afin de les faire réussir. (Sacy.)

cognosceret, suspicaretur novi regis inaugurandi gratiâ foràs esse profectum, et de illius vitâ, tyrannico barbaroque decreto consuleret. Quod homo prudens ex his quæ viderat acutè conjectabat, atque ideò dixit : *Audiet Saül, et interficiet me.*

VITULUM DE ARMENTO TOLLES IN MANU TUA, ET DICES : AD IMMOLANDUM DOMINO VENI. Ferebat, opinor, manu ligatum vitulum ad sacrificium Samuel; hic enim erat habitus, et quasi signum ejus qui sacrificaturus esset. Quare si quis curiosus scire vellet, quò spectaret illa Samuelis profectio, non erat cur id à Samuele requireret, cùm id ligatus de more vitulus satis indicaret. Neque si rogatus Samuel, cur eo tempore venisset Bethlehem, responderet eò se profectum sacrificandi gratiâ, et præcipuum illum finem tacuisset, ideò censeretur fuisse mentitus ; veram enim protulisset causam, licet non omnem. De hoc respondendi modo disputant doctores scholastici pluribus, quos tu consule, apud quos hoc Samuelis responsum accuratiùs expenditur. Vide Gabrielem Vazquez in 1 p. S. Thomæ q. 1, art. 3, disp. 10, c. 7 et 8.

VERS. 3. — ET VOCABIS ISAI AD VICTIMAM (1). Adhuc erat non leve periculum, ne regis novi inauguratio permaneret ad populum, et inde brevi ad Saülis aures perveniret; ex quo non effugisset Samuel, quòd à Saülis offensione metuebat. Cui periculo novo consilio Dominus occurrit : jubet enim ut ad victimam, id est, ad cibos è victimâ paratos invitet Isai, ut cum illo seorsùm à reliquâ turbâ divina peragat mandata.

VERS. 4.— VENITQUE IN BETHLEHEM, ET ADMIRATI SUNT SENIORES CIVITATIS (1). Cùm domi se multùm contineret Samuel, ex quo molestum gubernationis opus abjecit, neque se in hominum conspectum offerret, nisi publica ratio aut religionis causa postularet, admirati sunt, qui primo erant in civitate loco, et nonnihil perturbati, cùm vulgare aliquid esse non putarent, quod virum tantum tam procul à patriâ foràs extraxisset. Timere enim poterant, ne quid annuntiaturus esset grave vel ab externo hoste, vel etiam à Saüle, quem offensum in Samuelem esse suspicari poterant, propterea quòd illum in causâ Agag duriùs accepisset, aut certè ne fugâ declinare vellet regis furorem, et cùm in patriâ non posset, in alienâ civitate latere mallet. Quare adventu illo inopinato perculsi dicunt :

PACIFICUSQUE EST INGRESSUS TUUS (2) ? *Pax* in hebraico idiomate non solùm valet, quod propriè sonat, nempe vacuitatem et cessationem à perturbatione et metu, sed etiam quidquid est secundùm hominum commoditatem et vota. Quare dùm Hebræi hâc se salutatione excipiunt : *Pax tibi*, aut : *Pax tecum*, omnia aliis bona cupiunt, cujuscumque illa generis sint. Seniores igitur isti, dùm de ingressu Samuelis pacifico rogant, id videntur ab illo sciscitari an illi aliquid acciderit adversum et durum, vel aliquid durum et adversum annuntiet. Ac si dicant illud, quod postea Paulus 1 Cor. 6 : *In virgâne venis ad nos, an in spiritu mansuetudinis?* Utrumque enim illis curæ erat ac me-

(1) VOCABIS ISAI AD VICTIMAM. In sacrificiis pacificis potior victimæ pars comedebatur cum amicis : ita tamen ut carnes omnes vel eâdem sacrificii vel alterâ die absumerentur. Si quid supererat, in tertiam diem igni tradendum erat. (Calmet.)

Vous sacrerez celui que je vous aurai montré. « Ceci nous fait voir, dit saint Grégoire, que « cette élection d'un ministre de Jésus-Christ « appartient toute à Dieu ; que les hommes « peuvent sacrer un évêque, mais que c'est « Dieu qui l'élit, et que lorsque par des res- « pects de la chair et du monde, on fait ac- « ception de personnes dans ces élections, au « lieu de n'y considérer que la vertu et le mé- « rite, on choisit ceux que l'on se montre soi- « même, et non pas ceux que Dieu nous aura « montrés. C'est pourquoi, ajoute ce saint Pape, « Dieu dit au prophète : *Vous sacrerez celui que* « *je vous montrerai*, afin que nul ne soit établi « pour évêque dans l'Eglise, s'il n'est jugé digne « d'un si grand honneur par le témoignage de « l'Ecriture. Car c'est là que Dieu nous parle « encore. C'est là qu'il nous enseigne quel et « combien grand doit être celui qui devient le « conducteur et le maître de son Eglise. Ainsi « on choisit celui que Dieu montre, lorsque « l'on prend pour pasteur celui qui est tel que « Dieu a déclaré dans son Ecriture qu'il devait « être. » (Sacy.)

(1) Hebræus : *Contremuerunt.* (Calmet.)

Tropolog. S. Greg. : « Electi doctores, in- « quit, vix aliquando videri in publico debent, « esse frequentes in secreto, negotiis civilibus « vacui, spiritualibus pleni. » (Corn. à Lap.)

(2) « Les habitants de Bethléem disent à Sa- « muel : Viens-tu ici avec un esprit de paix ? « Bethléem n'appartenait donc pas à Saül, et « cela est très-vraisemblable, car Jérusalem, « qui était tout auprès, ne lui appartenait pas. »

Les Jebuséens, il est vrai, du temps de Saül, possédaient la forteresse de Sion, mais ils ne possédaient pas Bethléem. C'est précisément parce que cette place appartenait à Saül, que ses principaux habitants, informés de la mésintelligence qui était entre ce prince et Samuel, demandèrent à ce prophète s'il leur apportait la paix ; ils craignirent qu'il ne vînt se réfugier chez eux, et ne leur attirât le courroux du prince. (Duclot.)

tui. In hunc sensum, credo, rogavit David de Absalom 2 Reg. cap. 18 : *Estne pax puero Absalom?* id est, acciditne Absalomi aliquid adversum? Quibus respondit Samuel, adversum esse nihil, quare bono essent et securo animo; se enim eo venisse consilio, ut sacrificium Domino pacificum offerret.

Vers. 5. — Sanctificamini, et venite mecum, ut immolem. Non erat aliquâ lege destinata sanctitas illis qui adfuturi essent sacris operanti sacerdoti, nisi fortassè cùm tabernaculum essent aut templum ingressuri, eo temporis articulo, de quo tamen nihil certum invenio, tametsi id non nemo affirmet, sed non probat, nisi fortè de illo sermo sit, quem vel morbus fœdus aut aliqua legalis immunditia polluerat. De quibus Levit. cap. 12, 13, 14, 15. Sed hìc tabernaculum non erat, imò neque altare, nisi quod raptim Samuel pro temporis ac rerum opportunitate construxit. Verumtamen æquum erat, ut qui sacris interesse vellent, puri accederent et mundi. Quod profani in suis sacrificiis impiis atque nefariis et observabant studiosè, et ut nemo, nisi mundus, sacrificii tempore templum, aut destinatum religioni locum iniret, severè cavebant. Hinc illud in sacrificiis quasi legitimum. Ἐκὰς, ἐκὰς ἔστε βέβυλοι : id est, *procul, procul este profani.* Quod expressit Maro lib. 6 Æneidos :

Procul, ô procul este profani,
Conclamat vates, totoque absistite luco.

Et ne quid deorum oculis, ante quorum aras stabant, indignum, aut indecorum objicerent, si quid in nocte accidisset impurum, lavacro illud, quantùm fieri poterat, eluebant. Hinc illud Persii sat. 2 :

Hæc sanctè ut poscas, Tiberino in gurgite mergis
Mane caput bis terque et noctem flumine purgas.

Idem dicendum de vestibus, quas ad sacrificium puras et mundas afferri aut lex, aut pia consuetudo jubebat. Tibul. lib. 2, eleg. 1 :

Casta placent superis, purâ cum veste venite.

Hanc sanctitatem, id est, munditiam, qualis res sacras addecet, videtur commendare Samuel, ut qui sacris interesse vellent, externo saltem cultu differrent à profanis. *Sanctificari* porrò idem esse quòd parari, colligitur ex illo Exod. cap. 19 ; cùm enim dixisset Deus Moysi : *Sanctifica eos in diem tertium,* dixit iisdem Moyses: *Estote parati in diem tertium.* Ita putat Abulensis. « Quantùm ergo (dicit hìc Gregorius) puros « decet esse pontifices, ubi invitatæ ad sa- « crificium, nonnisi sanctificatæ admittendæ « sunt plebes? Sanctificatio quippe corporis « pudicitia est; sanctificatio mentis charitas et « humilitas. »

Sanctificavit ergo Isai, et filios ejus, et vocavit eos ad sacrificium. Alio sanctificantur modo qui sacrificiis intersunt, alio qui cibis è sacrificatâ victimâ vescuntur; de illis egimus nuper, de his nunc agamus. Non poterant rem Deo sacrificatam ad mensam adhibere, qui immunditiam, quam in certo aliquo genere contraxissent, legitimâ quâdam ratione non expiarent; sacra enim impuris contrectare manibus, neque profanis erat à lege permissum. De hâc porrò immunditiâ, quæ à sacrificatis carnibus removet, deque illius peculiari formâ, agitur Levit. c. 22. Cùm autem ibi plurima ponantur impedimenta, alia quæ longam exigant expiationem, alia quæ brevem, ab illis expiati et eo modo sanctificati dicuntur, qui ex domo Isai ad sacrificatum vitulum sunt invitati, quorum brevis est et paucarum horarum expiatio legitima. Quale est tetigisse reptile, aut aliquid immundum, aut etiam ad uxorem accessisse proximè. Ab his igitur expiari facilè potuêre, si qui in Isai familiâ aliquam contraxêre maculam. Sanctificavit autem Samuel, ut opinor, filios Isai pridiè ante sacrificium, ut legitimè die sequenti sanctificatis vesci possent: præsertim si illa fuit immunditia contracta, quæ usque ad vesperum mundari non poterat. Quæ immunditia ab esu pacificæ victimæ removeat, habes Levit. 7, v. 21.

Vocati dicuntur ad sacrificium filii Isai, et sanctificati, non quemadmodùm alii de plebe, qui ad victimam invitati sunt, ut tantùm interessent sacrificanti, sed ut victimæ essent alio modo participes, nempe ut illâ vescerentur, ut docent satis quæ proximè succedunt. Posse autem alienos à sacerdotali familiâ pacificæ victimæ vesci carnibus, constat ex c.7, ubi cùm ab aliis sacrificiis, id est, sacrificatis carnibus arcerentur alieni, à pacificâ tamen victimâ non excluduntur. Porrò sacrificium pro re sacrificatâ sumi, in Scripturâ sacrâ infrequens non est. Psalm. 105, v. 28 : *Comederunt sacrificia mortuorum,* id est, victimas sacrificatas. Levit. 10, v. 12: *Tollite sacrificium quod remansit de oblatione Domini, et comedite illud.*

Vers. 6. — Cumque ingressi essent, vidit Eliab, et ait : Num coram Domino est Christus ejus (1)? Cupiebat vehementer Samuel mandatum implere quod impositum habebat à Domino; atque ideò cùm altus jam esset dies, et ipse

(1) Hebræus : *Certè coram Domino unctus ejus.* (Calmet.)

jejunus à sacrificando rediisset, ut est non improbabile, et putat Lyra, non tamen priùs accubuit mensæ, quàm mandata et cogitata perficeret. Cùmque ex eâ domo sciret ungendum esse regem, quis tamen ille futurus esset, ignoraret, sciscitabatur à Domino, quem ex omnibus unum elegisset. Ingressus primus ætate maximus Eliab, qui procero erat corpore, et speciem habebat dignam imperio, quem homines, qui externa tantùm vident, neque aliunde in judicando sumunt conjecturam, regem salutarent. Sed Dominus, qui cor penitùs intuetur, neque externarum rerum capitur specie, illum cum suâ corporis proceritate prorsùs abjecit, edixitque prophetæ ne intueretur elegantiam et formam, quæ sæpè mentitur, et sub quâ profundæ latent et perniciosæ latebræ. Et sicut primùm Eliab, sic etiam sex alios, qui deinde oblati sunt, à regiâ unctione et dignitate rejecit. Et cùm Isai parentem interrogaret, an ullus superesset filius, respondit ille (1) :

(1) Vers. 7. — Et dixit Dominus ad Samuelem : Ne respicias vultum ejus (virilem, grandem et elegantem) neque altitudinem staturæ ejus (uti Saül rex ab humero sursùm eminebat toti populo), quoniam abjeci eum. Hebr., *meastihu*, id est, *reprobavi eum*. Sept. : *Quoniam contempsi eum*. Chald., *elongavi*, scilicet à regno, quasi dicat : Abjeci Eliab, licet primogenitum, pulchrum et procerum, ne sit rex. Ita S. Greg., Abul., Hugo, Lyran. et Dion. Alii, quasi dicat : *Abjeci eum*, id est, *Christum meum*, quem scilicet à te ungi volo in regem puta Davidem feci abjectum, id est, juvenem et minimum natu inter filios Isai.

Homo enim videt ea quæ parent ; Dominus autem intuetur cor. Hebr. : *Homo videt* (et videndo judicat) *secundùm oculos*, (juxta apparentiam externorum oculorum); *Deus autem videt* (et videndo judicat) *secundùm cor*. Quare homines sæpè falluntur. *Oculi* enim *et vultus sæpè mentiuntur*, et indicant mentem sapientem vel probam, quæ insipiens est et improba. *Cor* autem, id est, mens et voluntas mentiri et fallere nequit; quia aliud se esse quàm reverà sit, fingere nequit. Deus ergo est *cordiagnostes*, id est, cordis inspector, imò Dominus et possessor. Sensus est, quasi dicat : Deus videt cor Davidis melius esse corde Eliab, esto vultus et forma Eliab melior et grandior sit, quàm vultus et forma Davidis ; hâc de causâ non Eliab, sed Davidi regnum assignabit. Hinc Sept. vertunt : *Quoniam homo videbit in faciem; Deus autem in cor*, puta arcana et intima cordis. Et Chald. : *Quia filii hominis vident in oculis suis, et ante Dominum manifestæ sunt cogitationes cordis.* (Corn. à Lap.)

Le Seigneur dit à Samuël : Ne considérez pas sa bonne mine, ni la grandeur de sa taille, parce que je l'ai rejeté. « Ce jeune homme, dit saint « Grégoire, était la figure des savants qui sont « superbes. *La grandeur de sa taille* marquait « leurs grandes connaissances, *et sa mine avantageuse*, l'éclat de leurs actions extérieures. « Lors donc *que Dieu le rejette* par son prophète, c'est comme s'il disait : Les hommes « se portent aisément à estimer tout ce qui « paraît le plus dans la conduite extérieure et « dans la science ; mais pour moi, je n'estime « ni la science ni les œuvres, lorsque je vois « qu'elles ne sont pas fondées dans une véri- « table humilité. *Homines solent magna opera « et scientiæ verba laudare; ego autem nec verba « nec opera laudo, quæ in verâ humilitate fundata non video.* » (Sacy.)

Vers. 10. — Adduxit itaque Isai septem filios suos. Habuit ergo Isai, sive Jesse (hæc enim duo nomina apud Hebræos unum idemque sunt), universim octo filios. Nam David absens, erat octavus. Dices : 1 Paral. 3, cum Davide numerantur septem duntaxat filii Isai, sive Jesse. — Resp. ibi non omnes numerari, sed unum prætermitti ob causam nobis incognitam, fortè eò quòd octavus genitus sit ex concubinâ, vel uxore secundariâ, sicut c. 14, 49, Saülis filii numerantur tres, et omittitur quartus, scilicet Isboseth, de quo 2 Reg. 2. Aliter Lyran., Cajet. et Dion. ; dicunt enim nomen tertii filii fuisse *Nathan*, sive *Jonatham*; eumque omitti, eò quòd filius esset adoptivus, non naturalis. Verùm de hâc ejus adoptione nil uspiam legimus. Hinc liquet Samuelem revelâsse Isai Dei consilium de eligendo uno e filiis ejus in regem, eoque ungendo. Ideò en[illegible]ai omnes filios ordine nativitatis adduxit ad Samuelem, ut videret quem ex eis unum Deus eligeret. (Corn. à Lap.)

(1) Vel natu minimus. Agebat tunc David ætatis annos circiter quindecim, et inter fratres suos erat natu minimus. (Calmet.)

Vers. 11. — Adhuc reliquus est parvulus (1), et pascit oves. Non benè, ut apparet, Davidis ingenium atque virtutem nôrat Isai, quando et illum ad pastoritiam illam curam abjecerat, et indignum putabat qui Samuelis oculos subiret. Dicit autem superesse unum, illum tamen esse ejusmodi, ut de illius aspectu laborare propheta non debuerit. Appellat autem parvulum, non quia ætate esset puerili, aut corpore exiguo, quia statim v. 18, vir appellatur fortis. et nos supra, cap. 13, pluribus ostendimus ætate esse jam provectum, sed quia fratrum erat minimus. Fieri autem potest, ut qui aliorum comparatione minimus vocatur, idem absolutè consideratus magnus sit. Sicut Benjamin parvulus appellatur, Genes. 43, v. 29, et tamen eodem tempore decem susceperat filios, ut constat Genes. 46, v. 21. Utroque loco est hebraicè *katan*, quæ vox non significat absolutè *parvum*, sed comparatè *minorem ;* qui autem comparatè minor est, ille absolutè magnus esse solet. Sicut luna luminare minus appellatur, Gen. 1, et tamen magnum est corpus et egregiè illuminans.

VERS. 12. — ERAT AUTEM RUFUS, ET PULCHER ASPECTU, DECORAQUE FACIE (1). Facies describitur imperio non indigna, tametsi id Deus non admodùm curet; verumtamen neque regi à se designato illud Deus abesse voluit. Ubi Vulgatus, *pulcher aspectu*, hebraicè est, *iephe hhenaim*, id est, *pulcher oculis*, seu, ut vertit Pagninus, *cum nitore oculorum*. Quod autem aspectus hoc loco oculos significet, probat, quod statim sequitur, *decorâque facie*, quod omninò videretur otiosum et redundans, si *aspectus* faciem significaret, aut speciem.

VERS. 13. — ET UNXIT EUM IN MEDIO FRATRUM EJUS (2). Non dubium, quin fratres ungi vide-

(1) Alleg. David fuit typus Christi, qui fuit « rufus, ait S. Greg., quia lanceâ vulneratus; « rufus, quia ex passione rubicundus. Unde et « per prophetam ei dicitur: *Quare rubrum est « indumentum tuum?* Rufus quippe extitit, qui « candorem tantæ innocentiæ pretiosi sanguinis rubore coloravit. Pulcher etiam aspectu « fuit, quia et resurgendo immortalitatis pulchritudinem induit, et mortales nos ex magnâ charitate respexit. » Et inferiùs: « Rufus ergo in seculo fuit, pulcher in paradiso, « decorâ facie perennis in cœlo; potest et omnis hæc trina pulchritudo in hâc præsentis « vitæ ejus conversatione cognosci. Rufus « quippe extitit, quia ferventer amavit eos pro « quibus animam posuit; pulcher aspectu fuit, « quia omnia novit; decorâ facie, quia omnia « bona fecit. » (Corn. à Lap.)

(2) *Samuël sacra David au milieu de ses frères.* Samuël verse l'onction sacerdotale sur David *au milieu de ses frères.* C'est encore la différence de Saül d'avec David. L'un est sacré comme un étranger hors de la maison de son père, et dans l'absence de ses proches, et David l'est dans la maison de son père et au milieu de ses frères. Ce qui marquait que l'onction de la grâce que recevait Saül ne se répandrait sur personne, mais que celle de l'onction que recevait David se répandrait sur plusieurs. Il est remarquable aussi que Samuël ne dit rien à David lorsqu'il le sacre, comme il avait fait à Saül, parce qu'il voyait par sa lumière que Dieu qui avait dit de lui *qu'il s'était choisi un roi*, l'éclairerait assez par lui-même, *et que cette onction l'instruirait de toutes choses. Unctio docebit vos.*

Après cette onction, Samuël se retire chez lui, sans se mettre en peine de la manière dont ce nouveau roi pourrait être reconnu du peuple de Dieu. Il apprend ainsi aux véritables pasteurs qu'il leur suffit de suivre Dieu dans les affaires où il les engage, sans qu'ils voient bien encore les moyens humains de les faire réussir. Ils obéissent simplement à mesure que Dieu leur découvre ses volontés, et ils sont persuadés qu'il a mille voies pour les faire réussir quand il lui plaît, sans qu'il soit au pouvoir des hommes de l'en empêcher.

(Sacy.)

Audi S. Chrys. Hom. de David et Goliath, Davidem cum Saüle conferentem et præferentem: « *Inveni mihi David, virum secundùm cor « meum, qui faciet omnem voluntatem meam:* O

rint à Samuele Davidem; illud tamen non ita certum, an intellexerint, quid illa tunc unctio designaret. Quod eo tempore maximè occultatum oportuit; si enim fratres nôssent initiatum

« beatum David sanctissimi meritum, quod « laudat Deus, prædicat Dominus, judex præfert summus! Dùm enim David sanctissimus, homo est secundùm cor Dei, quidquid « Deus cogitat, gerit; quidquid mente concipit perficit. Dùm enim, inquam, David cordi « Dei cor proprium jungit, et menti ejus mentem suam annectit, hoc est, ut quæ vult « Deus velit, et quæ non vult similiter nolit, « sic eum Dominus individuo amore et conjunctâ charitate dilexit. » Et paucis interjectis: « Hic ab ovibus ad regnum deligitur, ille « à regno ad gladium destinatur. Hunc sancta « vita promovit, illum mandatorum despectio « reprobavit. David adhuc pastor debellat leonem, interficit ursum; Saül contemnendo « Dominum, malum in se provocat spiritum. « Regnat David sanctissimus, sed latenter; « Saül reprobus efficitur evidenter. Hic jam « rex est, ille putatur; hic jam obtinet, ille « tantummodò dicitur; hic occultam possidet « dignitatem, ille habet publicam regni imaginem. A Deo David sancto Spiritu inundatur, Saül verò Spiritu isto deseritur. Denique Saül David persequitur innocentem, « David verò traditum sibi, illæsum exhibet « peccatorem, ut et in David Spiritus sanctus « mitesceret, et in Saüle malus spiritus in innocentem sæviret, ut vitæ diversitas diversa « jam merita demonstraret, et causæ istæ « hominibus deputarentur, non Deo, qui malè « vel benè gerentibus regnum aut tollerent « aut conferrent. »

In græcis codicibus Psalterii additur ps. 151, qui de hâc unctione agit, ubi David de se ita canit: *Parvus eram in fratribus meis, et junior in domo patris mei; pascebam oves patris mei,* etc. *Ipse emisit angelum suum, et tulit me de ovibus patris mei, et unxit me oleo unctionis suæ. Fratres mei pulchri et magni; et non benè sensit in eis Dominus.* Tropol. S. Greg.: « Cornu « olei tollitur, ait, ut in excellenti liquore, « magister Ecclesiæ vir esse studeat magnæ « misericordiæ. Oleo ungitur caput regis, quia « lucere super candelabrum debet per flammam verbi. Cornu oleum recipit, ut increpando purget, et miserando per blandimentum trahat. Cornu etiam recipit in sublimitate « ordinis oleum ad fomenta virtutis. Sed pleno « cornu ungitur, ut virtus pontificis plena « doceatur. Cornu namque plenum in unctione suâ habet, si tam in virtute misericordiæ, quàm charitatis et verbi perfectus « est; plenum etiam cornu in unctione suâ « habere cognoscitur, cujus omnis potestas « per misericordiam dispensatur. » Et post plura: « Oleo quippe in medio aliorum ungitur, « quia qui in aliorum exemplum positus est, « nullam suî partem habere obscuram debet, « ut hunc omnes aspiciant, et ab eo lucis « exemplum sumant. » Et paucis interjectis: « Vel in medio fratrum ungitur, ut unctum et « medium se esse semper arbitretur. Agnoscat « ergo dignitatem suam, et vim dignitatis « exerceat, quia unctus est; videat se medium,

esse à Samuele novum regem, facilè illud emanaret in vulgus, quod fratrum diù sive invidia, sive benevolentia et gratulatio celare non posset; atque ideò effugere non posset Samuel, quod timebat, furorem nempe Saülis, et tyrannicam rabiem. Neque Saül Davidem principio tam amâsset tractâssetque familiariter, ut apparet v. 17, si loco suî in regnum suffectum audiisset. Deinde non benè cum illâ inauguratione regiâ conveniebat, statim ad rusticum opus et pastoritiam curam esse remissum. Neque tam liberè esset à fratribus objurgatus cap. sequenti, cùm ad castra venisset, et de præmio victori proposito rogaret. Ego hoc mihi persuadeo, nemini, præter ipsum Davidem, Samuelis consilium fuisse notum; sicut multò ante idem Samuel occultè in regem unxit Saülem, neque cuiquam aperuit, donec publicâ unctione ac formâ regnum iniit. Sanè, si Josepho credimus lib. 6, cap. 9, Antiq., unus ex omnibus hoc Dei Samuelisque consilium novit Isai, qui id silere novit, et filii Samuelisque vitæ silentio consulere. « Postquàm, inquit, David, accitus à patre venit, adolescens colore flavus, et Martium quiddam tuens, alioqui liberali specie, tunc Propheta ad patrem versus submissâ voce : *Hic est,* inquit, *quem regnare Deo visum est.* » Quod si ita est, ut planè videtur verisimile, satis constat, voluisse, cavisseque diligenter Samuelem, ut hæc quàm occultissimè fierent; ostendisse patri, quanto in periculo versaretur Davidis vita, et totius suæ familiæ salus, si qua, quod tunc esset incœptum, ad Saülis aures permanaret. Hoc verò idem secretò ad Davidis aures insusurrâsse testis est Josephus eodem loco. « Depromit, inquit, sacrum oleum, quo delibutum Davidem in aurem admonet, Deum ita velle, ut regnum in populum obtineat, præcipitque, ut justitiam colat, et operam det ne unquàm à mandatis Dei discedat. » Cajetanus neque ipsi quidem patri Isai notum putat unctum esse Davidem in regem, sed tantùm electum à Deo, puta in prophetam, aut in aliud sacrum publicumve ministerium.

Priusquàm ex hoc loco me expedio, duo

« et communis conditionis hominem, ut pares sibi esse eos, quibus eminet, recognoscat. In medio ergo fratrum ungitur, ut sit humilis et sublimis, sublimis ordine, humilis æstimatione. In medio idem ungitur, ut se privato amore non diligat, sed ex omni quod præeminet, lucra aliorum quærat. » Atque hic finit S. Greg. suam expositionem moralem in lib. Regum. (Corn. à Lap.)

« Samuël, disent les incrédules, en possession de faire et défaire les rois, suscita un concurrent à Saül ; il sacra secrètement David ; il introduisit à la cour ce traître auquel Saül donna sa fille en mariage. Mais bientôt les menées et les projets de David, appuyés par le prophète, donnèrent à Saül un chagrin mortel et le plongèrent dans la plus noire mélancolie. Samuël, de son côté, prêcha la révolte et le désordre au nom du Seigneur, et telle fut la source de la guerre presque continuelle, qui régna dans la suite entre les rois hébreux et leurs prophètes. » Tous ces faits sont faux. Samuël n'a *fait ni défait les rois,* puisque Saül fut élu par le sort, et conserva sa royauté jusqu'à sa mort. Samuël ne *lui suscita point un concurrent,* mais il lui désigna un successeur par l'ordre de Dieu, et après la mort de Saül, ce choix fut ratifié d'abord par la tribu de Juda, et ensuite par les autres tribus. David n'a jamais tenté de s'emparer de la couronne de Saül; il a épargné au contraire les jours de ce roi, devenu son persécuteur; il a laissé régner tranquillement Isboseth, fils de Saül, sur dix tribus. Ce n'est point Samuël qui *introduisit* David à la cour ; ce dernier y fut appelé à cause de son talent pour la musique, et ensuite à cause de sa victoire sur Goliath. La haine de Saül vint de jalousie, et non du ressentiment de ses *menées;* il avait été attaqué de mélancolie avant de connaître David, puisqu'il le fit venir pour être soulagé par le son des instruments. Enfin ce roi était si peu mécontent de Samuël qu'il voulut encore le consulter après sa mort, et fit évoquer son ombre par la pythonisse d'Endor. Jamais Samuël n'a *prêché ni le désordre ni la révolte;* une preuve de son attachement pour Saül est qu'il ne cessa de pleurer sa perte dès le moment qu'il sut que Dieu était résolu de punir ce roi malheureux.

C'est donc sur un tissu d'impostures grossières et formellement contredites par l'histoire, que les incrédules ont peint Samuël comme un fourbe et un séditieux qui a tout sacrifié à son ambition et au désir de se maintenir dans un poste usurpé; qui, dans le regret d'être déchu de son autorité, a fait des efforts continuels pour arracher le sceptre des mains d'un prince qu'il n'avait mis sur le trône que pour en faire son propre sujet. C'est ainsi qu'ils ont entrepris de persuader aux ignorants que tous les prophètes ont été des fourbes, que tous les ministres des autels sont des scélérats, en un mot que tout homme zélé pour la religion est un homme odieux. (Duclot.)

« Un souffle malin de Dieu, c'est-à-dire, un souffle très-malin, dit Voltaire, avait rendu Saül maniaque.... Mais il est prouvé que les Juifs ne connaissaient point encore d'esprit malin, de diable qui s'emparât du corps des hommes; cette doctrine des Chaldéens et des Persans leur était encore inconnue, et jusqu'ici il n'en est pas encore question dans les livres saints. » Le contraire de cette assertion est prouvé par l'histoire de la magicienne d'Endor, rapportée dans ce livre même, et dont nous parlerons dans une des notes suivantes. Cela est prouvé encore par les lois de Moïse contre les devins, les magiciens, etc. (Duclot.)

libet observare : alterum notavit Lyra, et ex eo Dionysius et Hugo, nempe hìc Isai octo fuisse filios assignatos, quia præter Davidem, septem numerantur; et tamen lib. 1 Paralip. cap. 2, v. 13, septem tantùm dicuntur esse filii, inter quos ipse quoque numeratur David. Ego nihil hìc habeo quod mihi satisfaciat; dicam tamen quid his quos modò citavi, visum fuerit, quibus addo Magistrum Historiæ scholasticæ, in lib, 1 Reg. cap. 15, et Rupertum, lib. 2 in lib. 1 Reg. cap. 4. Lector, ut volet, accipiat. Dicunt enim Jonatham filium Samma, cujus auditur nomen 2 Reg. cap. 21, v. 21, adoptatum fuisse ab Isai; sicut duo Josephi filii, Ephraim et Manasses, à Jacob, atque ideò inter alios naturales filios ad Samuelem productos, cùm tamen septem tantùm essent naturales, qui lib. Paralip. 1 numerantur. Conjectura satis infirma. Placet magis, quod putat Abulensis q. 27, qui docet non solere Scripturam omnes ad unum completè numerare, sed aliquando unum aut alterum omittere, quia parùm aut nihil refert ad historiam. Quod probat in filiis Saülis, quia supra, c. 14, tres filii numerantur, et tamen 1 Paralip. c. 8, ponuntur quatuor.

Alterum est, Isai Davidis patrem multinominem esse : dicitur enim Jesse, Isaiæ cap. 11, et in novo Testamento sæpè. Dicitur etiam Naas, lib. 2 Reg. cap. 17, v. 25; cùm enim loco proximè ex Paralip. citato, Isai dicatur genuisse Sarviam, matrem Joab, et Abigail, quæ duæ sorores fuerunt David; lib. 2 Reg. dicitur de Amasâ : *Ingressus est ad Abigail filiam Naas, sororem Sarviæ, quæ fuit mater Joab.* Idem tenet Abulensis in caput proximè citatum ex lib. 2 Regum.

Et directus est Spiritus Domini a die illa in David, et deinceps. Sicut Saül cùm primùm unctus est in regem, *mutatus est in virum alterum,* ita ut qui rusticus ante fuerat et indoctus, cum doctis et urbanis prophetare cœperit, sic etiam David cum sacrâ unctione spiritum quoque sacrum et novum accepit, quo alter à seipso redditus est. Dirigi autem ex usu Scripturæ, felix aliquid, prosperum et optabile indicat. Unde frequens : *Dirige vias nostras, pedes nostros, opus nostrum, consilia,* et similia. Quod nihil est aliud quàm prosperari illa quæ dirigi postulamus. Ubi Vulgatus, *directus,* hebraicè est *tislach*, quod aliquid significat *prosperum* ; quare quidam prosperatum interpretantur spiritum in David, id est, *abundanter infusum* ; est præterea idem quòd *insilire* et *irrumpere,* et ita Septuaginta convertunt : *Insiluit Spiritus Domini in David.* Et hoc sine dubio spectavit noster interpres, cùm dixit : *Directus est Spiritus Domini. Dirigi* enim, quæ vox est in Scripturâ sacrâ militaris, in alium aciem intendere aut impetum facere significat. Sed quia ideò spiritus in aliquem insilit, ut in eo requiescat, Chaldæus transtulit, *requievit in David.*

Quis autem fuerit hìc *Spiritus Domini*, incertum est. Quidam *spiritum* esse *prophetiæ* putant, quem ubi primùm accepit, orsus est prophetare. Ita, Hieronymo teste in Traditionibus hebraicis, sentiunt Hebræi et Josephus. Alii sentiunt *Spiritum* illum fuisse *fortitudinis*, quo et auderet adire pericula, et illa superare, et in perferendis laboribus strenuum se præbere et indomitum, quorum satis longâ laborum tolerantiâ et periculorum susceptione documenta dedit. Ita putant Lyra, Abulensis, Hugo, Cajetanus et Petrus Comestor. Ego *Spiritum* illum plura existimo Davidi inspirâsse dona, quibus mirificè in variâ fortunâ vir ille tantus excelluit, sed præcipuè datum esse Prophetiæ donum, et raram quamdam in canendo numerosèque componendo carmina peritiam, tum deinde audaciam et fortitudinem, illam nimirùm quam Dominus abstulit à Saüle, quod indicat illud : *Spiritus autem Domini recessit à Saül*, eo nimirùm temporis momento, quo unctus est David. Hoc de prophetiâ et musicâ docent illi de quibus proximè; docet item Gregorius Homil. in Ezechielem, ubi admirabilem et multiformem Spiritûs sancti virtutem edocet et confirmat exemplis : *Implet*, inquit, *puerum citharædum, et psalmistam facit.* Sunt qui putent, Psalmum 26 ab illo statim post unctionem esse compositum : *Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo?* Sed argumentum quod ex Psalmi illius inscriptione sumitur, aut nullum est, aut valdè infirmum. Quid enim ad hanc cogitationem affert momenti : *Psalmus David priusquàm liniretur?* Quasi una tantùm fuerit unctio Davidis in regem (tres enim fuisse constat, primam, de quâ modò, secundam per viros Juda 2 Reg. 2, tertiam per seniores Israel, 2 Reg. cap. 5, neque post unctionem dicitur Psalmus esse compositus, sed ante illam. Sanè Josephus statim prophetâsse dicit ab unctione Davidem, nempe pangendo in Psalmis et citharâ, neque enim alio modo legimus illum prophetâsse. Idem affirmat Pseudophilo in suis Antiquitatibus biblicis, ubi etiam Psalmum adducit, quem pri-

mum ab unctione cecinisse dicit Davidem. Sed qualis sit illius libelli, et quàm infirma fides, paulò ante probavimus. Sanè Psalmus ipse, quem Davidi merus ille nugator adscribit statim ab unctione, et alius quem statim cecinisse traditur, cùm à spiritu malo vexaretur Saül, satis indicant neque illorum psalmorum auctorem esse Davidem, et Philonem illum, aut vanum Philonis simulacrum et umbram, Thalmudistam esse, et merè nugatorem, quia sua somnia deliraque figmenta, quasi vera forent oracula, proponit.

De spiritu fortitudinis, placet quod visum est pluribus, ex eo tempore eas vires atque animos inspiratos esse Davidi, ut multa tentaverit, perfeceritque, quæ neque auderet priùs, neque, si priùs aggrederetur impavidè, secundo perficeret eventu, ad eum modum quo Dominus antea Samsoni spiritus indidit audaces, et vires planè gigantæas. Quare ex eo tempore consecutus est nomen et egregii Psaltæ, et viri fortissimi, ut dicebat vir ille, de quo infra, v. 17, quem scientem psallere et virum bellicosum appellat. Neque est improbabile, post unctionem illam contigisse, quæ de se coram Saüle narrat ipse David cap. sequenti, ut satis ad pugnam se idoneum esse probet cum hoste Palæstino, nempe quòd ex leonis et ursi faucibus prædam eripuerit, quòd illos inermis tantùm manibus atque lacertis suffocaverit. Quod, licet obscuriùs, docet August. serm. 2 Dominicæ primæ post Trinitatem : « Priusquàm ve- « niret David, cùm jam unctus esset à beato « Samuele, sicut et ipse Saüli regi suggessit, « et leonem et ursum sine armis occidit. » Tenet hoc apertè Abulensis q. 29, et idem putat de spiritu prophetiæ, et Rupertus lib. 1 in lib. 1 Reg. cap. 28. Quòd si quidquam mereretur fidei auctor ille Antiquitatum biblicarum, qui ingenii sui ignobilem partum Philoni supposuit, satis habemus ab eo de spiritu prophetiæ ac fortitudinis, et quòd non priùs leonem occidisset et ursum, quàm esset unctus à Samuele, illustre testimonium. Ait enim cùm psalmum cecinit recens ab unctione, quo se psaltem et prophetam agnovit, experiri voluisse, an verus esset spiritus fortitudinis, quem in se ipso calere sentiebat. *Et cùm adhuc*, inquit, *David loqueretur, ecce leo amarus de sylvâ, et ursa de monte rapuerunt tauros David : et dixit David: Ecce hoc signum erit in fortissimum initium victoriæ meæ in pugnâ. Et exeo post eos, et liberabo quæ direpta sunt, et occido eos. Et exiens David post eos, accepit lapides de sylvâ, et occidit eos.* Hæc Pseudophilo, in quibus duo vides, quæ minùs consentiunt cum sacrâ Historiâ; nam tauros dicitur pavisse David, cùm tamen constet ovium esse pastorem; et fundâ occidisse leonem et ursum, cùm ipse fateatur manibus à se fuisse præfocatos, neque illorum prædam tauros esse, sed arietes.

Vers. 14. — Spiritus autem Domini recessit a Saul; et exagitabat eum spiritus nequam. Quia jam reprobatus erat Saül, et à regno depulsus, negavit Deus quod electis à se regibus largiri solet; *spiritum* nempe illum, qui regibus necessarius est, eo maximè tempore, in quo respublica est perturbata, et ab hostibus durè et assiduè lacessita. Ille autem *spiritus sapientiæ* est, et *fortitudinis*, quem habuit meliori regni sui tempore Saül, cùm Samueli, et in Samuele Domino obsequentem se præbuit. Ille autem *spiritus* datus est, ut vidimus, successori Davidi, qui cum unctione *prophetiæ donum*, quasi alligatum musicæ et psalmis, accepit, ut indicat Augustinus de Civitate 17, cap. 14, et *spiritum fortitudinis.* De *spiritu fortitudinis* constat, quia ex hoc tempore nihil egit egregium, et ut apparet ex capite sequenti, timorem suum atque languorem totis castris, quibus præerat, infudisse visus est, cùm unius hominis vox homines, quotquot in castris Saülis suberant imperio, timore concusserit, et in ignominiosam fugam egerit, Cùmque à bono spiritu vacuum invenisset animum spiritus nequam, illum quasi caducam possessionem occupavit, quem exagitabat fœdè et durè, neque animo consistere aut corpore patiebatur, sed hùc atque illùc versabat lymphatico more, sui omninò atque rationis impotem. Quo nihil in eo, qui in excelso loco, aut cum potestate est, potest esse miserius.

Dubitant hìc aliqui, quisnam sit hic *spiritus nequam*, qui insiliit in regem, et tantam in illo rerum metamorphosim exercuit. Quidam morbum esse putant ex atrâ bili natum, qui in furorem agit, et à mente commovet affectos, quique non leviora in corporibus quæ afficit, quàm dæmon, qui obsidet, et intùs agit, edit signa furoris, aut lymphaticis motibus contorquet et exagitat. Ita Josephus, qui Saülem in dæmoniacum morbum incidisse tradit, ita ut strangulari ac præfocari videretur. Idem penè Cajetanus; quod sensisse etiam Hebræos, tenet Genebrardus in Chronico ad annum mundi 3066.

Alii per hunc morbum dicunt Saülem esse vexatum. Ita Martinus de el Rio lib. 3 Disquis.

magic. q. 4, ubi plures citat, docetque quomodò variis modis ac morbis dæmon homines possit ac soleat afficere. Quod si ita esset, non esset difficile statuere, quomodò musica dicatur dæmones expellere, cùm exhilaret animos, et morbum immissum à dæmone frangat, aut expellat? Quâ de re lege Vallesium de sacrâ Philosophiâ, c. 28, ubi hâc de re latè atque optimè.

Sunt qui hunc *spiritum* bonum esse putant, qui missus sit à Deo, ut excruciaret Saülem, et pœnas ab eo sumeret violati præcepti. Quòd autem boni angeli aliquando divinæ justitiæ administri sint, communis est Patrum doctorumque sententia. Quod docuit Augustinus pluribus ad illud Psal. 77 : *Immissiones per angelos malos.* Ubi idem tenent Basilius et Beda. Quod verò *spiritus* ille *bonus* sit, ex eo videtur probari posse, quòd *spiritus* appellatur *Domini.*

Verumtamen communis est Patrum doctorumque sententia, energumenum fuisse Saülem, id est, obsessum, et intùs exagitatum à dæmone. Et quidem invita trahitur et omninò contorta littera in aliam sententiam. Ita Gregorius lib. 2 Moral. cap. 6, Isidorius in lib. 1 Regum. Rupertus lib. 2 in cap. 1 Regum, cap. 1 et 2. Eucherius hìc, Lyra, Abulensis, Dionysius, Hugo, Serarius, Mariana, Vatablus. Et tandem Vallesius, postquàm variè rem tractavit medicam in causâ Saülis, à Dæmone vexatum esse dicit; et idem tandem fatetur Josephus. Dicit hoc apertè Theodoretus q. 38 : « Cùm divinus, inquit, recessisset spiritus, « locum est sortitus malignus spiritus : sic « cùm apostolica gratia Judam reliquisset, in « eum ingressus est diabolus. » Dicitur autem dæmon *spiritus Domini,* cùm tamen sit malus, quia ejus ministerio Dominus utitur. Quâ ratione, qui alienissimo sunt animo, et dominis etiam hostiliter infensi, illorum tamen esse dicuntur : quales sunt Mahometani captivi qui Christianis, aut Christiani qui Mahometanis dominis captivi serviunt. Cùm ergo dæmones vel inviti pareant Domini voluntati, licet mali sint, Domini tamen esse dicuntur, quia servilem illi navant operam. De quibus optimè Gregorius lib. 2 Moral. cap. 6 : « Diabolus, inquit, licet afflictionem justorum semper appetat, tamen si à Deo potestatem non accipit, « ad tentationis articulum non convalescit, « unde omnis voluntas ejus injusta. Ex se « enim tentare appetit; sed eos, qui tentandi « sunt, et prout tentandi sunt, Deus justè « tentari permittit. Ideò idem spiritus et Domini appellatur et malus, Domini per licentiam justæ potestatis; malus per desiderium « injustæ potestatis. »

Vers. 16. — Et quando arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu sua, et levius feras. Usu videntur Saülis servi didicisse musicis numeris vexationes illas et molestias leniri quæ sunt à malo spiritu. Atque ideò monent regem, ut sibi de opportuno remedio provideat : neque aliud magis idoneum præsensque comperiunt, quàm si vir accersatur undecumque, canendi pulsandique peritus, qui furentem sedet animum, mœrentem exhilaret, et è suâ quasi sede commotum, ad suum locum statumque restituat. Quærunt hìc multi, quid contra dæmones virtutis habeant numerosi concentus. Quâ de re multa Abulensis et Vallesius; ille in hunc locum, hic in sacrâ Philosophiâ cap. 28; neque pauca in hunc locum Serarius. Sanè vim ad sedandos componendosque animos in musicis numeris esse magnam, antiqua et gravia testimonia, et quotidiana satis superque probant experimenta. Plutarchus lib. de Musicâ ad finem à Terpandro musicâ sedatum esse dicit motum Lacedæmone excitatum, et à Thalete Cretensi musicæ præsidio compressam esse pestem, quæ Spartæ cum multorum exitio grassabatur. Seneca lib. 3 de Irâ cap. 9 : « Pythagoras, inquit perturbationes animi lyrâ « componebat. Quis autem ignorat lituos et « tubas concitamenta esse, sicut quosdam cantûs blandimenta, quibus mens resolvatur? » Basilius de legendis libris gentilium : « Oportet, inquit, nec oculos spectaculis, nec vanis « præstigiatorum ostentationibus tradere, nec « per aures animarum corruptricem melodiam « haurire. Hoc enim musicæ genus servitutis « et ignobilitatis fructus parere, præterea libidinum stimulos acuere solet. Alia nobis « musica longè melior existit, et ad meliora « nos excitans sequenda. David, sacrorum canticorum poeta, citharâ ex insaniâ Saülem « regem liberavit. Dicitur et Pythagoras in « ebrios olim incidens jussisse tibicinem convivio luxurioso præsidentem mutare harmoniam, ac dorium ipsis canere; atque hoc modo « melodiæ illos ad sobrietatem reduxisse, qui « ejectis de capite coronis, sanè omnes eruebuêre. » Hâc de re non pauca Cassiodorus lib. 2 Variarum 40 : « Musica, inquit, tristitiam noxiam « jucundat, tumidos furores attenuat, cruentam sævitiam efficit blandam, excitat ignaviam, soporantemque languorem vigilantibus

« reddit saluberrimam quietem. Sanat mentis « tædium bonis cogitationibus semper adver- « sum. » Lege reliqua, quæ multa sunt et pulchra.

Ego primum illud cum interpretum plerisque probo, captare dæmonem, non solùm ut animum, sed etiam ut corpus subeat hominum; aut certè ut extrinsecus assistens excruciet, ut animus gravi aliquâ afficiatur et quasi absorbeatur intemperantiâ; qualis est furor, mœror, desperatio, libido amens et præceps. Id probat lunaticus ille dæmoniacus, de quo Matth. cap. 17, qui tunc maximè spiritui malo videbatur obnoxius, quando gravius aliquid pateretur à lunâ. Quare qui κακοπαθείαν aut tolleret, aut levaret in homine, ille aliquid diabolo in hominem potestatis adimeret. Cùm ergo musicæ suavitas levet ægritudinem (quam necesse erat esse maximam, cùm id à Samuele divinorum consiliorum internuntio accepisset, quo ambitiosis et superbis animis nihil poterat accidere molestius), et aliquo modo dæmoni aditum præcludat, nec quietem in corpore possessionem sinat; ex Samuele dæmonem expulsisse dicitur David, dùm ad citharæ sonos vocem adhibet modulatam, quæ mœrorem detergit, et regium animum in suâ facit esse potestate.

Secundò puto, non hoc totum negotium esse numerosæ melodiæ, sed aliquid esse tribuendum verbis quæ in numeros aptavit melicos egregius Psaltes, et omnium optimus, ex quo unctus fuit à Samuele, et spiritu afflatus non prophetico solùm, sed etiam poetico ac musico; ut non solùm psalmos concinnaret, sed etiam voce ac plectro modularetur. Quòd autem sacra verba vim habeant contra dæmonum insidias et arma potentissimam, docent adjurationes sacræ et exorcismi, quibus quotidiè ad expellendos cacodæmonas utitur Ecclesia; in his autem verbis adhibentur quoque psalmi Davidici, qui quoniam divinas sæpè continent laudes quas dæmon audire non sustinet, libentiùs deserit obsessa corpora, quàm audit verba divinas laudes, et Dei horribilia opera, et admiranda magnalia resonantia. Quæ in Davidis ore, quod Dominus suarum vocum organum esse voluit, quodque spiritu divino inflavit, non leve pondus habuêre. Nam longè hinc abit Theodoretus, qui hoc divinæ gratiæ attribuit, quam David acceperat à Deo, q. 39. Hæc mihi in re maximè obscurâ dici posse videntur, neque abs re, neque improbabiliter; alii plura dicunt magis apta fortassè, à quibus ego prudens abstineo.

Vers. 18. — Ecce vidi filium Isai Bethlehemitæ scientem psallere, et fortissimum robore, et virum bellicosum, etc., et Dominus est cum eo (1). Hunc virum quidam fuisse putant Doeg Idumæum, de quo cap. 22, qui multorum sacerdotum cæde pollutus est. Aiunt enim hujus in Davidem odium esse maximum, et tantoperè laudâsse Davidem, ut Saül illum accerseret è pascuis, et à dæmone stimulatus occideret; sed neque probant, neque ostendunt, aut ostendi potest illius odii aliquod ve-

(1) Difficultatis nonnihil inest quærendo, utrùm David ante an post relatam Goliath victoriam ad regem accitus venerit. Historiam hanc recitans hoc loco Scriptura, interpretibus pluribus persuasit, ante victoriam de Goliath, de quâ nihil hucusque, esse constituendam. Neque enim ab ordine textûs, nisi cogente necessitate, recedendum est; et Scriptura sequenti capite v. 15, affirmat: *Abiit David et reversus est à Saül, ut pasceret gregem patris sui.* Agnoscendum est igitur, bellum Philisthæorum, et victoriam Davidis de Goliath, electionem ejus in armigerum regis consecutam fuisse.

Sed adversùs eam sententiam argumenta quædam non spernenda opponuntur. 1° Cùm David ad Saülem venit, certamen cum Philisthæo initurus, Saül illum veluti ignotum habuit, et cujus filius esset, interrogavit. Quomodò Saül ignorare potuit nomen, patriam et notum sibi vultum, si coram se ludentem sæpiùs citharâ viderat, atque armigerum suum renuntiârat. Unde petitur elogium, quo Saülis familiares hìc Davidem prosequuntur, *virum esse fortissimum robore, bellicosum, prudentem in verbis, pulchrum, et Dominum esse cum eo,* si nunquàm è Bethlehem egressus fuerat, et nulla virtutis bellicæ specimina coram domesticis regis exhibuerat?

Verùm hisce reponimus, Davidem eâ tunc ætate fuisse, quâ vultus lineamenta formantur altiùsque imprimuntur, et genæ lanugine vestiuntur: quare nec novum est, nec extraordinarium, si tot curis Saül occupatus, juvenem primo aspectu minimè novit. Unius anni absentia sufficit ut oris aspectus immutetur, atque alia prorsùs imago atque habitudo corporis adolescentis oriatur. Adde, Davidem antea Saüli sese obtulisse indutum veste, qualis musicum decebat; hic autem pastoritio amictu velatur. Denique Saül magnis gravibusque rebus distractus, infirmatus etiam frequenti accessu maniæ, quâ identidem afficiebatur, Davidem vultu agnoscere facilè non potuit. Ad alterum argumentum quod attinet, non ægrè in mentem inducimus, Davidem viginti annorum ætate satis in regione, et inter pastores, quâ strenuitate suâ, quâ sapientiâ claruisse, præsertim post regiam unctionem, quâ per Samuelem initiatus fuit, divinique Spiritûs infusionem, qui cùm è Saüle in ipsum transmigrâsset, unà secum attulit gratiarum ubertatem, et naturales acquisitasque dotes amplificavit.

(Calmet.)

risimile fundamentum. Ita putant Hebræorum magistri, ut tradit Hieronymus in Traditionibus Hebraicis. Sequitur Rupertus l. 1 Reg. cap. 1; Lyra et nonnulli alii.

Ego existimo, ex quo David cum unctione alia quoque dona accepit planè rara, multis ex his qui proximè habitabant esse notissimum, et in eâ fuisse existimatione, ut Deum haberet propitium et faventem, à quo esset instinctus. Neque enim vulgaris erat aut numerus, aut spiritus, qui cernebatur in psalmis quos pangebat; neque humana censebatur vocis suavitas, aut modulatus sonus, aut organorum peritia, quæ in modulandis canticis ostentabat. Accedebat, quòd illud eximium, quod attonita turba admirabatur in Davide, non erat antiquum, sed inopinatum et novum, ita ut non opus existimares artis aut naturæ, sed inspiratum cœlitùs à Deo. Cùm autem occultum non posset esse diù, leones et ursos tam facili negotio audacique conatu ab inermi fuisse suffocatos, quod perquàm mirum est, et ante illud tempus uni fortassè Samsoni concessum (mitto enim quod de suo Hercule fabulantur gentiles), non mirum, si in illo supra humanum aliquid suspicerent homines, et Deum esse cum illo sibi persuaderent.

Illud notandum, hoc loco *virum* esse vocatum, non *puerum*, quæ vox ætatem jam adultam et confirmatam significat; neque ideò vir appellatur, quia robustus est, ita ut nomen illud habeat, non ab ætate, sed à robore; otiosa etenim esset illa vox, cùm jam priùs et fortis robore et bellicosus appellatus esset. Hebræi in Seder Olam cap. 13, viginti novem annorum fuisse tradunt, cùm unctus fuit à Samuele; Abulensis viginti, q. 1; quod etiam tenent alii. Quâ de re nos pluribus supra cap. 13. Sanè puer non erat, qui armiger factus est à Saüle statim v. 21 et paulò post cap. 17, v. 5, præpositus esse dicitur viris belli; quod munus prudentiam desiderat jam maturam, et ingenium plus quàm juvenile. Dicitur etiam bellicosus, non quia in castris fuisset aliquando, aut arma tractâsset, nisi pastoritia ac rustica, sed quia animum ostenderat audacem et impavidum, et ad bellorum discrimina strenuum et idoneum.

Vers. 20. — Tulit itaque Isai asinum plenum panibus (1), etc. Noluit Isai filium suum regium conspectum subire vacuum, eo maximè tempore, quo filium inter suos admittebat domesticos, qui maximus inter homines existimatur honos; sed misit pro suâ tenuitate magnum, pro regiâ tamen majestate exile munus. Quod tamen in castris, quæ non semper rebus abundant ad vitam necessariis, contemni non solet. Hoc tamen missum arbitror ex illorum temporum consuetudine, in quibus subditi observantiæ et subjectionis ergo, cùm dominorum subeunt oculos, aliquod ferunt suæ fidei atque observantiæ testimonium; quod etsi leve sit, non tamen leve censetur amoris argumentum. Notum est, quo animo magnus imperator Artaxerxes aquam haustam è flumine è rustici cujusdam manibus acceperit. Ad hunc modum, et ad hanc, ut opinor, consuetudinem Jacob ad Ægypti præfectum, quem suum esse filium tunc ignorabat, donum misit, exiguum quidem, sed suæ in illum observantiæ testem, Genes. 43, v. 11: *Modicum resinæ et mellis, et storacis, stactes, et terebynthi, et amygdalarum.*

Asinus *plenus* dicitur, id est, onustus panibus. Ex hàc dicendi formâ conjectat auctor Historiæ scholasticæ, non tam oneratum panibus asinum, quàm ex asini pelle confectum esse saccum, quem panibus plenum attulit David; sicut è bovinâ pelle fit culeus, ex hircinâ uter. Et favet huic conjecturæ, quòd Hebraicè non est *plenus asinus panibus*, sed tantùm *asinus panis*: quomodò dicitur *saccus panis, uter vini, amphora aquæ*. Verumtamen nostra translatio optima est, cujus est sensus, tantùm esse missum panis, quantùm communiter asinus unus portare potest, quasi dicat missum esse plenum atque legitimum asini pondus. Quod ut explicem, observo eorum mensuram esse amplam tam aridorum quàm liquidorum, ut docet Ezechiel cap. 45, v. 13. Quo loco ad versum 11, nos eâ de re pluribus. Porrò corus Hebraicè dicitur חמר *chomer*; de cujus mensurâ non eadem est interpretum sententia. Quidam tantùm frumenti, aut panis capere putant, quantùm camelus; alii quantùm asinus portare possit: et ideò putant asinum

(1) Septuaginta: *Sumpsit Isai asinum, et imposuit ei gomor panis.* Scitum est, gomor mensuram trium circiter pintarum retulisse. Sed multò verius reputaverim, eos interpretes legisse in Hebræo *chomer*, quod mensura nomen est, pro *chamor*, quod asinum sonat. *Chomer* autem quat 298 pintas, hemi-pintam, atque hemi-sextarium; quod longè aliud est ac gomor Septuaginta.

Lagenam vini. Hebræus: *Utrem vini*, saccum è pelle hircinâ consutum paratumque vino continendo, quem in usum Orientales familiarissimè adhibent. Apud Hispanos vinum in utribus hodiè pariter vehitur. (Calmet.)

dictum חמור *chamor*, quia illi *chomer* unus, id est, corus unus pondus est. Quare *asinus plenus* plena mensura est, quæ communiter imponi asino solet; quam dùm portat, satis censetur esse onustus, non quidem saccus ex asininâ pelle. Est autem cori, sive *chomer* mensura, non asini pellis in saccum concinnata, sed asini dorsum et vires. Tantùm igitur panis imposuit asino Isai, quantùm portare potuit; et ideò dicitur *plenus*, quia nihil illi de legitimo pondere detractum est.

Vers. 21. — Et factus est armiger ejus (1). Quia liberali facie atque ingenio visus est David, neque ejus adversùs frequentes à dæmone molestias inutilem operam expertus est, voluit apud se inter domesticos retinere Saül. Quia tamen parùm honesta videbatur illa causa, quæ præcipua fuit, nempè ut arreptitium regem à dæmonis vexatione liberaret, honestam quærit speciem, ut opinor, ut illum familiarem habeat, et assiduum. Quare illum armigerum sibi designat; quod tamen munus, quantùm ex Scripturâ sacrâ conjectare licet, nunquàm exercuit, quia antequàm bellum à Philisthæis ingrueret, jam ille ad patriam et pastoritium opus reversus fuerat.

Cur cùm tam fuerit Saüli necessarius David, ab illo discedere jussus sit, aut permissus, variæ à variis afferuntur rationes. Josephus lib. 6, cap. 10, et Abulensis q. 39, remissum esse tradunt Davidem ad patrem, quia bellandi tempus aderat, et hostis jam erat in Israelitarum terminos ingressus. Noluisse autem videri potest in castris habere citharistam et musicum, cùm armis opus tunc esset bellicis, non musicis et ludicris instrumentis : tum ne adolescentulum quem amabat, et ineptum arbitrabatur rei militari, periculis objiceret. Serarius ideò censet ad patriam et antiquam operam esse remissum, quia jam Saül se à spiritu malo solutum credebat, et statui priori omninò restitutum. Ego aliam addo, quia Saül eo maximè tempore, quo ab spiritu vexabatur adverso, moroso erat et mutabili ingenio, atque ideò sicut neque sibi in seipso placebat, et suos etiam infensis et torvis spectabat oculis, et ad mortem interdùm expetebat (ut de Jonathâ constat, quem lanceâ transverberare voluit, infra cap. 20, v. 33), sic etiam quem antea amabat, secumque in perpetuum retinere voluit, postea odio prosecutus est, aut minùs quàm ante libenter audiebat. Dedit volubilis atque inconstantis ingenii in causâ Davidis documenta clara. Nam cùm sæpè in illum mitiùs esset affectus, et blandâ atque paternâ compellatione filium appellâsset, paulò post converso repentè animo, non minùs quàm antea hostiliter insectatus est. Vide infra cap. 24, v. 17, et c. 26, vers. 21.

Has ego causas invenio ex parte Saülis; ex parte autem Davidis alia adduci posset, quia cùm in eremo pascendis tantùm ovibus intentus, ab aulico strepitu separatus sublimia contemplaretur, ab eo præsertim tempore, in quo divini spiritûs in se stimulos et igniculos expertus est, neque inter aulicas curas et ambitiosa hominum studia secessum haberet ad divinas illustrationes opportunum, superiorem amabat statum, et vitam à regiis oculis, et imperio non semper æquissimo solutam, in quâ et sibi vacaret et Deo, et quod à divino hauserat spiritu, servaret ac foveret. Atque ideò cùm primùm nactus est occasionem antiqua studia et solitudinem repetendi, illam excidere passus non est; neque credo, ut erat rex instabilis et varius, in aliquo articulo eum difficilem non habuit (1).

Vers. 23. — Quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam (2), etc. Quomodò ad citharæ sonum et Davidis cantum recrearetur Saül, et dæmon recederet, supra à nobis dictum est.

(1) *Saül fait David son écuyer*. C'est encore en ce point que nous voyons une grande différence entre Saül et David. Saül passe en un moment d'un état bas au plus haut degré d'élévation où il pût monter, et David n'y arrive que peu à peu. C'est ce que Dieu pratique dans les véritables pasteurs. Il les établit et les fonde auparavant dans l'humilité. Il les cache comme David, non seulement pour les tenir en sûreté contre leurs ennemis, mais pour les rendre humbles. C'est là la règle que l'Eglise a établie si souvent dans les canons des conciles, et qu'elle a souhaité que l'on observât dans tous les siècles, en voulant que ceux qui paraîtront destinés de Dieu au gouvernement des âmes ne fussent élevés aux premières charges qu'après qu'on aurait éprouvé longtemps leur vertu et leur suffisance en les faisant passer par les degrés différents des ordres sacrés. (Sacy.)

(1) Vers. 22. — Misit Saul ad Isai. Verti posset : *Misit ad quærendum David*, ut innuatur, initio et ante nuptias Micholis, Davidem non semper apud regem vixisse, sed cò accitum fuisse, cùm identidem rex morbo opprimeretur. (Calmet.)

(2) Alleg. Cithara repræsentat crucem Christi; sicut enim chordæ in citharâ distenduntur; sic Christus distensus fuit in cruce. Audi Angelom. : « Non enim illius tanta virtus erat, « sed mysterium crucis Christi per lignum « extensione nervorum mysticè gerebatur, in

CAPUT XVII.

1. Congregantes autem Philisthiim agmina sua in prælium, convenerunt in Socho Judæ, et castrametati sunt inter Socho et Azeca, in finibus Dommim.

2. Porrò Saül et filii Israel congregati

« quâ etiam passio cantabatur. » Sic et Prosper parte 2 Prædic. cap. 25. Imò Angelomus, Eucherius et Beda censent, malum spiritum pulsum à Saüle virtute crucis Christi futuræ, cujus typus erat cithara Davidis; sicut Hebræi liberati sunt ab angelo percutiente et Ægypto per sanguinem agni paschalis, qui erat typus sanguinis Christi in cruce immolandi. Hinc S. Aug. serm. 3 de Tempor. docet citharam repræsentare carnem Christi. Audi eum : « Adhuc citharam respice, ut musicum melos « sonis dulcibus reddat tria pariter adesse videntur, ars, manus et chorda et tamen « unus sonus auditur; ars dictat, manus tangit, resonat chorda. Tria pariter operantur, « sed sola chorda personat quod audiatur, nec « ars, nec manus sonum reddunt, sed ea cum « chordâ pariter operantur; sic nec Pater nec « Spiritus sanctus susceperunt carnem, et « tamen cum Filio pariter operantur; sonum « sola chorda excutit, carnem solus Christus « accipit; operatio in tribus constat; sed quoniam ad solam pertinet chordam soni reddi« tio, sic pertinet ad solum Christum carnis « humanæ susceptio. » Idem Aug. in Psal. 36, ad illa : *Exurge, psalterium et cithara :* « In « psalterio, ait, chordæ desuper sonum acci« piunt, in citharâ autem ex inferiore parte; « sic per carnem suam duo genera factorum « operatus est, miracula et passiones. Miracula « desuper fuerunt; passiones de inferiori fue« runt; illa enim quæ fecit miracula, divina « fuerunt, sed per corpus fecit, per carnem « fecit. Caro ergo divina operans, psalterium « est; caro humana patiens, cithara est. Sonet « psalterium, illuminentur cæci, audiant surdi, « stringantur paralytici, ambulent claudi, sur« gant ægroti, resurgant mortui; iste est sonus « psalterii. Sonet et cithara, esuriat, sitiat, « dormiat, teneatur, flagelletur, irrideatur, « crucifigatur, sepeliatur. » Hinc et sancti, qui vel martyrium subierunt, vel carnem mortificârunt et vitiis crucifixerunt, citharizant Deo in citharis suis, Apoc. 14, 2. Vide ibi dicta.

Symbol. Rupert. per citharam accipit dulcedinem prædicationis Evangelii; hæc enim suâ suavitate ad se rapuit omnes gentes. *Movit Amphion lapides canendo;* multò magis saxea corda fregit Christus prædicando.

Tropol. Spiritualis cithara est sermo lenis et blandus; item docta et pia concio vel exhortatio; ad hæc psalmodia et oratio, quibus leniuntur et flectuntur ad pietatem duræ, superbæ, iratæ et avaræ hominum mentes, juxta illud Prov. 15, 1 et 4 : *Responsio mollis frangit iram, lingua placabilis, lignum vitæ.* Vir mansuetus medicus est cordis. Et Eccli. 6, 5 : *Verbum dulce multiplicat amicos, et mitigat inimicos.* Sic de Judæis Christum audientibus ait Lucas c. 4, 22 : *Mirabantur in verbis gratiæ,*

CHAPITRE XVII.

1. Environ *huit ans après le sacre de David,* les Philistins assemblèrent de nouveau toutes leurs troupes, pour combattre *Israël.* Ils se rendirent tous à Socho, *dans la tribu* de Juda, et se campèrent entre Socho et Azéca, sur la frontière de Dommim;

2. Saül et les enfants d'Israël, de leur côté,

quæ procedebant de ore ipsius. Ita Angelomus : « Cùm sensus potentium, ait, per elationem in « furorem vertitur, dignum est, ut ad salutem « mentis, locutionis nostræ tranquillitate, quasi « dulcedine citharæ revocetur. » Idem iisdem verbis habet Eucherius. Denique qui tam in adversis, quàm prosperis Deum laudat, eique gratias agit, hic Deo et hominibus citharizat. Audi S. Aug. in Psal. 32 : « Confitere Domino « in citharâ : sive tibi abundet aliquid, gratias « age illi, qui dedit; sive tibi desit, sive fortè « damno tibi auferatur aliquid, cithariza secu« rus. Non est enim ille tibi ablatus qui dedit, « quamvis tibi ablatum fuerit quod dedit. Etiam « sic, inquam, cithariza securus, certus in Deo « tuo, tange chordas in corde tuo, et dic tan« quàm in citharâ in inferiore parte benè so« nante : *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut « Domino placuit, ita factum est, sit nomen Do« mini benedictum.* »

Porrò, David à Saüle dimissus, ad patrem et oves suas rediit, non eò quòd immineret bellum Saüli à Philisthæis, ut ait Joseph. et Abul., sed quia Saül jam curatus Davide non egebat, ac David magis caulam quàm aulam, id est, vitam privatam quàm aulicam diligebat. Tunc verò, ait Chrys. Hom. in psal. 50 : « Da« vid adolescens civitates quidem ac turbas « aufugiens, per eremum verò philosophatus, « nihil commune secularium habens, non ne« gotiationes, non fœnerationes, non aliquid « difficile mundi hujus, sed et parvâ ætate in « deserto silentii habitabat; et sicut in portu « tranquillo, in eremo sedens et ovium curam « habens, regnum cœleste meditabatur, ac « non robore corporis, sed virtute fidei ursos « et leones gregem suum invadentes occide« bat, » ut ipse ait c. seq. v. 35 et 36,

(Corn. à Lap.)

David prenait sa harpe, et Saül en était soulagé. Le premier effet que l'onction de David semble produire, est de chasser le mauvais esprit. Saül n'ayant plus l'esprit de Dieu, est aussitôt saisi de l'esprit malin, parce que l'âme de l'homme ne peut être vide, et que le démon remplit, comme disent les SS. Pères, ce que Jésus-Christ ne possède pas. Saül étant donc agité de ce mauvais esprit, David l'apaise, pour apprendre aux pasteurs des âmes que leur principal devoir est d'apaiser les passions comme David, et de calmer les troubles par leurs cantiques divins et par la parole de Dieu. Ils ne doivent approcher des âmes que pour les servir utilement, et pour trouver des remèdes à leurs peines et à leurs faiblesses. Et David eut besoin lui-même ensuite, comme remarquent les saints, que le prophète Nathan prît la harpe pour chasser de lui le mauvais esprit. (Sacy.)

venerunt in vallem Terebinthi, et direxerunt aciem ad pugnandum contra Philisthiim.

3. Et Philisthiim stabant super montem ex parte hâc, et Israel stabat supra montem ex alterâ parte : vallisque erat inter eos.

4. Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorum et palmi.

5. Et cassis ærea super caput ejus, et loricâ squamatâ induebatur : porrò pondus loricæ ejus quinque millia siclorum æris erat.

6. Et ocreas æreas habebat in cruribus : et clypeus æreus tegebat humeros ejus.

7. Hastile autem hastæ ejus erat quasi liciatorium texentium : ipsum autem ferrum hastæ ejus sexcentos siclos habebat ferri. Et armiger ejus antecedebat eum.

8. Stansque clamabat adversùm phalangas Israel, et dicebat eis : Quare venistis parati ad prælium? numquid ego non sum Philisthæus, et vos servi Saül? eligite ex vobis virum, et descendat ad singulare certamen.

9. Si quiverit pugnare mecum, et percusserit me, erimus vobis servi : si autem ego prævaluero et percussero eum, vos servi eritis, et servietis nobis.

10. Et aiebat Philisthæus : Ego exprobravi agminibus Israel hodiè : Date mihi virum, et incat mecum singulare certamen.

11. Audiens autem Saül et omnes Israelitæ sermones Philisthæi hujuscemodi, stupebant, et metuebant nimis.

12. David autem erat filius viri Ephrathæi, de quo supra dictum est, de Bethlehem Juda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios, et erat vir in diebus Saül senex, et grandævus inter viros.

13. Abierunt autem tres filii ejus majores post Saül in prælium : et nomina

s'étant assemblés, vinrent dans la vallée de Térébinthe, et y mirent leur armée en bataille pour combattre les Philistins;

3. *En sorte que* les Philistins étaient d'un côté sur une montagne, et Israël était de l'autre sur une autre montagne; et il y avait une vallée entre deux.

4. Or, il arriva qu'un homme, qui était bâtard, sortit du camp des Philistins. Il s'appelait Goliath; il était de Geth; et il avait six coudées et un palme de haut.

5. Il avait en tête un casque d'airain; il était revêtu d'une cuirasse à écailles, qui pesait environ cinq mille sicles d'airain

6. Il avait sur les cuisses des cuissards d'airain; et un bouclier d'airain lui couvrait les épaules.

7. La hampe de sa lance était comme ces grands bois dont se servent les tisserands *pour rouler dessus leur toile;* et le fer de sa lance pesait six cents sicles de fer, et son écuyer marchait devant lui.

8. Cet homme vint se présenter devant les bataillons d'Israël, et il leur criait. Pourquoi venez-vous donner bataille? Ne suis-je pas Philistin, et vous serviteurs de Saül? *Finissons la querelle sans répandre tant de sang.* Choisissez un homme d'entre vous, et qu'il vienne se battre seul à seul.

9. S'il ose se battre contre moi, et qu'il m'ôte la vie, nous serons vos esclaves; mais si j'ai l'avantage sur lui, et que je le tue, vous serez nos esclaves, et vous nous serez assujétis.

10. Et ce Philistin disait *en s'applaudissant :* J'ai défié aujourd'hui toute l'armée d'Israël, et je leur ai dit : Donnez-moi un homme, et qu'il vienne se battre contre moi, — *sans qu'il s'en soit trouvé un seul qui ait osé accepter le défi.*

11. *En effet*, Saül et tous les Israélites, entendant ce Philistin parler de la sorte, étaient frappés d'étonnement, et tremblaient de peur.

12. Or, David était fils de cet homme d'Ephratha dont il a été parlé auparavant, de la ville de Bethléhem en Juda, lequel s'appelait Isaï, qui avait huit fils, et était l'un des plus vieux et des plus avancés en âge du temps de Saül.

13. Les trois plus grands de ses fils avaient suivi Saül à l'armée. L'aîné de ces trois, qui

trium filiorum ejus, qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, et secundus Abinadab, tertiusque Samma.

14. David autem erat minimus. Tribus ergo majoribus secutis Saülem,

15. Abiit David, et reversus est à Saül, ut pasceret gregem patris sui in Bethlehem.

16. Procedebat verò Philisthæus manè et vesperè, et stabat quadraginta diebus.

17. Dixit autem Isai ad David filium suum : Accipe fratribus tuis ephi polentæ et decem panes istos, et curre in castra ad fratres tuos :

18. Et decem formellas casei has deferes ad tribunum : et fratres tuos visitabis, si rectè agant : et cum quibus ordinati sunt disce.

19. Saül autem, et illi, et omnes filii Israel in valle Terebinthi pugnabant adversùm Philisthiim.

20. Surrexit itaque David manè, et commendavit gregem custodi : et onustus abiit, sicut præceperat ei Isai. Et venit ad locum Magala, et ad exercitum, qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine.

21. Direxerat enim aciem Israel : sed et Philisthiim ex adverso fuerant præparati.

22. Derelinquens ergo David vasa quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, et interrogabat si omnia rectè agerentur erga fratres suos.

23. Cùmque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philisthæus, de Geth, de castris Philisthinorum : et loquente eo hæc eadem verba, audivit David.

24. Omnes autem Israelitæ, cùm vidissent virum, fugerunt à facie ejus, timentes eum valdè.

25. Et dixit unusquispiam de Israel :

étaient allés à la guerre, s'appelait Eliab, le second Abinadab, et le troisième Samma.

14. David était le plus petit de tous. Et les trois plus grands ayant suivi Saül,

15. Il était revenu d'auprès de Saül, et s'en était allé à Bethléhem, pour mener paître les troupeaux de son père, *pendant que Saül serait occupé à cette guerre.*

16. Cependant ce Philistin se présentait *au combat* le matin et le soir; et cela dura quarante jours, *sans qu'aucun Israélite osât combattre contre lui.*

17. *Tandis que cela se passait ainsi dans le camp de Saül*, il arriva qu'Isaï dit à David son fils : Prenez pour vos frères une mesure de farine et ces dix pains, et courez à eux jusqu'au camp.

18. Portez aussi ces dix fromages pour leur mestre de camp. Voyez comment vos frères se portent, et sachez en quelle compagnie ils sont.

19. Or, Saül, et les fils d'Isaï, et tous les enfants d'Israël combattaient contre les Philistins dans la vallée de Térébinthe.

20. David, s'étant donc levé dès la pointe du jour, laissa à un homme le soin de son troupeau, et s'en alla chargé au camp, selon l'ordre qu'Isaï lui avait donné. Il vint au lieu appelé Magala, où l'armée s'était avancée pour donner bataille. Et l'on entendait déjà les cris pour le signal du combat;

21. Car Israël avait rangé en bataille toutes ses troupes; et, de l'autre côté, les Philistins se préparaient à les attaquer.

22. David, ayant donc laissé au bagage tout ce qu'il avait apporté, entre les mains d'un homme pour en avoir soin, courut au lieu du combat, et s'informa de l'état de ses frères, *et* s'ils se portaient bien.

23. Lorsqu'il leur parlait encore, ce Philistin de Geth, ce bâtard, appelé Goliath, sortit du camp des Philistins; et David lui entendit tenir les mêmes discours qu'auparavant.

24. Tous les Israélites ayant vu Goliath, fuirent *presque* devant lui, tremblants de peur.

25. Et quelqu'un d'Israël se mit à dire.

Num vidistis virum hunc qui ascendit? ad exprobrandum enim Israeli ascendit. Virum ergo qui percusserit eum ditabit rex divitiis magnis, et filiam suam dabit ei, et domum patris ejus faciet absque tributo in Israel.

26. Et ait David ad viros qui stabant secum, dicens : Quid dabitur viro qui percusserit Philisthæum hunc, et tulerit opprobrium de Israel? quis enim est hic Philisthæus incircumcisus qui exprobravit acies Dei viventis?

27. Referebat autem ei populus eumdem sermonem, dicens : Hæc dabuntur viro qui percusserit eum.

28. Quod cùm audîsset Eliab frater ejus major, loquente eo cum aliis, iratus est contra David, et ait : Quare venisti, et quare dereliquisti pauculas oves illas in deserto? ego novi superbiam tuam, et nequitiam cordis tui : quia ut videres prælium, descendisti.

29. Et dixit David : Quid feci? numquid non verbum est?

30. Et declinavit paululùm ab eo ad alium, dixitque eumdem sermonem; et respondit ei populus verbum sicut priùs.

31. Audita sunt autem verba quæ locutus est David, et annuntiata in conspectu Saül.

32. Ad quem cùm fuisset adductus, locutus est ei : Non concidat cor cujusquam in eo; ego servus tuus vadam, et pugnabo adversùs Philisthæum.

33. Et ait Saül ad David : Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare adversùs eum, quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentiâ suâ.

34. Dixitque David ad Saül : Pascebat servus tuus patris sui gregem, et veniebat leo vel ursus, et tollebat arietem de medio gregis :

35. Et persequebar eos, et percutiebam, eruebamque de ore eorum : et illi

Voyez-vous cet homme qui se présente au combat? Il vient insulter Israël. S'il se trouve un homme qui puisse le tuer, le roi le comblera de richesses, lui donnera sa fille en mariage, et rendra la maison de son père exempte de tribut dans Israël.

26. David dit donc à ceux qui étaient auprès de lui : Qu'est-ce qu'on donnera à celui qui tuera ce Philistin, et qui vengera l'opprobre d'Israël? *Je m'offre à le tuer;* car qui est ce Philistin incirconcis, pour insulter ainsi l'armée du Dieu vivant?

27. Et le peuple lui répétait les mêmes choses, en disant : On donnera telle récompense à celui qui l'aura tué.

28. Mais Eliab, frère aîné de David, l'ayant entendu parler ainsi avec d'autres, se mit en colère contre lui, et lui dit : Pourquoi êtes-vous venu, et pourquoi avez-vous abandonné dans le désert ce peu de brebis que nous avons? Je sais quel est votre orgueil et la malignité de votre cœur, et que vous n'êtes venu ici que pour voir le combat, *et vous faire honneur d'y avoir été.*

29. David lui dit : Qu'ai-je fait *de mal?* N'est-il pas permis de parler?

30. Et s'étant un peu détourné de lui, il s'en alla d'un autre côté, où il dit la même chose; et le peuple lui répondit comme auparavant.

31. Or, ces paroles de David ayant été entendues de diverses personnes, furent rapportées à Saül.

32. Et Saül l'ayant fait venir devant lui, David lui parla de cette sorte : Que personne ne s'épouvante *des insultes* de ce Philistin; votre serviteur est prêt à s'avancer pour le combattre.

33. Saül lui dit : Vous ne sauriez résister à ce Philistin, ni combattre contre lui, parce que vous êtes *encore* tout jeune *et sans expérience,* et que celui ci a toujours été à la guerre depuis sa jeunesse.

34. David lui répondit : Lorsque votre serviteur menait paître le troupeau de son père, il est venu quelquefois un lion ou un ours, qui emportait un bélier du troupeau.

35. Alors je courais après eux, je les attaquais, et je leur arrachais la proie d'entre les

consurgebant adversùm me, et apprehendebam mentum eorum, et suffocabam interficiebamque eos.

36. Nam et leonem et ursum interfeci ego servus tuus : erit igitur et Philisthæus hic incircumcisus quasi unus ex eis. Nunc vadam, et auferam opprobrium populi : quoniam quis est iste Philisthæus incircumcisus, qui ausus est maledicere exercitui Dei viventis?

37. Et ait David : Dominus qui eripuit me de manu leonis, et de manu ursi, ipse me liberabit de manu Philisthæi hujus. Dixit autem Saül ad David : Vade, et Dominus tecum sit.

38. Et induit Saül David vestimentis suis, et imposuit galeam æream super caput ejus, et vestivit eum loricâ.

39. Accinctus ergo David gladio ejus super vestem suam, cœpit tentare si armatus posset incedere : non enim habebat consuetudinem. Dixitque David ad Saül : Non possum sic incedere, quia non usum habeo. Et deposuit ea,

40. Et tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus, et elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, et misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, et fundam manu tulit : et processit adversùm Philisthæum.

41. Ibat autem Philisthæus indecens, et appropinquans adversùm David, et armiger ejus ante eum.

42. Cùmque inspexisset Philisthæus, et vidisset David, despexit eum ; erat enim adolescens, rufus, et pulcher aspectu.

43. Et dixit Philisthæus ad David : Numquid ego canis sum, quòd tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthæus David in diis suis :

44. Dixitque ad David : Veni ad me, et dabo carnes tuas volatilibus cœli et bestiis terræ.

45. Dixit autem David ad Philisthæum :

dents ; et lorsqu'ils se jetaient sur moi, je les prenais à la gorge, je les étranglais, et je les tuais.

36. C'est ainsi que votre serviteur a tué un lion et un ours, et il en fera autant de ce Philistin incirconcis. J'irai de ce pas, et je ferai cesser l'opprobre du peuple ; car qui est ce Philistin incirconcis pour oser maudire l'armée du Dieu vivant?

37. Et David ajouta : Le Seigneur, qui m'a délivré des griffes du lion et de la gueule de l'ours, me délivrera encore de la main de ce Philistin. Saül dit donc à David : Allez, et que le Seigneur soit avec vous.

38. Il le revêtit ensuite de ses armes, lui mit sur la tête un casque d'airain, et l'arma d'une cuirasse.

39. Et David, s'étant mis une épée au côté, commença d'essayer s'il pourrait marcher avec ces armes, ne l'ayant point fait jusqu'alors. Et il dit à Saül : Je ne saurais marcher ainsi, parce que je n'y suis point accoutumé. Ayant donc quitté ces armes,

40. Il prit le bâton qu'il avait toujours à la main ; il choisit dans le torrent cinq pierres polies, et les mit dans sa pannetière, qu'il avait sur lui ; et, tenant à la main sa fronde, il marcha contre le Philistin.

41. Le Philistin s'avança aussi, et s'approcha de David, ayant devant lui son écuyer.

42. Et lorsqu'il eut aperçu David, et qu'il l'eut envisagé, *voyant que* c'était un jeune homme roux et fort beau, il le méprisa,

43. Et lui dit : Suis-je un chien, pour que tu viennes à moi avec un bâton? et ayant maudit David *en jurant* par ses dieux,

44. Il ajouta : Viens à moi, et je livrerai ta chair aux oiseaux du ciel et aux bêtes de la terre.

45. Mais David dit au Philistin : Tu viens à

Tu venis ad me cum gladio, et hastâ, et clypeo : ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus exprobràsti

46. Hodiè ; et dabit te Dominus in manu meâ, et percutiam te, et auferam caput tuum à te : et dabo cadavera castrorum Philisthiim hodiè volatilibus cœli et bestiis terræ, ut sciat omnis terra quia est Deus in Israel.

47. Et noverit universa ecclesia hæc quia non in gladio nec in hastâ salvat Dominus : ipsius enim est bellum, et tradet vos in manus nostras.

48. Cùm ergo surrexisset Philisthæus, et veniret, et appropinquaret contra David, festinavit David, et cucurrit ad pugnam ex adverso Philisthæi.

49. Et misit manum suam in peram : tulitque unum lapidem, et fundâ jecit, et circumducens percussit Philisthæum in fronte : et infixus est lapis in fronte ejus, et cecidit in faciem suam super terram.

50. Prævaluitque David adversùm Philisthæum in fundâ et lapide, percussumque Philisthæum interfecit. Cùmque gladium non haberet in manu David,

51. Cucurrit, et stetit super Philisthæum, et tulit gladium ejus, et eduxit eum de vaginâ suâ : et interfecit eum, præciditque caput ejus. Videntes autem Philisthiim quòd mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt.

52. Et consurgentes viri Israel et Juda vociferati sunt, et persecuti sunt Philisthæos usque dùm venirent in vallem et usque ad portas Accaron ; ceciderunt que vulnerati de Philisthiim in viâ Saraim, et usque ad Geth et usque ad Accaron.

53. Et revertentes filii Israel postquàm persecuti fuerant Philisthæos, invaserunt castra eorum.

54. Assumens autem David caput Philisthæi, attulit illud in Jerusalem : arma verò ejus posuit in tabernaculo suo.

moi avec l'épée, la lance et le bouclier, *et tu mets ta confiance dans ces armes;* mais je viens à toi au nom du Seigneur des armées, du Dieu des troupes d'Israël, auxquelles tu as insulté aujourd'hui.

46. Le Seigneur te livrera entre mes mains; je te tuerai, et je te couperai la tête, et je donnerai aujourd'hui les corps morts des Philistins aux oiseaux du ciel et aux bêtes de la terre, afin que toute la terre sache qu'il y a un Dieu dans Israël;

47. Et que toute cette multitude d'hommes reconnaisse que ce n'est ni par l'épée, ni par la lance, que le Seigneur sauve, parce qu'il est l'arbitre de la guerre; et ce sera lui qui vous livrera entre nos mains.

48. Le Philistin s'avança donc, et marcha contre David. Et lorsqu'il en fut proche, David se hâta, et courut contre lui pour le combattre.

49. Il mit la main dans sa panetière, en prit une pierre, la lança avec sa fronde, et en frappa le Philistin dans le front. La pierre s'enfonça dans le front du Philistin, et il tomba le visage contre terre.

50. Ainsi David remporta la victoire sur le Philistin avec une fronde et une pierre *seule;* il le renversa par terre, et le tua. Et comme il n'avait point d'épée,

51. Il courut, et se jeta sur le Philistin, mit la main sur son épée, la tira du fourreau, et acheva de lui ôter la vie, en lui coupant la tête. Les Philistins, voyant que le plus vaillant d'entre eux était mort, s'enfuirent.

52. Et les Israélites et ceux de Juda, s'élevant avec un grand cri, les poursuivirent jusqu'à la vallée et aux portes d'Accaron; et plusieurs des Philistins tombèrent percés de coups, dans le chemin de Saraim, jusqu'à Geth et Accaron.

53. Les enfants d'Israël étant revenus après avoir poursuivi les Philistins, pillèrent leur camp.

54. Et David prit la tête du Philistin, la porta à *la ville basse de* Jérusalem, et mit ses armes dans son logement

55. Eo autem tempore, quo viderat Saül David egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ : De quâ stirpe descendit hic adolescens, Abner ? Dixitque Abner : Vivit anima tua ! rex, si novi.

56. Et ait rex : Interroga tu cujus filius sit iste puer.

57. Cùmque regressus esset David, percusso Philisthæo, tulit eum Abner, et introduxit coram Saüle, caput Philisthæi habentem in manu.

58. Et ait ad eum Saül : De quâ progenie es, ô adolescens? Dixitque David : Filius servi tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

55. Lorsque Saül vit David marcher pour combattre le Philistin, il dit à Abner, général de son armée : Abner, de quelle famille est ce jeune homme? *car il ne le reconnaissait point.* Abner lui répondit : Seigneur, je vous jure que je n'en sais rien.

56. Et le roi lui dit : Informez-vous de qui il est fils, *puisque je dois lui donner ma fille en mariage s'il revient victorieux.*

57. Et lorsque David fut revenu du combat, après avoir tué le Philistin, Abner l'emmena, et le présenta à Saül, ayant la tête du Philistin à la main.

58. Et Saül dit à David : Jeune homme, de quelle famille êtes-vous? David lui répondit : Je suis fils de votre serviteur Isaï, qui est de Bethléhem.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Congregantes autem Philisthiim agmina sua (1), etc. Quo tempore hæc acciderint, Scriptura silet : est tamen verisimile fuisse non longè ab eo tempore, quo divinitùs fuerunt ab Israele Palæstini fugati ; de quo cap. 14. Est autem verisimile, quidquid spatii fuit ab illâ fugâ et ignominiosâ clade, in comparando novo bello fuisse consumptum. Neque enim Palæstini homines superbi et bellicâ gloriâ nobilitati, diù paterentur suum nomen non apud Hebræos solùm, sed etiam apud vicinos populos esse ludibrio. Porrò descriptio locorum, ubi sua tam Palæstini, quàm Hebræi castra metati sunt, obscura non est : neque video cur in illâ diutiùs nobis commorandum sit (2).

(1) Bellum hoc cœpit octo circiter annis post Davidis unctionem; et duodecim post expeditionem Amaleciticam. Admonuit superiùs Scriptura toto regni Saülis tempore, Philisthæos arma in Israelitas exercuisse; quare novam hujus belli causam hic frustra quæras.

Inter Socho et Azeca, in finibus Dommim. *Socho* et *Azeca* jacebant ad meridiem Jerosolymæ et ad occidentem Bethlehem, aberantque à Bethlehem quatuor circiter leucis, et quinque ab Jerosolymis. Certus situs *Dommim* ignoratur; pertinebat certè ad tribum Juda, satisque propè Socho et Azecam jacebat. Occurrit in eâdem tribu *Dimona*, quæ ad *Dommim* nominis affinitate accedit. Septuaginta legunt hic *Aphes Dommim ;* et textus Hebræus ac Vulgata in 1 Paral. 11, 13, legunt *Phesdommim :* unde argumentum capere licet, *Aphesdommim*, vel *Phesdommim* genuinum esse hujus loci nomen. His tamen argumentis meliùs de certo ejus situ non instruimur. (Calmet.)

(2) Vers. 2. — In vallem Terebinthi. Vallem hanc constituunt recentiora Itineraria

Vers. 4. — Et egressus vir spurius de castris Philisthinorum nomine Goliath de Geth (1). Erat media inter duo inimica castra, quæ in montibus ex adverso consederant, vallis, quæ unicâ leucâ, vel 3000 passibus ab Jerosolymis Emmaüs versùs. Sed eorum testimonio parùm in re præsenti credendum est. Jacuisse vallem opus est inter Socho et Azecam, ad meridiem, et satis remotam ab Jerosolymis. Reddi posset Hebræus : *Vallem quercûs.* Symmachus : *Vallem Ela.*

Vers 3. — Philisthiim stabant super montem ex parte hac, et Israel stabat supra montem ex altera parte. Media igitur inter utrumque montem excurrebat vallis Terebinthi, et torrens, ex quo David quinque illos lapides elegit. In hanc vallem descendit uterque exercitus, ut se ad prælium pararet, obtulitque sese Goliath, ut hostium aliquem ad singulare certamen invitaret. Eidem loco nomen *Magala* dare videtur S. Hieronymus in v. 20. (Calmet.)

(1) *Un homme sortit du camp des Philistins, qui s'appelait Goliath.* Le combat de David avec Goliath est tout rempli de mystères. David, selon saint Augustin et plusieurs autres saints, est l'image de Jésus-Christ, qui est venu sur la terre pour être le Pasteur et le Sauveur des hommes. Goliath est l'image du démon, qui après le péché d'Adam était devenu le prince du monde. L'Ecriture donne souvent au démon le nom de *géant ;* et il est dit dans le livre de Job, c. 41, 14, *qu'il n'y a point de puissance sur la terre qui soit comparable à la sienne.* Le Sauveur, qui est le véritable David, a terrassé cet ange superbe par l'humilité de sa croix, marquée par le bâton que David avait à la main, lorsqu'il marcha contre Goliath. On peut voir dans ces saints cette explication plus étendue, et nous nous contenterons ici de marquer le sens historique et moral. Le sens de la lettre, qui est aussi celui de l'histoire, s'explique assez par lui-même. Dieu ayant des-

committendo bello erat non importuna; in quam quotidiè ex suorum castris erumpebat vir quidam et mole corporis, et explorato jampridem robore terribilis, nomine Goliath, ut fortissimum quemque ex Israelitide gente ad certamen singulare lacesseret. Cur autem hic dicatur *spurius*, incertum et obscurum est.

tiné David à la dignité royale, et l'ayant tenu long-temps dans une vie basse et particulière, le produit enfin devant tout le monde d'une manière si éclatante, que Saül n'eut point de peine à reconnaître que c'était là cet homme dont Samuël lui avait parlé, *qui était selon le cœur de Dieu*, et qu'il avait choisi pour être roi de son peuple. Goliath paraît comme un géant, d'une grandeur et d'une force plus qu'humaine. Toute l'armée d'Israël fuit devant lui. Saül promet sa fille à celui qui pourra le combattre et le vaincre. David se présente pour cette action si hardie avec une fermeté qui étonne tout le monde. Il marche sans armes contre ce géant. Il lui coupe la tête de sa propre épée; les Philistins fuient et sont défaits, et le peuple de Dieu demeure victorieux.

Ce premier sens paraîtra dans toute la suite, et on en peut tirer un second qui est plus moral. David, selon les saints, est non seulement l'image de Jésus-Christ, mais encore de tous ceux qui étant animés par son esprit et par sa grâce, devaient combattre pour lui et pour son Église; et Goliath est la figure de ceux qui étant animés par l'esprit du monde qui est celui du démon, devaient lui déclarer la guerre dans tous les siècles. C'est pourquoi l'Écriture s'étend à nous décrire les armes de Goliath et les insultes qu'il faisait au peuple de Dieu, et qui remplissaient d'épouvante tous les Hébreux. Car c'est là la conduite ordinaire de ceux qui combattent l'Eglise. Ils se servent de tout ce qu'il y a de grand et de redoutable dans le monde pour intimider ceux qui sont résolus de préférer Dieu à toute chose. Aussi l'Ecriture marque avec soin que tout Israël et Saül même était saisi de terreur. Et l'on peut dire en joignant la vérité à la figure, que cette crainte était juste. Car si l'Eglise n'avait une ferme confiance en celui qui a dit lui-même qu'il était plus fort que le monde, elle désespèrerait de son salut en comparant sa faiblesse avec la force de ceux qui l'attaquent. Le démon même, qui est figuré par Goliath, et qui est le prince de tous les persécuteurs de l'Eglise, travaille à faire passer cet effroi des yeux au cœur par des menaces toujours nouvelles, et par une ostentation de sa grande puissance, afin que cette vue pleine de terreur ôte aux plus hardis la pensée de lui résister. Dieu qui est l'arbitre de ce combat, et qui d'un clin-d'œil le pourrait finir, souffre néanmoins que ses ennemis se fortifient de cette sorte, et qu'ils poussent de jour en jour leur insolence plus loin, afin de faire mieux comprendre à ceux qui le servent que ce n'est point par une force humaine qu'ils surmonteront tous ces obstacles, et que c'est lui seul qui les soutient dans un si grand péril, et qui les fait vaincre.

(Sacy.)

Hebræi *spurium* ideò appellari dicunt, ut docet Hieronymus in Traditionibus hebraicis, quia ex mixto genere natus; ex patre videlicet gigante, et ex matre Getheâ. *Spurius* autem illegitimus est, juxta communem vulgi sensum. Alii *spurium* dicunt, quia ignotis parentibus natus, quasi *sine patre*. Ili enim, quibus parentes sunt incerti, quia cùm illegitimo essent concubitu ac damnato concepti, parentes, ne suam proderent intemperantiam, prodiderunt filium, et aliorum supposuêre aut thalamo aut nomini, ut pro suo aut suis certè sumptibus alerent. Ili verò his notabantur litteris, S. P. id est, *sine patre*. Cùm autem *Spurii*, quæ familia inter Romanos erat antiqua et nobilis, iisdem notarentur litteris, factum est, ut propter similitudinem *spurii* quoque dicerentur, qui essent sine patre. Vide Plutarchum in Problem. Romanis, ad finem. *Sine patre* autem illi dicuntur, quibus ignotum genus est et occulti natales. Quomodò Melchisedech ad Hebræos, cap. 7, v. 3, *sine patre, sine matre, et sine genealogiâ* fuisse traditur, quia de illius parentibus aut genere in Scripturâ non constat. Et juxta hoc nomen illi quoque *spurii* dicuntur, qui ex multorum parentum confuso semine nati sunt; cùm mater videlicet venale corpus multorum libidini supposuit: quia ergo σπορᾶδην, id est, sparso à multis semine conceptus est, vocari potuit *spurius*.

Ego accommodatè ad hoc nomen, aliud hìc in Goliath intueri videor illius naturæ ex hujus nominis notatione accommodatum. Gigas erat Goliath, ut est communis sensus, et ex ipsâ Scripturâ non obscurè constat: gigantes verò dicuntur aut *terræ filii*, aut *terrâ nati*; sanè à poetis Telluris appellantur filii. Quo nomine vocantur illi, quibus incertum genus et parentes ignoti, ut tradit in Apologetico adversùs gentes Tertullianus cap. 10, et Lactantius lib. 1, cap. 11, ad finem; et repetunt frequenter profani. Persius Satyrâ 6:

Præstò es mihi, Manius, hæres,
Progenies terræ.

Et ut doceat ibidem ignotos sibi esse majores, neque se scire quibus fuerint orti natalibus, terræ illos filios appellat.

Quære ex me, quis mihi quartus
Sit pater, aut promptè dicam; tamen adde etiam unum,
Unum etiam terræ est jam filius; et mihi ritu,
Manius hic generis prope major avunculus exit.

Gigantes porrò dicebantur etiam *terræ filii;* imò ea vox nil aliud sonat, quàm *terrâ natum,* quasi γαγεγῶς. Quare Satyrâ 4, Juvenalis cùm infelices putaret eos quibus clari contigêre natales, quia illi rarò suâ, id est, naturali morte decedunt, ait sibi magis esse optandum nullos agnoscere parentes, et esse terræ filium, quàm invidiæ omnium et insidiis patere. Cùm autem genus illud optat ignotum et obscurum, optare se dicit genus gigantum.

Prodigio par est in nobilitate senectus;
Unde fit ut malim fraterculus esse gigantum.

Quòd si *spurius* et *gigas* idem sunt, quia uterque *filius* vocatur *terræ,* dùm Vulgatus egressum esse dicit *spurium* è castris, gigantem utique prodiisse dicit, qui fortissimum quemque ad singulare certamen ex Hebræorum agmine lacessat.

Ubi Vulgatus, *vir spurius,* Hebraicè est, *ish abenaim.* Quod variè ab expositoribus vertitur. Cajetanus : *Vir de medio de castris Philisthinorum.* Eodem fermè modo alii recentiores, Pagninus, Vatablus, qui omnes indicant stetisse Goliath medium inter duas acies. Tunc autem *ben,* præpositionem esse putant, quæ significat *inter;* et *iod,* quod inter duas litteras medium esse debuit, expunctum arbitrantur. Ex hâc verò præpositione dualem formant numerum *benaim;* quod *inter duos* significat, nempe montes aut exercitus. Quod si ita statuas, non est explicatio difficilis; et sanè recentiorum interpretum communis est.

Alii *ben filium* interpretantur, et variè exponunt, vel esse duorum filiorum, id est, virorum seu parentum filium, quia duobus, aut pluribus viris mater illius succubuerat; atque ideò *spurius,* id est, confuso semine conceptus. Alii unum Goliath instar esse duorum existimant, aut plurium, quia in re bellicâ utiliorem navabat operam, quàm alii multi simul; aut quia corporis gigantæâ mole duobus hominibus in unum compactis corpus non erat inferior. In hâc significatione videtur sumpsisse noster interpres, dùm *spurium,* id est, gigantem reddit. Quod etiam fecerunt Septuaginta, dùm reddunt δυνατός, id est potens, robustus.

De hujus Goliath genere atque parentibus nihil habemus, nisi fuisse Gethæum et filium Arapha, 2 Reg. 21, v. 19, et 1 Paralip. cap. 20, v. 4, si modò de hoc Goliath ibi sermo est, quod non puto. Et quia nomen tantum matris auditur, ideò *spurius* existimatur et nothus, cujus nimirùm pater ignoratur. Alii aliud illi genus attribuunt, qui putant natum matre non Gethæâ, sed Moabitide. Dicunt enim Orpham nurum Noëmi illius esse matrem; quæ cùm socrum simul cum Ruth comitari instituisset, tandem in patriam rediit. Cujus sunt sententiæ auctores Thalmud, et quidam alii Hebræorum magistri. Pseudophilo, de quo supra in suis Antiquitatibus Biblicis, et Chaldæa paraphrasis manuscripta, quæ in Complutensi Bibliothecâ servatur, et quod mirere magis, Rupertus lib. 1 in lib. 1 Reg. cap. 2, et Prudentius in Hamartigeniâ ad finem; licet hi duo obscurè loquantur, ita ut non satis ostendant, an Goliath filius fuerit Orphæ, an ex ejus progenie. Quæ sententia multa peccat, eaque admodùm infantiliter. Primùm, quòd tam Ruth, quàm Orpha, quæ sorores dicuntur, puellæ narrantur esse regiæ, et filiæ regis Æglon; quod quàm sit absurdum, nemo non videt. Quam nos fabulam, neque enim audeo sententiam vocare, refutavimus in nostris Commentariis in Isaiam, cap. 16. Secundò dicunt Thalmudistæ, Orpham usque adeò fuisse salacem et virorum appetentem, ut eâ ipsâ nocte, quâ à Noemi domum regressa est, cum centum robustis ac volantibus viris prostituta corpora miscuerit : quo quid non effatu solùm, sed cogitatu turpius? Hinc aliud non minùs absurdum, quàm turpe commentum somniârunt Hebræi : dicunt enim Goliath fuisse filium centum virorum et unius canis. At ratio melior. Negant enim tantæ molis hominem ab uno parente generari potuisse; sed necessarium fuisse, seminalem materiam à centum viris esse decisam. Quòd verò filium canis illum esse putent, ex eo sibi persuadent, quia ipse dixit : *Numquid ego canis sum, quia tu venis ad me cum baculo?* Decepit, opinor, hos nominis similitudo, quæ non levis esse videtur inter Arapha matrem Goliath, et inter Orpham nurum Noemi. Sed neque magna est in hebraico textu similitudo, neque parùm temporum ratio repugnat. Mater enim Goliæ ערפה dicitur; Noemi verò nurus רות. Cùm autem Orpha eodem cum Ruth tempore vixerit, ejusdem cum illâ, ut videtur, ætatis, et inde ad hunc articulum tres hominum ætates intercesserint, necesse est, Goliath, cùm ad singulare certamen Hebræos provocabat, ætatis fuisse jam grandis et exhaustæ, et longè centenario majorem. Quare neque sustinere posset militiæ pondus, neque juvenilis esset honoris ambitio; et si qua esset, quæ non omninò friget

in senibus, militaris prudentia, regeret alios potiùs, quod est consilii, quàm per sese bellicum obiret ministerium, quod est juvenilis roboris et audaciæ.

Altitudinis sex cubitorum et palmi. Gigantæa moles hæc est, quæ penè communem duplicat ætatis nostræ hominum staturam. Ubi Vulgatus *palmus*, Hebraicè est *zereth* : quæ vox *palmum majorem* valet, qui duodecim constat digitis, id est, tribus minoribus palmis, quos palmæ latitudo mensurat ; pro quo Septuaginta σπιθάμην reddunt. Septuaginta *quatuor* reddidère *cubitos* ; item Josephus lib. 6, cap. 10. Nescio unde sumpserint. De *cubitis* egimus nos pluribus in nostris Commentariis in Ezechielem, cap. 40, ubi diximus quadricubitalem esse hominum staturam ; quare statura Goliath dimidio erat, et insuper duodecim digitis major communi hominum mensurâ.

Vers. 5. — Et lorica squamata induebatur (1). Ad vastitatem prodigiosam corporis, roburque ingens, longumque usum præliandi et artis peritiam singularem, quæ audaciam alunt, accedebant quoque armorum munimenta, quæ tegerent, et aliorum quæ adversis corporibus vulnus infligerent. Erat primùm capitis egregium tegumentum ex ære ; erat thorax è ferreis laminis squamatim contextis, quas Hispanorum vulgus *corazas* vocat ; qui ejus erat magnitudinis, ut quinque penderet siclorum millia. Quòd si siclum idem esse putes, quod staterem, planè importabile videtur pondus, quod ab homine quantùmcumque robusto sustineri vix possit. Siclus enim, seu stater, ut Hieronymus putat ad cap. Ezec. 49, drachmas pendet quatuor, id est, semunciam ; duplicatus autem unciam integrat. Est autem *siclus* duplex, alter major, de quo modò ; alter dimidio minor. Sicut docet Epiphanius lib. de Ponderibus, cùm siclum quartam esse dixit partem unciæ, et dimidium stateris, ut notavit Mariana noster lib. de Ponderibus et Mensuris, cap. 6, ubi etiam putat, quinque millia siclorum, quæ Demetrius remisisse dicitur Judæis, 1 Machab. 10, fuisse è minoribus siclis ; cùm Josephus lib. 13 Antiq. cap. 5, pro quinque siclorum millibus, decem drachmarum millia supposuerit. Ex horum siclorum pondere putat esse quinque siclorum millia, quæ pendebat Goliath squamata lorica. Magis exactum sicli pondus tradidimus nos in nostris Commentariis in Ezechielem cap. 45, ubi diximus, ex Ezechielis expresso testimonio, viginti obolos esse in uno siclo ; et in unâ minâ, seu minâ siclos sexaginta. Et ne quid esset nudum et expositum vulneri, tibias ferreis ocreis inclusit. Clypeum ad humeros rejecerat, ut illi suo tempore brachium insereret, cùm ventum esset ad pugnam. Hæc fuère tegumenta corporis, quæ illud vendicarent à vulnere. Alia fuerunt arma, quæ adversarium peterent. De gladio hic nihil ; sed de illo post agitur, v. 51, ubi Goliath caput suo ipsius gladio narratur abcissum. Hastæ mirabilis magnitudo et pondus : hastile æquabat crassitie liciatorium, seu jugum, circa quod textores telam circumvolvunt, sexcentorum siclorum mucrone præferratum. Chrysostomus tom. 1, homil. de David et Goliath, hunc in modum Philisthæum describit : « Prosiliit, inquit, in medium de Allophylorum « castris vir corpore immani vastissimus, hor- « rendus statu, mirabilis visu, cristato vertice « galeatus, coruscus armis, fulgens gladio, « umbone textus, loricâ vestitus, nomine Go- « liath. » Hæc singulatim à sacro scriptore proponuntur, ut Davidis magis attollatur victoria, qui tantam tamque robustam molem tanto studio atque arte munitam sternere potuit temporis momento (1).

(1) Latini quidam codices vertunt cum Septuaginta: *Loricam hamatam*. Sed Hebræa vox sonat squamas piscis. Loricæ hujus pondus erat *quinque millium siclorum*, id est, librarum centum quinquaginta cum quadrante, hemiunciâ in siclum, et unciis sexdecim in libram assignatis. (Calmet.)

(1) Vers. 6. — Ocreas æreas habebat in cruribus. Reddi posset Hebræus : *Frontale æneum super pedes*. Non hic agitur de ocreis anteriùs è loricâ pendentibus ad femora, sed de æreâ quâdam laminâ partem anteriorem crurium tegente, et à genibus ad pedes usque porrectâ. Justus Lipsius exhibuit, deductos è vetustis monumentis, Romanos milites, hoc armorum genere protectos : observat autem uno tantùm crure ocreatos fuisse. Vegetius : *Pedites scutati etiam ferreas ocreas in dextris cruribus cogebantur accipere*. De Samnitibus scribit Livius, ocreas gessisse in sinistro crure ; quod et de Sabinis affirmat Silius :

Vertice et implumes et lævi tegmine cruris,
Ibant.

Hæc autem omnia longè alia erant ab ocreis è metallo Græcorum Trojam obsidentium, quorum pariter exempla occurrunt plura in totâ antiquitate ; longè etiam sunt alia ab illis quæ Galli nostrates appellant *greves*.

Clypeus æreus tegebat humeros ejus. Clypeos suos ita gestâsse veteres, in dissertatione de Re militari veterum Hebræorum à nobis demonstratum est. Docent Rabbini vocem originalem designare quoddam armorum genus, quo humeri protegebantur. Sed quæ cautionis hujus necessitas ei esse poterat, qui æneâ loricâ induebatur ? Bochartus explicat de

Vers. 8. — Stansque clamabat (1). Quid dixerit stentoreâ voce prodigiosa illa et vasta bellua, apertum est, neque ullâ interpretis indiget operâ. Eam enim totius, ut apparet, provinciæ nomine conditionem offert, ut longum bellum, in quo tanto civium sanguine, rerumque communium dispendio dimicatum est, unius capitis discrimine finiatur. Si enim, inquit, contingat superari illum, qui pro Philisthinis et illorum nomine in arenam descendit, subituros Philisthinos Hebræorum jugum; si contra acciderit, non recusaturos Hebræos Philisthinorum imperio subesse. Dixisse alia plurima arrogantiæ plena, quasi præ se nullo essent aut numero aut loco Hebræorum phalanges, verisimile est. Ita sanè indicat illud Eccli. cap. 47, v. 5, ubi sic de David : *In tollendo manum in saxo fundæ dejecit exultationem Goliæ*, id est, exultantem, quasi omnem jam spe victoriam devorâsset. Chrysostomus tom. 1, homil. de David et Goliath, verba refert, quæ in lacessendo videri potuit effutiisse, quæ tu vide (1).

Vers. 11. — Audiens autem Saul, et omnes Israelitæ sermones Philisthæi hujuscemodi, stupebant. Hæc quoque ad gloriam pertinent David, qui unus è multis non timuit; et ut quivis intelligat, quantus esset vir ille spurius cùm unus è Palæstinorum exercitu tot Hebræorum millibus non timorem solùm, sed etiam stuporem incusserit. Quod ideò illis erat gravius, quòd unus è multis ad singularem cum gigante congressum vocabatur, in quo de summâ rerum agebatur indicebaturque aut universalis, atque perpetua servitus, aut perpetuus in utrumlibet populum dominatus. Neque contra monstrum illud hominis; tamque egregiè sive ad declinandam, sive ad inferendam plagam instructum, quisquam se obvium offerre, aut contra minaces atque superbas voces quidquam mutire audebat. De quo verè dicas quod de Darete fabulosè Maro lib. 5 Æneid. Nam cùm vastis se viribus efferret, latosque ostenderet humeros, addidit :

Quæritur huic alius, nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum, manibusque inducere cæstus.

Vers. 12. — Et erat vir in diebus Saul senex, et grandævus inter viros (2). Hic dicendi modus jam valdè progressum, imò et confectum ætate docet Davidis patrem Isai, quo fortassè eo tempore nullus erat natu major in Israel. Ex quo duo colligo : alterum, quàm sit falsum Goliath filium fuisse Orphæ, cùm Ruth, quæ soror dicitur Orphæ, saltem quæ illi coæva fuit, avia fuerit Isai; alterum, Davidem, quo tempore congressus est cum Philisthæo, adultâ jam esse ætate, et supra juvenilem : neque enim verisimile est, virum

spiculo, vel jaculo, minùs longo quàm hasta ejus, vel lancea. Castalio reddit, *lanceam;* alii *clavam*, vel *gladium*. Verùm nihil est, quo cogamur deserere Septuaginta et Vulgatam, exponentes de clypeo.

Vers. 7. — Hastile hastæ ejus erat quasi liciatorium texentium, cui circumvolvitur stamen in usum texendi. Hebræus : *Hastile lanceæ ejus tanquàm jugum texentium*. Vel : *Sagitta lanceæ ejus, tanquàm liciatorium texentium*. Explicant alii de jugo, circa quod tela volvitur; alii verò de jugo, circa quod torquetur stamen. Porrò lignum, vel hasta lanceæ crassitiem trabis illius æquabat, longitudinem verò plurimùm superabat. Aquila et Theodotion, *tanquàm malum navis*. Symmachus, *tanquàm velum navis*. Porrò de crassitie et longitudine hujus hastæ argumentum capi non potest ex instrumentis textrinæ hujus ætatis; aliud erat veterum textorum artificium.

Ferrum hastæ ejus sexcentos siclos habebat ferri. Id est, ferè libras viginti. Hebræus : *Flamma* (cuspis) *lanceæ ejus erat sexcentorum siclorum*. Scriptor quidam accuratè scrutatus pondus armorum Goliath, dato singulis partibus illa componentibus æquo pondere, colligit, æquasse ducentas septuaginta duas libras, et uncias tredecim. (Calmet.)

(1) Audi S. Ambros. lib. 1 de Offic. c. 35 : « Nunquàm David nisi lacessitus bellum intulit. « Itaque prudentiam fortitudinis comitem habuit in prælio. Nam et adversùs Goliam immani mole corporis virum singulari certamine dimicaturus, arma quibus oneraretur respuit. Virtus enim suis lacertis magis quàm alienis integumentis nititur. Deinde eminùs, quò gravius feriret ictu lapidis hostem interemit : postea nunquàm nisi consulto Domino bellum adorsus est. Ideò in omnibus victor prælii usque ad summam senectam manu promptus, bello adversùm Titanas suscepto, ferocibus bellator miscebatur agminibus, gloriæ cupidus, incuriosus salutis. » (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 9. — Si percusserit me, erimus vobis servi. Conditio hæc utrinque accepta non fuisse videtur. Philisthæi, interfecto Goliath, conditioni minimè steterunt, et Hebræi armis illos insecuti fuderunt, nihil ea curantes quæ gigas proposuerat. Thrasonica fortè fuerat militis gloriosi jactantia, vel simplex propositio cui neutra pars assensit. Porrò servitus et subjectio consueta erat victarum gentium conditio. (Calmet.)

(2) Hebræus : *Senex et veniens inter homines diebus Saul*. Dies inter homines viderat multos, ætatem suam exegerat. Septuaginta : *Vir erat senex et annis provectus*. Chaldæus : *Senex numeratur in juvenibus*. vel *inter selectos*.
Jam senior, sed cruda seni viridis que senectus.
(Calmet.)

usque adeò gravem annis filium habuisse eo tempore adolescentulum, qualis à nonnullis existimatur. De quo aliquid postea (1).

Vers. 17. — Accipe fratribus tuis ephi polentæ, et decem panes istos. Ut olim Jacob filium suum Josephum, et nondùm pascendis gregibus propter ætatis imbecillitatem idoneum, misit ad fratres, *ut videret si cuncta prospera sint erga fratres,* Genes. 37, sic nunc bonus pater Isai de filiorum salute sollicitus minimum filiorum suorum è pascuis evocat, illumque onustum panibus cibisque castrensibus ad fratres mittit, ut quo in statu res illorum sit, accuratè exquirat, et quid illis necessarium esse didicerit, renuntiet. Ephi polentæ mittit et panes decem. *Polenta* cibus est iis qui in castris agunt, aut ruri diù ab hominum cœtu separati commorari coguntur, maximè accommodatus, ex quo varios sibi recentesque cibos quotidiè parare solent milites in castris, pastores ruri, et qui longam ingrediuntur viam, quocumque loco constiterint. Polenta Hebraicè קלי *kali,* à radice קלה *kalah,* quæ *torrere* significat. Rab. Salomon dicit esse farinam ex spicis plenis virentibus, postquàm exsiccatæ sunt, et tostæ in furno. Hieronymus *palentam* reddidit; hæc verò est hordeum madefactum, deinde siccatum et tostum, molisque contusum, et in farinæ modum comminutum. *Ephi* mensura est aridorum, de quâ nos in nostris Commentariis super Ezechielem cap. 45, quæ idem apud Hispanos capit quod *fanecæ* dimidium, sex nempe *zelemines,* aut modios tres.

Vers. 18. — Et decem formellas casei has deferes ad tribunum. Multa ab his, qui præsunt, dura atque indebita patiuntur milites, qui non minùs licere sibi putant in militum, quàm in hostium corpora. Atque ideò non minùs filiorum saluti consuluit bonus pater Isai, cùm casei formellas misit ad tribunum, quàm si ad filiorum victum destinâsset. Sunt autem *formellæ* exigui atque recentes casei, qui ex vasis, in quod compacti sunt, cavitate ac modo figuram et formam acceperunt. De quibus, ut opinor, Virgilius in Coppa :

Sunt et caseoli, quos juncea fiscina siccat.

E junceâ fiscinâ formam acceperunt illi Maroniani casei, neque ex aliâ accepisse reor formellas tribuno destinatas. Tigurina et Pagninus *caseos* reddunt *lacteos.* Septuaginta, *caseos lactis.* Quare arbitror non aliud esse, quàm quod Latini vocant *lac pressum,* seu *pressi coagula lactis.* Hispani vocant *requesones.*

Et cum quibus ordinati sunt, disce (1). Multùm refert, maximè in acie, quos habeas duces, quibus obsequare, à quibus accipias stationem et pugnandi tempus ac modum, et quos fueris sortitus socios et commilitones, qui tecum labores et curas partiantur. Hoc igitur jubet Isai, ut David exquirat, et ad se referat. Juxta hanc Vulgatam translationem non est explicatio difficilis. Non tamen ita, si textum consulas Hebraicum, et recentiorum translationes alias, qui ita reddunt, aut non longè secùs : *Et pignus eorum tolles.* Hebræorum sententiam tradit Hieronymus in Traditionibus Hebraicis, juxta hanc translationem : « Pignora, inquit, in hoc « loco Hebræi libellos repudii intelligunt. « Siquidem usum illius gentis fuisse ferunt, « ut quando ibatur ab eis in pugnam, libellos « repudii uxoribus suis darent, ut si contigis-

(1) Vers. 13. — Abierunt tres filii ejus majores post Saul in prælium. In ejusmodi expeditionibus, nemo ad arma idoneus, nonnisi per summam necessitatem bello abstinebat. (Calmet.)

Vers. 14. — *David était le plus petit de tous, et les trois plus grands de ses frères avaient suivi Saül.* La rencontre de David qui s'offre à combattre Goliath lorsque tout le monde tremble de peur, doit consoler l'Église, qui voit dans cet exemple qu'en même temps que Dieu lui prépare des ennemis pour l'exercer, il lui prépare aussi des défenseurs intrépides pour la défendre. Il suscite quand il lui plaît des personnes quelquefois inconnues et cachées, comme l'était alors David, qui font ce que les chefs du peuple, marqués par Saül, n'oseraient faire. (Sacy.)

Vers. 15. — David reversus est a Saul, ut pasceret gregem patris sui. Ante bellum hoc, David apud regem non vivebat, nisi cùm identidem rex novo morbi accessu torqueretur. Mitigatâ morbi vi, David ad pristinam vitæ professionem redibat : quam verò exercebat, ars pastoritia, non unam præbebat occasionem virtutis suæ exercendæ in ursos ac leones, eoque veluti tirocinio assuescebat bello quo deinde claruit. (Calmet.)

(1) Alleg. S. Aug. serm. 197, qui est de Davide et Goliath, totum hoc caput et duellum explicat de Christo duellante cum diabolo : « Isai, inquit, gessit typum Dei Patris. Isai « misit David ut requireret fratres suos ; et « Deus Pater misit Unigenitum suum, ex cujus « personâ scriptum est : *Narrabo nomen tuum « fratribus meis.* Ad requirendos enim fratres « suos venerat Christus, quando dicebat : « *Non sum missus nisi ad oves perditas domûs « Israel.* » Et paulò post : « Venit ergo David « cum tribus mensuris, et decem formellis « casei, ut fratres suos in prælio positos visitaret, quia venturus erat Christus cum Decalogo legis et mysterio Trinitatis, ut genus « humanum de potestate diaboli liberaret. » (Corn. à Lap.)

« set virum in prælio capi et in captivitatem « duci, mulier ejus, expectatis tribus annis, « si vir ejus non rediisset, alium duceret vi- « rum. » Cum Hebræis sentit magister Historiæ scholasticæ; neque improbat Hugo, neque Dionysius, qui hujus sententiæ dicit esse Josephum, apud quem ego non invenio. Cui sententiæ neque ratio, neque Scriptura favet. Primùm, quia commodiùs scriptura in urbe fieri, quàm in acie potuit; neque ita urgebat hostis, ut non satis temporis libello repudii ritè scribendo in urbe relinqueret; neque, ut ferebat Hebræorum consuetudo, ex castris mittebantur libelli, sed cùm se ad bellum milites accingerent. Neque lex permittebat libellum conscribi repudii, nisi cùm propter aliquam fœditatem viro foret uxor odiosa. Deuter. 24, v. 1 : *Si acceperit homo uxorem, et habuerit eam, et non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudii.* At hìc nulla in uxore fœditas accusatur, aut id propter quod uxor viro possit esse fastidio; sed tantùm quia vir est absens, neque inter conjuges esse potest connubiale commercium.

Quòd si recentiorum translationem sequamur, alius est sensus, quem indicat Septuaginta translatio, quæ ita habet in Complutensi editione : *Et quibuscumque indigeant, cognosces.* Fieri solet in his qui militare studium profitentur, dùm in castris sunt, egere rebus ad victum necessariis, quas interdùm, idque non infrequenter, ita parant, ut vestes et alia ornamenta, aut munimenta necessaria dent illis pignori, à quibus acceperunt. Quare verisimile est Davidi à patre datas esse pecunias, ut fratrum pignora soluto pretio à creditore redimeret. Ita putat Abulensis, Cajetanus, Vatablus; et magis est recentiorum translationi consentaneum. Sed noster interpres absque dubio optimè reddidit textum Hebraicum. Quod sic habet ערבתם תקח *arubatham tecah.* ערב *arub* cùm multa significet, ea tamen omnia ad commixtionem, consensionem, conventionem et commercium referuntur. Ut cùm aliqui commercii gratiâ res rationesque conjungunt, cùm pignus dant et accipiunt, ut fidei homines, atque promissis stent; cùm societatem in rebus contrahendis ineunt, aut in aliquo vivendi genere res habent, rationesque, commoditates jacturasque communes. Quod si ita est, optimè hâc voce explicari potest illa societas militum, qui sub eisdem merentur signis, in eodem sunt contubernio, quibus communis est aut lucri commoditas aut vitæ periculum. Sanè pro societate familiarique commercio sumitur, Psal. 105, v. 35 : *Commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum.* Proverb. 20, v. 19 : *Ei, qui revelat mysteria, et ambulat fraudulenter, et dilatat labia sua, ne commiscearis;* et cap. 24, v. 21 : *Cum detractoribus ne commiscearis,* id est, ne cum illis vivas, aut habeas consuetudinem, aut familiarem usum. Talis omninò est illa consuetudo, sive consensio, quam habere solent milites, qui sub eodem signo, aut in eodem contubernio degunt. Quòd verò לקח *lacah*, quod *accipere* significat, idem sit quòd *cognoscere,* Latinorum usus satis ostendit, apud quos frequentissimum est; *hoc accepimus à majoribus, à philosophis,* id est, didicimus, et cognovimus. Qui dicendi modus licet Hebræis, quod ego viderim, in usu non sit, tamen ipsa translationis expedita ratio suadet illis non esse inusitatum. Erit ergo ad verbum : *Accipies illorum commercium, consensionem, et coordinationem,* id est, disces quos habeant socios in acie, in quâ sint cohorte, quem habeant ducem, et quomodò sint coordinati. Hinc nonnulla conjectura sumitur, ut quatenùs Saülis tempore, imò et primis regii imperii temporibus suis Israelitas stipendiis militâsse, cùm Isai ad filios alimenta miserit, quæ nimirùm non videntur à regio sumptu militibus impensa. Secus est de Machabæorum temporibus et deinceps, in quibus stipendia à regibus videntur constituta militibus. 1 Machab. 14, v. 32, Simon militibus gentis suæ dicitur stipendia meritus, et Paul. 1 Cor. 9, v. 7, *neminem* dicit *suis stipendiis militare.* Si quando verò milites dicuntur mercede conducti, illi externi sunt; non verò illorum imperio subditi, sub quorum signis pugnant; quales fuerunt illi qui ab Amasiâ rege Juda ex Israele conducti sunt, lib. 2 Paralip. c. 25, v. 6.

Vers. 20. — Surrexit itaque David manè, et commendavit gregem custodi, et onustus abiit. Non pigritavit David paternis satisfacere mandatis, quia parentis imperio aliquid interponi moræ non putabat illius esse, qui in parentes honorem et observantiam coleret; et quia fratres amabat, quibus in castris victum esse suspicabatur angustum, illos egere, aut laborare diutiùs passus non est. Quare cùm gregis custodiam socio commisisset, antevertit solem, et multo mane cum iis sarcinulis quas paternum præceptum imposuerat, festinavit ad castra. An verò, ut proximè sonat littera, onustus ierit David, id est, suis sibi,

humeris onus imposuerit, et à paterno imperio et fraternâ charitate oneratus, laborem illum susceperit, neque lenem, neque ad breve loci aut temporis spatium, nihil est certum. Sanè si oneratus incedebat, magnum nobis præbuit et observantiæ paternæ et fraternæ charitatis exemplum. Quæ duo si adsint, suave reddunt jugum, et onus leve; licet iis qui in amore frigent, et de obedientiâ non æquè ac sanctè cogitant, intolerabilia et prorsùs indigna videantur. Sed puto Davidem illud onus imposuisse jumento; ita putat Abulensis; neque si David illud vellet humeris pondus imponere, pateretur bonus pater Isai, qui non ita trium fratrum, qui erant in castris, susceperat curam, ut Davidis abjiceret. Sed est valdè Davidis laudanda sedulitas, qui aliquid sibi de nocte somnoque detraxit, ne fratrum commoditati deesset.

Et venit ad locum Magala, et ad exercitum, qui egressus ad pugnam vociferatus erat. *Magala* aut nomen est proprium loci, ubi consederat Hebræorum exercitus; aut certè commune, quo significatur natura locorum, in quibus castra rei militaris periti opportune metantur. *Magala* enim circulum significat; optima autem videbatur illa metatio, in quâ vallus et agger circulari ambitu militum agmina concludunt. Scio alias castrorum formas ab aliis probari; verùm non improbatur hæc rotunda, aut si non omninò rotunda, quæ tamen propè ad circuli figuram accedit. Vide Vegetium lib. 1, c. 23. Quo autem tempore eò appulit David, populus cum militari strepitu, ac lituorum clangore in certamen prodierat; et è contra Palæstinorum acies ex adversâ statione progrediebatur. Quam pugnam ut videret novus hospes, bellicosus et audax, sarcinulas custodi commendat, ut quæ esset pugnatorum contentio, quis ardor quis denique certaminis exitus, propiùs spectaret. Cum tamen apparuit Hebræorum terror, et Palæstinorum propugnaculum Goliath, ceciderunt Hebræorum animi: et qui priùs in conspectum se inimicorum dederant, confestim ignobili fugâ intra sua se castra et munitionem receperunt (1).

Vers. 23. — Ad exprobrandum enim Israel ascendit. Non ascendit Goliath, sed potiùs è loco eminentiori descendit ad mediam vallem, ubi futurum erat aut militum omnium, aut duorum virorum singulare certamen. Sed, ut supra diximus cap. 14, tam *ascendo*, quàm *descendo*, ex usu Scripturæ, *venire* significat, aut *moveri*.

Domum patris ejus faciet absque tributo in Israel. Hæc verba, quæ tunc erant in multorum ore, audivit casu David, et excitatus tum studio bravii victori propositi, et depellendi ex Hebræorum nomine tantum dedecus: quò certiùs nosset, an illud certum esset, quod casu et leviter acceperat, rogat semel atque iterùm ab aliis, quibus illud ignotum esse non putabat, an ita se res haberet, et quæ esset merces proposita illi qui sublato monstro illo Palæstino, fœdam è suo genere maculam aboleret. Neque aliud audivit ab aliis, quam quod ab obvio milite primùm accepisset. Porrò merces erat ejusmodi, ut multos ad certamen illud impelleret; nisi aut languerent animi propter regis, cui suberant, inobedientiæ crimen; aut nisi Deus illam gloriam Davidi, quem destinârat regno, reservaret. Divitias porrò, quas rex promisit; illas esse arbitror, quæ communiter ab hominibus numerantur in bonis; quales sunt agri, armenta, argentum et aurum; in uxore, et ab omni tributo immunitate, ingenuitatem etiam video, quâ quis à vulgari statu ordineque plebeio, ad locum ascendit, quem conditio melior et magis præclara fortuna nobilitat (2).

Vers. 28. — Quare venisti, et quare dereliquisti pauculas oves illas in deserto? Ego

(1) Vers. 23. — De castris Philisthinorum. Heb.: *De agmine*. Ex ordinibus suis procedens, constituit se medium inter utrumque agmen. (Calmet.)

(1) Vers. 26. — Quis enim est hic Philisthæus incircumcisus, qui exprobravit acies Dei viventis? Ecce jam spiritu Dei impellente David parturit monomachiam cum Goliâ, ut honorem tum Dei, tum Israelis tueatur. Unde S. Ambr. in Psal. 118, serm. 17: « *David*, « ait, *perterritis omnibus, allophyli impetum lusit, et singulari certamine summum belli et « totius prælii pondus excepit, virtute suâ solus « commune crimen refellens et totius retorquens « in hostem plebis opprobrium.* » Et serm. 18, docet Davidem hic prælusisse Christo: « Gerebat enim typum ejus, inquit, qui quasi « despectus venturus esset in terras, et sine « legato, sine adjutore, sine nuntio totum « populum mundi hujus crucis suæ prælio liberaret; cui applauderent animæ sanctorum « per baptismatis sacramenta renovatæ, quod « verum illum Goliam revelatum nobis ac proditum, verbi sui gladio trucidâsset. Jacet « igitur verus Golias humilitate Filii Dei stratus; amisit caput quod in multas artes vertebat et fraudes. Psallunt securæ jam animæ, quæ ante peccatorum suorum tormenta « deflebant. Dicunt tympanis, hoc est, corporibus suis peccato mortuis resultantes: *Saül « triumphavit in millibus, David in decem milli-*

NOVI SUPERBIAM TUAM (1). Verba sunt Eliab fratris Davidis, qui nondùm acceperat paterna munera, ut apparet, quando fratris adventum superbiæ attribuit atque nequitiæ, non charitati atque observantiæ. Cùmque hæc verba sint ab irato, non est cur de illorum significatione et causâ anxiè laboremus : neque enim iracundia, quæ præceps est, semper habet causas, cur aliquid moliatur aut dicat, quia temerè rapitur, neque consilio relinquit aut rationi locum. Suspicatur autem Eliab eo animo eò venisse fratrem, ut bellum videret, neque curâsse, quid de exiguo illo grege fieret, quem ipsius curæ pater crediderat; aut certè, ut dicemus statim, velle singulare cum hoste committere certamen.

VERS. 29. — ET DIXIT DAVID, QUID FECI?

« *bus.* Rex ille durus indignatur, et irascitur « diabolus, eò quòd canerent juvenculæ, « quia duritiæ filius paucos decepit, Christus « totum mundum redemit. » (Corn. à Lap.)

(1) Alleg. S. August. serm. 197 : « Frater « ipse senior, inquit, qui David typum Christi « gerentem per malitiam increpavit, significavit populum Judæorum qui per invidiam « Christo Domino qui pro salute humani generis venerat, detraxerunt, et multis frequenter injuriis affecerunt. *Quare*, inquit, « *dimisisti oves illas, et venisti ad prælium?* « Quasi non tibi videtur per os ejus saluti « hominum invidens diabolus loqui tanquàm « si diceret Christo : Quare dimisisti nonaginta « et novem oves quæ non erraverunt, et venisti ut unam requireres quæ perierat, et « eam de manu spiritalis Goliæ, id est, de « potestate diaboli per crucis baculum liberatam, ad ovile proprium revocares? *Quare*, « inquit, *dimisisti oves paucas illas?* » (Corn. à Lap.)

Eliab, frère aîné de David, lui dit : Je sais quel est votre orgueil; vous n'êtes venu ici que pour voir le combat. Ces personnes généreuses qui s'exposent ainsi pour les intérêts de Dieu, trouvent souvent des oppositions dans ceux mêmes dont ils devaient moins les attendre et dans leurs propres frères, comme David en reçoit de son frère aîné, qui le traite même avec beaucoup de mépris. On attribue aisément à orgueil ce qui n'est dans ces personnes que l'effet du zèle désintéressé qu'ils ont pour l'Eglise; et l'on croit qu'il y a de la prudence à les empêcher d'agir et à les faire taire. On s'oppose à eux et on ne les écoute presque point, parce que ceux qui les contredisent semblent avoir quelque avantage au dessus d'eux, comme le frère aîné de David en avait au dessus du plus petit de ses frères. Ainsi les reproches qu'on leur fait et qui ne viennent souvent que d'une secrète envie, ne laissent pas d'avoir un prétexte spécieux, et qui éblouit ceux qui ne connaissent que la surface des choses. Mais David s'arrête peu à ces paroles injurieuses de son frère. Il se justifie en un mot, et il attend que l'événement des choses fasse voir par quel motif il les avait entreprises. (Sacy.)

NUMQUID NON VERBUM EST (1)? Suspicabatur Eliab, ut cum Abulensi sentiunt complures alii, velle Davidem singulari cum Philisthæo certamine congredi; quod ex eo conjectare potuit, quia tam avidè illum de victoris præmio rogantem audierat. Quare illum superbiæ reprehendit, cùm majora cogitet, quàm vires et in bellando peritia sperare jubeant et subire audeat quod Hebræorum nemo tutum putabat. Ad quem David cùm honestam posset rationem reddere, ac respondere, missum se fuisse à communi parente, cui velle repugnare impium esset, ut tam illi, quàm fratribus aliis victum afferret atque pecunias; quia tamen breviter optabat à longis se colloquiis expedire, ne tempus elaberetur cum hoste pugnandi, nihil de victu dicit, nihil de pecuniis, sed tantùm in suæ reprehensionis excusationem adducit, quòd illud esset verbum. Cujus significatio paulò obscurior. Communiter alii, qui objectum esse putant Davidi à fratre superbiæ nomen, putant respondisse Davidem, nihil adhuc se tentâsse, sed tantùm esse verbum, à quo nihil est periculi; neque se arma sumpsisse, ut cum pugnatoribus aliis in aciem procederet; et ideò nihil se admisisse dignum, quod tantoperè frater tamque illiberaliter argueret. Quam ego explicationem non improbo. Sed puto responsionem esse expeditam magis, si dicat David, nullo suo merito à fratre sibi nequitiæ atque superbiæ nomen opponi, cùm de re illâ loquatur ac roget, quâ nulla est in militum sermone communior. Porrò *verbum* idem interdùm esse, quod proverbium, id est, quod in familiari hominum sermone versatur, diximus ad illud Zachar. 7, vers. 7 : *Numquid non hæc sunt verba mea?*

VERS. 30. — ET DECLINAVIT PAULULUM AB EO AD ALIUM. Non poterat sibi temperare David ab eo æstu, quo flagrabat animus depellendæ ignominiæ ab Hebræorum nomine, et vindicandæ divinæ gloriæ ab eâ notâ quam inussisse videbatur blasphema lingua Philisthæi. Hoc enim illi dolori fuisse maximo, et eam præsertim ob causam, velle cum vitæ discrimine causam suscipere communem, ipse significavit supra, v. 26 : *Quis enim est hic Phili-*

(1) S. Chrysost. hom. 46 in Gen. : « Vide, « ait, hujus prudentiam et mansuetudinem : « nihil temerarium vel asperum iis loquitur, « sed reprimens eorum flammam et demul- « cens invidiam inquit : Numquid vidistis me « arma arripere? numquid vidistis me adordi- « nari cæteris in acie? tantùm videre volui et « interrogare, unde tantùm huic insaniæ. » (Corn. à lap.)

sthæus incircumcisus, qui exprobravit acies Dei viventis? Atque ideò erupit, quàm potuit festinanter à fratre, et quod ante agere instituerat, ab alio de propositâ certamini conditione sciscitatus est. Quid autem David tanto animo ac spiritu quæsierit, quid præ se velle videatur, quid ex illius alacritate atque ardore sperari posset, relatum est ad Saülem. Ad quem cùm esset adductus, eodem vultu generoso atque alacri, eodem modo, quo ad reliquos de turbâ, ad regem quoque locutus est, et bono animo omnes esse jussit : se enim paratum esse cum hoste confligere, et sperare, favente Deo, cujus agitur causa, exultantis ac ferocientis hostis frangendam audaciam. Ad quem sic rex (1) :

Vers. 33. — Non vales resistere Philisthæo, etc., quia puer es; hic autem vir bellator ab adolescentia sua. Non erat eo tempore David usque adeò puer, ut tractare arma non potuerit et certamen subire, quod ad ætatem attinet et corporis molem. Ut enim ex toto hoc libro constat, nil egit ab hoc tempore non virile, neque quisquam ætatem in eo desideravit, cùm multa susceperit, peregeritque, quæ robustum corpus et virile robur atque constantiam desiderant. Cur ergo puer appellatur à rege, eâ puto de causâ, quia rudis erat in eâ arte, cujus tunc studebat specimen reddere; quod ex habitu conjectabat pastoritio, à quo procul abesse solet usus et disciplina militaris. Quod ex eo mihi persuadeo, quia Davidis ætati, si de illâ loqueretur Saül, ætatem opponeret Goliath, diceretque : *Tu puer es, ille autem vir.* Sed addidit *illum bellatorem esse ab adolescentiâ suâ.* Quare aliquid tunc considerabat in David, cui opponit in Philisthæo peritiam et usum in re militari. Neque illi sua dedisset arma, si exiguam in illo staturam videret, cùm ipse procero esset corpore, et ad corporis mensuram arma gestaret. Facit ad hoc, quòd ex usu Scripturæ tam sacræ quàm profanæ, ætas non tam ex annis, quàm ex qualitate et meritis computari solet. Quare ignorantem aut stultum senem puerum appellamus, quia in pueris stultitia est, et eum qui parùm est facundus et inconsideratus in loquendo, infantem; sicut etiam eum qui licet grandis sit ætate, innocens tamen est, quia cum infantiâ conjuncta quoque reperitur innocentia. Quomodò Saül cap. 13, filius dicitur unius anni, id est, infans, cùm primùm regnum iniit, quia neque dolum nôrat, neque sublimia cogitabat : et tamen erat supra quinquagenarium. Quia pueri plerumque alienæ voluntati parent, et eâ ætate plurimùm sunt qui ex aliorum imperio servilia obeunt ministeria, fit ut qui ejusmodi vacant operibus, quâcumque ætate fuerint, pueri vocentur. Quomodò servus Abraham, qui ætatis erat jam grandis, quique Genesis cap. 24, v. 2, senior appellatur, aliis in locis appellatur *puer;* ut ibidem v. 52, 54, 65. Et Jesus jam supra tricennarium puer vocatur, Actor. 4, v. 27 : *Convenerunt verò in civitate istâ adversùs sanctum puerum tuum Jesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus,* etc. *Sic sacerdos, presbyter* dicitur, id est, *senex,* quia senilis illi debet esse maturitas. Eodem afficiuntur nomine senatores, seu seniores, qui publicis intersunt conciliis, quia senectus senile desiderat ingenium. Cùm ergo prudentia aut rerum cognitio canos homini, et moralem afferant ætatem, sanè mirum non est, si cùm illam in re militari peritiam haberet David, quam habere solet tyro, quando primùm ad rei militaris pondus et usum excolitur, si puer nominetur à Saül, maximè comparatus cum illo, qui ab adolescentiâ bellator est. Longè major erat David, cùm domum ædificaverat, et præclaris victoriis regnum stabilierat, et tamen puer appellatur, Actor. 4, v. 25 : *Per os patris nostri pueri tui David dixisti : Quare fremuerunt gentes?* etc., et Lucæ 1 : *In domo David pueri tui.*

Vers. 34. — Pascebat servus tuus patris sui gregem, et veniebat leo, etc. Suadet David regi, qui timido erat animo, neque rem hanc arduam, quæ giganteas vires et audaciam requireret, inexperto belli et imperito omninò rei militaris committendam putabat, desperandam non esse victoriam. Quia rem tentaverat, et felici sæpè successu confecerat, quæ non minùs roboris et audaciæ exigebat, quando inermis occurrit leonibus atque ursis, illosque aut suffocavit elisis faucibus, aut manibus in frusta concerpsit. Modus autem ipse loquendi

(1) Vers. 32. — Audita sunt autem verba quæ locutus est David, inquirens de præmio vincentis Goliam; unde illa audientes cognoscebant ejus animositatem et desiderium duellandi cum Goliath illi à Deo immissum; ideòque rem totam annuntiârunt Saüli, qui Davidem videns et audiens tanto animo ad duellum cum gigante se offerentem, agnovit in eo aliquid inesse cœleste et divinum. Nam, ut ait S. Chrysost. Hom. de Davide et Saüle : « David non ex superbiâ vel temeritate, sed accensus zelo et patriæ charitate ad barbarum cucurrit. » (Corn. à Lap.)

non semel aut bis, sed sæpè de feris reportatas indicat esse victorias. Quas sine labore comparatas esse à David, sed quasi per jocum et ludum, ut à ludente venatore venabulo conficiantur feræ, habemus Eccles. cap. 47, v. 5: *Cum leonibus lusit, quasi cum agnis; et in ursis similiter fecit, sicut in agnis ovium in juventute suâ* (1).

Vers. 37. — Dixit autem Saul ad David : Vade, et Dominus tecum sit. Non, puto, credidisset Saül verbis Davidis, cùm sciret à juvenibus multa de suis rebus superbè prædicari, quæ non facilè creduntur ab his qui juvenum agnoverunt et igniculos ad gloriam et sonitus persæpè à fide et veritate vacuos; sed accesserunt, opinor, aliorum testimonia, qui illud ipsum dicerent aut vidisse se, aut ab aliis qui viderant, accepisse. Neque enim ignorari poterat, cùm proximè abesset Bethlehem, ubi hæc accidisse narrantur, et res esset ejusmodi, ut facilè remotas etiam provincias propter sui magnitudinem pervadere potuerit. Sanè noverat ille, qui cap. 16, v. 17, fortissimum robore et virum bellicosum appellârat; propter leones scilicet domitos et extinctos, et prædam ex illorum faucibus extractam.

Vers. 38. — Et induit Saul David vestimentis suis, et imposuit galeam æream super caput ejus (1). Ex hoc loco nuper colligebamus, procero esse corpore Davidem, quando proceri hominis vestes et arma illi sunt oblata. Quæ David non ideò deposuit, quia corporis modo viderentur inepta, sed quia neque ejusmodi armaturæ esset assuetus, neque incedere posset eo armorum pondere, quasi ferreis quibusdam vinculis impeditus. Hic illi, qui ut ætate, sic etiam corpore exiguum esse putant Davidem, multa meditantur. Primùm, Lyra existimat illa arma non esse, quibus indui solitus esset Saül; sed alia quædam de armamentario regio, ubi pro variâ corporum mensurâ, necesse est variam esse etiam armorum quantitatem et modum. Sed ut in illis castris armamentarium esset Saülis, et in eo arma quæ

(1) Vers. 36. — Nunc vadam et auferam opprobrium populi : quoniam quis est iste Philistheus incircumcisus? Desunt hæc in Hebræo et Septuaginta, et tanquàm additamentum in vetustis manuscriptis notantur. (Calmet.)

Nam et leonem et ursum interfecit. Allegor. S. August. serm. 197 : « David, id est, Christus tunc leonem et ursum strangulavit, « quando ad inferna descendens omnes de « eorum faucibus liberavit. Denique audi Prophetam ex personâ Domini supplicantem : « *Eruè a framcâ animam meam, et de manu canis unicam meam : libera me ex ore leonis.* Et « quia ursus in manu fortitudinem habet, et « leo in ore, in istis duabus bestiis idem diabolus figuratus est. Hoc ergo ex personâ « Christi dictum est, ut unica ejus Ecclesia de « manu, id est, de potestate, vel de ore diaboli tolleretur. »

Propol. abbas Pæmen rogatus à quodam tentato spiritu fornicationis, ut daret sibi remedium, respondit illud David 1 Reg. 17 : *Quia leonem qui tem perentiebam, nam et ursum frequens suffocabam.* « Hoc autem ita intelligitur, « quia furorem ab animo meo abscindebam, « fornicationem autem in laboribus affligebam. » Ita Ruffinus in Vitis Patrum lib. 3, num. 16. (Corn. à Lap.)

C'est ainsi que j'ai tué un lion et un ours ; et ce Philistin sera comme l'un d'eux. David semble se louer devant Saül; mais ces actions avantageuses qu'il rapporte de lui-même nous sont une grande leçon d'humilité. Car nous ne pouvons assez admirer qu'il ait fait des actions si extraordinaires, et que jusqu'alors personne n'en eût rien su. Il les tenait secrètes comme il les avait faites dans le secret; et il ne les aurait pas même découvertes à Saül, si ce prince ne l'eût forcé en quelque sorte de le faire. Car il fallait quelque chose de grand pour persuader à Saül qu'il pouvait sans témérité entreprendre ce combat; et ce n'est que dans cette vue que David se résout à lui dire ce qui lui était arrivé lorsqu'il paissait les brebis. Mais lorsqu'à ne considérer que le dehors de ses paroles, il paraît moins humble, il l'est, en effet, puisqu'il ne pense qu'à s'abaisser lui-même, et à rendre gloire à Dieu. *Le Seigneur*, dit-il, *qui m'a délivré des griffes d'un lion, me délivrera de la main de ce Philistin*; comme s'il disait à Saül : Dieu qui m'a déjà soutenu, me soutiendra dans ce combat. Le vainqueur des lions le sera encore des géants. Vous avez raison de ne rien espérer de ma faiblesse, mais vous devez aussi bien que moi attendre tout de la protection du Tout-Puissant. (Sacy.)

(1) *Saül revêtit ensuite David de ses armes.* Saül veut revêtir David de ses armes, mais David les rejette. Il nous apprend par là, selon les saints, une vérité bien importante, qui est que, pour soutenir l'Eglise contre ses ennemis, il ne faut point avoir recours aux armes des princes et des sages de ce monde, mais qu'on ne leur doit opposer que la simplicité des armes de Jésus-Christ, parce que *la parole de Dieu*, qui a été éclaircie et soutenue par les saints, est en même temps la *vertu de Dieu*, selon saint Paul : *In verbo veritatis; in virtute Dei*, 2 Cor. 6, 7. David aurait pu paraître téméraire d'aller ainsi sans armes combattre contre un géant. Mais il était d'autant mieux armé, qu'il ne l'était que par la confiance qu'il avait en Dieu. C'est ainsi que les vrais serviteurs de Dieu rejettent tous les moyens humains contraires à la foi, pour se retirer des périls où sa Providence les a engagés, parce qu'ils savent que Dieu n'abandonne jamais ceux qui n'ont point d'autres intérêts que les siens, et qu'ils attendent tout de celui-là seul sans lequel ils sont persuadés qu'ils ne peuvent rien. (Sacy.)

non essent inter tot pugnatorum millia distributa, quod non puto, in tantâ præsertim armorum inopiâ; tamen modus ipse loquendi ad hanc explicationem nimiùm est durus, neque trahi potest ad hanc sententiam, nisi vim afferas. Alii prodigiosum aliquid hìc intuentur, et hi sunt Hebræi, ut tradit Abulensis q. 24, qui suo more, ut aliquid afferant populare, quod vulgares aures permulceat et curiosos animos oblectet, somniârunt vestimenta Saülis, licet priùs ingenti ipsius moli accommodata, ubi accepta fuerunt à David, sic fuisse illius attemperata corpori, ut pro illius mensurâ concinnata viderentur. Sed hæ, ut apparet, meræ nugæ sunt. Ego, quod principio dixeram, puto primùm arma et vestes, militares nempe, quæque armis adhiberi solent, ad Saülis usum, et ejus mensuram esse fabrefacta, et tradita Davidi, quæ illius corpori non adeò fuerunt inepta, ut si armorum aliquem haberet usum, illa non gestaret. Eam enim rationem adduxit, ne illa ferret ad singulare certamen, non quia habile non esset corpori illud armorum genus, sed quia inusitatum. Hoc tenet Abulensis, Dionysius, et Hugo, imò et Chrysostomus tom. 1, homil. de David et Goliath.

Hìc ad mores multa Patres, qui in Davide, qui monomachiam appetit, et occiso gigante delere vult infamiam Israel, Christum agnoscunt. Qui adducere noluit Saülis arma, sed illa, quæ patris obedientia dederat. Dedit Davidi Isai filio curam pascendi atque tuendi gregis; cumque hoc munere fundam dedit et baculum, quæ pastoris sunt arma et familiaria illius rustici muneris insignia. Hæc arma, quæ homini obedientia dedit, potentissima sunt; et licet infirma juxta naturam suam videantur, magnas tamen sternunt moles, et quæ terrori sunt populo Dei, potenter expugnant. Prostravit David gigantem lapide et fundâ, quem gladio et arcu, alienis videlicet armis non stravisset; neque utiliter fortassè cum ursis leonibusque pugnâsset, si armatus procederet ad certamen illud aliis armis, quàm quæ à parente, id est, ab obedientiâ, ad curam pastoralem accepisset. Neque verò tantùm bonus pastor arma rejecit, sed etiam vestimenta, quæ milites magis tegunt et ornant, quàm pastorem. Neque fortassè Deus suum agnosceret Davidem, illique patronus et vindex adfuisset, si bellicis vidisset, non pastoralibus indumentis instructum; pastori enim potiùs quàm militi faveret (1).

Vers. 40. — Et tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus. Cùm videret David Saülis arma impedimento sibi magis fore, quàm usui, abjecit illa; et cùm pastor videri mallet, quàm miles, ut si quid gloriosum ex eo certamine contingeret, divinæ videretur, non humanæ virtutis, baculum assumpsit pastorum insigne, cujus in eo certamine usus nullus esse poterat: quæ enim lignei baculi contra æream cassidem et ferreum corporis tegumentum utilitas? Ideò autem sumpsit, ut sibi, in eo etiam duro rerum articulo, videretur esse similis; semper enim baculum gestabat in manu, etiam cùm ex agro reverteretur in urbem, et in urbanâ contribulium suorum turbâ versaretur; neque enim turpe putabat aut indecorum, præ se ferre illud ministerium aut artem, in quâ ipsum paterni imperii observantia posuisset. Præclarum sanè filiorum et eorum qui religiosum institutum profitentur, exemplum, qui nihil censent indignum, quod parentes aut superiores injungant; et illud esse putant maximè honestum, quod maximè olet obedientiæ virtutem. In hoc baculo communiter Patres Christi crucem intelligunt; sicut in David, è Davidico genere natum Christum. Vide Augustinum Dominicâ 1 post Trin. serm. 2; Rupertum, lib. 2 in lib. 1 Reg. cap. 5 et 6.

Et elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente. *Lapides de torrente* dicuntur lapides, quibus nihil est scabrum, nihil asperum, qui facilè possunt excuti de fundâ, et ad destinatum scopum certiùs ferri. Sunt autem *lapides torrentis*, seu fluvii, qui in sabuletis paulò quàm alii majori inveniuntur mole. De quibus multa suo more Thalmudistæ, ex quibus, ut opinor, sumpsit ille, qui Philoni supposuit alienum partum, et Scripturæ sacræ multa addidit planè fabulosa. Ait enim, sumpsisse Davidem septem lapides, et in illis scripsisse parentum suorum nomina, Abraham, Isaac, Jacob, Moysis, Aaron et suum, et fortissimi, nempe Dei. Sumpserunt, credo, qui ista somniârunt, ex aliarum gentium consuetudine, quæ aut ominis gratiâ, aut alias ob causas aliquid consueverunt armis inscribere. Quâ de re nos super Zachariam cap. 5. Tradit Plutarchus in vitâ Marii in bello Cimbrico

(1) Vers. 39. — Cœpit tentare si armatus posset incedere. Hebræus: *Voluit ire, quia non expertus erat.* Symmachus et vetus alius interpres: *Claudicabat incedens, quia non habebat consuetudinem.* Septuaginta: *Laboravit, cùm ambulâsset semel et bis.* (Calmet.)

Marii et Catulli suorum ducum in telis insculpsisse nomina. Inscribi solitos esse gladios tradit Hugo in illud Isaiæ 49, in morali sensu: *Posuit os meum, ut gladium acutum*. Sane miles ille, qui Philippo Macedoni oculum exculpsit, sagittæ suæ hoc ipsum inscripsit, ut refert Justinus lib. 7, ad finem. Solinus cap. 14. Hinc fortassè occasionem sumpsit, quicumque Antiquitatum illarum Biblicarum auctor fuit, ut lapidibus, quibus David pro telis utebatur, Patriarcharum nomina inscripta somniârit.

Sed illud magis ridiculum, quod ex eodem Thalmudistarum cerebro sumpsit manuscripta quædam paraphrasis, quæ in bibliothecâ Complutensi servatur, quam ego apud me habeo, et ex quâ multa sustulit Arias Montanus, cùm Regiis Bibliis nuper illam inscruit. Fingit enim Goliath retulisse Davidi id quod Philisthinorum vulgò in castris ferebatur, quasi futuri eventûs triste prognosticum. Sic autem Goliath ad David: « Vox audita est in Philisthæis, quòd « agnus certabat cum lupo, contentioque « magna orta est inter quinque lapides; quia « hic dicebat, ego ascendam primus. Nomen « Abrahæ justi scriptum erat in primo lapide: « et nomen Isaac, qui ligatus fuerat in altari, « in secundo; et nomen Jacob in tertio; in « quarto et quinto nomen Moysis et Aaron. Et « nomen Abrahæ dicebat: Ego ascendam pri- « mum in fundam, et percutiam Philisthæum « istum incircumcisum, in præputium ejus, et « auferam opprobrium de domo Israel. In illâ « horâ levavit David oculos suos in excelsum, « et vidit angelos, qui consilium inibant contra « Goliath Philisthæum. In illâ horâ fuit volun- « tas à facie Dei, ut lapis qui erat inscriptus « nomine Aaron, ascenderet in fundam et « percussit Philisthæum in fronte ejus. In illâ « horâ splendor vultûs Philisthæi mutatus est, « et compages lumborum ejus dissolutæ sunt, « et genua ejus ad invicem collidebantur, et « gladius ejus cecidit, et lignum hastæ ejus « confractum est. » Hæc illa paraphrasis nugatur in re tantâ, quæ, quia fidem merentur nullam, confutatione non egent.

Et misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum. Hebraicè: *In vase pastorali, et in perâ*. Quidam hìc duo vasa, id est, instrumenta pastoralia distinguunt, alterum est mulctrale, in quo mulgentur oves et lac expressum excipitur; alterum est saccus ex pelle, quem *peram* appellamus, et ferendo cibo aliisque rebus ad curam pastoralem necessariis accommodatum. Neque pauci sunt, qui vas primum mulctram esse putant. In quibus est Augustinus homil. 31 de Monomachiâ David: « Tulit « quinque lapides de torrente de fluvio, et po- « suit in vase pastoris, quo lac mulgeri solet. » Chrysostomus, Homil. de David et Goliath: « Quinque lapides eligit, fundam sumit, situ- « lam pastoralem corripuit. » Rupertus lib. 2 in lib. 1 Reg. cap. 5: « Misit eos in peram pa- « storalem, quam habebat secum; pera nam- « que vas pastoritium est, in quo lac mulgeri « solet. » Idem Angelomus. Induxit in eam cogitationem viros hosce tantos Septuaginta translatio, qui ubi noster, *in peram pastoralem*, ipsi converterunt Κάδιον, quod vas significat ligneum, aut luteum, aut ex quâcumque aliâ materiâ durâ solidâque confectum, in quo vinum aut liquidus alius humor continetur. Sed reverà vox hebraica latiùs patet et tantùm significat *vas pastorum*.

Vasis porrò nomen omnem materiam atque figuram comprehendit, et juxta rei naturam, de quâ loquimur, exponendum est. Hìc verò nil videtur esse aliud quàm sacculus, qui ex linteo sæpè, ex pelle plerùmque fieri solet, quem Latini *peram*, Hispani *mochila* vocant aut *zurron*: quod pastorum insigne est, sicut baculus et funda. Ut quid enim David vas mulctrale secum ad certamen illud singulare portaret? At dices, in vas interdùm coriaceum lac solitum esse mulgeri; quod ego non nego: at quem haberet usum corium illud mulctrale in illâ Davidis ad fratres profectione, aut in illo rerum articulo? Nisi fortassè ad ferendos cibos et caseolos decem, qui dono tribuno mittebantur. At jam dictum est, vers. 22, ea omnia sub manu custodis ad sarcinas esse relicta. Nimis verò obsoletus et sordidus esset David, si vas illud olidum et immundum secum circumferret.

Quare dicendum est, optimè nostrum interpretem convertisse *peram*; neque de priori parte, id est, de vase pastorali curâsse. Quam ad rem observo conjunctionem *et*, in Scripturâ sacrâ non semper copulare extrema, sed interdùm exponere, quod dubium erat et obscurum, et idem valere quòd *id est*. Quâ de re nos in nostris Commentariis super Jeremiam, ubi hunc ipsum locum explicuimus in illam sententiam, quam nunc amplectimur, ad illud cap. 22: *In manu Nabuchodonosor regis Babylonis, et in manu Chaldæorum*; pro, *id est, in manu Chaldæorum*; alioqui posterior pars ibi esset otiosa. Et Actor. cap. 7, ad illud: *Sed promisit dare illam in possessionem* (Abrahæ)

et semini ejus post ipsum: pro, *id est, semini ejus*. Neque enim Abrahæ data est terræ promissionis possessio, cùm in illâ, ut proximè dictum fuerat, neque passum pedis habuerit. Quare sensus erit: *In vase pastorali, id est*, seu *nempe in perâ*. Sic exposuit Vatablus (1).

(1) Et processit adversum Philisthæum. « David hominibus videbatur inermis, sed « gladio divinitatis erat armatus, » ait S. Ambr. serm. 88. Alleg. S. August. serm. 197: Stabant « ergo filii Israel contra adversarios quadra- « ginta diebus. Quadraginta dies propter qua- « tuor tempora et quatuor partes orbis terræ, « vitam præsentem significant, in quâ contra « Goliath et exercitum ejus, id est, contra « diabolum et angelos Christianorum populus « pugnare non desinit; nec tamen vincere pos- « set, nisi verus David Christum cum baculo, « id est, cum crucis mysterio descendisset. »

Elegit sibi quinque limpidissimos lapides. Vox Hebræa חלקי alibi non invenitur. Porrò *calaq* duo significat: 1° *partiri*, 2° *mollem, lævem, glabrum esse*. Posteriorem significationem omnes quos vidi interpretes hic sequuntur; et quidem volunt esse adjectivum; *læves lapidum*, id est, ex lapidibus lævibus (sed lege levibus, quia græcè λεῖος, non λαῖος), qualis syntaxis est in illo, *nigræ lanarum*: genitivus totius, seu partitivè positus. Alii *læves lapides, glabros, politos*; alii substantivum faciunt, lævitates lapidum, per hypallagen, pro *lapides lævitatum*, id est, lævissimos. *Lubricitates lapidum*, id est, lubricos lapides; nam prius substantivum, ex duobus in regimine positis, sæpè loco adjectivi est. Sic Is. 37, 24, *succidam proceritatem cedrorum ejus, delectum abietum ejus*, hoc est, proceras cedros ejus, lectissimas abietes ejus. Nemo non videt hæc esse duriuscula; præterquàm quòd glabri lapides, et undequàque politi, non tam ad hanc rem apti videntur, quàm asperi, dirupti et acutas habentes prominentias, qui longè faciliùs et certiùs fronti infiguntur: non video cur non primam potiùs verbi significationem sequamur et vertamus, *partes* vel potiùs *partitiones*, seu *divisiones lapidum*; id est, quinque divisos lapides, non integros.

Tropol. S. Bern. serm. in Dominicam 4 post Pentecosten, per quinque lapides Davidis accipit quinque virtutes quibus prosternimus Goliath, id est, mentis elationem nimirùm comminationem pœnarum, promissionem præmiorum, dilectionem Dei, imitationem sanctorum et orationem. Hinc rursùm S. August. in psal. 33 conc. 1: « Quòd David, ait, prostra- « vit Goliath, Christus est, qui occidit diabo- « lum. Quid est autem Christus, qui diabolem « occidit? humilitas occidit superbiam. » Et mox: « Viam enim nobis fecit per humilita- « tem; quia per superbiam recesseramus à « Deo, redire ad Deum nisi per humilitatem « non poteramus, et quem nobis præponeremus « ad imitandum non habebamus; omnis enim « mortalitas hominum superbiâ tumuerat. Et « si existeret aliquis humilis vir in spiritu, sicut « erant prophetæ, patriarchæ, dedignabatur « genus humanum imitari humiles homines. « Ne ergo dedignaretur homo imitari homi- « nem humilem, Deus factus est humilis ut « vel sic superbia generis humani non de- « dignaretur sequi vestigia Dei. »

(Corn. à Lap.)

Vers. — 41. Ibat autem Philisthæus incedens. Superbus significatur incessus ab homine, qui nihil timeret, et præ se reliqua despiceret, quasi ad nuptias progrederetur et triumphum, non ad agonem, in quo de capite et vitâ certandum esset. Quid tunc egerit David, cùm molem illam carnis moveri sensit (sic enim appellat Chrysostomus, homil. 46 in Genesim), non constat. Quidam dicunt, tunc illum psalmum composuisse, aut recitâsse, qui est inter Psalmos apud Hebræos 144, apud Latinos 143. Ducuntur autem eâ conjecturâ, tum quia illi rerum articulo accommodatus est, in quo vires et auxilium contra hostes implorat, tum quia titulus quem Septuaginta præfixerunt, hoc ipsum videtur verbis omninò disertis indicare. Sic enim habet: *Psalmus David adversùs Goliath*. Et Chaldæus illud ejusdem psalmi v. 10, ubi Vulgatus: *De gladio maligno eripe me*, legit: *De gladio Goliath eripe me*. Mihi certum est, in eo periculo otiosum, aut inertem non fuisse Davidem, cùm à Deo jam ante fuerit illustratus, et sciret certamen non esse de nihilo sed in eo de suo capite, de populi libertate, et de divino honore futurum esse certamen.

Quid autem dixerit Philisthæus ad David, Scriptura satis apertè narrat; quid verò Thalmudistæ fingant, non tam ad veritatem, quàm ad populi plausum, licet ridiculum sit, dicam tamen, ut quale sit illorum judicium, et quæ illorum commentariis habenda fides, nemo non videat. Sic autem paraphrasis illa de quâ nuper. « Vade, infans, et miserere infantiæ « tuæ; quare tu committis bellum contra filium « leonis? » Et plura alia in hunc modum. Et post pauca: « Beatus es, puer, si abieris à facie « meâ, ne expuam in te, et submergaris in « salivâ meâ. In die malâ egressus es, et in « malo sidere. Pater tuus exclamat, et mater « tua ululat, væ! væ! » Et iterùm: « Aperiam « os meum, et glutiam te. Deinde refert, quod paulò ante de quinque lapidibus patriarcharum nominibus notatis dicebamus, neque minùs abs re ex Thalmudistarum sententiâ in eo libello Antiquitatum Biblicarum, qui Philoni Judæo falsò tribuitur, locutus dicitur David, ubi dicit genus sibi cum Philisthæo fuisse commune: « Profectus est, inquit, David ad « Goliath, et dixit ei: Audi verbum antequàm « moriaris: nonne sorores erant duæ mulie-

« res, unde natus es tu et ego? Et erat « mater tua Orpha, et mater mea Ruth. « Et elegit sibi Orpha deos Allophylorum, « et abiit post eos; Ruth autem elegit sibi « vias fortissimi, et ambulavit in eis. Et « nunc nati sunt de Orpha tu et fratres tui. « Et quia exurgens hodiè venisti devastare « Israel, natus de cognatione tuâ ecce veni et « ego vindicare populum meum. Nam et tres « fratres tui post mortem tuam incident in « manus meas. Et tunc dicetis matri vestræ : « Non pepercit nobis, qui natus est de sorore « tuâ. » Hæc ille, qui sanè non solùm in hâc fictâ narratione mendax, sed etiam fatuus est, qui non vidit, quid rerum natura et articulus ille durus postularet. Quis enim moras necteret, et sermones sereret familiares et longos, præsente morte, cùm spectaret utrinque populus de dubio certaminis eventu sollicitus? Multò sanè ex rerum naturâ verisimilius est, quod Scriptura sacra de utriusque oratione narrat; alteri dat verba minarum atque contemptûs plena, accommodata superbo ac barbaro giganti; alteri verba minantia quidem, modesta tamen, quique victoriam non suis viribus, sed Dei auxilio et invictæ dexteræ, in quâ spem totam collocat, et cui felicem certaminis exitum attribuit (1).

Vers. 43. — Numquid ego canis sum? quod tu venis ad me cum baculo. Miratus est Philisthæus novum pugnandi modum, cùm in castris, ubi homines armati ferro, stricto gladio et hastâ rem aggrediuntur, appareat homo electus è multis, qui quasi rem esset cum canibus ac lupis habiturus, fundam ostentaret et baculum. Sed planè sicut Judic. 5, tempore Debboræ, sic etiam modò *nova bella elegit Dominus, et portas mortis ipse subvertit.* Ampliñcat hæc Goliath verba elegantissimè Chrysostomus, homil. 46 in Genesim : « Postquàm, in- « quit, vidit Davidem pastorali perâ contra se « contendentem et lapides solùm afferentem, « ad hunc fermè modum ad eum dicebat : Pu- « tâsti te adhuc apud oves esse, et canes quos- « dam persequi? et ita contra me quasi con- « tra canem instrumentis illis instructus in « pugnam venisti? Statim experientiâ disces, « non tibi cum homine vulgari bellum esse. »

Et maledixit Philisthæus David in diis suis. Solitæ erant execrationes apud gentes, quibus aliis, quibus essent offensi, à diis suis diras, et omne malum imprecabantur. Unde illud tritum comicorum : Dii te deæque perdant! Jupiter te perdiut. Dii te infelicitent: Dii te eradicent! Et similia. Cùm ergo Goliath in diis suis maledixit Davidi, aliquid, opinor, dixit his execrationibus simile. Nempe : Dagon te Philisthinorum Deus enecet! Derceto Palæstinorum atque Syrorum dea te eviscerat, exoculet, eradicet! Adigat te Baal ad infernas umbras, aut Mars exsaturet tuis carnibus canes et corvos (1)!

Vers. 46. —(2) Et dabit te Dominus in manu mea. Non curabat David, quid à deorum suorum offensione et irâ imprecaretur Goliath, cùm

(1) Vers. 42. — Despexit eum : erat enim adolescens rufus et pulcher aspectu. *Despexit* Goliath Davidem, quia ipse erat adolescens, ac penè inermis et pulcher. Despexit ergo ejus ætatem, arma et pulchritudinem. Æstimabat eum imbellem, eò quòd esset tam pulcher. Bellicosi enim solent esse vultu martio et feroci, non eleganti et pulchro : Unde Isidorus Clarius : « Despexit, inquit, eum quòd non « esset vir bellicosus et pugnis assuetus : « nam cernebat eum juvenem rubicundum « et pulchro aspectu, quales martiales homi- « nes esse non solent, quos radii solares et assi- « dua defatigatio deformes reddunt. » Hinc Tertull. bellum Messiæ de quo dicitur Ps. 44, 4: *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime*, l. 4 contra Judæos c. 9, probat fore spirituale, non corporale, eò quòd præcessit v. 3 : *Speciosus formâ præ filiis hominum.* « Valdè au- « tem, ait Tertullianus, absurdum est, si « quem ad bellum ense cingebat, ei de tem- « pestivitate decoris et labiorum gratiâ blan- « diebatur. »

(Corn. à Lap.)

(1) Vers. 44. — Veni ad me, et dabo carnes tuas volatilibus cœli. Colloquium hoc Davidem inter et Goliath, Davidis religionem Thrasonicæ Goliath jactantiæ oppositam, spem divinæ opis solam opponentis, illustrat atque commendat; id obtinebat apud veteres heroas, ut ante certamen paucis verbis grandes minas in adversarios jactarent, et militaria facinora sua ostentarent. Alius placet usus hâc ætate; neque enim ultionem suam eò feret quisquam, ut adversarii cadaver exponat prædam canum et avium. Modestiùs sentimus, saltem specie tenùs. (Calmet.)

Vers. 45. — Dixit autem David ad Philisthæum : Tu venis ad me cum gladio et hasta et clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum. Hinc patet Davidem à Deo impulsum suscepisse hoc duellum; alioqui enim temerè juvenis giganti, inermis armato, imbellis bellicoso se opposuisset. Ita Joseph., Theod. et alii. Deus ergo illi animos æquè ac vires indidit, ac spem certam victoriæ. Unde subdit David :

(2) Vers. 46. — Et dabit te Dominus in manu mea, q. d. : Idcircò planè inermis tibi armato occurro, ut ostendam me uno Deo niti, et in eo omnem victoriæ spem reponere, quòd scilicet ipse te adeò elatum meâ manu percutiet et occidet, « Sic, sic, ait S. Aug. serm. 5 de « verbis Apostoli, aliter non, omninò aliter non « prosternitur inimicus. Qui pugnat viribus

sciret Palæstinos deos, sicut gentilicos alios, neque vim habere ullam ad salvandum, neque facultatem ullam ad nocendum; sed omni potiùs sensu ac motu carere. Ne tamen aliquem ostenderet metum ex gigantis comminatione conceptum, illi ex adverso maledicit; à Deo tamen vero, à quo sicut sperari omnia possunt, sic etiam timeri. Maledicit tamen modestè, per futurum, ut non tam optare, quàm prædicere adversarii mortem videatur. Illam verò gloriam, de quâ non videtur ambigere, Deo tantùm adscribit, cujus admirabilem potestatem commendat. Et hoc se vehementer optare indicat, ut omnes cognoscant esse in Israel protectorem Deum, qui neque gladio indiget, neque æreâ casside, aut squamatâ loricâ, ut instructissimas inimicorum acies temporis momento conficiat.

Et dabo cadavera castrorum Philisthim hodie volatilibus cœli. Non satis sibi habet novus miles David, quâ est in Deum spe, unum sternere Goliath; sed etiam sperat futurum, ut dissipentur castra Philisthiim, et eorum cadavera vultures alant, et funestas alias cœli volucres, et sylvestres feras. Quod prævidisse videtur propheticâ luce, ut putat Lyra: nam reverà eodem prorsùs accidit modo quo ipse præsenserat, et modò prædicit. Cùm enim cecidisset Goliath lapide percussus, etiam ceciderunt aliorum animi, quibus ille vivus omnia expedita, atque secunda promittebat; unde contigit, ut illorum plurimi strati jacuerint in viis quas fugientes impleverant.

« suis, antequàm pugnet ipse prosternitur. » Hæ voces Davidi inermi victoriam et regnum pepererunt. Unde Basil. Seleuc. orat. 15, exclamat: « O plenas amoris divini voces, vel « ante victoriam potitas victoriâ! O qui palam « fecisti fidem ad pugnam armis non indigere! « O qui in te ipso palam fecisti fidei vim! tales « animas legere novit gratia; quare et cura « gregis distentum vocavit ad regnum. » Audi S. Chrys. hom. de David et Goliath: « David « dixit ad eum: *Tu venis ad me fidens in gla-* « *dio, ego in Deo;* ut terrenis dimicas, ego « cœlestibus pugno, *tu in lanceâ*, ego in fide; « *tu in clypeo*, ego in pace; *tu venis ad me in* « *armorum virtute*, ego in potentissimo geni- « tore. Denique in te tua arma vertentur, in « te tuus gladius exeretur, Dei est enim hæc « pugna, Dei erit et ipsa victoria. » Porrò Josephus 6 Antiq. c. 10, Davidem Goliæ dixisse ait: « Tu me invadis hastâ tuâ confisus, et tho- « race et gladio; mihi verò pro armaturâ Deus « est, qui te ac tuum exercitum hodiè nostris « manibus deleturus est. » Nota τὸ *mihi verò pro armaturâ Deus est. Si enim Deus pro nobis, quis contra nos?* Rom. 8.

(Corn. à Lap.)

Vers. 47. — Et noverit universa Ecclesia hæc, quia non in gladio, neque in hasta salvat Dominus. *Ecclesia* congregatio est, et conventus populorum sive in agris sit, et castris extra civitatem, sive intra mœnia certo ac definito ambitu conclusa. Sic filii Israel, dùm adhuc essent in deserto, Ecclesiæ vocantur, et quicumque conventus, ubicumque locorum esse contingat, eodem afficiuntur nomine. Ab exemplis abstineo, quæ nusquàm non occurrunt. Optat igitur David, non ut ex hoc certamine aliquid sibi dignitatis accrescat, sed ut omnes Ecclesiæ, id est, omnes populi et linguæ, sive in sylvis degant, sive civili cultu sese intra septa contineant, cognoscant, Deo ut amicos salvet, et inimicos funditùs extinguat, non opus esse ferro, non bellandi peritiâ, cùm per inermes atque in bellando imperitos et rudes, maximas possit et soleat comparare victorias (1).

Vers. 49. — Et misit manum suam in peram, tulitque unum lapidem. Non difficile est conjectare, unum tantùm esse lapidem, quo David ingentem illam et vastam molem dejecit in terram; cum id apertè Scriptura doceat, cùm in eo congressu unius tantùm lapidis meminerit. Sed sunt, qui tribus lapidibus appetitum esse dicant et confectum gigantem. Ita sanè quædam Glossa ad hunc locum, quæ eodem modo dicit à Christo, Matth. 4, victum esse Satanam tribus tentationibus, quo Goliath à Davide tribus lapidibus. Idem tenet Magister Historiæ scholasticæ et Hugo. Sed horum cogitatio longè aberrat à litterâ.

Et infixus est lapis ejus in fronte, et cecidit in faciem suam (2). Josephus ad cerebrum us-

(1) Vers. 48. — Cum surrexisset Philisthæus. An adversarium sedens opperiebatur, ut in textu innuitur? Mos iste apud veteres sese prodit. Galli, et è Romanis militibus, qui *triarii* appellabantur, certamen sedentes exspectabant. Hirtius lib. 8 de Bello Gallico: « *Fasces, ubi consederant; nam in acie sedere* « *Gallos consuevisse, superioribus commentariis* « *declaratum est.* » (Calmet.)

(2) Mysticè S. Aug. serm. 197 de Tempore: « Videte, ait, fratres, ubi David Goliath per- « cusserit, in fronte utique, ubi crucis signacu- « lum non habebat. Sicut enim baculus crucis « typum habuit, ita etiam et lapis ille de quo « percussus est, Christum Dominum figurabat. « Ipse est enim lapis vivus, de quo scriptum « est: *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes,* « *hic factus est in caput anguli.* » Et inferiùs tropologiam afferens: « Quod verò inquit, in « fronte percussus est, hoc significat, quod « modò in nostris competentibus exercetur, « quia quando catechumenus in fronte signa-

que dicit penetrâsse lapidem. Hebræorum alii affirmant primum lapidem pervenisse ad cerebrum; à secundo lapide illum eò adactum, ut ad capitis et cerebri medium perveniret; à tertio ad extremam et oppositam fronti partem esse compulsum. Sed quid isti non audent, modò ad popularem plausum? Quin etiam addunt, ex eo tempore cùm circumcisio gladio fieret lapideo, deinde fieri cœptam esse ferreo. Neque necesse est illius mutationis ab illis causam quærere, cùm reddere non possint nisi ridiculam. Dicunt præterea, metallum durum ex æreâ casside cessisse lapidi, et locum reliquisse apertum ad frontem, quasi omninò à tegumento nudam. Ego potiùs dicerem, datam à Deo et Davidis dexteræ eam firmitatem, et excusso lapidi eam duritiem atque impetum, ut cassidem perfringeret, seu, ut alii volunt, non curâsse Goliath, quid contra moliretur David, quem utpote inermem et inexpertum belli contemnebat: atque ideò non curâsse partem illam apertam relinquere, cui infixus est lapis ad quam Deus excussum à Davide lapidem direxit. Cur verò in faciem potiùs, id est, pronus ceciderit Goliath, quàm supinus, rationes etiam afferunt suo cerebro dignas: nam si supinus caderet, caderet utique longiùs à Davide, et propiùs Palæstinorum castris, ad quæ cadendo caput convertisset. Tunc autem non auderet David caput abscindere, cùm aliquid ab hostibus timeret, quibus propiùs tunc esset adversarii caput.

Vers. 50. — Prævaluitque David adversus Philisthæum in funda et lapide; percussumque Philisthæum interfecit. Non obscurè ex ipso textu sumitur, ad lapidis vulnus non statim obiisse Goliath, sed cecidisse pronum moribundum, et tunc demùm egisse spiritum, cùm illius caput amputatum est. Hic quoque miri sunt Hebræi, quorum jam pudet referre nugas; sed devoremus has ineptias, ut illorum magis calleamus ingenium. Referunt Antiquitates Biblicæ, quarum auctor falsò traditur esse Philo, cùm jam districtum ferrum ipsius faucibus immineret, dixisse Davidi Goliath: « Festina, « et interfice me et exulta. Et dixit ei David: « Antequàm moriaris, aperi oculos tuos, et « vide interfectorem tuum, qui te interfecit. « Et respiciens Allophylus vidit angelum, et « dixit: Non solus occidisti me, sed qui tecum « aderat, cujus species non est sicut species « hominis. Et tunc David abstulit caput ejus « ab eo. » Deinde additur aliquid aliud non minùs à veritate et sanâ mente alienum: An« gelus, inquit, Domini erexit faciem David, « et nemo agnoscebat eum. Et videns Saül Da« vid interrogavit eum, quis esset? Et non « erat qui cognosceret eum. »

Philisthæum à Davide percussum symbolum esse dicunt communiter Patres, diaboli, quem Christus in suâ humilitate devicit. Sic Augustinus Dominicâ 1 post Trin. serm. 2; Rupertus lib. 2 in cap. 1 Reg. cap. 5 et 6, ubi multa præclarè. Tu pauca hæc sume ex Augustino: « Stabant, inquit, Hebræi, et pugnare cum « adversariis non audebant. Quare non aude« bant? Quia David qui Christi typum gerebat, « nondùm venerat. Verum est, fratres cha« rissimi; quis enim contra diabolum pugnare « poterat, antequàm Christus Dominus genus « humanum de potestate diaboli liberaret? Da« vid enim interpretatur, *Manu fortis*. Quis eo « fortior, fratres, qui universum mundum vi« cit armatus non ferro, sed ligno? » Et paulò post: « Ante adventum Christi, fratres charis« simi, solutus erat diabolus: veniens Christus « fecit de eo, quod in Evangelio dictum est, « Matth 12: *Nemo potest intrare in domum fortis, « et vasa ejus diripere, nisi priùs alligaverit for« tem.* Venit ergo Christus, et alligavit diabo« lum. Sed dicet aliquis, si alligatus est, quare « adhuc tantùm prævalet? Verum est, fratres « charissimi, quia multùm prævalet: sed tepi« dis et negligentibus, et Deum in veritate « non timentibus, dominatur. Alligatus est « enim tanquàm innexus canis catenis, et ne« minem potest mordere, nisi eum qui se « illi mortiferâ securitate conjunxerit. Jam « videte, fratres, quàm stultus est homo ille,

« tur, spiritalis Goliath percutitur et diabo« lus effugatur. » Idem Aug. hom. 31 inter 50, in fine: « Golias, inquit, de viribus suis super« bus, elatus, inflatus, primò totam victoriam « universæ partis suæ in se uno constituit. Et « quia omnis superbia habet impudentiam fron« tis, in ipsâ fronte lapide veniente dejectus « est. Evacuata est frons quæ habebat impuden« tiam superbiæ suæ, et vicit frons quæ habebat « humilitatem crucis Christi. Propterea et nos « signum ipsum crucis in fronte portamus, « quia illud intelligimus. » Ita S. August. istâ homil. cujus titulus est: *de Monomachiâ Davidis et Goliæ.*

Tropol. duellum Davidis cum Goliâ repræsentat luctam spiritûs cum carne, qui scilicet carnem suam lapide austeritatis dejicit, et gladio mortificationis caput illi abscindit ne præsit, sed subsit. Unde S. Chrysost. Goliath vocat: *Turrim carneam.* Rursùm subigit sibi frontem, quia in fronte animi indoles et passiones, ac præsertim superbia, impudentia et feritas cernitur.

(Corn. à Lap.)

« quem canis in catenâ positus mordet. Tu te « illi per voluptates et cupiditates secuti non « conjungere, et illæ ad te non præsumet ac- « cedere. Latrare potest, sollicitare potest, « mordere omninò non potest nisi volentem; « non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec « extorquet à nobis consensum, sed petit. Ve- « nit ergo David, et invenit Judæorum popu- « lum contra diabolum prælianteni; et cùm « nullus esset, qui præsumeret ad singulare « certamen accedere, ille qui figuram Christi « gerebat, processit ad prælium, tulit baculum « in manu suâ, et exiit contra Goliath. Et in « illo quidem tunc figuratum est, quod in Do- « mino Jesu Christo completum est. Venit « enim verus David Christus, qui contra spi- « ritualem Goliath, id est, contra diabo- « lum, pugnaturus, crucem suam ipse por- « tavit. »

Hæc ideò longiùs ex Augustino descripsi, quia multa, quæ ab aliis, et ab ipso etiam Augustino aliis in locis afferuntur, his sunt quàm simillima; de hujus historiæ aut morali aut allegorico sensu tractavit iterùm Augustinus Homil. 31 de Monomachiâ David et Goliath; Ambrosius l. 1 Officiorum c. 35, et in Psal. 118, serm. 18; Chrysostomus, Homil. 46 in Genesim; et ibidem Homil. de David et Saüle; et aliâ statim homiliâ de victoriâ David contra Goliath. Et latè super Psal. 50, Angelomus et Eucherius; Bernardus in Dominicâ 4 post Pentecosten, ubi in fine admirabile quoddam documentum præbet contra superbiam, cujus symbolum videt in Goliath. In quinque lapidibus totidem agnoscit virtutes, aut animæ dimicantis arma, quibus cadit superbæ mentis tumens elatio. Hæc verò sunt *comminatio, promissio, dilectio, imitatio, oratio.* « Quoties, in- « quit, vanitatis cogitatio mentem pulsat, si « intimo cordis affectu divinas expavescere « cœperis comminationes, seu promissiones « ejus desiderare, non sustinet Golias utrius- « libet lapidis jactum, sed reprimitur illicò « tumor omnis. Quòd si venerit in mentem « dilectio illa tam ineffabilis, quam tibi Deus « majestatis exhibuit, an non illicò inardes- « cens ad charitatem prorsùs abominari inci- « pis, et abjicere vanitatem? Sic et exempla « sanctorum, si diligenti tibi consideratione « proponas, erit sine dubio ad reprimendam « elationem cogitatio ista perutilis. Jam verò « si fortè insurgente subitò elatione, nihil ex « his, quæ diximus, apprehendere quiverit « manus tua, toto fervore ad eam convertere, « quæ sola restat, orationem; et continuò quem « elevatum videras et exaltatum sicut cedros Li- « bani, subversus impiè jam non erit. Sed quæ- « ras fortassè, quemadmodùm suo ipsius gladio « Goliæ possis abscindere caput? Id enim tibi « tantò jucundius, quantò molestius hosti. « Quoties te provocante vanitate, ad recorda- « tionem comminationis divinæ, seu promis- « sionis, aut cæterorum, quæ supra diximus, « confundi cœperis et erubescere, devictus « est quidem Golias, sed forsitan adhuc vivit. « Accede itaque propiùs, ne fortè resurgat; « et stans super eum mucrone proprio caput « ejus abscinde, de eâ ipsâ quæ te appetit, « vanitate, perimens vanitatem. Elatâ siqui- « dem cogitatione pulsatus, si ex eâ ipsâ ma- « teriam et occasionem sumas humilitatis, « quò nimirùm humiliùs et abjectiùs tanquàm « de superbo homine sentias de te ipso; Go- « liam utique Goliæ gladio peremisti. » Hæc optimè Bernardus.

Vers. 51. — Et tulit gladium ejus, et eduxit eum de vagina (1). Nondùm gladium exemerat Goliath, aut quia Davidis prompta celeritas non illi satis temporis reliquit ut illum expediret; aut quia ex usu rei bellicæ priùs pugnatur eminùs hastâ, quàm cominùs gladio, et hoc potiùs. Hinc ego colligo, Davidem virum esse robustum, quando gladio Goliath, quem gravem et longum fuisse oportet pro magnitudine corporis attemperatè ad hastæ magnitudinem, cujus ferrum sexcentorum siclorum pondus habuit, et hastile, quod instar liciatorii texentium erat, feminis crassitudinem. Adde, quòd gladius iste accommodatus dicitur et viribus, et corpori Davidis; alioqui cap. 21, cùm illum Achimelec sacerdos Davidi reddidisset, non dixisset David v. 9: *Non est huic alter similis, da mihi eum.* Quod idem valet, ut ego opinor; non est hoc alius accommodatior. De quo suo loco pluribus.

(1) Præciditque caput ejus. David ergo Goliam suo ipsius gladio peremit. Eò gloriosior fuit ejus victoria; licet enim Goliath lapide ictus corruerit in terram, non tamen illicò mortuus occubuit, sed tunc demùm, cùm David illi caput amputavit.

Allegoricè D. August. serm. 197 de Tempore: « Quòd, inquit, David non habens gladium ascendit super Goliath, et eum proprio « interfecit gladio, designatum est, quòd in « adventu Christi, suo gladio diabolus victus « est, qui per nequitiam suam et injustam « [illegible], quam exercuit in Christum, « omnium in eum credentium perdidit principatum. »

(Corn. à Lap.)

VIDENTES AUTEM PHILISTHIIM, QUÒD MORTUUS ESSET FORTISSIMUS EORUM, FUGERUNT. Plurimùm momenti est ad secundum bellorum eventum in imperatoris salute, quæ si afflictari cœperit, et quod durius est, in acie cadere contingat, exanimat etiam strenuos milites, eosque aut hostili ferro aut ignobili fugæ quodammodò devovet. Exemplorum satis est in utrâque scripturâ, tam sacrâ, quàm profanâ. Lacedæmones, ut auctor est Valerius Maximus lib. 2, cap. 6, et Ælianus lib. 6, c. 6, de var. Hist., ad dissimulandum et occultandum vulnerum cruorem, puniceis in prælio tunicis utebantur; cujus rei ille effectus est præcipuus, ne aspectus illius sociis terrorem, et aliquid fiduciæ atque animi hostibus afferret. Neque fortassè aliam ob causam Romanorum imperatores in acie vestibus utebantur purpureis, ne videlicet concolor è vulnere sanguis appareret; et aliis, qui vulneratum viderent ducem, animos adimeret. Ita Plutarchus in Vitâ Bruti. Tale pallium gestabat Lucullus in prælio, ut idem refert Plutarchus in illius Vitâ; et Marcus Antonius, ut in Epodo tradit Horatius Ode 9. Et quidem Plutarchus idem in Vitâ Pelopidæ, tam Pelopidam ipsum, quàm Marcellum, viros alioqui rerum gestarum gloriâ celeberrimos, reprehendit, quòd nimiâ temeritate seipsos cum gravi exercitûs detrimento perdiderint. Et de Pelopidâ ad finem ait, seipsum Pelopidam ac principatum suum præcipitâsse.

In Scripturâ sacrâ exempla sunt clara. Duo habemus sub hoc ipsum tempus. Alterum est Azaelis, qui dux erat et princeps in exercitu David; qui cùm occisus esset ab Abner lib. 2 Reg. cap. 2, et exanimis jaceret in viâ, milites omnes etiam in ipso ardore insequendi hostes morabatur et frangebat animos alacres, et ad victoriam anhelantes: *Omnes, qui transibant per locum, in quo ceciderat Azael, et mortuus erat, subsistebant.* Alterum Amasæ 2 Reg. cap. 20: *Amasa autem conspersus sanguine jacebat in mediâ viâ. Vidit hoc quidam vir, quòd subsistebat omnis populus ad videndum eum, et amovit Amasam de viâ in agrum, et operuit vestimento, ne subsisterent transeuntes propter eum.* Sed est optimum exemplum Holofernis, cujus mors exultantes victoriâ militum animos, et nihil sibi de suâ fortunâ atque virtute non promittentes, sic debilitavit ac fregit, ut quos mures paulò ante vocaverant, leones putaverint, et non in armis, sed in fugâ turpissimâ spem vitæ posuerint. De quibus Judith cap. 15: *Cùmque omnis exercitus decollatum Holofernem audiisset, fugit mens et consilium ab eis, et solùm tremore ac metu agitati fugæ præsidium sumunt. Ita ut nullus loqueretur cum proximo suo; sed inclinato capite, relictis omnibus evadere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audiebant.*

Moralis sensus ex hâc historiâ informari potest opportunè in hunc modum. Goliath iste, qui nunc est à Davide lapide percussus, superbi spiritûs et superbiæ vitiorum reginæ symbolum est, ut ex Bernardo supra latè didicimus. Hæc, ut Gregorius docuit lib. 3 Moral. cap. 31, regina dicitur vitiorum omnium, quæque ut imperator in castris duces sub se continet plurimos, quibus vires sufficit et arma ministrat; quâ extinctâ aut exanimatâ, reliquæ aliæ pestes animorum languescunt et cadunt; quòd si vivat vigeatque, devictum cor vitiis aliis calcandum et subigendum tradit. Sicut Josue cap. 10, principibus exercitûs devictorum regum colla calcanda subjecit, v. 24: *Et ait ad principes exercitûs, qui secum erant: Ite et ponite pedes super colla regum istorum.* Eodem modo superbia, de quâ Gregorius citato nuper loco: « Ipsa, inquit, vitiorum regi« na superbia, cùm devictum plenè cor cepe« rit, mox illud septem principalibus vitiis, « quasi quibusdam suis ducibus devastandum « tradit. Quos videlicet duces exercitûs sequi« tur, quia ex eis procul dubio importunæ vi« tiorum multitudines oriuntur. » Deinde exercitus horum ducum singulatim describit. Ut ergo superato Goliath, aliis ducibus exciderunt animi et effluxerunt arma de manibus, sic etiam si superbia vitiorum regina, dux et altrix subacta fuerit, tota concidet vitiorum inimica cohors.

Aliam ego hìc pugnam, aliud documentum invenio. Est quidem in Goliath, homine insolente ac stupido, superbiæ quoddam spirans, et vivum simulacrum, quæ plurima sub se fovet et continet vitia. Sed est etiam in hominibus singulis proprium quoddam et quasi naturale vitium, quod alia plura sustentat et fovet; quod si sustuleris, alia etiam debilitantur et languent. In aliis dominatur libido; in aliis avaritia; alios invidia urit; alios emollit et frangit iners quædam et nimiùm delicata mollities; alios rapit et præcipites agit iracundia. Quæ instar Goliath terrent subjectos animos, faciuntque, ut aliis etiam vitiis, sine quibus illorum regnum stare non potest, obsequantur. Tunc autem à viris strenuis, quique victoriam de Philisthinis, id est, de his quæ divinis con-

siliis et animarum commodis adversantur, comparare student, eò enitendum est, ut vitium illud, quod in suis animis dominari sentiunt, omninò expugnent, adhibeantque lapides quinque de torrente, et quidquid est in spirituali militiâ machinarum; et in nomine Domini in hostem illum familiarem et intestinum intorqueant; quem si ex suo loco statuque dejiciant, stravisse existimabuntur, non unum, sed multos hostes, quos ille in suo regno alienis sumptibus alebat, audientque triumphale illud Canticum, quod uno occiso hoste cecinerunt Israelitides psaltriæ Davidi : *Percussit David decem millia.* Sanè qui Absalomem hastâ perfodit, qui regnum patris seditione turbârat, totum exercitum, quem ipse contra patrem armaverat, edomuit. Qui Sebam, à quo populus commotus est, ut à Davide deficeret, occidit, ille bellum extinxit et regni seditionem sustulit. Qui arborem succidit, de quâ Dan. c. 4, ille omnes volucres ac feras fugavit, quas illius arboris rami atque umbra foverant.

Vers. 52. — Ceciderunteque vulnerati de Philisthim (1). Cùm primùm cecidisse viderunt Philisthæi, quem ducem et propugnaculum exercitûs putabant, quasi in suo quisque capite vulnus accepisset, amentes et attoniti, relictis castris, in fugam sese dant, in quâ cùm sine ullo ordine atque consilio fugerent, magno numero hostili gladio ceciderunt. De numero nihil habemus ab Scripturâ certum. Josephus lib. 6 Antiq. cap. 11, triginta hominum millia periisse tradit, et duplò plura fuisse vulnerata. Cùm autem Hebræi Philisthinos usque ad Geth et Accaron essent persecuti, reversi sunt ad castra, ubi hostes paulò ante consederant; et, quod consequens erat debitumque victoribus, abstulerunt diripueruntque quidquid ibi pretiosum, et ad humanos usus commodum invenerunt. Quod fecerunt postea cives Bethuliæ, postquàm occiso Holoferne, exanimati milites fugæ sese dedêre; tunc enim invaserunt ac diripuerunt castra, quæ opimis onerata spoliis deseruerunt Assyrii, Judith. 15.

Vers. 54. — Assumens autem David caput Philisthæi, attulit illud in Jerusalem (1). Fecit David, quod alii fortassè fecerunt antea; fecerunt certè, si credendum fabulis; sed fecerunt postea tam gentiles et exteri, quàm Hebræi; quod eo fecerunt consilio, ut de hostibus triumphum agerent, aut ut elevatis propositisque capitibus in conto præfixis, inimicis consternationem et timorem afferrent, sociis exultationem et animos. De Ptolomæo à Gallis occiso ita Justinus lib. 14 : « Ptolomæus multis vulneribus « saucius capitur; caput ejus amputatur, et « lanceâ fixum totâ acie ad terrorem hostium « circumfertur. » Idem accidit Pisoni et Galbæ, quos Otho superavit, de quibus Cornelius Tacitus lib. 17 Annal. : « Præfixa contis capita « gestabantur inter signa cohortium. » Ex hâc vulgari consuetudine Virgilius libro 9 cecinit :

Quin ipsa arrectis, visu miserabile, in hastis
Præfigunt capita, et multo clamore sequuntur
Euryali et Nisi.

Quod spectaculum sic affecit Trojanos, quos duros ante, id est, assuetos laboribus, et illis idoneè perferendis satis ab usu et fortitudine comparatos vocaverat, ut animum vultumque demiserint. De quibus statim :

Stant mœsti, simul ora virûm præfixa videbant
Nota nimis miseris, atroque fluentia tabo.

De sacris est illud Judith. cap. 14, ubi caput Holofernis in muro suspensum est. Et caput Saülis infra, cap. 31, eo prorsùs modo, quo caput Goliath à Davide, per civitates Palæstinæ circumductum est. Et longè postea Nicanoris caput abscissum est, et eo loco suspensum, ut à Solymitanis videri posset, lib. 1 Machab. cap.

(1) In via Saraim, et usque ad Geth, et usque ad Accaron. Urbs Saraim inter urbes tribûs Juda recensetur apud Josue 15, 36. Quanquàm autem certus ejus situs ignoretur, jacuisse tamen necesse est inter vallem Terebinthi, Geth, et Accaronem. Neque alia fortassè fuit à Saraâ, de quâ apud Josue 15, 33. Geth et Accaron duæ sunt urbes Philisthæorum celebres, quarum prior meridionalior est alterâ. Geth inter urbes Philisthæas maximè meridionalem fuisse, alibi demonstravimus.

(Calmet.)

(1) Meritò S. Chrysost. Homil. de David cùm Goliam devicit, ei congratulans hoc Epinicium cecinit : « Quibus ego te laudibus, « quibusque gloriis præferam, sancte ac religiose puer, qui innocentiâ pares, virtute « fortes, senes merito prævenisti; qui potuisti « desistentibus cunctis immanem belluam vincere, hostem prosternere, inimicum populi « detruncare? Tu enim deficiente rege, rex « ipse et dignitate et merito extitisti. In desistentibus fortiter in prælium prosiliisti. « Tu formidanti populo et Goliæ sævitiam molienti, dùm fortissimè geris, victoriam de « hoste Dei populo tradidisti. »

Basil. Seleuc. orat. 15 : « Sectum caput, « ait, cum sectore gladio, victoriæ parenti « donatum offert, et cùm quæ devicerat, Deo « offert, ei victoriam arrogat. O qui palam « egisti fidem ad pugnam nullis egere armis! « O qui in te ipso palam fecisti fidei vim! »

(Corn. à Lap.)

7, ad finem. Quibus locis abscissa principum capita in triumpho ab hostibus aut hastis præfixa, aut in publicis frequentibusque locis suspensa sunt.

Attulit illud in Jerusalem. Circumtulit Philisthæi caput David per plures alias civitates, per quas transibat victor exercitus, ut constat ex sequenti cap. v. 6. Nam ex urbibus dicuntur egressæ mulieres, et epinicium tam Saüli quàm Davidi cantâsse. Sed cur præcipuè Jerosolymam allatum dicitur vastum illud Philisthæi caput, eo maximè tempore, in quo nondùm erat sub Hebræorum dominatu? Rationem reddit Abulensis à q. 37, quia licet arx Sion, id est, pars expugnatu difficilis, esset in Jebusæorum potestate, quam ex illorum manibus postea extorsit David, et à suo nomine *civitatem* appellavit *David*, tamen reliqua pars civitatis Hebræorum dominatum subierat. Et quidem captum esse Jerosolymæ regem, et occisum à Josue, habes Josue 10, v. 23. Deinde captam civitatem à filiis Juda, Judic. 1, v. 8. Quare ratio non erat, quæ prohiberet gigantæum caput in eâ parte collocari, in quâ esset Jerosolymæ maximè conspicuum, quia illa nobilissima civitas fuit, atque ideò tam insigni trophæo nulla pars in Chanaanitide regione commodior. Deinde ut Jebusæi, qui civitatis arcem in suâ potestate diù retinuerant, et nunc etiam obstinato consilio tuebantur, ex eo facto discerent expugnari posse arcem illam arte atque naturâ munitam, favente Domino Judæorum votis; sicut terror Hebræorum et arx Philisthinorum firmissima Goliath, excusso è pastorali fundâ lapide, dejectus est. Hoc posterius indicat Theodoretus q. 41.

Arma verò ejus posuit in tabernaculo suo. Quidam de tabernaculo fœderis accipiunt, quod eo sibi argumento persuadent, quia postea, cap. 21, gladium Goliath, tradente Achimelec sacerdote, sumpsit è tabernaculo. Sed si ita esset, cur historicus sacer addidisset, *suo*, cùm Dei esset, et commune omnibus, non proprium Davidis tabernaculum? Mihi verisimile est, aliquandiù arma Goliath, quorum supra magnitudo et pondus descripta sunt, posita primùm in Davidis tabernaculo. Nam habuisse tabernaculum proprium, in quo militari more degeret in castris, cùm jam nobilis haberetur et princeps, strato tam insigni victoriâ Philisthæo, nemo, credo, dubitabit. Deinde arbitror ab eodem Davide ad tabernaculum fœderis fuisse translata, ut eo dono fateretur divinæ fuisse virtutis victoriam illam, atque ideò extare oportere non in suo, sed in divino tabernaculo illius insigne monumentum. Quamdiù ergo duravit triumphus, et spectari à populo licuit immania illa feri hominis arma, fuerunt in tabernaculo Davidis, quia eò convenire debuerunt, quotquot vellent factum illud egregium cognoscere, et immanes illas tanti monstri exuvias intueri; ubi autem sæpiùs videndo curiosos animos expleverunt, ad Domini tabernaculum transmissa sunt. Ita putant Abulensis, Cajetanus, nec displicet Hugoni.

Vers. 55. — De qua stirpe descendit hic adolescens (1)? Cur Saül Davidem ignoraverit,

(1) Quinque postremi versiculi hujus capitis desunt in Septuaginta, ac leguntur tantùm in unico manuscripto Græco Alexandrino; sunt tamen in Hebræo, Chaldæo, Syriaco, Arabico, Latinis omnibus codicibus, ac legisse pariter in codicibus Græcis Theodoretum, constat ex ejus quæstione 43 in hunc librum. Denique apud alios Græcos codices extat in calce hujus capitis longa quædam additio, seu repetitio certaminis Davidis cum gigante. Vide Annotationes in editionem Romanam, et novam editionem Hexaplorum. (Calmet).

Saül dit à Abner : De quelle famille est ce jeune homme? On pourrait trouver étrange que Saül alors ne connût point qui était David, puisqu'il a été marqué auparavant qu'il l'avait eu auprès de sa personne, qu'il l'avait aimé, et qu'il l'avait fait son écuyer. Mais les interpretes ont remarqué qu'il s'était passé plusieurs années depuis le temps auquel David avait quitté la cour pour retourner chez son père, et celui auquel il vint à l'armée, et se présenta au combat contre Goliath. Et comme il était jeune alors, sa taille, son visage, ses habits mêmes pouvaient être fort changés, ayant paru d'abord comme un officier du roi, et dans cette dernière occasion, comme un berger qui venait de quitter son troupeau. Et de plus Saül pouvait connaître encore la personne de David, *et avoir oublié de quelle race il était*, qui est la seule chose qu'il demande, et qui lui importait beaucoup, parce que David devait épouser sa fille. (Sacy.)

« Comment Saül, dit Voltaire, ignore-t-il « quel est ce David? comment ne reconnaît-« il pas son joueur de harpe, son écuyer? « Nous ne savons point de solution à cette dif-« ficulté. » Il n'est cependant pas difficile d'en trouver. Ne peut-on pas, 1° en attribuer la cause aux absences d'esprit auxquelles Saül était devenu sujet? 2° David n'avait paru devant Saül que pour calmer sa frénésie; il s'était retiré à Bethléem pour mener paître les troupeaux de son père, tandis que ses frères servaient dans l'armée. Quand il revint au camp pour savoir de leurs nouvelles, il n'y parut que dans le simple équipage de berger; est-il surprenant que ni Saül ni Abner ne l'aient pas reconnu sur-le-champ. D'ailleurs, Saül ne demande point : *Quel est ce jeune homme?* comme Voltaire l'a exprimé dans sa traduction infidèle, il demande seulement : *Quelle est sa famille?* fait qu'un souverain ou-

cùm illum sæpè canentem audiisset, diximus supra, cap. 13. Neque est, cur quidquam hic addamus. Si verum esset, quod supra dicebant antiquitates Biblicæ Pseudophilonis, dùm ferrum jugulo excepisset Goliath, mutatam esse formam Davidis ab angelo, ita ut à nullo postea cognosceretur, mirandum non esset, si cùm rediret è palæstrâ, ab Abner duce, et à Saüle rege non agnosceretur. Sed Antiquitates illæ, ut sæpiùs diximus, nullam merentur fidem. Quare rationes illas probo, quas ante, cap. 13, probaveram. Et illud hic observandum propono morali atque christiano philosopho, quàm levem gratiam pro suis benefactis sperare debeat ab homine mortali, quantùmvis ille divitiis sit et dignitate potens. Est enim in potentibus maximè infirma et futilis, si tamen ulla est, beneficiorum memoria; et si qua, quod perquàm rarum est, aliquandiù duravit, illam vel tenuis offensiuncula obscurat et delet. Sæpiùs psallente Davide, ab spiritu laxabatur malo, et ab ingentibus animi ac corporis angoribus Saül, et tamen ignorat, à quo tam sæpè magnum illud beneficium acceperit. Et cùm ignominiam à regio capite et ab Israelitarum nomine depulerit, imò et libertatem pepererit, quam populus ille exanimatus et pavidus videri perdidisse poterat, non propter aliquam Davidis incuriam, aut arrogantiam in loquendo, sed propter aliorum ingrata verba in triumphali plausu, sic illum animo insecutus est hostili, ut æternas in eum, certè ad mortem usque inimicitias aluerit.

blie facilement quand cette famille paraît rarement à la cour. Saül avait une raison toute particulière de demander de quelle famille était ce jeune homme qui se préparait à combattre Goliath, parce que s'il était vainqueur, il devait épouser la fille du roi.

« On ne peut pas comprendre encore comment David porta la tête de Goliath à Jérusalem, qui n'appartenait pas au peuple de « Dieu; c'est une anticipation, » etc. La ville de Jérusalem était divisée en haute et basse les tribus de Juda et de Benjamin s'étaient depuis long-temps rendues maîtresses de la basse-ville; mais les Jébuséens s'étaient maintenus dans la haute, qui était située sur le mont de Sion. Il paraît par le chapitre dix-huitième du premier livre des Rois que David après sa victoire parcourut plusieurs villes d'Israël, en portant la tête de Goliath; qu'il la porta aussi à Jérusalem où, de la ville basse, il la fit voir aux Jébuséens qui tenaient la ville haute, afin de jeter la consternation parmi eux.

(Duclot.)

VIVIT ANIMA TUA, REX, SI NOVI. Hoc genus est jurisjurandi inter Hebræos familiaris; quod idem est, ac si dicas : *Ita vivas,* aut, *per vitam tuam, ô rex,* Illud porrò, *si,* idem valet quòd *non,* ut pluribus ostendimus ad illud c. 14 : *Si ceciderit capillus de capite ejus.*

CAPUT XVIII.

1. Et factum est cùm complêsset loqui ad Saül, anima Jonathæ conglutinata est animæ David, et dilexit eum Jonathas quasi animam suam.

2. Tulitque eum Saül in die illâ, et non concessit ei ut reverteretur in domum patris sui.

3. Inierunt autem David et Jonathas fœdus : diligebat enim eum quasi animam suam.

4. Nam expoliavit se Jonathas tunicâ quâ erat indutus, et dedit eam David et reliqua vestimenta sua, usque ad gladium et arcum suum et usque ad balteum.

5. Egrediebatur quoque David ad omnia quæcumque misisset eum Saül, et prudenter se agebat : posuitque eum Saül super viros belli, et acceptus erat in oculis universi populi, maximèque in conspectu famulorum Saül.

CHAPITRE XVIII.

1. Lorsque David achevait de parler à Saül, l'âme de Jonathas s'attacha étroitement à celle de David, et il l'aima comme lui-même,

2. Saül depuis ce jour-là voulut avoir *toujours* David *auprès de lui;* et il ne lui permit pas de retourner dans la maison de son père.

3. David et Jonathas firent *aussi* alliance ensemble; car celui-ci l'aimait comme lui-même.

4. C'est pourquoi Jonathas se dépouilla de la tunique dont il était revêtu, et la donna à David avec le reste de ses vêtements, jusqu'à son épée, son arc et son baudrier.

5. David allait partout où Saül l'envoyait, et se conduisait avec beaucoup de prudence. Et Saül lui donna le commandement sur *quelques* gens de guerre; il était fort aimé du peuple, et surtout des officiers de Saül.

6. Or, *cette tranquillité dont jouissait David ne dura pas long-temps; car, à leur arrivée,*

6. Porrò cùm reverteretur percusso Philisthæo David, egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israel, cantantes, chorosque ducentes in occursum Saül regis in tympanis lætitiæ et in sistris.

7. Et præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes : Percussit Saül mille, et David decem millia.

8. Iratus est autem Saül nimis, et displicuit in oculis ejus sermo iste, dixitque : Dederunt David decem millia, et mihi mille dederunt : quid ei superest, nisi solum regnum?

9. Non rectis ergo oculis Saül aspiciebat David à die illâ et deinceps.

10. Post diem autem alteram, invasit spiritus Dei malus Saül, et prophetabat in medio domûs suæ : David autem psallebat manu suâ, sicut per singulos dies : tenebatque Saül lanceam,

11. Et misit eam, putans quòd configere posset David cum pariete : et declinavit David à facie ejus secundò.

12. Et timuit Saül David, eò quòd Dominus esset cum eo et à se recessisset.

13. Amovit ergo eum Saül à se, et fecit eum tribunum super mille viros : et egrediebatur et intrabat in conspectu populi.

14. In omnibus quoque viis suis David prudenter agebat, et Dominus erat cum eo.

15. Vidit itaque Saül quòd prudens esset nimis, et cœpit cavere eum.

16. Omnis autem Israel et Juda diligebat David : ipse enim ingrediebatur et egrediebatur ante eos.

17. Dixitque Saül ad David : Ecce filia mea major Merob, ipsam dabo tibi uxorem ; tantummodò esto vir fortis, et prælianre bella Domini. Saül autem reputabat, dicens : Non sit manus mea in eum, sed sit super eum manus Philisthinorum.

18. Ait autem David ad Saül : Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut co-

quand David revint de la guerre, après avoir tué le Philistin, les femmes sortirent de toutes les villes d'Israël au devant du roi Saül, en chantant et en dansant, témoignant leur réjouissance avec des tambours et des timbales.

7. Les femmes, dans leurs danses et dans leurs chants, se répondaient l'une à l'autre, et disaient : Saül en a tué mille, et David dix mille.

8. Cette parole mit Saül dans une grande colère, et lui déplut étonnamment. Ils ont donné, dit-il, dix mille hommes à David, et à moi mille. Que lui reste-t-il après cela, que d'être roi?

9. Depuis ce jour-là, Saül ne regarda plus David de bon œil.

10. Le lendemain, il arriva que l'esprit malin *envoyé* de Dieu se saisit *encore* de Saül : et il était agité au milieu de sa maison, comme un homme qui a perdu le sens. David jouait de la harpe devant lui, comme il avait accoutumé de faire; et Saül, ayant la lance à la main,

11. La poussa contre David, dans le dessein de le percer d'outre en outre avec la muraille; mais David se détourna, *et* évita le coup par deux fois.

12. Saül commença donc d'appréhender David, voyant que le Seigneur était avec David, et qu'il s'était retiré de lui.

13. C'est pourquoi il l'éloigna d'auprès de sa personne, et lui donna le commandement de mille hommes. Ainsi David menait le peuple à la guerre, et le ramenait.

14. David aussi se conduisait, dans toutes ses actions, avec beaucoup de prudence; et le Seigneur était avec lui.

15. Saül voyant qu'il était extraordinairement prudent, commença de s'en donner *plus* de garde.

16. Mais tout Israël et tout Juda aimait David, parce que c'était lui qui allait en campagne avec eux, et qui marchait à leur tête, *les conduisant toujours avec beaucoup de sagesse et de succès.*

17. Alors Saül dit à David : Vous voyez Mérob, ma fille aînée; c'est elle que je vous donnerai en mariage, *pour accomplir la promesse que j'ai faite;* soyez seulement courageux, et combattez pour le service du Seigneur. Et en même temps, il disait en lui-même : Je ne veux point le tuer de ma main : mais je veux qu'il meure par les mains des Philistins.

18. David répondit à Saül : Qui suis-je, moi? quelle est la vie que j'ai menée? et quelle est

gnatio patris mei in Israel, ut fiam gener regis?

19. Factum est autem tempus, cùm deberet dari Merob filia Saül David, data est Hadrieli Molathitæ uxor.

20. Dilexit autem David Michol filia Saül altera. Et nuntiatum est Saül, et placuit ei.

21. Dixitque Saül : Dabo eam illi, ut fiat ei in scandalum, et sit super eum manus Philisthinorum. Dixitque Saül ad David : In duabus rebus gener meus eris hodiè.

22. Et mandavit Saül servis suis : Loquimini ad David clam me, dicentes : Ecce places regi, et omnes servi ejus diligunt te. Nunc ergo esto gener regis.

23. Et locuti sunt servi Saül in auribus David omnia verba hæc. Et ait David : Num parùm videtur vobis generum esse regis? ego autem sum vir pauper et tenuis.

24. Et renuntiaverunt servi Saül, dicentes : Hujuscemodi verba locutus est David.

25. Dixit autem Saül : Sic loquimini ad David : Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantùm centum præputia Philisthinorum, ut fiat ultio de inimicis regis. Porrò Saül cogitabat tradere David in manus Philisthinorum.

26. Cùmque renuntiâssent servi ejus David verba quæ dixerat Saül, placuit sermo in oculis David ut fieret gener regis.

27. Et post paucos dies surgens David abiit cum viris qui sub eo erant. Et percussit ex Philisthiim ducentos viros, et attulit eorum præputia, et annumeravit ea regi, ut esset gener ejus. Dedit itaque Saül ei Michol filiam suam uxorem.

28. Et vidit Saül, et intellexit quòd Dominus esset cum David. Michol autem filia Saül diligebat eum.

dans Israël la famille de mon père, pour devenir gendre du roi?

19. Mais le temps étant venu où Merob, fille de Saül, devait être donnée à David, elle fut donnée en mariage à Hadriel, Molathite.

20. Michol, seconde fille de Saül, avait de l'affection pour David; ce qui ayant été rapporté à Saül, il en fut bien aise,

21. Et dit : Je donnerai celle-ci à David, afin qu'elle soit la cause de sa ruine, et qu'il tombe entre les mains des Philistins. C'est pourquoi il lui dit : Vous serez aujourd'hui mon gendre, à deux conditions.

22. Et, *sans s'expliquer davantage*, Saül donna cet ordre à ses serviteurs : Parlez à David comme de vous-mêmes, et dites-lui : Vous voyez que le roi a de la bonne volonté pour vous, et que tous ses officiers vous aiment. Pensez donc maintenant à devenir gendre du roi.

23. Les officiers de Saül dirent tout ceci à David. Et David leur dit : Croyez-vous que ce soit peu de chose d'être le gendre du roi? pour moi, je suis pauvre; je n'ai point de bien.

24. Les serviteurs de Saül lui rapportèrent ceci, et lui dirent : David nous a fait cette réponse.

25. Mais Saül leur dit : Voici ce que vous direz à David : Le roi n'a point besoin de douaire pour sa fille : il ne vous demande pour cela que cent prépuces de Philistins, afin que le roi soit vengé de ses ennemis. Mais le dessein de Saül était de faire tomber David entre les mains des Philistins.

26. Les serviteurs de Saül ayant rapporté à David ce que Saül leur avait dit, il agréa la proposition qu'ils lui firent pour devenir gendre du roi.

27. Peu de jours après il marcha avec les gens qu'il commandait, et ayant tué deux cents Philistins, il en apporta les prépuces au roi, qu'il lui donna par compte, afin de devenir son gendre. Saül lui donna en mariage sa fille Michol.

28. Et il comprit clairement que le Seigneur était avec David. Quant à Michol, sa fille, elle avait beaucoup d'affection pour David.

29. Et Saül magis cœpit timere David; factusque est Saul inimicus David cunctis diebus.

30. Et egressi sunt principes Philisthinorum. A principio autem egressionis eorum prudentiùs se gerebat David quàm omnes servi Saül, et celebre factum est nomen ejus nimis.

29. Saül commença de le craindre de plus en plus, et son aversion pour lui croissait tous les jours.

30. Les princes des Philistins s'étant mis en campagne, d'abord qu'ils parurent, David fit paraître plus de prudence que tous les officiers de Saül, de sorte que son nom devint très-célèbre.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Anima Jonathæ conglutinata est animæ David (1). Parentem Saülem, et filium Jonatham dissimillimo ingenio fuisse oportet.

(1) Hebræus : *Ligata est cum illâ.* (Calmet.)

L'âme de Jonathas s'attacha étroitement à celle de David, et il l'aima comme lui-même. L'action de David dont on pouvait dire qu'ayant tué Goliath il avait vaincu lui seul et sans armes tous les Philistins, était la chose la plus glorieuse, non seulement qu'un homme pût faire, mais même que l'esprit humain pourrait inventer. Et néanmoins nous voyons qu'elle produit des pensées bien différentes dans Saül et dans Jonathas. Saül en conçoit une haine mortelle contre David, et Jonathas une affection incroyable envers la même personne. Il est aisé de voir que c'est l'envie seule qui avait excité une aversion si injuste contre David dans le cœur de Saül. Il s'en expliqua lui-même ouvertement, lorsqu'ayant vu que les filles d'Israël avaient mêlé ces paroles aux cantiques de réjouissance qu'elles chantaient pour honorer cette victoire : *Saül en a tué mille, et David en a tué dix mille,* il dit dans le transport de sa colère : *Elles m'ont fait vainqueur de mille ennemis, et David de dix mille. Que lui reste-t-il après cela que d'être roi?*

Lorsque Samuël dit à Saül, comme nous avons vu auparavant, que Dieu l'avait rejeté à cause de sa désobéissance, il ajouta que Dieu avait donné sa couronne *à un autre qui valait mieux que lui.* Cette parole demeura gravée profondément dans le cœur de ce prince superbe. Et aussitôt qu'il vit que David, dans le combat de Goliath, avait fait lui seul, par le plus grand de tous les miracles, ce que toute l'armée d'Israël n'avait pu faire, il ne douta nullement que ce ne fût là *cet homme choisi de Dieu* dont le prophète lui avait parlé, et il ne pensa plus qu'à le perdre.

Jonathas fait voir une disposition toute différente, parce qu'il agissait par l'esprit de Dieu, au lieu que Saül était emporté par l'esprit d'orgueil qui est celui du démon. L'envie de Saül était d'autant plus inexcusable, qu'encore qu'il crût que David fût destiné à être roi, il savait néanmoins que ce ne devait être qu'après lui. Celle de Jonathas, à parler humainement, aurait pu être plus aisément excusée, parce que ne devant être roi qu'après son père, c'était proprement à lui que David enlevait la couronne, que sa naissance semblait lui avoir acquise. Et c'est ce que Saül lui représente dans la suite, lorsqu'il tâche d'allumer dans son fils la même haine qu'il avait contre David. Mais nous voyons en Jonathas un admirable exemple de ce que peut dans un homme l'esprit de Dieu, lorsqu'il s'est rendu maître de son cœur. Il fait plusieurs siècles avant Jésus-Christ, ce que les saints nous ont depuis ordonné de faire comme la perfection de l'Evangile, qui *est d'aimer Dieu dans le prochain et le prochain en Dieu.* Il révérait en David ce que les autres admiraient comme lui, un courage plus qu'héroïque qui venait du ciel et non de la terre; et une confiance en Dieu plus ferme que le diamant, qui lui avait fait faire avec une hardiesse incroyable ce qu'une armée entière n'osait entreprendre. Mais ce qui lui paraissait sans comparaison plus extraordinaire en ce jeune homme, était cette grandeur d'âme soutenue par une foi humble, qui lui inspirait un mépris de lui-même parmi toutes les louanges qu'on lui donnait, comme étant très-persuadé qu'elles n'appartenaient qu'à Dieu seul; et qui l'élevant au dessus de l'élévation où l'avait porté ce comble de gloire, le rendait le même après la victoire qu'il avait été avant le combat.

C'est pourquoi il ne faut pas s'étonner si Jonathas témoigne à David un si grand transport d'amitié, et *s'il lui donne son épée et une grande partie de ses habillements,* après lui avoir donné son cœur. Il ne se souvient point qu'il est fils de roi, et qu'à ne considérer que les qualités humaines, celui dont il estimait tant l'amitié semblait n'être rien au prix de lui. Il admire en David la grandeur de Dieu et les dons du ciel, et il croit qu'un mérite si extraordinaire est plus estimable qu'une couronne. (Sacy.)

Alter laudem et victoriam Davidis suam sibi injuriam et ignominiam esse duxit; alter sibi illius laudem et triumphum perinde accepit, ac si ad se totum illud omninò pertineret. Neque enim Davidis animam à suâ cogitabat esse diversam, cùm non minùs in Davidis corpore quàm in suo viveret, juxta illud Platonicum : *Amans in proprio corpore mortuus est, vivit in alieno.* Hinc fit, ut qui verè amant, aliorum graviter ferant incommoda, de suis non laborent. Sic Arria moritura dixisse fertur, non grave sibi esse vulnus, quod sibi adacto in viscera ferro amens intulerat; futurum tamen esse gravissimum, quod eam ob causam sibi conjux Pætus esset illaturus. De quibus ita Martialis lib. 1, epigr. 14 :

Casta suo gladium cùm traderet Arria Pæto,
Quem de visceribus traxerat ipsa suis.
Si qua fides : Vulnus, quod feci, non dolet, inquit,
Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

Hìc vis amoris et illius natura expressa est, qui amantis animum et sensus in eorum quos amat corpora transmittit, seu animam suam, quod fecisse hìc dicitur Jonathas, cum alterius animâ conglutinat. Hinc illi usitati dicendi modi, quò amicus amatum dicit esse alterum se. Hinc amicos appellamus animæ nostræ dimidium; sic animam nostram, sic cor nostrum et alia hujusmodi. Sic quia in amicis vivere, aut vivere in nobis amicos volumus, morientium amicorum spiritum haurimus ore hianti. Unde apud profanos usitatum, *ore excipere alicujus animam,* sive *spiritum.* Quam consuetudinem optimè in oratione de Satyro fratre explicuit Ambrosius. *Nihil,* inquit, *mihi profuit ultimos hausisse anhelitus, nihil flatus meos inspirâsse morienti.* Augustinus, juxta Horatianum illud lib. 1 Carm. ode 3 : *Et serves animæ dimidium meæ,* amicum suî dimidium appellavit lib. 4 Confess. cap. 6 : « Benè quidam dixit de amico suo : *Dimidium animæ meæ.* Nam ego sensi animam illius et animam meam unam fuisse animam in duobus corporibus. Et ideò mihi horrori erat vita, quia nolebam dimidius vivere. Et ideò fortè mori metuebam, ne totus ille moreretur, quem multùm amabam. » Gregorius Nazianzenus in Oratione funebri Basilii : « Una utrique anima videbatur duo corpora ferens. Quòd si minor fides iis habenda est, qui omnia in omnibus posita esse dicunt, at nobis certè credendum est, quòd uterque in altero et apud alterum positi eramus. » Hìc igitur amor significatur inter Davidem et Jonatham, dùm illorum animæ in unam coalitæ, seu conglutinatæ dicuntur. De hoc amore aliquid à nobis dictum est ad illud Cant. 1 : *Osculetur me osculo oris sui.* Quâ de re alii disputavêre latissimè, et nos hìc pro nostro instituto satis. Quid porrò sit, animam Jonathæ cum Davidis animâ esse conglutinatam, statim declaratur, cùm dicitur : *Et dilexit eum Jonathas quasi animam suam.* Ubi illud, *et,* non est copulativa, sed expositiva particula (1).

Vers. 3. — Inierunt David et Jonathas fœdus. Hoc fœdus amicitiæ fuit, quam duo isti principes inter se voluerunt habere perpetuam. Quod autem *fœdus* hoc fuerit, explicatur postea, cap. 20, de quo nos eo loco pluribus. Sed quæret aliquis cur illud pactum tam arctum tamque latè patens inire voluit homo nobilis, potens et è regio semine, cum homine tunc rustico, incognito, et cui nulla erat à natalium nobilitate commendatio, cur suam illi posteritatem tantoperè commendat? Sed est prompta facilisque responsio. Nam primùm ubi Deus est, qui suis addit ad amorem honestum ardentes faces, et virtus, quæ ad se trahit etiam aversos inimicorum animos, quæ duo procul dubio spectabat in Davide Jonathas, non est cur plures investigemus amandi causas. Aderat præterea morum studiorumque similitudo maxima, quæ arctissimo modo conjugat amicitias. Uterque erat fortis et strenuus; uterque patriæ religionis et Israelitici nominis studiosus; uterque ingenio minimè invido ac malo; uterque habuit quid in altero amaret atque suspiceret. Neque sæpè amor causas in amante considerat, sed à naturâ suâ liberali ac nobili ad amandum et benefaciendum incitatur ultrò. Neque dubitabat fortassè Jonathas Israeliticum regnum à suo patre atque familiâ, ad Davidem ejusque posteritatem esse traducendum, qui jam ante à Samuele cognoverat reprobatum esse patrem, et illius loco ad regnum illo meliorem esse suffectum.

Vers. 4. — Nam spoliavit se Jonathas tunica, qua erat indutus. Sicut matrimonium, quod duos facit unum esse corpus, conjuges aut invenit, aut facit æquales; sic amicitia, si vera est, similem reddit, et æqualem amicum, cui sua omnia ita communicat liberaliter, ut eis velit uti pro suis. Non satis apta videbatur esse, aut firma fidaque societas inter regium ac nobilem principem et adolescentem ad illum usque articulum ignotum; inter aulicum et militem, et rusticum pastorem, quem non cassis et gladius, sed funda et baculus armabant. Quare cùm primùm cum Davidis animâ Jonathæ anima conglutinata est, militarem habitum et regium, à seipso detractum largitus est Davidi; et quod ipsi in illo rerum statu erat speciosum et utile munimentum, ornamentum illius esse voluit, quem sibi præ omnibus amicum adoptavit. Dedit ergo militarem chlamidem, gladium, arcum et balteum, ne quid deesset ad speciem ejus qui studium profiteretur bellicum. Et quia hæc non aptè cadunt super pellicea et sordida pastoris indu-

(1) Vers. 2.—Tulit eum Saul in die illa. Eò usque Davidem non vocabat Saul, nisi cùm novo morbi accessu laboraret; sed post victoriam de gigante Davidem rex apud se retinuit. (Calmet.)

menta, reliquas etiam vestes impertitus est, ita ut exuisse videretur pastorem et agrestem personam, et induisse principem.

Sed quærat hic curiosus, cur post gladium et arcum, et reliqua tanti principis ornamenta, extremo loco numeretur balteus? Ego eam rationem esse puto, quia cùm balteus militum esset insigne, ille exauctoratus censebatur, et honesto militis nomine indignus, cui ablatus esset aut excidisset balteus, et magnum in re castrensi supplicium censebatur, si quis balteo, id est, militari cingulo privaretur. Unde sæpè legimus à tyrannis detracto balteo exauctoratos christianos milites, quia noluerunt christianam abjurare religionem. Et quemadmodùm quidquid erat pretiosum olim, ab his, qui militarem profitebantur artem, non in vasis aut supellectili domesticâ ponebatur, sed in his quæ ad militarem instructum pertinebant, sic quia balteus ornamentum erat militare et militum insigne, in illo aliquid spectabatur pretiosum et illustre. Sanè præcipuum balteorum ornamentum erant bullæ à quibus, Varrone teste, balteus nomen accepit. Putat enim balteum dici, quasi bullatum, id est, bullis distinctum. Cùm autem balteus omnis distinctus esset bullis, hispanè *tachonado*, pro personarum tamen dignitate varia erat bullarum materia, modò aurea, modò argentea, interdùm verò è pretioso lapide. Trebonius Pollio in Salonino, auro gemmisque distinctos dicit quorumdam militum balteos : « Cùm « cingula, inquit, sua plerique militantium, « qui ad convivium venerant, ponerent horâ « convivii, Saloninus puer auratos constella- « tosque balteos rapuisse perhibetur. » Clariùs idem in Gallieno, cui gemmatum balteum attribuit. Et Parthicos balteos Claudianus lib. 2 de Raptu, gemmis baccatos esse dicit. Accedebat ad materiæ pretium artis præstantia, et in argumento mira varietas, quæ Homerus in balteo Herculis, Odyss. lib. 11, et Iliad. 4 in Menelai cingulo describit. Utrumque Virgilius in Pallantis cingulo conjunxit, ubi auream adhibuit materiam, et in eâ argumentum illustre, historiam nempe Danaidum cœlo Eurytionis eleganter expressam. Sic autem ille lib. 10 Æneid. :

Rapiens immania pondera baltei,
Impressumque nefas, unâ sub nocte jugali
Cæsa manus juvenum fœdè, thalamique cruenti,
Quæ bonus Eurytion multo cœlaverat auro.

Hoc verò ante hoc Jonathæ seculum in populo Israelitico regionibusque proximis fuisse in usu, nempe ut pretiosus esset balteus, et regni, aut eximiæ alicujus potestatis insigne, à quo discingi gravis censeretur ignominia indicat Job, cap. 12, v. 18 : *Balteum regium dissolvit, et præcingit fune renes eorum; ducit sacerdotes inglorios, et optimates supplantat.* De dignitate atque usu *baltei*, seu militaris cinguli sunt in antiquo jure multa lectu digna. Vide l. penult. de castrensi Peculio, et l. *Si quis in conscribendo*, cod. de Pactis, et l. *Final.* de Apparit. Magist. milit. lib. 2, cum aliis pluribus, quæ congerit Petrus Gregorius syntag. juris 3 p., lib. 31, cap. 30, à num. 11.

Cùm ergo Jonathæ balteus pretiosus esset, et insigne gloriosæ militiæ, cùm filius esset regis, et in illius exercitu dux eximius, donum videtur Davidi dedisse omnium maximum, stellatum fortassè, et radiantem scintillantibus gemmis, à quo distinctus speciem præ se ferret ejus quem aliquod indecorum factum exauctorâsset. Atque ideò ut oratio per suos veluti gradus assurgeret, in donorum omnium extremo numeratus est.

Vers. 5. — Egrediebatur quoque David ad omnia quæcumque misisset eum Saul. Jam inde ab eo tempore, quo sublato gigante, abstulit David ab Hebræorum populo dedecus et opprobrium, omnium gratiam et benevolentiam sibi demeruerat; auxit tamen plurimùm, cùm dato sibi muneri ita satisfecit, ut nihil tentaverit, in quo quis desiderârit studium atque prudentiam; nihil susceperit, quod non fuerit secundus eventus consecutus. Quare cùm omnibus esset gratus, illis tamen maximè, qui familiaria Saüli atque domestica ministeria præstabant. Hæc porrò videntur ante suum tempus anticipatâ narratione prædicta; neque enim fieri potuerunt, antequàm virgines cum tympanis egressæ cecinerunt Davidi, cùm victor è palæstrâ rediret : *Percussit Saül mille*, etc. Post has verò acclamationes constitutum esse Davidem à rege tribunum super mille viros, constat, ex v. 13, ubi hæc eadem ab illo facta narrantur, quæ hoc v. 5 continentur. Prolepsin autem, seu anticipationem usitatam esse in Scripturâ, nemo in eâ mediocriter versatus ignorat.

Vers. 6. — Egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israel, cantantes (1). Ex valle Te-

(1) Cum reverteretur percusso Philisthæo Goliath. Ignorare me fateor, cur interpretum quidam hoc aliàs contigisse censeant, positumque Philisthæum pro Philisthiim arbitrentur. Cantantes chorosque ducentes... in tympanis

rebinti, ubi commissum fuerat singulare certamen, direptis jam Palæstinorum castris, redierunt victores tum ad urbes alias, tum maximè ad Jerusalem, ubi quasi illustre trophæum constituerunt caput Goliath. Ex urbibus autem quæ in ipso trajectu erant, egrediebantur virgines obviæ Davidi atque Saüli onustis opimis inimicorum exuviis, quæ de patrio more cecinerunt epinicium. Id enim erat proprium virginum, si quid erat lætum, sicut nuptias et victoriam, aut triste, sicut funus, et acceptam cladem, aut lugubri, aut hilari cantu celebrare; illa epithalamio, aut epinicio, hæc epicedio et næniis.

Vers. 7. — Percussit Saul mille, et David decem millia (1). Hoc fuit psaltriarum canticum, in quo non pauca nobis excutienda sunt. Primùm, non probo, quod Magister Historiæ scholasticæ asserit, præiisse in cantico mulieres, nuptas videlicet, dixisseque : *Percussit Saül mille;* respondisse verò virgines : *David decem millia.* Neque enim hoc ex Scripturâ colligitur, neque necessarium videtur, aut consentaneum, ut diversi constituerentur psallentium chori. Et si hoc demus (nam sæpè id accidit in dramatico cantico), magis est usitatum, ut eadem repetant, qui secundas partes obtinent in cantando, quæ illi qui primas partes habent, et principes vocantur in psalmis, præcinuerunt, licet de hoc nihil certum habeam, aut possim affirmare.

Deinde videndum, cur cùm David unum occiderit Goliath, dicantur tamen ab illo occisa decem millia. Communis est, et meo judicio vera facilisque responsio, ideò à Davide decem hominum millia interfecta censeri, quia multa hominum millia, sublato gigante, desponderunt animos, et penè ultrò victoribus subdidêre jugulum, cùm vires ad resistendum et ad inferendam plagam audacia defuerit. Quemadmodùm excidisse multos arboris ramos ille dici potuit, qui truncum succidit, qui illos antea sustentavit et aluit. Imò et aliquid majus cantare de Davide jure poterant optimo puellæ psaltriæ, nempe non solùm multis hominum millibus ademisse animum, sed etiam millibus sociorum plurimis spiritum et vitam revocâsse, et ideò illorum fuisse interitum, horum vitam, ut ex cap. 17, v. 24, non obscurè constat.

Ego hoc canticum, aut certè hujus cantici formam proverbialem esse arbitror in Hebræorum canticis, sive lugubre aliquid, sive lætum atque triumphale, sive nuptiale sonent. Cùm enim aliquid quasi eximium celebrare volunt, aliquid assumunt in eo genere præclarum, cui eum quem laudare student, anteponunt, ut ex eâ compositione magis emicet illius prælata, et eo modo commendata virtus. Apud profanos exempla sunt plurima; ex illis pauca accipe. Theocritus Idyll. 8, cùm significare vellet virginis amorem tanquàm pestem vitandum esse juveni, idipsum comparationibus explicuit, adducens illa quæ rebus aliis noxia, atque ideò valdè metuenda. « Arboribus, inquit, tempe- « stas metuendum malum, aquis cœnum, « avibus laqueus, feris agrestibus retia; viro « autem teneræ virginis amor, » id est, multò magis fugiendus amor adolescenti. Et Idyl. 9, cùm eâdem comparatione vocis suæ suavitatem commendat : « Dulce vitulus mugit; dulce « etiam bos, dulce fistula, dulce pastor; et « ego dulce, » supple *magis.* Quæ enim postremò dicuntur, primum in commendatione obtinent locum. Quem in eodem laudandi modo imitatus est Virgilius eclogâ 3 :

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imber
Arboribus venti, nobis Amaryllidis ira.

Et statim :

Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis,

lætitiæ, et in sistris. Reddi Hebræus posset: *Cantantes in tibiâ, in tympanis et in instrumentis tricordibus.* Hebræa vox, quæ choreas, eadem et tibias vel id genus pneumatica instrumenta significat. Agitur hic de tympanis veterum, quæ nos descripsimus in dissertatione de musicis instrumentis Hebræorum in Psalmos. *Schalischim* instrumentum fuisse ferunt tribus fidibus instructum, Assyriorum inventum. Septuaginta reddunt *cymbala.* Sistra, de quibus in Vulgatâ, instrumenta sunt Ægyptiis familiarissima, constantque ex manubrio et laminâ æneâ curvatâ, per cujus foramina ex eodem metallo virgulæ trajiciuntur, quæ, agitato sistro, in iis forulis pariter agitatæ acutè strident. (Calmet.)

(2) Hebræus : *Saül percussit in millibus, et David in denis millibus.* Valet Saül pro mille, David verò pro denis millibus; vel, Saül aggressus est hostes cum millibus, et David cum denis millibus. Sed Vulgatæ interpretatio meliùs cum Hebræo congruit. (Calmet.)

Allegor. S. Aug. serm. 197 de Temp., et ex eo Rupert. l. 2 in l. Reg. cap. 6 : « David, ait, « id est, Christus, maledicti hostis (peccati et « diaboli) caput amputavit, id est, principatum « abstulit, et exinde resurgens ex mortuis in « Jerusalem cœlestem victor ascendit. Hoc au- « ditu excitatæ per fidem occurrunt animæ « nostræ Victori publicè et privatim cantantes « et ducentes choros lætitiæ. Quid canimus, « quid confitemur ? *Percussit Saül mille, et « David decem millia in millibus suis,* id est, « universitatem peccati destruxit in suis vir- « tutibus, suis, inquam, quia non aliunde pe- « titis. » (Corn. à Lap.)

Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amynthas. Ubi, ut vides, ex comparatione, multùm alteri extremo laudis accrescit. Similia sunt illa obvia : Præ hujus facundiâ oratorem summum infantem videri, lusciniam alioqui maximè vocalem, esse mutam; atram esse nivem, ignem frigidum, et similia.

In sacris exempla sunt neque minùs frequentia, et magis ad hanc nostram cogitationem accommodata. Primùm, illa omnia testimonia, quæ multa præmittunt eximia, et ad extremum, quæ multùm in eo genere excellunt, adjungunt, ut est illud Proverb. 30, v. 18 : *Tria sunt difficilia mihi, et quartum penitùs ignoro; viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam piscis in medio maris, et viam viri in adolescentiâ.* Ac si dicat : Licet illa tria sint difficilia, illud tamen quartum difficilius est. Similia habes statim v. 15, et v. 29, et Amos cap. 1 et 2 : *Super tribus sceleribus Damasci, et super quarto non convertam eum.* Sed sunt, quæ sequuntur, magis accommodata testimonia. Psal. 124 : *Montes in circuitu ejus, et Dominus in circuitu populi sui,* id est, licet magnum sit civitati præsidium à montium altitudine et ascensu arduo ; majus tamen est à Dei custodiâ, qui civitatem circuit. Proverb. 27, v. 3 : *Grave est saxum, et onerosa arena; sed ira stulti utrâque gravior.* Hebraicè est : *Et ira stulti.* Isaiæ cap. 62, v. 5 : *Habitabit juvenis cum virgine, et habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, et gaudebit super te Deus tuus,* id est, suaviter vivet juvenis cum virgine sibi desponsatâ ; sed longè suaviùs vivent in te, ô Jerusalem, filii tui. Magnum gaudium capit sponsus ex sponsâ in genialibus deliciis; sed majus ex te, ô Ecclesia, seu, ô anima sancta, capiet Deus. Ad hunc ergo modum hoc psaltriarum canticum interpretor : Fortis fuit Saül, qui mille occidit viros, sed multò David fortior, qui decem hominum millia percussit. Quo dicendi genere plurimùm etiam commendatur Saül; nam in commendatione, ut diximus, quæ ex comparatione nascitur, aliquid semper assumitur in eo genere præclarum. Quomodò paulò ante gaudium sponsi, quod existimatur esse maximum, sumptum est, ut gaudium explicaretur, quod capit Deus ex animâ sibi mysticè desponsatâ, et ad explicandum molestum pondus quod aliis imponit stulti furor, pondus assumitur arenæ et saxi.

Quòd autem modus iste cantandi in epiniciis familiaris fuerit Hebræis, ex eo mihi persuadeo, quia cùm ex variis urbibus varii procederent virginum chori, omnes tamen eamdem cantilenam cecinisse traduntur. Convenisse autem omnes in eadem verba et melicos numeros in Davidis triumphali pompâ, non est verisimile. Quare sumpserunt ex eâ consuetudine, quæ Hebræis eo tempore familiaris fuit. Ut enim in luctu familiarem formam habuerunt, aut qui ex animo plorabant, quales erant cognati et amici, aut qui lacrymas habuêre venales, ut sunt lamentatores, aut præficæ, sic etiam in triumpho. De luctu constat Jerem. cap. 22, v. 18 : *Non plangent eum, væ, frater, et væ, soror; non concrepabunt ei, væ, domine, et væ, inclyte;* et cap. 34, v. 5 : *Væ, Domine, plangent te.*

Vers. 8. — Iratus est autem Saul nimis. Hæc puellarum gratulatoria cantilena magno Saülis animum affecit dolore, quia victoriam illam non tam suæ prudentiæ atque virtuti, quàm Davidis audaci robori adscribi videbat; et cùm jam inde à Samuelis minaci vaticinio, de regno transferendo ad alium non sine formidine atque dolore cogitaret, graviter commotus est, cùm publica psallentium, id est, totius, ut ipse interpretari poterat, populi voce, priores in triumphali plausu partes Davidi sunt datæ, sibi verò posteriores. Quare prudenter meditabatur, illud tantùm in posterum reliquum videri, ut illi à toto populo, qui cantatricum verba, triumphalemque plausum probâsse videbantur, regnum traderetur. Quocirca torvis ex illâ die, atque infensis oculis spectabat Davidem, quia præferri sibi quemquam à populari turbâ, et regni successorem jam habere ferebat iniquiùs (1).

Vers. 10. — Invasit spiritus Dei malus Saul. Hinc constat, quod supra dicebamus, perturbationem, aut ægritudinem animi magnum spiritui malo ad corpus et ad animam item hominis auditum aperire. Quando post gravem illum dolorem et cogitationem doli atque furoris plenam, à spiritu nequam, à quo aliquandiù laxatus videbatur, exagitari cœpit. Sed fuerunt etiam nova crimina ex eo die contra virum Deo gratum, deque re Israeliticâ

(1) Vers. 9. — Non rectis oculis aspiciebat David. Hebræus et Septuaginta : *Fuit Saül aspiciens David;* virum observabat, oculos habebat in illum utpote suspectum, et cujus gesta omnia ipsi essent suspecta. Chaldæus : *Fuit Saül insidians Davidi;* explorabat hominem, omnia observans, si quam nancisci posset occasionem virum perdendi. Denique reddi posset textus : *Saül injustitiam committebat in Davidem,* ratus, virum esse, qui temeraria et ambitiosa meditans, regnum ad se avocare cogitaret.
(Calmet.)

optimè meritum concepta, quæ dæmonem advocârunt tam iniquæ mentis et barbaræ cogitationis vindicem.

Et prophetabat (1). *Prophetare* hoc loco est, non Spiritu afflari divino, et eo inspirante futura prædicere sedatè, et cum illâ rerum cognitione, quâ carere non solent, qui veri prophetæ sunt, sed à malo exagitari spiritu et verba fundere interdùm vera, sed fanatico more. Quo modo loqui energumeni solent, qui non tam ipsi loquuntur, quàm per ipsos omninò rerum inscios loquuntur dæmones; aut quomodò loquuntur, qui vocantur à Græcis ἐγγαστρίμυθοι, id est, *ventriloqui*, quia in ventre habere videntur alienam aliquam naturam, quæ per hominis fauces spiritus effundat, et voces quas alienis organis ad certam aliquam significationem formet. Quales fuêre feminæ, quæ spiritum dicuntur habuisse Pythonicum; ut illa Sybilla, de quâ Virgilius lib. 6, quæ sic jactabatur ab alienâ et interiori vi, ut varias acciperet et horribiles formas, unde furere dicebatur, et insanire. Sic autem de illâ Maro :

..... Cui talia fanti
Ante fores subitò non vultus, non color unus,
Non comptæ mansêre comæ, sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument. Majorque videri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Jam propiore Dei.

Pythonissam eodem penè modo describit in Agamemnone Seneca.

Creberque totum possidet corpus tremor.
Anhela corda murmure incluso fremunt.
Incerta nutant lumina, et versi retrò
Torquentur oculi, rursùs immites rigent.

Plura in hanc sententiam occurrent apud profanos. Et quia apud illos ejusmodi plerùmque edebantur oracula, et furiosa, seu à furentibus vaticinia, fiebat, ut *vaticinor* sæpè in eâ sumatur significatione, in quâ *deliro* et *bacchor*. Sanè pro insanire et furere sumpsit aliquando Cicero. Hoc modo prophetâsse Saülem, id est, dixisse futuros rerum eventus à malo spiritu correptum, cùm ipse nihil aut sentiret, aut nôsset, docent communiter omnes, Abulensis, Hugo, Cajetanus, Theodoretus, Lyra. Pro omnibus accipe Theodoretum : « Pseudoprophetæ, « inquit, agitati à malo spiritu sunt similes fu- « rore percitis Corybantibus. Hoc passus est « etiam Saül vexatus à dæmone. » Chaldæus pro, *prophetabat*, reddidit, *insaniebat*.

Quid Saül arreptitius, aut quid potiùs in arreptitio Saüle locutus sit dæmon, non tradit Scriptura; neque alius bonus auctor divinat aut conjectat. Solus auctor Antiquitatum Biblicarum, quid ab insano Saüle prædictum fuerat, insanus ipse divinavit. « Mansit, inquit, « spiritus in Saül, et prophetavit dicens : Quid « seduceris, Saül? aut quem persequeris in « vanum? Completum est tempus regni tui. « Perge in locum tuum; tu enim morieris, et « David regnabit. Nonne tu, et filius tuus simul « moriemini, et tunc apparebit David re- « gnum? » In eo quod subjecit postea, nobiscum sentit, qui paulo ante dicebamus obsessum esse Saülem à dæmone, et illo exagitante, voces illas, ipso prorsùs neque intelligente, neque sentiente, fuisse formatas. *Et abiit*, inquit, *Saül, et nescivit quæ prophetavit.*

David autem psallebat manu sua. Sicut *cantare* aut *canere* non solùm humanæ vocis est; sed etiam instrumenti, sive inflatu resonet tibinicis, sive plectri percussu (unde apud Latinos frequens est *canere tibiis*, *canere fidibus*, etc.), (sic etiam *psallere* sic est accommodatum voci, ut ad instrumentum etiam interdùm transferatur. Unde David psallere dicitur manu suâ, quia musicum manu pulsabat instrumentum, licet illi etiam vocem associaret.

Vers. 11. — Tenebatque Saul lanceam, et misit eam, putans quòd configere posset David (1). Experientiâ compertum est, idque à

(1) Id est, more prophetantium, carmina et psalmos, seu sacros, seu profanos, sibi antea nec notos, nec auditos, fortè etiam linguâ ignotâ et gestibus inconcinnis, decantabat, ut solent insani et energumeni nunc cantores, nunc concionatores, nunc comœdos agere. Unde Chaldæus vertit : *Et insaniebat Saul.*

(Tirinus.)

(1) Audi S. Chrys. hom. de David et Saüle : « Per illum vicit rex ac principatum obtinuit « et quam reposuit gratiam? Nam si quis pe- « pendat præclarè gestorum magnitudinem, « etiamsi rex à suo capite detractam coronam « David capiti imposuisset, nunquàm parem « retulisset gratiam, sed ampliorem debuisset. « Hic enim et vitam et regnum illi donavit; « ille verò huic regnum tantùm erat cessu- « rus. »

Alleg. sicut David lanceâ Saülis, sic Christus in cruce lanceâ militis fuit appetitus; sed David illæsus aufugit, Christus verò eâ transfixus ad regnum perrexit. Ita Rupert. l. 2 in l. Reg. cap. 7 : « Nam iste quidem, inquit, in figurâ « patiens, non confixus fugiendo evasit; ille « autem cujus passiones præfigurantur, lan- « ceâ clavisque confixus quidem est, sed re- « surgendo evasit. » Hæc est prima persecutio Saülis contra Davidem, quam multæ aliæ, sed præcipuæ sex consecutæ sunt, quas hoc ordine recenset hic Rupert. lib. 2, c. 8 : « Prima est, « inquit, ubi nunc mittente Saül lanceam, ut

dæmoniacis sæpiùs audivimus, interdùm sic se à dæmonibus esse correptos, ut nihil nôrint, aut sentiant; interdùm cum integris sint sensibus; et rationis ac mentis omninò compotes,

« configeret eum cum pariete, declinavit et « fugit. Secunda, ubi postquàm percussit Philisthæos plagâ magnâ, itidem psallentem « nisus est Saül contigere; et eo declinante, « lancea casso vulnere perlata est in parietem. « Tertia, ubi cùm fugisset David, et venisset « ad Achis regem Geth, interfecit Saül propter illum sacerdotes Domini. Quarta, ubi « nuntiaverunt Ziphei, dicentes : *Ecce David « latitat apud nos,* et surrexit Saül, et persecutus est David in desertum Maon. Cùmque « desperaret David se posse evadere, nuntius « venit ad Saül, dicens : *Festina et veni, quoniam infuderunt se Philisthæi super terram.* « Quinta in deserto Engaddi, ubi cùm ingressus speluncam fuisset Saül, ut purgaret ventrem, surrexit David, et præcidit oram chlamydis ejus silenter. Sexta, ubi iterùm nuntiaverunt Ziphei dicentes : *Ecce David absconditus est in colle Achile,* et surrexit David « et descendit in desertum Ziph, ubi cùm dormiente illo dixisset Abisai : *Conclusit Deus « hodiè inimicum tuum in manus tuas; nunc ergo « perfodiam eum lanceâ in terrâ semel, et secundò opus non erit ; dixit David : Ne interficias « eum. Ac deinceps propitius sit mihi Dominus, « ne extendam manum meam in Christum Domini. Nunc igitur tolle hastam quæ est ad caput « ejus, et scyphum aquæ,* etc. Septima quæ et « ultima, ubi ait David in corde suo : *Aliquando incidam in unâ die in manus Saül. Nonne « melius est ut fugiam, et salver in terrâ Philisthinorum, et desperet Saül, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel? Fugiam ego manus ejus. Et surrexit David, et abiit ipse et « sexcenti viri cum eo ad Achis filium Mahog « regem Geth.* »

Prima persecutio recensetur hìc. Secunda c. 19, 10. Tertia c. 21, 1 et seq. Quarta c. 23, 19. Quinta c. 24, 3. Sexta c. 26, 1. Septima c. 27, 1. Porrò idem Rupert. l. 2, c. 10, ostendit Deum singulas persecutiones in Davidis bonum convertisse, ut ex singulis ipse fortior et gloriosior evaserit, ut patet hìc ea quæ singulas persecutiones consecuta sunt legenti; passionis enim comes et assecla est gloria.

Allegor. verò Rupert. c. 8, jam dicto ostendit has septem Davidis persecutiones repræsentâsse septem persecutiones, quas diabolus excitavit contra Christum. Prima fuit, cùm Herodes eum cum cæteris infantibus in Bethlehem quæsivit ad necem, Matth. 2. Secunda, cùm David citharizans, id est, Christus prædicare incipiens in Nazareth cives offendit, qui eum ejecerunt extra civitatem in montem ut præcipitarent, Lucæ 4, 29. Tertia, cùm Judæis commendans esum carnis suæ, ab eis audivit : *Durus est hic sermo*, ideòque ab eis desertus fuit, Joan. 6, 67. Quarta, cùm principes miserunt suos ministros, ut eum apprehenderent. At illi eo intacto revertentes dixerunt : *Nunquàm locutus est homo sicut hic homo*, Joan. 7, 46. Quinta, cùm Christo dicente : *Antequàm Abraham fieret, ego sum,* Judæi tulerunt lapides ut jacerunt in eum. Joan. 8,

agi tamen ita vehementer in rem aliquam indecoram et turpem, ut quasi impotes suî ferantur ad ea quæ proponuntur animo, præcipites. In re venereâ infinita penè occurrunt exempla, ubi per magicas artes homines etiam et virgines honestissimæ continere se non possunt, quominùs amentes et cæci rapiantur ad illa quæ proximè vehementer oderant. Id ex eo quod frequenter accidit, expresserunt poetæ in suis pharmaceutris, neque pauca occurrunt in sacris scriptoribus exempla. Quod etiam in furore studioque vindictæ passim experimur, cùm spiritus hominum, qui miti sunt ingenio atque sedato, subitâ quâdam rapiuntur insaniâ, et exsorbere cupiunt illorum sanguinem contra quos nihil priùs hostile cogitârant. Hoc est illud, quod apud poetas sæpiùs audimus, homines ad vindictam et cædem aliorum ardentibus furiarum tædis agitari. Hinc illud Eumenidum commentum, quæ furorem dicuntur inspirare hominibus, neque sinunt ullo aut tempore aut loco esse quietos nisi animos expleant vindictæ sitientes. Hanc vim expressit Virgilianus Turnus lib. 7, Æneid., cujus ubi Alecto, id est, diabolus, aut spiritus furoris, animum invasit, omnem illi quietem et pacis studium ademit, et totum abripuit atque convertit ad cædem et arma. De quo sic Maro :

Sic effata (Alecto) *facem juveni conjecit, et atro*
Lumine fumantes fixit sub pectore tædas.
Olli somnum ingens rupit pavor, ossaque et artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Arma amens fremit, arma toro tectisque requirit :

58. Sexta, cùm Christo asserente : *Ego et Pater unum sumus,* Judæi iterùm voluerunt eum ut blasphemum lapidare, Joan. 10, 30. Septima, cùm eum ceperunt et crucifixerunt, Matth. 26 et 27. (Corn. à Lap.)

Saül lança son dard contre David. Voilà la suite funeste des passions qui naissent les unes des autres, lorsqu'on n'a pas soin d'étouffer d'abord celle qui était comme la mère de ces serpents qui rongent le cœur. Saül était superbe; sa qualité de roi l'avait élevé. Cet orgueil lui avait donné de l'envie, parce que ces deux passions sont inséparables. L'envie avait allumé en lui la douleur et la colère de voir David si grand aux yeux de Dieu et des hommes. Et il a conçu ensuite contre lui une haine violente, qu'il a conservée jusqu'à la mort. C'est pourquoi il a vérifié à la lettre la parole du Saint-Esprit : *Que celui qui hait son frère est homicide.* Le démon qui l'agite est le démon de l'orgueil et de l'envie, qui est en même temps un esprit de sang et de meurtres. Il inspire à ce prince cruel *de percer David avec son dard*, mais Dieu le sauve de ses mains comme par miracle. (Sacy.)

Sævit amor ferri, et scelerata insania belli;
Ira super. Magno veluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni.

Ex his duos ego in arreptitio Saüle status invenio. Nam primùm cùm prophetâsse dicitur, erat omninò à malo dæmone, qui superiores hominis partes, id est, rationis sedem præcipuam occupârat, à mente commotus. Atque ideò quid faceret aut diceret, ignorabat. Cùm configere hastâ voluit Davidem (in quem pridie illius diei, cùm nondùm in illum spiritus malus irrupisset, graviter erat affectus), sic afficiebatur ab obsidente dæmone, ut tamen liberum haberet rationis usum. Quod ex eo patet, quia intorsisse dicitur hastam in Davidem, putans trajici illum posse, et configi cum pariete. Hæc autem cogitatio satis indicat, non fuisse tunc temporis illum à mente commotum, sed agitari intùs ardentibus furiarum tædis, id est, instigari à malo spiritu, qui jam noverat, quàm sibi David futurus esset adversarius, ut illum hastâ de medio sublatum amoveret à regno. In hanc sententiam inclinat Abulensis q. 17.

Et declinavit David a facie ejus secundo. Dubium est, an David à lanceâ in suum exitium destinatâ declinaverit, vel à Saüle. Neque illud, *à facie*, cogit nos hæc ad Saülem referre; nam etiam facies aliis ab animali naturâ juxta hebraici sermonis proprietatem accommodari solet. Sic enim dicimus : *A facie famis, frigoris, arcûs, gladii,* id est, à fame, frigore, arcu, gladio. Quare optimè dici potuit David ab hastæ facie declinâsse. Tunc verò sensus esset, modico corporis flexu elusam esse Saülis petitionem, et irrito jactu delatam fuisse lanceam in parietem, idque contigisse bis, quia bis Saül eodem tempore hastâ petiit Davidem, et bis David intentum ab hastâ vulnus declinavit. Et ita putat Rupertus lib. 2 in lib. 1 Reg. cap. 7.

Sed puto ab illo pronomine *ejus* Saülem potiùs quàm hastam referri. Primùm, quia affixum ejus generis est masculini *mipanau*. At *chanith* terminationem habet femineam; quare cum hastâ convenire non potest. Non sum nescius *chanith* semel in genere reperiri masculino; sed nobis favet et usus frequentior, et terminatio feminea. Deinde quia non est verisimile, aut eos, qui aderant, cùm viderent furere Saülem, permissuros esse, ut iterùm resumeret lanceam; aut Davidem, qui jam Saülis sensum et furorem agnoverat, mansurum ibidem, quamdiù furor ille, et spiritus vesanus non defervesceret; atque ideò necessarium non erat, ut bis lanceam à Saüle contortam declinaret. Facit ad hoc conspirans omnium penè interpretum in hanc cogitationem consensio. Sic Abulensis q. 18, Lyra, Hugo, Cajetanus, Dionysius, Magister Histor. scholast. Bis autem dicitur David declinâsse à Saül, et illius domum atque consuetudinem. Primùm cùm paulò ante bellum reversus est ad patrem et pastorale ministerium; à quo tunc, ut verba hæc indicant, recessit non invitus. Iterùm modò, cùm ex torvo Saülis aspectu, quem sæpiùs observârat, tum ex hastæ conjectu prudenter conjectaret, se apud Saülem non posse diù sine manifesto vitæ suæ periculo commorari. Ita omnes penè, quos proximè citavi.

Libet hic adjicere, quod Chrysostomus meditatur de hâc Saülis invidentiâ in eum, à quo et ipse speciatim, cùm à malo vexaretur spiritu, et populus Israeliticus, occiso Philisthæo, singulare accepisset beneficium. Primùm, non omninò in puellarum cantu contemnebatur Saül; sed ille bellator prædicabatur maximus, quando ex eo sumebatur comparatio ad explicandam fortitudinem illius qui secum ferebat gigantæum caput, et cujus causâ sumebatur triumphalis ille plausus. In quo is, cujus gratiâ sumitur, quasi omnium esset princeps, et maximè de republicâ meritus, celebrari solet; alioqui inurbana esset et indecora laudatio. Neque aliud illi detractum est, imò aliquid additum, quod ab illius meritis fortassè videbatur alienum. Cùm enim laus tota attribuì debuisset David, qui animos ademit adversariis, et addidit suis, quos unius hominis aspectus sic affecerat, ut censeri potuerint pro mortuis, tamen ex illâ aliquid Davidi detractum videbatur, cùm homines mille occisi dicuntur à Saüle. Sic autem Chrysostomus in cap. Genes. 21 Homil. 46 : « Jam vide, inquit, « hic, quàm absurda operatus sit invidiæ mor- « bus. Postquàm enim rex vidit justum hunc « tantâ gloriâ celebrari, et tripudiantes cla- « mare : *Vicit Saül in millibus, David autem in* « *decem millibus* (sic enim legunt Septuaginta), « non ferens mansuetè quæ de hoc dicebantur « (quamvis juxta rationem justam ei magis « tribuerant, quàm David), victus invidiâ be- « nefactori malum rependit. Et quem oporte- « bat ut salvatorem et benefactorem agnos- « cere, eum interficere quærebat. O excellen- « tem insaniam ! ô stuporis magnitudinem ! « Eum qui vitam sibi servârat, et omnem suum « exercitum ab alienigenæ Goliath furore libe-

« rârat, ut hostem despexit, et immemor « beneficii ab affectione vincebatur; sed mente « suâ obtenebratus ab invidiâ, perinde ac ab « ebrietate quâdam, benefactorem ut hostem « spectabat. »

Sanè ubi in unius animum duo conspirârunt rationis atque consilii hostes potentissimi, ambitio, quæ honores appetit, et invidia, quæ aliorum gloriam, suam ignominiam, et aliena lucra sua arbitratur esse detrimenta, à mente commovent, et ad illa rapiunt, quæ neque in amentes et cæcos videbantur cadere potuisse. Quid magis à sanâ mente alienum, quàm dolore, quòd res tuæ felicem sortiantur exitum, quia ex tuis commodis alteri aliquid accedit nobilitatis et gloriæ? Hoc accidit olim Philippo Macedoni, de quo Demosthenes ait, usque adeò gloriæ fuisse cupidum, ut omnia præclara facinora sua esse videri vellet, et magis indignaretur ducibus ac præfectis qui prosperè et laudabiliter aliquid gesserant, quàm his qui infeliciter et ignavè. Cui quàm simillimus fuit filius Alexander, qui, ut refert Curtius lib. 6, « vinci quidem hostes volebat, « Antipatrum vicisse re tacitus indignabatur, « suæ demptum gloriæ existimans, quidquid « cessisset alienæ. » Habemus Saülis ambitioso, invidoque consilio exemplum quàm simillimum in quodam Assyriorum rege, de quo Xenophon lib. 4 Cyropædiæ, qui Gobriam, cui propter egregias corporis animique dotes, filiam suam desponderat : « Cùm igitur illum secum vena- « tum invitaret, ratus se illi longè equitatione « præstare. Ursa verò oblata est, cùm utrique « illam persequerentur, misso rex jaculo illam « frustratus est; at Gobrias spiculum vibrans « illam prosternit. Quam rem ægrè molestè- « que rex tulit, invidiamque clam recondit. « Sed et objectus est leo, quem itidem à rege « irrito conatu insecutum idem Gobrias con- « fecit. Hic rex secum aliquid mussitans ar- « reptâ à quodam ministro lanceâ pectus Go- « briæ transadigit, atque ita adolescentem, « cujus strenuitatem ægris tulerat oculis, « vitâ spoliavit. » Miramur regis stupidam invidiam, et ambitionem à sanâ mente omninò præcipitem : sed sanè multò magis miranda est in Saüle in omnem partem excors et præceps ambitio, cui dolori est in re longè graviori, in quâ de regis regnique libertate certamen erat, sibi rem cecidisse feliciter, et eam ob rem in benè de patriâ meritum civem consilium mortis iniisse.

Vers. 13. — Amovit ergo eum Saul a se, et fecit illum tribunum super mille viros. Recesserat David, ut diximus, à Saülis consuetudine et aulâ; revocavit tamen illum Saül, quia non aliter fortassè existimabat satisfieri posse populi votis, et amori, quo Davidem, à quo summa sperabat omnia, prosequebatur. Ut tamen honestam odio suo atque invidiæ speciem prætenderet, si à suo conspectu submoveret Davidem, chiliarchum illum constituit, id est, mille viris ducem præposuit. Quid autem in hâc præfecturâ speraret præcipuè, statim ostenditur, nempe ut dùm in bellis pro suo munere ac fide continenter versatur, ut est fortuna belli varia, aliquando caderet.

Et egrediebatur, et intrabat in conspectu populi. Cùm alia multa apud Hebræos significet hic dicendi modus, ut pluribus ostendimus in nostris Commentariis super Acta ad illud cap. 1 : *In omni tempore, quo intravit et exivit inter nos*, tum maximè liberam, summamque potestatem, quâ quis quidquid velit, impunè faciat, et suo res administrat arbitratu. Sic sanè Moysis summa potestas explicata est, Deuter. 31, ubi sic ille de seipso : *Centum viginti annorum sum, non possum ultra egredi et ingredi*, id est, populum istum moderari. Nam qui ingreditur egrediturque, quandocumque libet, ille non ex alterius præscripto ac voluntate pendet. Et idem Num. cap. 17 : *Provideat Dominus*, etc., *hominem qui sit super multitudinem hanc, et possit exire et intrare ante eos.* Unde fit, ut *clavis* pro dominatu ac summâ potestate sumatur aliquando, quia clavis aperit et claudit, et qui clavem obtinet, ille cùm libuerit, pro suâ voluntate ingreditur et egreditur. Unde Apocal. cap. 1, audimus habere Christum clavem mortis et inferni, quia utriusque Dominus est, et ad utrumque homines mittere, et ab utroque liberare potest (1).

Vers. 15. — Vidit itaque Saul, quòd prudens esset nimis, et cœpit cavere eum. Sanè quàm verissimum est, et quotidianis compertum

(1) Vers. 14. — *David se conduisait dans toutes ses actions avec grande prudence.* Samuël dit à Saül à la première faute qu'il fit : *Vous avez agi follement.* L'Ecriture au contraire dit ici de David *qu'il se conduisait avec une grande prudence dans toutes ses actions;* et elle ajoute : *Parce que le Seigneur était avec lui.* Ainsi on voit dans David une sagesse pleine de lumière, qui est toujours accompagnée de justice et de vérité, et qui est l'ouvrage de l'esprit de Dieu. Et l'on voit, au contraire, dans Saül, une prudence ténébreuse, pleine de mensonge et d'iniquité, qui hait sans raison celui qui n'est digne que de louange, et qui s'efforce de le perdre sans la moindre apparence de justice. (Sacy.)

exemplis, conscientiam malam timere omnia, neque habere duriorem, aut magis assiduum carnificem, quàm seipsam, quæ nunquàm à metu vacua est, et ipsam non solùm medicinam, sed salutem horret, maximè, ut supra dicebamus, cùm ad conscientiam mali accedit quoque livor ex invidiâ. Sic Caïn peccati conscium perturbabat multis modis, et vanis sæpè terroribus exagitata conscientia. Vide Ambrosium lib. 2 de Caïn et Abel cap. 9, ubi hâc de re optimè. Sed habes hoc apertè Sap. 17, v. 10 : *Cùm sit timida nequitia, dat testimonium condemnationis; semper enim præsumit sæva perturbata conscientia.* Recreare potiùs debuit animum Saülis sollicitum et timidum, Davidis in rerum administratione prudentia, et in bellorum eventu secundo ac facili explorata felicitas; sed hausit è medicinâ venenum, et contra se armari putavit prudentiam illam et robur, quæ pro ipsius, suique populi salute ac gloriâ laborabant; neque minùs sibi à Davide quàm ab infenso Palæstinorum agmine cavendum existimavit.

Vers. 17. — Ecce filia mea major Merob, ipsam dabo tibi uxorem (1). Pollicitus fuerat ante Saül, cùm Goliath quotidianâ provocatione et exprobratione terreret, et pudefaceret Hebræos, daturum se filiam suam illi qui gentis opprobrium de medio sustulisset. Nunc filiam suam majorem, et eo nomine dilectam magis Davidi despondet, sive ut regiam exolvat fidem priùs obligatam, quod non reor, sive ut gener regis, et eo nomine apud omnes magis quàm ante nobilitatus, suo nomini ac titulo debere se multò plura existimaret; atque ideò in majora se discrimina conjiceret, et inimicorum ferro conficeretur. Id quod statim v. 21, cùm loco Merob despondet Michol, ut majorem habeat occasionem conserendi cum Philisthæis manus, patefecit. Quare quæcumque illi beneficia præstitit, fuerunt ἄδωρα δῶρα, id est, *dona non dona*, qualia videri possunt dulcia pocula, in quibus simul venenum porrigitur; aut esca, quæ objicitur piscibus, in quâ latet hamus. Apertè priùs nixus fuerat perforare hastâ; sed cùm jactus ille foret irritus, insidiis rem aggreditur, dùm chiliarchum constituit, et noxia illi obtendit uxoris blandimenta. Et tandem ubi his callidis consiliis

(1) Promisit eam Saül Davidi, sed non præstitit, vel quia fictè promisit, vel quia eum pœnituit : timuit enim ne per filiam regiam uxorem David ad regnum evaderet.

Symbolicam causam dat S. Gregor. lib. 5 in lib. 1 Reg. cap. 1 : « Quid est, inquit, quòd Jacob utramque sororem habere licuit, David autem ad majoris thalamum non pervenit? nisi quia David rex fuit, Jacob verò rex non fuit. Qui ergo regimen animarum suscipit, hunc censura ecclesiastica gregem deferre, et remotæ vitæ otiis vacare non sinit. *Merob* enim idem est quòd *à magistro*, ait Pagnin.; unde notat vitam contemplativam, cujus magister est Deus et Spiritus sanctus. *Michol* idem est quòd *rivus*, vel *decursus aquarum;* unde notat vitam communem, qualis est activa; utramque egit David, unde contemplans edidit prophetias et psalmos tam divinos. Sed ut significaretur reges alios et ordinarios debere potiùs activæ vitæ intendere quàm contemplativæ, hinc Davidi Michol obtigit, non Merob. Vide hic ut David continuâ et implacabili Saülis invidiâ fuerit exagitatus, et assiduè ad necem destinatus; idque duravit toto reliquo vitæ Saülis tempore, puta per integros octo annos; tot enim sunt à decimo Saülis anno, quo David Goliam superavit, usque ad annum Saülis 18, quo ipse in prælio miserè occubuit.

Quæres : Cur hoc permisit Deus? — Resp. ut Davidis patientiam et virtutem exerceret, acueret, solidaret, perficeret, itàque eum ad regnum disponeret. Audi Basil. Seleuc. orat. 15 : « Ne tibi paradoxum videatur, si David « tantæ cùm esset gratiæ, Deoque in deliciis, « invidiæ jaculis fuerit expositus. Nam cùm in- « vidiam perimere Deus potuisset, invidente, « perempto, sentiendum non est, nullam justi « rationem, nullam Davidis curam Deum habuisse. Sic enim et Nabal sustulit Deus, Davidi gratificaturus, dùm ejus injurias morte « vindicavit. Sic ab Absalone commotæ mentis « in patrem pœnas exegit Deus; Davidem tamen Saülis moribus obluctari permittit Deus, « ut athleta ope divinâ invidentiæ victor eva- « dat. Ut infirmos Deus non permittit invidiæ, « sic fortes et strenuos vocat in stadium, quò « possint de invidiâ ipsâ triumphare. Aufert « infirmum ab invidorum rabie, at fortissimos « eò deducit, ubi invidentiæ victores evadant. « Hinc Jacob extollit præstantiam Josephi c. « 49 : *Filius accrescens Joseph, filius accrescens « et decorus aspectu; filiæ discurrerunt super « murum; sed exasperaverunt eum, et jurgati « sunt, invideruntque illi habentes jacula. Sedit « arcus ejus,* » etc. Simili modo Deus exercuit, promovit et perfecit Jacobum per Esaü, Moysen per Pharaonem, Isaiam per Manassen, Machabæos per Antiochum, S. Athanasium per Constantium, S. Chrys. per Eudoxiam, S. Ambr. per Justinam imperatricem.

(Corn. à Lap.)

Saül dit à David : Je vous donnerai ma fille aînée en mariage. Saül avait promis sa fille aînée à celui qui aurait vaincu Goliath, et ainsi elle était due à David. Il la lui promet d'abord; et David lui répond très-sincèrement, comme il paraîtra plus dans la suite, où il le fait tenter sur ce point, qu'il se croyait tout-à-fait indigne de cet honneur; et après cela il la donne à un autre, sans qu'il paraisse de raison vraisemblable dans ce parti qu'il choisit pour sa fille aînée, sinon qu'il préfère un homme sans mérite et qu'il ne hait point, à celui qu'il haît d'autant plus qu'il a un plus grand mérite.

(Sacy.)

nihil promovet, seipsum apertè, et exercitum armat in illius exitium.

Vers. 18.—Quis ego sum, etc., ut fiam gener regis (1)? Longè erat David, qui majus aliquid spectabat, dùm vitam suam in apertum periculum conjecit, ut præmium victori à Saüle promissum exigeret, quando ultrò oblatum tam ingenuè recusat. Non quòd in uxore aliquid aut damnet, aut improbet, quam nunquàm fortassè viderat, sed quia se tanto nomine indignum arbitrabatur. Atque ideò et suam vitam, id est, vivendi modum extenuat, cùm majorem vitæ partem egisset ruri, et cognationem suam, quæ longè aberat, ut aliquid ambire aut meditari posset eximium. Nec cogitabat modestus et ingenio planè liberali adolescens, cognationem Saülis multò fuisse ignobiliorem, ex tribu nempe Benjamin, quæ propter infandum scelus ad paucissimos redacta fuerat, et tantùm non extincta, et uxorem, quæ tunc offerebatur, illius esse filiam, qui non antea dudùm pascebat asinas. Quid ergo tantùm horreret pecuarius, quem explorata virtus regno dignum ostenderat, nuptias illius, quæ asinario patre nata est, et quæ juxta patriam consuetudinem ipsa quoque asinariam vitam instituerat? Sed sanè qui prudentes sunt, à priori humilique fortunâ nunquàm avertunt oculos, neque sic illos inflat præsentis statûs splendida conditio, ut non etiam prioris memoriam retineant. Neque, credo, prioris statûs obliviscebatur David, cùm rex erat plenus victoriis, onustus exuviis, quem amabant sui, horrebant alieni, ut benè secum actum existimarent, quibuscum ipse sociale pactum iniisset. Neque alienum aliquid à Davidis ingenio atque modestiâ cogitaret, qui existimaret antiqui statûs instrumenta, tanquàm monumenta prioris fortunæ, ab ipso fuisse conservata, ut cùm videret se regem, pastorem se fuisse meminisset, et cùm regiæ occurrerent deliciæ et ornamenta, ad memoriam reduceret sylvestrem cibum, cibarium panem, sycomoros quos in Thecuano campo vellicârat, pelles et saga quæ non tam ornant quàm indecorè tegunt afflictum corpus, quod inter medios cleros noctes duxit insomnes, quod æstus urebat et gelu. Habebat tamen aliquid in memoriâ, quod vanis blandisque cogitationibus opponeret. Neque mirum, si id faceret David, quod fecisse dicitur Agathocles Siciliæ rex, qui ut antiquæ fortunæ recordaretur, qui parente figulo natus fuerat, cùm abacos argenteis atque aureis vasis onerare posset, semper tamen fictilibus utebatur.

Vers. 19. — Cum deberet dari Merob David, data est Hadrieli (1). Hic jam se magis prodit animus regis, et quanti fecerit Davidem, cùm oblatam illi, imò et debitam uxorem alteri tradiderit; quæ sanè singularis fuit injuria, cùm illam non jam à spe conjugii, sed ab ipso penè complexu distraxerit. Ferendum esset mitiùs, si debitam negaret; at oblatam auferre, dolor est et ignominia maxima. Quæ quidem in casu non dissimili sic affecerunt atque exulcerârunt Samsonis animum, ut non aliter censuerit sumendam esse vindictam, nisi exustis frugibus, olivetis, et vineis, et ingenti plagâ, quæ Philisthinorum plurimos extinxit.

Vers. 20.—Dilexit autem David Michol filia Saul altera (2). Sicut anima Jonathæ conglutinata fuerat animæ Davidis, in quo multæ erant, illæque non vulgares amandi causæ, sic etiam anima sororis ejus Michol. Quod quidem Saüli non displicuit, non quidem quòd

(1) Quæ est vita mea, aut cognatio? Hebræus et Septuaginta : *Quæ est vita familiæ patris mei in Israel?* (Calmet.)

Audi S. Chrysost. Hom. in hæc Davidis verba : *Quis ego sum, quis ego sum, domine mi, quòd talem gratiam invenerim ante faciem tuam? Ego enim minimus fui in tribu meâ, et elegisti me ex ovibus, et assumpsisti me.* « Videte quomodò subjunxit humilitati innocentiam, ut « cùm esset homo, diceret : *Elegisti me ex « ovibus.* Demonstravit quia hoc genus pecudis « innocens est : significabat enim illum pastorem bonum, *qui animam suam ponit pro « ovibus suis;* illum *Agnum Dei, qui venturus « erat ut tolleret peccatum mundi. Electus ego « ex ovibus,* ut pastorem ostenderet, et innocentiam non negaret, dicit : *Ego enim minimus fui in tribu meâ.* Quàm suave est, quàm « dulce in auditione veræ confessionis, ut diceret se minimum in tribu suâ! Non erubuit « quod erat, ut esset quod non erat. Confessio ejus adduxit ei non peccatum, sed « gloriam et misericordiam. » Subdit deinde Davidem hic gessisse typum Christi : « Quod « dixit : *Minimus fui in tribu meâ,* significabat « perfectam Domini humilitatem in mundum « venientis. Quid humilius servo? tamen hoc « Dominus esse dignatus est, ut ex servis liberos faceret, ut servitus ipsius nobis ingenuitatem donaret. Hoc significabat quod dixit : *Minimus fui in tribu meâ.* » Eia nunc erigite mentes, genus electum, et nolite esse pigri. (Corn. à Lap.)

(1) Et ex eâ quinque liberos habuit. In 2 Reg. 20, 8, legitur pro Michol *Merob,* sed ibi mendum cubat in Hebræo et in Vulgatâ. (Calmet.)

(2) Latini quidam codices contrariam sententiam exprimunt : *Dilexit David Michol filiam Saül alteram.* Sed Hebræus et Septuaginta Vulgatæ cohærent. (Calmet.)

benè Davidi cuperet, cujus multis modis insidiabatur vitæ, sed quia rationem quærebat, quâ illum honestâ aliquâ specie, et sine suo labore perderet. Futurum enim putabat, ut filiam in prodendo conjuge haberet obsequentem; neque nescius erat feminarum blanditias ad quidvis persuadendum potentissimas esse. Quod ex casu Samsonis, qui non antea dudùm contigerat, quod non poterat ipsi aut cuilibet de populo non esse notum, sperare potuit, quem sciebat unius Palæstinæ blanditiis captum, illusum, excæcatum et mortuum. Atque ideò addidit:

Vers. 21. — Ut fiat ei in scandalum, et sit super eum manus Philisthinorum. Hìc ego formam similitudinis subaudio, in hunc sensum, ut sit illi in exitium, et sic ab illâ illecebris amatoriis intereat, sicut antea Dalilæ blanditiis Samson datus est in manus Philisthinorum, et ab illis talia passus, qualia Davidi ab iisdem advenire cupiebat. Sed longè aliter accidit; plus enim apud filiam valuit conjugis amor, quàm patris observantia. Sicut accidit Antiocho, qui Ptolomæo regi filiam Cleopatram conjugali nexu sociavit consilio planè fraudulento, ut aditum sibi ad alienum regnum aperiret. Sed Cleopatra videri maluit Ptolomæi uxor, quàm Antiochi filia. Ita Daniel. c. 11, v. 17: *Et filiam feminarum dabit ei, ut evertat illum, et non stabit, neque illius erit.* Porrò illius matrimonii causâ venturum putabat Davidem in Philisthinorum manus, quia statuerat ab illo dotis nomine centum Philisthinorum præputia postulare; quod ille sine magno capitis periculo tentare non poterat. Ita Hieronymus ex sententiâ Hebræorum in Traditionibus hebraicis.

Je donnerai ma seconde fille à David, afin qu'elle soit la cause de sa ruine. Saül promet à David sa seconde fille, non pour s'acquitter ainsi de sa promesse, mais pour satisfaire sa haine, en s'imaginant que sa fille Michol serait d'intelligence avec lui pour trahir David. Mais elle a témoigné dans la suite qu'elle aimait mieux être fidèle à un mari si saint qu'à un père si cruel. Il demande pour douaire à David la mort de cent Philistins, dans l'espérance que David étant exposé à les combattre y pourrait être tué. Ainsi les grâces de Saül sont des grâces meurtrières; et il veut que le mariage de sa fille lui tienne lieu d'un gage funeste, qui l'assure de la mort de celui qu'il prend pour son gendre.

Il est aisé de tirer de cette histoire un sens plus spirituel. David, selon les saints, est l'image des vrais serviteurs de Jésus-Christ. Ils sont attachés à Dieu et à l'Eglise, et c'est ce qui leur attire la haine du démon et de tous ceux qui agissent par son esprit. Ils combattent le prince du monde figuré par Goliath, non avec les armes d'une sagesse humaine et séculière, mais par la prudence de la foi et par la lumière de la charité. Les justes louanges qu'on leur donne sont insupportables aux imitateurs de Saül; mais pour eux ils demeurent fermes dans l'état où Dieu les a mis. Ils s'abaissent d'autant plus que ce qu'ils ont fait pour satisfaire à leur devoir semble leur attirer quelque réputation parmi les hommes. Ils se consolent dans l'union qu'ils ont avec ceux qui les aiment, comme Jonathas aimait David. Ils prient pour ceux qui les haïssent, et ils tâchent, comme David, d'être tellement circonspects dans leurs actions et dans leurs paroles, qu'autant qu'il est en leur pouvoir, ils conservent la paix avec ceux mêmes qui n'en veulent point avoir avec eux, et que leur conduite soit approuvée de Dieu et des hommes.

(Sacy.)

In duabus rebus gener meus eris hodiè. In hoc loco varii sunt interpretes, in quibus hoc desidero, quod admodùm pauci pro nostræ Vulgatæ translatione laborant; imò quod magis miror, quidam addunt in hebraico textu tantùm esse *duabus*, et non *rebus*, ita ut in *duabus* personæ intelligantur, nempe duæ filiæ Saülis. Et in his variæ sunt sententiæ. Quidam dicunt *in duabus filiabus* generum fuisse Davidem, quia altera promissa est, atque ideò cum illâ contractum intercessisse sponsalitium; cum alterâ verò conjugali vinculo fuisse conjunctum. Ita dicit Lyra placuisse quibusdam Hebræorum, neque ipse reprobat, quibuscum aliquo modo consentit Cajetanus. Alii illud, *in duabus*, singulariter capiunt, in hunc sensum, *in unâ duarum filiarum.* Sicut alibi sæpè in Scripturâ fit, ut docet Pagninus lib. 4 Instit. c. 15, ubi aliquot adducit exempla. Ut illud Jud. 12, de Jephthe: *Sepultus est in civitate suâ Galaad.* Hebraicè est: *In civitatibus Galaad,* id est, *in unâ civitatum.* Ubi idem hunc locum sic exponit, *in duabus,* id est, *in alterâ è duabus.* Eodem mòdo Vatablus. Alii hanc explicationem sic admittunt, ut illam præferant, quæ nobis omninò existimatur vera. Hi verò sunt auctor Historiæ scholasticæ, Dionysius et Hugo.

Aliis placet, in *duabus,* res esse potiùs intelligendas, quàm personas, id est, rationes, titulos, seu merita Davidis, propter quæ illi puella regia matrimonio copulari debuerit; licet non eodem omnes modo declarent. Hieronymus in Tradit. hebr. duas adhibet sententiæ hujus explicationes: « In duabus, inquit, « rebus generum sibi futurum dicit, quia jam « ei attulerat præputia Philisthinorum pro « Merob, quam Saül dedit Hadrieli Molothitæ, « et postea pro Michol ducenta. Et quamvis

« non apertè dicatur pro Merob Saül præputia « Philisthinorum David dedisse, tamen qui « præcedentia et subsequentia perlegerit, et « perscrutatus fuerit, inveniet eum bis Saüli « Philisthinorum præputia dedisse. » Hæc est prior ratio, deinde alteram adducit : « Potest « etiam, inquit, et aliter intelligi : *In duabus « rebus gener meus eris hodiè,* quia ego quæsivi « à te centum præputia Philisthinorum, et tu « obtulisti ducenta. » Cum Hieronymo sentiunt auctor Historiæ scholasticæ, Rupertus, Angelomus, Glossa interlinearis, Hugo, Dionysius, Emmanuel Sâ, et ex parte Abulensis q. 33.

Ego primùm dico, de rebus hunc locum exponendum esse potiùs quàm de personis; neque aliter piè accipi potest, quando id apertè Vulgatus expressit. Secundò, duas res esse, seu titulos, quibus gener esse regis meruit David, et quia Philisthæum occidit, cujus præmium erat regia puella, et quia centum Philisthæorum capitibus nuptias illas coemit. Ita sentiunt illi, quorum nomina modò produximus, uno excepto Hieronymo, seu potiùs exceptis illis, qui Traditiones aut scripserunt, aut collegerunt hebraicas, quarum auctor ignoratur; neque enim certum est, opus illud esse Hieronymi. Ratio est, quia explicationes aliæ nimis videntur esse contortæ, quia multa fingunt, quæ non facilè sacer textus admittit. Hæc verò facilis est, quæ duos agnoscit titulos, et utrumque proximè in sacris litteris expressum.

Illud autem miror, viros alioqui hebraici sermonis non imperitos existimare illud, *rebus,* non esse in hebraico textu; et ideò in eam sententiam adduci, ut personas intelligant, non res : qui meo judicio in hebraicâ grammaticâ infantilis est aut error, aut inertia. Notum est enim apud Hebræos, qui genere carent neutrali, genus femineum, sicut et neutrum, substantivè sumi. Quod Hebræorum idioma aliquando servavit noster interpres, Psal. *Unam petii à Domino, hanc requiram,* pro, *unum petii,* et, *hoc requiram.* Plura exempla nos aliis locis adduximus. Hebraicè feminea ponitur terminatio *setaiim,* quæ exponenda neutraliter, et dicendum, *in duobus,* id est, *in duabus rebus.* Sicut eleganter et communiter Latini faciunt, qui rarò dicunt, *duas res,* sed frequenter *duo.* Et quidem apud Hebræos, cùm *duo* sine certo aliquo adjuncto substantivo ponitur, nunquàm quod ego sciam, ponitur, nisi שתים, in terminatione femineâ. Exemplis id constabit, quæ afferre non pigebit, quia hìc viros doctos hærere video, et apertè dicere, in hebraico textu non esse *rebus,* aut quod huic latinæ voci respondeat. Quasi quis dubitaret, si quis dicat, *duo desidero,* aut, *odi,* an explicare possit, *duas res desidero.* Adducamus igitur loca aliqua, ubi שתים sine ullo adjectivo neutraliter ponitur, et duas res sine ullâ dubitatione significat. Proverb. 30, v. 7 : *Duo rogavi te, ne deneges mihi.* Isai. 51, v. 19 : *Duo sunt, quæ occurrerunt tibi.* Job. 13, v. 20 : *Duo tantùm ne facias mihi.* Psal. 16, v. 12 : *Semel locutus est Deus, duo hæc audivi.* His locis nuda vox ex שתים, et tamen *duas res,* seu *duo* neutraliter significat. Quid igitur miremur à nostro interprete versum esse *in duabus rebus?* Mirarer ego potiùs, si vertisset aliter. Quòd si nihil haberemus aliud, quàm sic à Vulgato fuisse conversum, hoc ipsum movere debuit hominem pium, ut aliam de duabus sororibus explicationem abjiceret. Cum nostro interprete consentit Hispanica translatio antiquissima : *Con dos condiciones seras oy mi yerno.*

Hoc loco, ut alibi, miri sunt Talmudistæ, qui in Chaldaicâ paraphrasi, quam habet Latinam Complutensis bibliotheca, quædam hìc addunt omninò ridicula : dicunt enim cognovisse Davidem in pacto de nuptiali dote, quod centum petebat Philisthinorum præputia, errorem esse gravem, quia centum præputia non æquabant pretium unius denarii : nulla autem censebatur desponsatio valida, si dos oblata minor esset denario. Cùm nemo, si centum præputia venalia prostarent, pro illis unum impenderet denarium, ducenta protulit : hæc enim pro canum et catorum Saülis alimento unius denarii pretium habere videbantur; neque enim plus carnis emeret denario Saül pro canum catorumque domesticorum vilissimo pabulo. Quis non rideat tam aniles nugas? Aut quis non doleat, tantùm esse in his, qui sapientes existimantur, amentiæ?

Hìc observandum, nuptias apud Hebræos per coemptionem fieri, quam ad rem aliquid afferat necesse est, qui alterius ambit thalamum, et nuptias aut pecuniam, et quod pecuniâ à prudentibus æstimari solet, ut est vinea, quâ in Canticis emi fingitur sponsa, aut tritico, quomodò ab Oseâ empta dicitur sponsa, aut labore et servitute, quomodò Jacob duplici septennio pastoralis curæ duas sibi à Laban uxores coemit, aut certè labore et sanguine, quomodò Christus acquisivit atque emit Ecclesiam sanguine suo, Actor. cap.

20. Sic modò David sanguinem et vitam impendit pro thalamo Michol, dùm centum quærit Philisthinorum capita, quæ sine sanguinis ac vitæ periculo referre non poterat.

Vers. 22. — Et mandavit Saul servis suis: Loquimini ad David clam me, etc., esto gener regis. Hinc conjectare aliquis prudenter posset, eadem nunc respondisse Davidem regi, dùm spondet juniorem filiam, quæ paulò ante, dùm majorem offerret. Nempe neque familiam suam tenuem et ignobilem, neque rusticum ad illud usque tempus vivendi genus, aditum habere posse ad regium thalamum, et generi nomen. Neque enim, si David annuisset postulatis à rege, sequestros interponeret, et quasi paranymphos, qui nuptias illas secretò et callidè conciliarent.

Num parum videtur vobis generum esse regis? Eadem, quæ Saüli priùs, respondet nunc illius paranymphis, quibus suam obtendit inopiam, et quæ ambitiosos etiam spiritus ab illâ cogitatione deduceret. Et tandem addidit, rem magnam esse ad gloriosum illud nomen aspirare, et cum regio sanguine rusticum et ignobilem commiscere; neque se satis habere, etiamsi paterna bona omninò conturbet, ut tam nobilem sponsam aliquali dote demereri queat. Præterea nomen illud regio affine majora secum importare pondera, quàm ut ab ipso præstari possint. Qui enim locum sublimem consecuti sunt, multorum oculis et cogitationibus servire debent, cavereque vehementer, ne quis eorum, quibus tanquàm vivendi forma proponitur, in illorum moribus aliquid informe deprehendat. Imò et præire alios in officio debent, neque aliis aliquid negotii imponere, aut difficultatis adire, ad quod non illi quasi duces præviam lucem prætulerint. Id verò arduum est, et vires ac spiritus plusquàm giganteos desiderat. Quare qui magnum nomen appetit, perpetuas appetit excubias, perpetuum laborem, cùm nullius periculi, nullius aleæ quantùmvis ancipitis exsors esse debeat.

Vers. 25. — Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantum centum præputia Philisthinorum. Extenuârat David, ut apparet, genus suum, neque aliquid habere dixerat, quod honestè posset ad novæ nuptæ delicias et ornamentum afferre. Quod molestè ferunt virgines, maximè cùm nuptiarum appetit maturitas. Quocirca ad illam præcipuè partem respondet Saül, et ait regibus non esse necessarias filiarum dotes, cùm ipsi satis habeant divitiarum, quibus et filias et generos locupletare possint; se nihil optare magis quàm injurias ulcisci, quas à Philistheâ gente Israeliticus populus accepit. Quare satis dotatam videri filiam, si centum Philisthinorum capita dotali nomine parenti tribuantur. Id ergo Davidi per nuptiarum pronubos renuntiari jubet, optare regem conjugium, quod quæsitæ sanguine dotes conciliant, reliqua alia non curare.

Vers. 27. — Et post paucos dies surgens David. Annuit David et regis imperio, et illorum consiliis, quos rex nuptiarum conciliatores esse jussit; neque diù distulit offerre dotale pretium; nam post paucos dies eduxit secum viros, quibus præpositus fuerat chiliarchus, et duplicato numero pro centum præputiis ducenta numeravit; quasi qui dotalem pecuniam ad nuptias numerare solent. Est qui putet, non occisos, sed circumcisos à Davide fuisse Philisthæos, quia præputia tantùm Saül, non capita poposcerat, et id tulisse Philisthæos multò molestiùs, quàm si illis vita foret adempta. Id indicat Lyra. Sed planè textus ipse non obscurè significat, occisos esse, et non tantùm circumcisos ducentos illos Philisthæos. Petiit autem Saül non illorum capita, sed præputia, ut eo signo cognosceret, non Israelitarum esse cædem illam, quibus erat caro à primis annis nudata præputio, sed aliorum, quibus naturale illud integumentum ablatum non erat. Neque tot hominum capita afferri poterant sine molestiâ, neque ante regios oculos sine horrore proponi. Atque ideò id adduci jussit, quod alieni generis signum esset, possetque sine ullâ omninò molestiâ portari. Adduci autem potuit, imò ita fortassè factum est, ut putat Abulensis, non tantùm id, quod è Judæo semine circumcisione detrahitur, sed etiam pars illa quæ præputio tegitur.

Ubi Vulgatus: *Post paucos dies*, hebraicè est: *Et non impleti sunt dies*. Hi verò dies aut sunt, quos rex adducendis Philisthinorum præputiis præstituit, aut qui nuptiarum tempori designati fuerant, sive à rege, sive à consuetudine. Quasi velit historicus sacer significare nuptiarum tempore nihil à Davide fuisse prætermissum, quod nuptialia sacra aut nubentium consuetudo requireret. Ubi Vulgatus, *annumeravit*, hebraicè est, *implevit*, ubi in eâdem voce lusus videtur esse non inelegans, quasi dicat: Nondùm erat impletum tempus promissionis, et jam ad unum fuerant impleta promissa.

Vers. 28. — Et vidit Saul, et intellexit

QUOD DOMINUS ESSET CUM DAVID. MICHOL AUTEM FILIA SAUL DILIGEBAT EUM. Id agebat Saül in nuptiis illis, quas magis odium quàm benevolentia contraxerat, ut Davide filiæ suæ blandimentis illecto, aut Philisthinorum manibus, quorum præputia dotale munus esse voluit, occiso, amittendi regni metum deponeret. Sed contra accidit; nam sine ullo suo, aut suorum detrimento duplicavit dotem, unde didicit divinæ illum creditum esse custodiæ; et filiæ post nuptias magis in Davidem augebatur amor. Unde factum est, ut cùm ab illâ spe prorsùs excideret, timeret Davidem multò magis, et ad finem usque vitæ implacabili prosequeretur odio.

VERS. 30. — ET EGRESSI SUNT PRINCIPES PHILISTHINORUM. Cur egressi tunc fuerint ad bellum Philisthæi, duæ rationes adducuntur, quas notavit Abulensis q. 37. Altera est, quia cùm circumcisionem detestarentur, tulerunt gravissimè aliquos è suo genere fuisse circumcisos; quare ut inustam suo nomini tam fœdam ignominiam exurerent, statim se ad bellum accingunt, et in Hebræorum terminos irrumpunt. Sed hanc nos sententiam paulò ante rejecimus, cùm diximus non priùs circumcisos quàm occisos fuisse Palæstinos. Nisi dicamus illos in summo ignominiæ loco posuisse, quòd suorum præputia ad Hebræorum nuptias allata fuerint ex pacto, et à frequenti ac populari turbâ habita ludibrio. Altera est sumpta ex Hebræorum sensu, qui dicunt ideò statim Palæstinos de bello cogitâsse, quia didicerant Davidem iniisse nuptias, et juxta legem illi uno saltem anno cessandum à bello. Cùm autem eo tempore habituri non essent illum adversarium, quem vehementer timebant, maturandum esse sibi existimârunt, et nihil illi curæ prævertendum. Sic putant Hebræi. Quæ ratio parùm apud Palæstinos habuisset momenti, nisi illi aliorsùm legem accepissent, quam voluit legislator. Illa habemus Deut. c. 24, v. 5 : *Cùm acceperit homo nuper uxorem, non procedet ad bellum, neque id quidpiam necessitatis injungetur publicæ, sed vacabit absque culpâ domi suæ.* Quæ verba, ut vides, non prohibent quemquam eo tempore militare, sed tantùm cavent, ne quisquam cogatur sub illud tempus dura belli ministeria subire. Neque David tunc ad bellum novus maritus egrederetur, si contra staret divinæ legis sacrosancta religio. De hâc lege vide Abulensem cap. sequenti, q. 7. Neque puto aliam esse causam movendi belli, quàm illius gentis in hebræum populum inveteratum, et quasi naturale dissidium. Quod fortassè inflammavit et acuit recens victoria, cum injuriâ recenti, fecitque, ut omnes quamprimùm sese ad assuetum bellandi ministerium accingerent.

APOLOGIE DE DAVID.

« Les Manichéens, Bayle, les incrédules modernes, Tindal, Morgan, la Philosophie de l'Histoire, les Remarques de Basile sur David, les Questions de Zapata, l'Examen important de Bolingbrooke, l'article *David* des Questions sur l'Encyclopédie, les Réflexions décisives sur le Judaïsme, le Tableau des Saints, la Bible expliquée, l'Esprit du Judaïsme, etc., tous ces auteurs respirent la même fureur contre les principaux personnages de l'Ancien-Testament, et spécialement contre David. Voici le portrait qu'ils font de ce prince : « Dans ce brigand révéré que les livres des Hébreux ont « appelé par excellence un homme selon le « cœur de Dieu, et que les chrétiens regardent « encore comme le modèle des rois, nous ne « voyons qu'un rebelle envers Saül, un usurpateur de sa couronne, un voleur, chef de « brigands, un capitaine de bandits, qui court « les champs avec une troupe de coquins, ne « distinguant ni amis ni ennemis, pillant tout « ce qu'il rencontre; un adultère, un assassin, « un monstre de luxure et de cruauté, qui se « souille à chaque instant par les actions les « plus noires; perfide envers Achis qui lui « avait donné retraite, infidèle à son ami Jonathas, cruel envers les Ammonites, après « les avoir vaincus, injuste envers Nabal, « après l'avoir pillé et fait périr au bout de « peu de jours, laissant de violents soupçons « en épousant sur-le-champ sa veuve; enfin « voluptueux dans sa vieillesse et vindicatif à « l'article de la mort. Avant et après être « monté sur le trône par l'assistance des prêtres, sa vie n'est qu'un tissu de trahisons, « de parjures et de forfaits. En un mot, dans « un tel homme nous ne pouvons apercevoir « un ami de Dieu, mais un ami des prêtres, « un homme selon leur cœur. »

« Telles sont les déclamations véhémentes, les reproches accumulés et les hardiesses des accusations des incrédules contre David. Nous y répondrons le plus brièvement qu'il nous sera possible. Avant d'examiner ces reproches, il est à propos d'observer que les adorateurs du vrai Dieu n'ont pas été tous des modèles de

vertu ; que plusieurs ont eu des passions et des faiblesses, et que souvent ils ont donné de mauvais exemples. L'Ecriture rapporte avec impartialité le bien et le mal qu'ils ont faits ; en rendant justice à leur foi et à leur zèle, elle n'a jamais canonisé leurs vices. De même que les hommes les plus impies ont quelquefois des retours vers le bien, les plus religieux ont payé le tribut à l'humanité par des chutes scandaleuses. Ce n'est point sur un fait isolé que l'on doit juger du mérite d'un homme, mais sur le total de sa conduite ; il est de la justice d'excuser le mal, lorsque le bien prédomine, se souvenant qu'ici-bas la vertu est rarement portée à sa perfection. Telle est la réponse que saint Augustin donnait déjà aux reproches des Manichéens contre les personnages de l'ancien Testament.

« On entend de nos jours par *un saint* un homme qui a pratiqué toutes les vertus dans un dégré héroïque, et dans la vie duquel on peut à peine découvrir des taches légères ; le nom de *juste*, de *serviteur de Dieu*, d'*homme selon le cœur de Dieu*, n'a pas toujours dans l'Ecriture un sens aussi étendu ; il signifie communément un homme qui n'a point abandonné le culte du vrai Dieu, qui n'a point offert d'encens aux fausses divinités, rien davantage. Sous la loi mosaïque un tel homme, quoique sujet d'ailleurs à plusieurs vices, pouvait prétendre aux bienfaits temporels, en vertu de la promesse générale que Dieu avait faite aux Juifs de les combler de biens lorsqu'ils demeureraient fidèles à leur religion. Ces biens temporels ne doivent pas être envisagés comme la récompense ou l'approbation du crime, mais comme un effet de la promesse générale attachée à la loi. Dieu l'exécutait sans préjudicier aux droits de sa justice qui punit dans l'autre vie tous les crimes, lorsqu'ils n'ont point été expiés ici-bas par un repentir sincère.

« Il n'en est pas de même sous la loi évangélique ; Dieu n'a point renouvelé la promesse des biens temporels qu'il avait faite aux Juifs. Ainsi, sous la loi nouvelle, la prospérité temporelle d'un homme ne prouve ni ses vices ni ses vertus ; sous la loi de Moïse elle prouvait une seule chose, la persévérance de cet homme dans le culte du Seigneur et dans la vraie religion. Quand Samuël déclare à Saül que *Dieu s'est choisi un homme selon son cœur*, cela signifie, suivant le génie de la langue hébraïque, que Dieu s'est choisi un homme tel qu'il lui a plu, et qui lui obéira mieux. *Selon mon cœur* signifie selon ma volonté, comme il me plaît. S'ensuit-il de là que David a plu à Dieu en toutes choses ; que, puisqu'il lui plaisait lorsqu'il a été choisi, il n'a jamais cessé de lui plaire pendant toute sa vie ? En abusant ainsi des termes, on peut égarer les ignorants et les hommes peu réfléchis et superficiels, mais on ne saurait en imposer à ceux qui sont instruits.

« David n'est point le modèle des rois en toutes choses, mais dans sa soumission à Dieu, dans sa pénitence après son péché, dans son application aux affaires, dans l'ordre qu'il a fait régner parmi ses sujets, dans son zèle pour le culte de Dieu, etc.

« Voyons maintenant en détail les *forfaits* de David. Selon les philosophes modernes, c'est 1° *un rebelle, un usurpateur de la couronne de Saül*. Mais quel acte de rebellion a-t-il donc fait ? Quand a-t-il tenté de s'emparer de la couronne de Saül ? Qu'on nous cite quelque fait, quelque démarche pour arriver à ce but ? Il fut sacré par Samuël, sans l'avoir prévu et sans avoir rien fait pour attirer sur lui le choix de Dieu. Par sa victoire sur Goliath, il donna de la jalousie à Saül ; mais montra-t-il aucun désir de remplir sa place ? Saül attaqué de mélancolie veut le tuer, après lui avoir donné sa fille en mariage ; David s'enfuit : est-ce là *se révolter ?* Jonathas, fils de Saül, blâme la conduite de son père, et demeure constamment attaché à David : voilà encore, selon les incrédules, *un rebelle*. Maître d'attenter à la vie de Saül, qui le poursuivait à main armée, il l'épargne et se justifie : *A Dieu ne plaise*, dit-il, *que je porte la main sur mon maître sur l'oint du Seigneur !* Saül confondu reconnaît son tort, pleure sa faute, et s'écrie : *David, mon fils, vous êtes plus juste que moi ; vous ne m'avez fait que du bien, et je vous rends le mal*. Il n'y a point là de *rebellion*, et n'est-il pas étrange que les incrédules s'obstinent à calomnier un homme auquel le plus implacable de ses ennemis est forcé de rendre justice ? Si après la mort de Saül, David fut élevé sur le trône, ce fut par le choix libre de deux tribus, et il n'y avait aucune loi qui rendît le royaume héréditaire.

« C'est par l'assistance des prêtres, prétendent les incrédules, qu'il est monté sur le trône. » Cela est faux, il y est monté, nous le répétons, par le choix libre de la nation après la mort de Saül : les prêtres n'y ont contribué en rien. La seule chose que Saül a re-

prochée aux prêtres, est d'avoir donné du pain à David et à ses gens pendant sa fuite. Quoique ces gens ne fussent point coupables, ignorant la rupture survenue entre le gendre et le beau-père, Saül en fit mourir quatre-vingt-cinq, et passa au fil de l'épée tous les habitants de Nobé. Cet acte de tyrannie et de cruauté n'est pas blâmé par les incrédules dont la haine et la fureur ne tombent que sur David.

« David est un voleur, un chef de brigands, « un capitaine de bandits, etc.; il exerce par- « tout les brigandages les plus inouïs; il ra- « vage également les terres des ennemis, et « celles des amis, » etc. En quoi consistait ce prétendu brigandage? Jusqu'à sa fuite David n'avait ravagé les terres des peuples voisins, ennemis et en guerre avec les Israélites, que par les ordres de Saül, son souverain. Obligé de s'éloigner, il se met à la tête de quatre cents hommes qui étaient sans ressource; il emploie leur valeur contre les Philistins qui assiégeaient Ceïla et dévastaient la campagne; il sauve cette ville et bat les Philistins. Il servait donc Saül et sa nation, même dans sa disgrâce.

« Il enlève Abigaïl, après avoir pillé et fait « mourir Nabal son mari. » Où est-il dit que Nabal avait été pillé? Les domestiques mêmes de ce propriétaire intraitable rendaient témoignage que David et ses gens, loin de lui faire le moindre tort, les protégeaient continuellement eux et leurs troupeaux contre les Arabes. C'est dans ces circonstances que David lui fait demander de la manière la plus respectueuse une petite part aux largesses qui étaient d'usage dans les fêtes champêtres : est-ce là le procédé d'un brigand? Ce n'en est pas un non plus que le parti extrême que prend David de se venger; c'est celui d'un guerrier piqué au vif d'une réponse insultante jointe à un refus malhonnête. Nous avouons cependant que c'eût été une injustice; David en fut préservé par la prudence d'Abigaïl, et il en bénit le ciel. C'est bien faussement qu'on l'a accusé d'avoir fait mourir Nabal; cet homme mourut de maladie, ayant été frappé par le Seigneur. David n'enleva point Abigaïl; à la mort de son mari, elle devint maîtresse d'elle-même, et consentit à épouser David. Les soupçons de Voltaire à l'occasion de la mort de Nabal, et du mariage de sa veuve avec David, n'ont d'autre fondement que le déréglement de son imagination et la malignité de son caractère : tous dans la maison de Saül, jusqu'à sa fille, jusqu'à son fils; tous dans la maison de Nabal, sa femme, ses domestiques, tout Israël enfin connaissaient l'innocence de David, et rendaient témoignage à sa conduite irréprochable.

« Toujours poursuivi par Saül, David se retire chez Achis, roi de Geth, qui lui accorde pour demeure la ville de Siceleg. « Il « paie, selon les incrédules, par la trahison « la plus noire, les bienfaits de ceux qui lui « fournissent un asile; il fait accroire à Achis « qu'il fait des courses contre les Israélites, « et c'est contre les propres amis de son bien- « faiteur qu'il fait ses courses sanguinaires; « il extermine tout, jusqu'aux enfants, de « peur, dit-il, qu'ils ne parlent. Mais comment « ce roi pouvait-il ignorer que David com- « battait contre lui-même? » Les restes des *Amalécites*, des *Gerzéens* et des *Gessuréens*, qui habitaient le désert qui sépare la Palestine de l'Egypte, et contre lesquels David faisait des incursions, n'étaient ni les amis ni les alliés d'Achis. Ces petits peuples, dont l'origine était différente de celle des Philistins, ravageaient et pillaient sans distinction toutes les terres cultivées, comme font encore aujourd'hui les Arabes qui rôdent dans ce même désert. Ils n'étaient pas plus amis des Philistins que des Israélites. Si David déguise l'objet de ses expéditions, s'il persuade au roi de Geth qu'il les fait contre les Hébreux, c'est afin que ce prince soit plus sûr de lui. Nous ne disons pas qu'un tel mensonge ne soit pas répréhensible, et l'Ecriture ne l'approuve point; mais nous soutenons que la conduite de David ne doit pas passer pour une indignité ni pour une perfidie, puisque David servait utilement Achis, même en le trompant.

« Enfin, ajoute Voltaire, voilà David qui, « d'écuyer et de gendre de Saül, devient for- « mellement capitaine des gardes de l'ennemi « d'Israël. Il est difficile de justifier cette « conduite selon le monde. » Ne voit-on pas tous les jours des officiers qui, pour de simples mécontentements, et sans avoir reçu de leur cour aucun traitement qui approche des persécutions que Saül fit continuellement éprouver à David, passent chez l'ennemi, le servent contre leurs anciens maîtres, sans qu'on se permette aucune censure contre eux? Mais le fait est que David n'a fait aucun acte réel d'hostilité ni contre Saül ni contre sa nation.

« David par une hypocrisie détestable pleure la mort de Saül, qui faisait tout l'objet de

« ses désirs; il fait mourir ceux qui lui en « apportent la nouvelle; cependant il fait la « guerre à Isboseth son fils, dont enfin une « trahison le débarrasse. » David a pleuré amèrement la mort de Saül et de Jonathas; son accusateur dit que ce fut une *hypocrisie détestable;* a-t-il donc pénétré dans le cœur de David pour y démêler ses vrais sentiments. David fait mourir celui qui lui en porte la nouvelle, parce que cet homme avoue qu'il a achevé d'ôter la vie à Saül, et qu'*il a porté sa main sur l'oint du Seigneur*. Il comble d'éloges les habitants de Jabès qui avaient donné la sépulture à Saül et à ses enfants, il promet de les récompenser. Après avoir été élu roi par la tribu de Juda, les autres tribus reconnaissent Isboseth, fils de Saül. Cette division met les différents partis aux prises; il se donne un combat où celui de David remporte la victoire. Mais David n'eut aucune part à ce tumulte; le combat fut engagé pendant son absence par deux généraux jaloux l'un de l'autre, Abner et Joab. Il est bien dit qu'il y avait dispute, rivalité, combats d'intérêts entre la maison de Saül et celle de David; mais pendant sept ans il n'est question ni de guerre ni de bataille.

« Une trahison débarrasse David de son « rival. » En fut-il l'auteur? L'approuva-t-il? Au contraire, il la punit : Isboseth fut tué par deux de ses propres officiers, mécontents et fugitifs; à la première nouvelle de cet attentat, David, saisi d'indignation, jure qu'ils en porteront la peine, et les fait mettre à mort.

« C'est, dit Voltaire, une excellente politi- « que, on pourrait la comparer à celle de « César qui fit mourir les assassins de Pom- « pée.» Il y a cependant bien de la différence : César pour envahir l'autorité, avait fait à outrance la guerre à Pompée et à la république romaine. David, fuyant de désert en désert devant l'épée de Saül, ne tira point la sienne contre ce prince; il se refusa avec une générosité héroïque à l'occasion la plus favorable de se débarrasser de son persécuteur, et de régner; observons encore qu'Isboseth avait régné paisiblement pendant sept ans entiers. Un usurpateur, un ambitieux, à qui les crimes ne coûtent rien, aurait-il attendu si patiemment la mort de son rival? A cette époque, les tribus viennent d'elles-mêmes se soumettre à David, et le reconnaissent pour leur roi; les prêtres n'y contribuent en rien.

« Un autre philosophe, pour enchérir sur la calomnie, dit que David ravit le trône à Isboseth, fils de Saül : mais comment peut-on ravir le trône à *un roi tué?*

« Les incrédules accusent David d'avoir « violé les serments qu'il avait faits à Jona- « thas, son ami inséparable, et d'avoir adjugé « à un vil délateur les biens de Miphiboseth, « fils de cet ami. » Nous ne concevons pas comment les incrédules ne rougissent pas d'avancer de telles calomnies. L'histoire nous apprend que le premier soin de David fut de s'informer si Jonathas avait laissé des enfants; qu'il envoya chercher Miphiboseth; qu'il le mit en possession de tous les biens de la famille de Saül; qu'il lui assigna une place à sa table pour toute sa vie : est-ce là trahir ses serments? David fugitif devant son propre fils Absalon est averti par un délateur que Miphiboseth est un ingrat qui n'a pas voulu suivre la fortune de son bienfaiteur; trompé par cette calomnie, il adjuge à ce perfide tous les biens de Miphiboseth; mais détrompé, lorsqu'il remonte sur le trône, il ne lui en laisse qu'une moitié, et rend l'autre à Miphiboseth; il en agit ainsi, parce que, cherchant à contenter tout le monde dans un jour où il convenait d'étouffer toutes les factions, il ne voulut pas contrister Siba à cause du service qu'il lui avait rendu dans son extrême besoin. La joie avec laquelle Miphiboseth accepta ce partage, l'offre qu'il fit de céder le tout à Siba, montrent qu'il était bien sûr que David le dédommagerait amplement de tout ce que la nécessité des conjonctures présentes l'avait contraint de lui ôter; et le soin que ce prince eut de le soustraire, et son fils Micha, à la vengeance des Gabaonites, par respect pour le serment qu'il avait fait à Jonathas, fait bien voir que Miphiboseth ne s'était pas trompé en pensant ainsi, et qu'il avait repris dans le cœur de David la place qu'il y avait eue d'abord.

«Quand les Gabaonites demandèrent à David tous les descendants de Saül pour les mettre à mort, ils étaient réduits à neuf: aux deux fils de Respha, Armoni et Miphiboseth (que les incrédules, pour noircir David, ont confondu malicieusement avec le fils de Jonathas); aux cinq fils que Mérob, fille de Saül, avait eus d'Hadriel, et à Miphiboseth et Micha, son fils, dont les descendants sont décrits pendant une longue suite de générations, au premier livre des Paralipomènes, chapitre 8. Ces deux derniers descendants de Jonathas étaient les plus considérables, et les seuls qui pussent avec

quelque couleur prétendre à la couronne ; les sept autres n'y avaient aucune apparence de droit, comme ne descendant de Saül que par des filles. Si David eût été un de ces politiques soupçonneux qui croient qu'on ne peut prendre trop de précautions pour s'assurer le trône, il avait là une belle occasion de se défaire de ses deux princes, sans encourir aucun blâme ; mais ce roi observateur religieux de sa promesse et de ses serments, les délivra de la mort qu'ils n'eussent pu éviter sans ses prières et sa fermeté. Qu'on juge ensuite ce qu'on doit penser des incrédules qui imputent à David le crime le plus noir non seulement sans preuves, mais contre toutes les preuves d'une conduite tout-à-fait opposée.

« Comment, disent encore les incrédules, « *un tel monstre* a-t-il pu passer pour un héros? « C'est que malgré tous ses forfaits il trouva « grâce devant les prêtres; il leur fut toujours « soumis ; il leur fit des largesses ; il fut zélé « pour sa religion ; il exerça les plus grandes « cruautés contre les idolâtres ; il les détruisit « sans pitié. Aux yeux du sacerdoce ces titres « suffiront toujours pour effacer toutes les ini- « quités. » Si David a *trouvé grâce devant les prêtres,* pourquoi donc ces mêmes prêtres ont-ils laissé subsister dans les Livres saints tous les faits peu honorables à sa mémoire ? Pourquoi n'ont-ils pas dit un mot des prétendues *largesses* qu'il leur a faites, ni *de la soumission* qu'il eut toujours pour eux ? Nous ne trouvons point dans l'histoire ces anecdotes enfantées par la calomnie et la haine de la religion. Il est très-vrai que David fut zélé pour la religion, et qu'il en a été loué par les prêtres ; mais cela a-t-il suffi à leurs yeux pour *effacer toutes ses iniquités?* Ont-ils dissimulé au contraire que ce prince pleura et confessa ses fautes ? qu'il en demanda pardon à Dieu ? qu'il en fut puni par la mort d'un fils adultérin, par le désordre qui régna entre ses enfants, par la révolte d'Absalom, par l'outrage fait à ses femmes, par la révolte de plusieurs tribus, par les insultes de ses sujets, etc.?

« Quant aux cruautés qu'il exerça contre les idolâtres, quelles preuves en donne-t-on? « David, suivant les incrédules, ayant pris la « ville de Rabba, en fit sortir les habitants, il « fit passer sur eux des herses, des chariots « armés de fer et de tranchants, pour les bri- « ser et les mettre en pièces ; il en fit scier « d'autres, un grand nombre fut jeté dans les « fours où l'on cuit la brique. C'est ainsi, dit « la Bible, que David traita les villes des Am- « monites. » « La manière, ajoute Voltaire, « dont David traita les Moabites, ressemble à « la fable qu'on a débitée sur Busiris, qui fai- « sait mesurer ses captifs à la longueur de son « lit ; on leur coupait les membres qui dé- « bordaient ; on allongeait par des tortures les « membres qui n'étaient pas assez longs. » La Bible dit dans le texte original que David condamna les Ammonites aux travaux des esclaves, à la scie, à couper et scier du bois, à traîner les chariots et les herses de fer, à façonner, à cuire des briques. Nos versions ne rendent pas exactement le sens du texte, mais la Bible n'est pas responsable de l'inexactitude des traducteurs ni de l'ignorance des incrédules. Voici le passage traduit mot à mot et littéralement : *Et posuit populum ad serram, et ad trabes ferreas et ad secures ferreas, et transire fecit eos ad fornacem.* Il mit ce peuple à la scie, il leur fit tirer des traîneaux de fer (dont on se servait pour faire sortir le grain des épis), il leur fit couper du bois, et il les occupa à façonner des briques, et à les faire cuire. Il n'y a rien là de cruel, rien d'injuste, rien qui ne fût autorisé par le droit des gens ; on traitait ainsi alors les esclaves ou prisonniers de guerre. Cette explication est appuyée par les versions syriaque et arabique. La première rend ainsi le texte : *David fit sortir le peuple qui était dans la ville de Rabbath ; il leur fit mettre les fers aux pieds, et les enchaîna, et il les fit passer par la mesure.* On lit dans la seconde : *Les Israélites firent sortir tout le peuple de Rabbath ; David les fit lier avec des cordes et des chaînes, il les fit passer devant lui, ayant déterminé une certaine mesure,* apparemment pour employer ceux qui étaient les plus grands aux travaux pénibles, auxquels la petitesse et la faiblesse de l'âge ne permettait pas d'assujettir les autres.

« Quant à la manière dont David traita les Moabites, et que Voltaire voudrait assimiler à la fable de Busiris, il suffirait de faire observer que ce prétendu tyran d'Egypte n'est autre chose que le tombeau d'Osiris ; mais ce n'est pas ici le lieu de discuter ce point d'histoire ou de fable : nous demandons seulement quelle ressemblance il y a entre des cordes qu'on emploie à donner la torture et des cordeaux destinés à marquer des partages? David les employa à séparer ceux d'entre les vaincus qu'il condamnait à la mort de ceux qu'il réservait pour cultiver le pays à charge de tribut,

mais David n'exerça ces rigueurs qu'envers des ennemis pris les armes à la main, au lieu que la fable dit que *Busiris* exerçait sa cruauté sur des étrangers aussi innocents que malheureux, jetés par la tempête ou par quelque autre accident sur les côtes d'Egypte.

« Les réflexions des incrédules sur l'adultère de David avec Bethsabée, et sur le meurtre d'Urie, sont les seules qui soient fondées; mais *ni les prêtres* ni les écrivains sacrés n'ont excusé ces deux crimes. *Vous avez méprisé mes ordres,* dit le Seigneur ; *vous avez pris la femme d'Urie et vous avez fait périr cet homme par l'épée des Ammonites; je vous déclare que le glaive ne sortira point de votre maison : je vais y faire pleuvoir les malheurs; un autre ravira vos femmes sous vos yeux, et les déshonorera à la face du soleil. Vous avez cru cacher votre crime; je le rendrai public, et tout Israël le saura.* C'est ainsi que le prophète Nathan menace son roi de la part de Dieu ; c'est ainsi que *David trouva grâce devant les prêtres.*

« Cependant les incrédules disent « qu'après « les plus grands forfaits David en était quitte « pour danser devant l'arche, pour composer « un psaume, ou pour dire au Seigneur : *J'ai « péché ;* et les prophètes l'assuraient aussitôt « de la miséricorde divine, calmaient les re- « mords de sa conscience bourrelée, et fai- « saient tomber sur son peuple les châtiments « que lui seul avait mérités. » *David en était quitte!* La menace de Nathan fut-elle donc vaine et sans effet ? Lorsque David confus s'écrie : *J'ai péché contre le Seigneur,* le prophète répond seulement : *Dieu vous remet une partie de la peine, vous ne mourrez point :* voilà toute la rémission. Mais l'enfant de David meurt, malgré ses prières, son jeûne et ses larmes ; Thamar sa fille est déshonorée par son propre frère, et sèche de douleur; Ammon est tué par Absalom; bientôt celui-ci révolte le peuple et veut arracher la couronne à son père ; David est obligé de fuir ; il est outragé par Séméï ; ses femmes sont violées en public ; il essuie les emportements de son général : après la défaite d'Absalom, il est encore incertain si le trône lui sera rendu. Voilà comme *il en fut quitte.* Il ne cessa de faire pénitence pendant toute sa vie. Les incrédules veulent-ils faire un reproche à Dieu d'avoir pardonné au repentir ?

« Les incrédules ajoutent que les prophètes faisaient *tomber sur le peuple les châtiments que David avait mérités;* disposaient-ils de la puissance divine et des lois de la nature ?

« Mais David fit faire le dénombrement de ses « sujets, et il est écrit qu'en punition de cette « faute, Dieu fit périr par la peste soixante et « dix mille âmes. Etait-ce une faute de la part « du roi de vouloir savoir le nombre de ses « sujets? Et si c'en était une, pourquoi punir « le peuple de la faute de son roi?» Ici les incrédules s'en prennent à Dieu même ; car ce ne furent ni David, ni les prêtres, ni les prophètes qui firent venir la peste. C'est ce que saint Augustin répondait aux Manichéens.

« Remarquons 1° que selon l'historien sacré la colère du Seigneur *continua* de s'irriter contre Israël, et qu'elle *excita* David à faire ce dénombrement. Si le Seigneur était déjà irrité, il fallait que le peuple fût coupable, quoique l'Ecriture ne nous apprenne point quelle était sa faute ; il ne fut donc pas *puni de la faute de son roi,* mais de la sienne propre. 2° Selon le texte hébreu et la version des Septante, David ne vint pas à bout de faire dénombrer les jeunes gens au-dessous de vingt ans. Son intention avait donc été de les faire comprendre dans ce dénombrement, et l'ordre qu'il avait donné n'exceptait personne. Or Dieu avait défendu de comprendre dans les dénombrements des jeunes gens au-dessous de vingt ans. David semblait se défier de la promesse que Dieu avait faite de multiplier la race d'Israël comme les étoiles du ciel. D'un autre côté, l'orgueil seul lui inspira ce dessein, et c'est pour cela que Joab lui représenta que le Seigneur serait irrité de ce dénombrement. David s'obstina et voulut que ses ordres fussent exécutés. 3° Le savant Michaélis, dans une dissertation sur les dénombrements des Hébreux, prouve, par l'énergie du texte original et par la comparaison de divers passages, que le dessein de David n'était pas seulement de faire dénombrer ses sujets, mais de les faire enrôler, soit pour porter les armes, soit pour leur imposer des corvées, d'où vient qu'il donna cette commission à Joab, son général, et non à un officier civil. Cet ordre était un acte de despotisme qui déplut à Dieu. 4° Si la Vulgate semble dire que la colère de Dieu *excita* David à commettre cette faute, elle dit ailleurs que ce fut un mauvais esprit qui *excita* David à dénombrer le peuple; en sorte que cette impulsion fâcheuse qui se trouve attribuée à Dieu au second livre des Rois, est attribuée à Satan au premier livre des Paralipomènes ; et il est remarquable que dans l'hébreu c'est la même expression *iaseth, commovit, concitavit,* dans

les deux textes ; ce qui a donné lieu au père Houbigant de soupçonner que les copistes ont omis au livre des Rois cette phrase des Paralipomènes, en sorte qu'on lisait originairement: *La colère du Seigneur* s'alluma encore contre les enfants d'Israël, *et Satan s'éleva contre Israël*, et excita David, etc. La répétition du mot *Israël* peut avoir donné lieu à cette omission. Cependant on peut observer que le dénombrement d'Israël n'étant point par lui-même un mal, Dieu a pu y exciter David, sans participer à la malice du démon qui y porta ce prince, ni aux mauvaises dispositions par lesquelles David en l'exécutant déplut à Dieu.

« Avant de répondre aux autres griefs des incrédules contre David, nous ne devons pas passer sous silence un raisonnement de Voltaire, *devenu canoniste*, sur la prétendue nullité du mariage de David avec Bethsabée. « Le mariage de Bethsabée, dit il, grosse de David, « est déclaré nul par plusieurs rabbins et par « plusieurs commentateurs (*le critique n'en « cite pas un seul*) : parmi nous une femme adultère ne peut épouser son amant, assassin de son mari, sans une dispense du « pape. C'est ce qui a été décidé par le pape « Célestin III. » Il n'est pas question de *femmes adultères* dans la décision de Célestin III; il y est question *de femmes chrétiennes qui, sans avoir commis l'adultère, avaient comploté avec des Sarrasins la mort de leurs maris, ce qui fut exécuté.* Bethsabée n'avait point concerté avec David le meurtre d'Urie. Ainsi cette décision ne la regarde pas.

« Il est pourtant vrai que parmi nous une femme adultère ne peut épouser son amant, assassin de son mari, lors même qu'elle n'a eu aucune part à l'assassinat; mais la loi qui annulle un tel mariage s'il a été contracté sans dispense, n'est fondée que sur le droit canonique : elle ne se trouve ni parmi les lois juives ni dans le droit romain; nous tiendrions pour valide le mariage de deux infidèles qui se seraient épousés après un pareil forfait, et s'ils devenaient chrétiens ensuite, on ne les séparerait pas.

« Il est certain que chez aucune nation po« licée il n'est permis d'épouser la veuve de « celui qu'on a assassiné. » — La raison en est simple : c'est que, quand le crime est connu, l'assassin est poursuivi et puni de mort ; ce n'était point la position de David ; son crime était secret quand il épousa Bethsabée, et d'ailleurs sa dignité le mettait à l'abri des poursuites.

« Voici où le jurisconsulte blasphémateur voulait en venir : « Si le mariage de David et « de Bethsabée était nul, on ne peut donc « dire que Jésus-Christ est le descendant légi« time de David. » — Quand on lui accorderait son *faux principe*, la conséquence ne serait pas juste. Nous prouverons en son lieu que Jésus-Christ n'est point descendu de David par Salomon, fils de Bethsabée, mais par Nathan, né d'une autre épouse. Mais il est absolument faux que le mariage de David avec Bethsabée ait été nul. La nation juive a toujours reconnu Salomon pour fils légitime de David. Adonias, qui prétendit devoir lui être préféré à raison du droit d'aînesse, ne contesta jamais à son frère la qualité de fils légitime. Revenons aux reproches des incrédules contre David.

« Ils l'accusent de barbarie, de lâcheté et de « parjure, parce qu'il livra sept enfans de la « famille de Saül aux Gabaonites qui les de« mandaient pour les mettre à mort, par ven« geance des vexations qu'ils avaient éprou« vées de la part de Saül. Selon eux, il « n'est dit dans aucun endroit de l'Écriture « que Saül eût fait le moindre tort aux Gabao« nites; il était même leur compatriote. » — Il est écrit que Saül avait exterminé les Gabaonites contre la foi du serment et du traité par lequel ils avaient été conservés sous Josué. Saül n'était point né à Gabaon, mais à Gabaa, deux villes très-distinctes. Si les Gabaonites avaient été les compatriotes de Saül, sa cruauté serait encore plus odieuse. Il n'est pas vrai que David eût juré à Saül de n'ôter la vie à aucun de ses enfants; il lui avait seulement promis de ne point détruire sa race, de ne point effacer son nom. Il fut fidèle à sa parole; il ne voulut point livrer aux Gabaonites Miphiboseth, fils de Jonathas et petit-fils de Saül. S'il fut forcé de consentir à abandonner aux Gabaonites les autres descendants de Saül, ce ne fut point de son plein gré, mais pour faire cesser la famine qui désolait ses sujets, et il est dit qu'elle cessa en effet. David fit ce qu'il put pour engager les Gabaonites à agréer un dédommagement, et il ne put l'obtenir.

« Mais pourquoi envoyer une famine en pu« nition des fautes d'un roi qui n'est plus? » — C'est pour apprendre aux souverains qui oppriment les faibles que, si leur puissance, tant qu'elle dure, semble leur assurer l'impunité, la justice divine venge tôt ou tard sur eux ou sur leur postérité les violences qu'ils se sont permises, et la foi des conventions mé-

prisées. Les embûches que Saül avait tendues à David pour le faire périr, le meurtre des prêtres et des habitants de Nobé, sa perfidie envers les Gabaonites, son avarice dans la guerre contre les Amalécites, la consultation de la magicienne d'Endor, tout cela attira la colère de Dieu contre Saül et sa postérité.

« Les censeurs de David disent que « les « psaumes de ce monstre sont remplis d'im- « précations contre ses ennemis ; il y prie sou- « vent le ciel de se rendre complice de ses fu- « reurs ; il y remercie le Très-Haut d'avoir eu « le bonheur de répandre le sang humain à « grands flots ; il souhaite que les enfants de « ses ennemis soient écrasés contre des pier- « res. » Nos philosophes voudraient nous faire rougir de ce que nous osons répéter tous ces blasphèmes dans nos prières. Ces imprécations prétendues, que des critiques plus accoutumés à blâmer les Livres saints qu'à en acquérir l'intelligence ont cru voir dans les psaumes de David et même dans les prophètes, sont des *prédictions* et non des *souhaits*.

« Le psaume 108 paraît être une imprécation continuelle que David fait contre ses ennemis ; mais on voit par le verset 18 et les suivants que c'est une prédiction des châtiments que Dieu fera tomber sur eux, et non une prière que David fait à Dieu de les punir. Si on prenait ses paroles dans ce dernier sens, la plupart des souhaits qu'il semble former seraient non seulement *impies*, mais *absurdes*. Un homme de bon sens peut-il demander à Dieu que la prière de ses ennemis soit un péché ; que leurs fautes ne soient jamais oubliées, etc., pendant qu'il implore pour lui-même la miséricorde de Dieu ? Quand on veut faire paraître coupables les auteurs sacrés, on devrait du moins ne pas supposer qu'ils avaient l'esprit aliéné.

« Psaume 136, v. 9, il est dit, en parlant de Babylone : *Heureux celui qui prendra tes enfants et les brisera contre les pierres!* C'est une prophétie répétée mot pour mot dans Isaïe, lorsqu'il prédit la ruine de cette ville célèbre. Ainsi cette parole signifie seulement : Celui qui massacrera tes enfants se croira heureux de pouvoir assouvir sa vengeance.

« David, loin de remercier Dieu d'avoir répandu le sang humain, lui en demande pardon dans l'amertume de son cœur : *Libera me de sanguinibus.*

« Dans le prophète Osée on lit : *Périsse Samarie, parce qu'elle a excité la colère du Seigneur; que ses habitants périssent par l'épée, que ses petits enfants soient écrasés*, etc. ; mais ce prophète ajoute : *Convertissez-vous, Israël, au Seigneur votre Dieu.* Or, Samarie était la capitale du royaume d'Israël. Il serait absurde de prétendre qu'Osée ait fait des imprécations contre un peuple qu'il exhorte à se convertir, et auquel il promet les miséricordes de Dieu.

« On prend aisément le vrai sens de ces passages, quand on sait qu'en hébreu les temps des verbes ne sont pas distingués par des signes aussi marqués que dans les autres langues ; que l'impératif ou l'optatif ne désignent souvent que le futur. Dans notre langue, au contraire, le futur tient souvent lieu de l'impératif, parce que nous n'avons pas, comme les Latins, un futur de ce mode ; au lieu de *ritus patrios colunto*, nous disons : Les rites nationaux *seront* observés.

« Lorsque l'Eglise chrétienne répète dans ses prières les expressions des psaumes et des prophètes, elle applique à ses ennemis ce que les auteurs sacrés disaient des ennemis du peuple de Dieu ; mais son intention n'est jamais de faire des *imprécations* contre eux ; en prédisant leur châtiment, elle prie Dieu de les éclairer et de les convertir, afin qu'ils puissent éviter les maux dont ils sont menacés.

« Les incrédules continuent : « Ce prince « détestable, dont on vante la pénitence, après « avoir régné comme un tyran, mourut de « même. Ingrat envers Joab, son général, au- « quel il dut la plupart de ses succès, et qui « le servit jusque dans ses crimes, en mou- « rant il ordonna à Salomon, son fils, de le faire « périr ; ses dernières paroles furent des per- « fidies et des assassinats. » — Un sujet qui sert son souverain *jusque dans ses crimes* mérite la mort par cette complaisance même ; mais il est faux que David ait ordonné celle de Joab. *Vous connaissez*, dit-il à Salomon, *les crimes de Joab, meurtrier d'Abner et d'Amasa; je laisse à votre sagesse de le traiter comme il le mérite, et de voir si vous devez le laisser mourir en paix.* Joab conspire pour mettre Adonias sur le trône ; Salomon le condamne à la mort, non *en vertu de l'avertissement de David*, mais à cause de sa révolte et de ses crimes. Il en fut de même à l'égard de Séméï. *Je lui ai juré*, dit David, *de ne pas le mettre à mort : vous êtes sage, vous verrez de quelle manière vous en devez agir.* En conséquence, Salomon défend à Séméï, sous peine de la vie, de sortir de Jérusalem et de passer le torrent de Cédron : au bout de trois

ans Séméï viole la défense, il est condamné à mort. Où sont les traits de perfidie et d'assassinat?

« Dieu, pour récompenser le zèle de David, « avait promis à sa postérité un règne éternel, « et ce règne ne passa pas à la seconde géné- « ration. » — Nous pourrions répondre aux incrédules que le règne éternel promis à David a déjà eu et aura pendant l'éternité son entier accomplissement dans la personne du Messie que nous adorons, et qui, comme homme, est descendu de ce prince. Nous ajoutons, sous le rapport d'un royaume terrestre, que les promesses de Dieu à ce prince ont été conditionnelles. Le Seigneur avait promis de conserver le trône à la postérité de David, sous condition que ses enfants garderaient l'alliance et les préceptes du Seigneur. Cette promesse fut répétée à Salomon sous la même condition, sinon Dieu lui prédit des malheurs. Il lui renouvela la même promesse, lorsqu'il le vit livré à l'idolâtrie : personne n'a donc pu y être trompé. Dans ces promesses le mot *éternel* ne signifie qu'une longue durée.

« Nous demandons maintenant à toute personne impartiale qui n'est pas aveuglée par le fanatisme irréligieux, si dans tant de reproches sanglants que les incrédules ont entassés contre David, et que nous avons cru devoir réunir dans une même note, il y en a un seul qui puisse justifier les épithètes injurieuses qu'ils lui ont prodiguées? » (*Duclot.*)

CAPUT XIX.

1. Locutus est autem Saül ad Jonatham filium suum et ad omnes servos suos ut occiderent David. Porrò Jonathas filius Saül diligebat David valdè.

2. Et indicavit Jonathas David dicens : Quærit Saül pater meus occidere te : quapropter observa te, quæso, manè, et manebis clam et absconderis.

3. Ego autem egrediens stabo juxta patrem meum, in agro ubicumque fueris; et ego loquar de te ad patrem meum, et quodcumque videro nuntiabo tibi.

4. Locutus est ergo Jonathas de David bona ad Saül patrem suum, dixitque ad eum : Ne pecces, rex, in servum tuum David, quia non peccavit tibi et opera ejus bona sunt tibi valdè.

5. Et posuit animam suam in manu suâ, et percussit Philisthæum, et fecit Dominus salutem magnam universo Israel; vidisti, et lætatus es : quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens David, qui est absque culpâ?

6. Quod cùm audîsset Saül, placatus voce Jonathæ, juravit : Vivit Dominus! quia non occidetur.

7. Vocavit itaque Jonathas David, et indicavit ei omnia verba hæc. Et introduxit Jonathas David ad Saül; et fuit ante eum, sicut fuerat heri et nudius tertius.

CHAPITRE XIX.

1. Or, Saül parla à Jonathas, son fils, et à tous ses officiers pour les porter à tuer David. Mais Jonathas, son fils, qui aimait extrêmement David,

2. Vint lui en donner avis, et lui dit : Saül mon père cherche le moyen de vous tuer : c'est pourquoi tenez-vous sur vos gardes, je vous prie, demain matin ; retirez-vous en *tel* lieu secret, où vous vous tiendrez caché.

3. Et pour moi je sortirai avec mon père, et je me tiendrai auprès de lui *pour découvrir ses sentiments*, dans le champ où vous *vous* serez *retiré*. Je parlerai de vous à mon père, et je viendrai vous dire tout ce que j'aurai pu apprendre.

4. Jonathas parla donc favorablement de David à Saül son père, et lui dit : Seigneur, ne faites point de mal à David votre serviteur, parce qu'il ne vous en a point fait, et qu'il vous a rendu *au contraire* des services très-importants.

5. Il a exposé sa vie à un extrême péril; il a tué le Philistin, et le Seigneur a sauvé tout Israël *par ses mains*, d'une manière pleine de merveilles. Vous l'avez vu, et vous en avez eu de la joie : pourquoi donc voulez-vous *maintenant* faire une faute, en répandant le sang innocent et en tuant David, qui n'est point coupable?

6. Saül ayant entendu ce discours de Jonathas, apaisé par ses raisons, fit cette protestation : Vive le Seigneur! je vous promets qu'il ne mourra point.

7. Jonathas ensuite fit venir David, lui rapporta tout ce qui s'était passé, le présenta de nouveau à Saül, et David demeura auprès de Saül comme auparavant.

8. Motum est autem rursùm bellum; et egressus David pugnavit adversùm Philisthiim, percussitque eos plagâ magnâ, et fugerunt à facie ejus.

9. Et factus est spiritus Domini malus in Saül. Sedebat autem in domo suâ, et tenebat lanceam; porrò David psallebat manu suâ :

10. Nisusque est Saül configere David lanceâ in pariete, et declinavit David à facie Saül; lancea autem, casso vulnere, perlata est in parietem. Et David fugit, et salvatus est nocte illâ.

11. Misit ergo Saül satellites suos in domum David ut custodirent eum et interficeretur manè. Quod cùm annuntiâsset David Michol uxor sua, dicens : Nisi salvaveris te nocte hâc, cras morieris,

12. Deposuit eum per fenestram. Porrò ille abiit et aufugit atque salvatus est.

13. Tulit autem Michol statuam, et posuit eam super lectum, et pellem pilosam caprarum posuit ad caput ejus, et operuit eam vestimentis.

14. Misit autem Saül apparitores qui raperent David; et responsum est quòd ægrotaret.

15. Rursùmque misit Saül nuntios ut viderent David; dicens : Afferte eum ad me in lecto ut occidatur.

16. Cùmque venissent nuntii, inventum est simulacrum super lectum, et pellis caprarum ad caput ejus,

17. Dixitque Saül ad Michol : Quare sic illusisti mihi, et dimisisti inimicum meum ut fugeret? Et respondit Michol ad Saül : Quia ipse locutus est mihi : Dimitte me, alioquin interficiam te.

18. David autem fugiens salvatus est, et venit ad Samuel in Ramatha, et nuntiavit ei omnia quæ fecerat sibi Saül; et abierunt ipse et Samuel, et morati sunt in Naioth.

19. Nuntiatum est autem Saüli à di-

8. La guerre ensuite recommença, et David marcha contre les Philistins, les combattit, en tailla en pièces un grand nombre, et mit le reste en fuite.

9. *Etant revenu du combat*, il arriva que le malin esprit, *envoyé* par le Seigneur, se saisit *encore* de Saül. Il était assis dans sa maison, une lance à la main ; et comme David jouait de la harpe *auprès de lui*,

10. Saül tâcha de le percer d'outre en outre de sa lance avec la muraille ; mais David, *qui s'en aperçut*, se détourna, et la lance, sans l'avoir blessé, donna dans la muraille. Il s'enfuit aussitôt, et se sauva ainsi pour cette nuit-là.

11. Saül envoya donc ses gardes à la maison de David pour s'assurer de lui et le tuer le lendemain dès le matin. Michol, femme de David, lui rapporta tout ceci, et lui dit : Si vous ne vous sauvez cette nuit, vous mourrez demain.

12. *Et* elle le descendit en bas par une fenêtre. Ainsi David s'échappa, s'enfuit et se sauva.

13. Michol ensuite prit une statue, qu'elle coucha sur le lit de David ; elle lui mit autour de la tête une peau de chèvre avec le poil; et sur le corps la couverture du lit.

14. Saül envoya des archers pour prendre David ; et on leur dit qu'il était malade.

15. Il renvoya encore d'autres gens avec ordre de le voir, et il leur dit : Apportez-le-moi dans son lit afin qu'il meure.

16. Les gens *de Saül* étant venus, on ne trouva sur le lit qu'une statue qui avait la tête couverte d'une peau de chèvre.

17. Alors Saül dit à Michol : Pourquoi m'avez-vous trompé de la sorte? et pourquoi avez-vous laissé échapper mon ennemi? Michol lui répondit : C'est qu'il m'a dit : Laissez-moi aller ou je vous tuerai.

18. C'est ainsi que David s'enfuit et se sauva ; et étant venu trouver Samuël à Ramatha, il lui rapporta la manière dont Saül l'avait traité ; et ils s'en allèrent ensemble à Naïoth, où ils demeurèrent *quelque temps*.

19. Quelques gens vinrent en donner avis

centibus : Ecce David in Naioth in Ramatha.

20. Misit ergo Saül lictores ut raperent David; qui cùm vidissent cuneum prophetarum vaticinantium, et Samuelem stantem super eos, factus est etiam Spiritus Domini in illis, et prophetare cœperunt etiam ipsi.

21. Quod cùm nuntiatum esset Saüli, misit et alios nuntios; prophetaverunt autem et illi. Et rursùm misit Saül tertios nuntios, qui et ipsi prophetaverunt. Et iratus iracundiâ Saül,

22. Abiit etiam ipse in Ramatha, et venit usque ad Cisternam Magnam, quæ est in Socho, et interrogavit et dixit : In quo loco sunt Samuel et David? Dictumque est ei : Ecce in Naioth sunt in Ramatha.

23. Et abiit in Naioth in Ramatha; et factus est etiam super eum Spiritus Domini, et ambulabat ingrediens, et prophetabat usque dùm veniret in Naioth in Ramatha.

24. Et exspoliavit etiam ipse se vestimentis suis, et prophetavit cum cæteris coram Samuele, et cecidit nudus totâ die illâ et nocte. Unde et exivit proverbium : Num et Saül inter prophetas?

à Saül, et lui dirent : David est à Naïoth, *auprès* de Ramatha.

20. Saül donc envoya des archers pour prendre David; mais les archers ayant vu une troupe de prophètes qui prophétisaient, et Samuël, qui présidait parmi eux, ils furent saisis eux-mêmes de l'Esprit du Seigneur, et ils commencèrent de prophétiser comme les autres, *en chantant avec eux les louanges de Dieu.*

21. Saül, en ayant été averti, envoya d'autres gens, qui prophétisèrent aussi comme les premiers. Il en envoya une troisième fois, et ils prophétisèrent encore. Alors, entrant dans une grande colère,

22. Il alla lui-même à Ramatha, s'avança jusqu'à la Grande-Citerne, qui est à Socho, et demanda en quel lieu étaient Samuël et David. On lui répondit : Ils sont à Naïoth de Ramatha.

23. Aussitôt il y alla; il fut en même temps saisi lui-même de l'Esprit du Seigneur, et il prophétisait durant tout le chemin, jusqu'à ce qu'il fût arrivé à Naïoth, *près* de Ramatha.

24. *Alors* il se dépouilla aussi lui-même de ses habits *royaux*, prophétisa avec les autres devant Samuël, et demeura nu par terre le reste du jour et toute la nuit, *couvert seulement de sa tunique;* ce qui donna lieu à ce proverbe : Saül est-il donc aussi devenu prophète?

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — LOCUTUS EST AUTEM SAUL AD JONATHAM FILIUM SUUM, ET AD OMNES SERVOS SUOS, UT OCCIDERENT DAVID (1). Cùm res fraudulentis tentata consiliis non procederet, in apertum erupit, quæ latere diù non poterat invidia, et ex eâ ortum odium implacabile. Quare non

(1) *Saül parla à Jonathas, son fils, et à tous ses officiers, pour les porter à tuer David.* Jonathas est un admirable modèle de l'amitié sainte que nous devons à ceux qui souffrent injustement, et qui sont en même temps aimés de Dieu et haïs des hommes. Ce jeune prince a besoin de toute sa sagesse pour ne point faire de faute en cette rencontre. Il voit d'un côté Dieu et la justice, que l'on attaque visiblement en la personne de David, et de l'autre il doit craindre la colère d'un père et l'autorité d'un roi. Mais sa lumière soutenue par la générosité que lui inspirait l'amour qu'il avait pour Dieu, ne s'éblouit point de cette grande puissance qui menace son ami, et il comprend tout d'un coup que l'on peut très-bien allier le soin de la conservation de David avec les véritables intérêts du roi. Car il se trouve, en effet, que de tous ceux qui étaient prêts d'exposer leur vie pour le service de Saül, il n'y en avait point ni qui l'aimât plus solidement que Jonathas, ni qui lui pût donner un avis plus utile que celui qu'il lui donnait de ne pas perdre un sujet fidèle qui lui avait rendu de si grands services, *et de ne pas répandre le sang innocent.* Quelque justice que Jonathas vît dans ce dessein, il ne laisse pas de s'y conduire avec une grande modération. Il sait combien il faut ménager le prince. Il attend un temps favorable, et sans user d'aucun déguisement, il ne fait que lui représenter avec une sage liberté la vérité des choses, pour lui persuader qu'il devait aimer David, et que l'intérêt même de sa couronne et de son état demandait de lui cette justice. Il fit voir alors combien un conseil donné à propos et avec sagesse à un prince prévenu, lui est quelquefois utile. Car il fit en effet revenir Saül. Ce prince parut oublier les ressen-

jam astu hostiles manus, sed domesticas instimulat et armat contra Davidem. Alloquitur igitur Jonatham, et omnes servos, quorum expertus fuerat virtutem et fidem, et illis magnoperè commendat, suam vicem ut doleant, et omni studio Davidem, quem suis consiliis adversarium vocat, extinctum curent.

Vers. 2. — Et indicavit Jonathas David. Opus hoc fuit divinæ providentiæ, ut Jonathæ anima conglutinata fuerit cùm animâ Davidis, ut non de illius minùs quàm de suâ sollicitè laboraret. Quare statim amicum, id est, alterum se admonuit, sibi ut caveat quammaximè possit diligenter, à parentis insidiis, seu certè apertâ vi, cujus potentiam declinare difficillimum est, cùm tot habeat manus quot habet suorum consiliorum administros. Se porrò curaturum, ne unquàm discedat à paterno latere, ubicumque locorum fuerit, sive domî, sive in agro, ut illius animum ad benevolentiam et æquitatem traducat, ut illius consilia accuratè dispiciat, de quibus Davidem quamprimùm admoneat. Neque minùs fuit fidelis in præstandâ fide, quàm fuerat in promittendo prolixus. Placavit enim parentem Davidi, illumque de meliori parentis animo docuit, ac tandem perfecit, ut rediret in aulam, et regi, ut ante solitus, familiariter assisteret. (1)

timents de sa colère. *Il jura qu'il ne ferait point mourir David* : et il aurait été heureux s'il avait pu demeurer ferme dans ce sentiment. Mais sa passion était trop violente pour pouvoir être étouffée de cette sorte. Il s'y était abandonné avec trop d'excès pour en être encore le maître. Et si elle paraissait se modérer en certains temps, elle était néanmoins toujours la même, et il n'y avait que Dieu qui pût la guérir. C'est pourquoi rien n'est plus dangereux, selon les saints, que de concevoir une haine secrète contre ceux qui ne cherchent que Dieu avec un cœur droit, et de former ensuite le dessein de leur nuire, quelque innocents qu'ils puissent être. Car on sait bien quand on commence de les haïr de la sorte, et il est libre de le faire ou de ne le pas faire; mais on ne sait pas quel sera le progrès ni la fin de cette haine, ni de combien de plaies Dieu frappera le cœur de ces personnes, qui en se déclarant les ennemis de ceux qui lui sont chers, *l'attaquent*, comme il dit lui-même, *dans la prunelle de l'œil : Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.*

(Sacy.)

(1) Vers. 3. — Stabo juxta patrem meum in agro, ubicumque fueris : et ego loquar de te. Admonuit Davidem Jonathas, ut in certo quodam agro, quo Saülem manè alterius diei venturum nôrat, latitaret, ut scilicet ipse per se David audiret, quo pacto Jonathas causam suam ageret apud Saülem. Præstat tamen Hebræum ita reddere, sententiâ hac cum superiori versiculo conjunctâ : *Observa te, quæso, manè, et manebis clam* (atque interim) *ego egrediar, et stabo juxta patrem meum* (tu te abscondes, inquam) *in agro ubicumque eris, et ego loquar de te ad patrem meum.* Non rarò occurrunt in Scripturæ textu persimiles interruptæ et transpositæ narrationes. (Calmet.)

Vers. 5. — Et posuit animam suam in manu sua, hoc est, exposuit se suamque vitam evidenti mortis periculo pro te tuoque regno, dùm duellum tam impar et formidabile cum gigante Goliâ iniit. Tunc enim Hebræis videbatur David animam, id est, vitam suam in manu gestare, eamque offerre Goliæ ut eam auferret.

Quare ergo peccas in sanguine innoxio? quasi dicat : Cur peccare proponis? cur destinas et decernis effundere innoxium, imò adeò tibi beneficum sanguinem Davidis? τὸ ergo, *peccas*, significat actum destinatum et inchoatum, sed necdùm perfectum.

(Corn. à Lap.)

Vers. 6. — Placatus voce Jonathæ juravit. Remiserat se verè Saül, an se remitti simulârat? Profectò si quis animadvertat quid ille in Davidem egerit, statim ac opportunum tempus sese obtulit, ille reputabit, vulnus regis planè non convaluisse. Si quis verò totam Saülis vitam consideret, agnoscet in illo pravum animum, et in bono inconstantiam, et propositum consilii parùm vel nihil tenax. A vero igitur non aberrat, virum ingenio adeò inconstanti statim quidem sese reconciliâsse cum Davide, continuò verò primâ opportunitate in partem contrariam transisse.

(Calmet.)

S. Chrysostomus Homil. de David et Saüle, adducens exemplum medici, qui pro ægroto contra ægritudinem pugnat, ideòque phrenetico etiam eum convicianti et verberanti non irascitur, sed condolens satagit ut ei phrenesim eximat, ita concludit : « Tu quoque igitur medicus esto ei qui te læsit; unum hoc « quære, quo pacto illi morbum adimas. Id « quod fecit hic beatus, egestatem præ divitiis, « solitudinem præ patriâ, labores periculaque « præ deliciis ac securitate, perpetuum exilium præ terrarum orbe elegit, ut Saülem « ab illo in ipsum odio malevolentiâque liberaret. At ne sic quidem melior factus est « Saül, sed persequebatur, sed ubique circumbat quærens eum, qui non solùm nihil « læserat, sed quùm esset læsus, tum maxima, « tum innumerabilia pro injuriis bona reponderat. Ac Saül imprudens post incidit in « retia Davidis. » (Corn. à Lap.)

Vers. 8. — Motum est autem rursus bellum. Cùm jam paululùm respirâssent Philistini, seque à superiori plagâ refecissent, movent rursùs bellum contra Israel; quos iterùm David cum plagâ atque ignominiâ non minori fugavit. Et ecce tibi in animo Saülis iterùm invidia, iterùm odium, atque iterùm in Davidis interitum nova machinatio. Rursùs invadit illum et exagitat malus spiritus; et cùm David psallendo furiosum et rabidum sedare atque recreare, sicut antea sæpè conaretur, in illum iterùm intorquet hastam, quam cùm David corporis flexu ma-

turè declinârat, elusit iterùm petitionem illam, et nocte illâ excessit ex aulâ, et in domum suam sese recepit; quia cum furioso atque invido, adde etiam cum potentissimo rege commorari parùm tutum putabat.

Hìc dubitabit quispiam, an David propriam habuerit, habereve potuerit domum, cùm ipse pauper esset, et externus potiùs hospes, ex alienâ civitate ac tribu quàm illius civitatis incola, in quâ regiam tunc sedem rex habebat. Sed habuisse domum propriam separatam à regiâ suadent primùm expressa hujus capitis verba, et Hebræorum consuetudo, apud quos quemadmodùm nupta filia familiam mutabat et nomen, ita et ad viri familiam transcripta putabatur, ut diximus in nostris Commentariis ad illud Cant. 8 : *In domum matris meæ*, et ad illud cap. 4 : *Soror mea sponsa.* Sic relictâ paternâ domo, ad viri domum traducebatur. Unde ortus est dicendi modus, *uxorem ducere.* De mutatâ filiarum, quæ viris nupserunt, familiâ, docet illud Levit. cap. 21. Isti dicuntur sacerdotes, prohibentur contaminari in funere civium suorum, nisi consanguinei fuerint et propinqui. Et qui sint existimandi *cognati*, statim explicatur, dùm dicitur : *Id est, super patrem, et matrem, et filium, et filiam, fratrem quoque, et sororem et virginem, quæ non est nupta viro.* Et cap. 22, cùm permittatur his qui sunt ex familiâ sacerdotum, sanctificatis vesci, etiam vernaculis, non tamen permittitur filiæ nuptæ, nisi vidua, vel repudiata, et absque liberis redeat in domum patris. Inter Romanos, ut scribit Gellius, lib. 18, cap 6, *Mater familiâs in mariti sui familiam veniebat.*

Quòd verò filiæ ex paternâ domo matrimonio copulatæ excesserint, docet exemplum Abessan Jud. 12 : *Judicavit Israel Abessan de Bethlehem, qui habuit triginta filios, et totidem filias, quas emittens foris maritis dedit, et ejusdem numeri filiis suis accepit uxores introducens in domum suam.* Quod etiam antiquis temporibus apud alias gentes in usu fuisse docuit Maro ex communi, ut reor, consuetudine, qui Priamum dixit retinuisse domi nurus suas, quas nimirùm in suam familiam adoptârat, lib. 2 Æneid. :

Vidi Hecubam, centumque nurus, Priamumque per aras,
Sanguine fœdantem, quos ante sacraverat ignes.

Habuit ergo, juxta Hebræorum consuetudinem, David domum à regiâ separatam, in quam nuptiali jure traducta fuit Michol. In hanc ergo domum misit Saül armatam satellitum manum, ut Davidem occiderent, quorum industriâ uxoris elusit conatus, et evasit incolumis (1).

Vers. 13. — Tulit autem Michol statuam, et posuit eam super lectum. Ubi Vulgatus *statuam*, hebraicè est, *teraphim.* De quo nos pluribus ad illud Oseæ 3 : *Et sine teraphim.* Quod autem ad hunc locum spectat, *teraphim* imagines sunt, aut signa, quæ Aquila, ut Hieronymus refert, μορφώματα transtulit. Quæ imagines, licet interdum aliquid significent impium, quale est idolum, sicut Genes. 31, v. 19, ubi Rachel furata dicitur idola patris sui, hebraicè *teraphim*, tamen non rarò aliquid significant

(1) Vers. 9. — Factus est spiritus Domini malus in Saul. Iterùm ad pristinum morbum, iterùmque ad pristinas inimicitias. Offendit illum facilè prosper exitus, quo Deus Davidis armis in proximâ Philisthæorum expeditione favit. (Calmet.)

Vers. 10. — Nisusque est Saul configere David lancea. Conatus est lanceâ transfigere Davidem. Vide quàm varium et inconstans sit cor hominis, præsertim impii et invidi, qualis erat Saül : hoc enim cùm felle rancoris et odii planè sit imbutum, esto ad tempus melle amoris oblinatur, illicò eo evaporante ad felleas suas iras, invidias et noxas inolitas revertitur. (Corn. à Lap.)

Vers. 11. — Ut custodirent eum, et interficeretur mane. Cur non statim vespere? simili etiam cautione usi sunt Philisthæi erga Samsonem, quem clausum in urbe Gaza detinebant. Sub vesperam Pharao castra Israelitarum assecutus, continuit sese ab armis eâ horâ inferendis. Hodie pariter Mahometani, uti olim Parthi, nihil noctu aggrediuntur. An superstitionis aliquid eâ in re inesset, ignoro. An verebatur Saül, ne noctis favore David è manibus suorum elaberetur? An oculis ipse suis plenâ die necem viri intueri volebat, suspicatus ne quis alter loco illius interficeretur? An denique moliebatur accusationes in illum struere atque judiciali sententiâ damnatum interficere? (Calmet.)

Michol dit à David : Si vous ne vous sauvez cette nuit, vous êtes mort demain au matin. Saül avait donné sa fille à David dans l'espérance qu'elle lui servirait pour le perdre, et c'est elle au contraire qui le sauve. Dieu se réserve toujours quelques personnes, qui se rendent les protecteurs de l'innocence opprimée, lorque tout le monde s'offre en foule pour seconder la violence de ceux qui l'oppriment. (Sacy.)

Vers. 12. — Deposuit eum per fenestram. Quia satellites Saülis custodiebant ostia, ut Davidem comprehenderent et necarent : hinc Michol eum per fenestram dimisit. Sic S. Paulus Damasci ab Arethâ obsessus per sportam è muro dimissus evasit, 2 Corinth. 11. Nota hìc fidelitatem, prudentiam et amorem Michol in Davidem maritum : nam 1° insidias patris ei detexit; 2° consilium prudens dedit ut noctu aufugeret, ne manè occideretur; 3° operam addidit demittens eum per fenestram; 4° ejus simulacrum posuit in lecto. (Corn. à Lap.)

honestum, imò et sacrum, ut patet ex hoc loco et Oseæ 3; posuit ergo Michol statuam in lecto, quæ Davidem ibi aut dormientem aut ægrotantem simularet.

Addit Josephus, stragulis subjectum esse caprarum jecur, quod aliquandiù postquàm excisum est, palpitare solet, ut ex illius motu regii satellites cubare ibi suspicarentur Davidem, et sub stragulis illius viscera respiratione moveri. Idem tenent Theodoretus et Magister Histor. scholast. et Hugo. An id verum fuerit, judicent alii: certè ex Scripturâ sacrâ non colligitur, neque vox apparet ulla in hebraico textu, quem nunc habemus, quæ jecur significet. Neque præterea puto eam futuram caprini jecoris palpitationem sub stragulis, ut foras se proderet, et respirantis seu stertentis hominis speciem referret. Hoc idem in aliquibus codicibus, et inter hos Syxtianis Septuaginta legimus, qui dicunt in involucro ex caprarum pilis tectum fuisse jecur, quod suo motu aliquid ibi cubare vivum ostenderet. Sed et hoc difficile, neque ex textu hebraico desumi promptum.

Septuaginta pro statuâ κενοτάφια supponunt; unde id sumpserint, non assequor, nisi ex similitudine duarum vocum, quæ sono sunt quàmsimillimæ, כבר *Kabar*, קבר *cabar*, è quarum altera כביר *Kebir* deducitur, quod *stragulum*, seu *operimentum* significat. Ab alterâ קבר *Keber*, quod *sepulcrum* est seu verum, seu simulatum, quod Græci *cenotaphium* vocant, id est, *sepulcrum vacuum*. Virgilius lib. 6, *tumulum inanem* vocavit, quæ *cenotaphii* explicatio est. Hispani *tumbam* appellant. Dicitur autem figmentum illud, id est, statua hominis καταχρηστικῶς *cenotaphium*, ut inquit Theodoretus q. 48, quia sicut *cenotaphium* dicitur *sepulcrum*, quod cùm speciem ostentet continentis cadaver, à cadavere tamen vacuum est; sic *statua* cùm imago sit hominis, cùm tamen ibi nihil, præter umbram, habeat humanum, *cenotaphium* vocatur, quia non magis hominem continet vivum, quàm *cenotaphium* hominis cadaver.

Et pellem pilosam caprarum posuit super caput ejus. Septuaginta στρογγύλωμα τριχῶν, quod idem valet atque *pilorum glomus*, seu *globus*, aut, quod idem est, *pili in globi* aut capitis similitudinem coacti. Sive ergo sit pellis, sive caprarum glomerati pili, eo loco positi sunt, et eam ob causam, ut Davidis caput, quod ad cervical è lecti stragulis extabat, simularet. Sed illud hìc explorandum, cur cùm varii sint, ut constat, caprarum villi, nam alii nigri sunt, alii candidi, alii flavi et fulvi, alii subfusci, alii maculosi; cur non colorem aliquem certum expressit historicus, qui fulvam Davidis cæsariem referret? Neque satis videtur dixisse pilos, aut pellem fuisse caprarum, quia fieri potuit, ut pellis esset candida, vel nigra, quæ longè abesset ab aureæ capitis comæ similitudine.

Huic difficultati satis, ut credo, cumulatè respondimus in nostris Commentariis super Cantica, ad illud cap. 4: *Capilli tui sicut gregis caprarum*. Ubi rationem reddidimus, cur capilli sponsæ, qui regiæ purpuræ dicuntur esse similes, Galaaditidum caprarum villis assimilentur, quia nimirùm capræ, quæ pascuntur in Galaad, et in his regionibus, quæ non procul absunt à Jerusalem, fulvas alunt lanas, atque ideò necesse non fuit colorem addere, cùm capræ illæ unum tantùm habeant colorem fulvum. Neque id mirum cuiquam videri debet, cùm in variis regionibus propter aquarum pabulorumque diversitatem, varios etiam colores pecudes habeant. Ad Betin fluvium ab ipsâ naturâ, et non ab aliquo artis lenocinio fulvas esse lanas docuit Plinius l. 8, c. 48, et Martialis l. 12, epigr. 100, et l. 14, epigr. 133, ubi sic de lacernâ Beticâ:

Non est lana mihi mendax, nec mutor aheno,
Sic placeant Tyriæ, me mea tinxit ovis.

Idem Sibari et Crati fluminibus tradit Ovidius lib. 15 Metamor. et Xantho Plinius l. 2, c. 103, et Aristoteles lib. 3 Hist. animal. cap. 12, ubi tradit in Antandro duo esse flumina, quorum alterum candorem, nigrorem alterum pecudibus tribuit. Et Scamandrum fluvium ideò *Xanthum* appellatum esse dicit, quia fulvas reddit oves. Quòd si Palæstinæ capræ fulvos habent villos, ut locus hic indicat, et alius Canticorum, de quo supra, non fuit cur sacer historicus colorem aliquem adhibere debuerit, cùm capræ in eâ regione fulvum aliquid indicent; sicut oves, quæ ad Scamandri aut Betis littora pascuntur. Quemadmodùm neque cycnis opus est, ut colorem candidum, corvis nigrum attribuas, cùm corvi nunquàm reperiantur candidi, neque cycni nigri; quemadmodùm variis locis varii in animalibus reperiantur colores: vide Plinium l. 2, c. 103.

Reliqua ad v. 20, obscura non sunt. Tantùm enim continent, quomodò deprehensum fuerit artificium Michol, et quo modo sese apud patrem ab objectâ suspicione purgaverit; quò se profugus contulerit David, nempe ad Ramatha, ubi tunc agebat Samuel, et illùc obstinato

consilio satellites dimiserit, qui illum omninò de medio tollerent. Occasione hujus Saülis et apparitorum illius improbi obstinatique consilii, à quo se feliciter exolvit, cecinit Psalmum 58, cujus hic est titulus : *In finem, ne disperdas, David in tituli inscriptionem, quando misit Saül, et custodivit domum ejus, ut interficerent eum* (1).

(1) Vers. 17. — Dimitte me, alioquin interficiam te. Mendacium est officiosum Micholis. In gravi hoc discrimine David dictàsse fertur Psalm. 58 : *Eripe me de inimicis meis.*
(Calmet.)

Vers. 18. — *David s'enfuit et se sauva; et il alla trouver Samuël.* David se voyant persécuté avec tant de chaleur, fuit la colère du roi, et il nous apprend, comme l'Evangile a fait depuis, que nous pouvons l'imiter dans ces rencontres, et que ce n'est pas alors manquer de courage, mais que ce serait manquer d'humilité, que d'en user autrement. Dieu veut que l'on soit ferme, mais sans ostentation; et il veut bien que l'on évite le péril, à moins que ce ne soit lui-même qui nous y engage.

David fuit vers Samuël, pour apprendre aux personnes affligées que leur plus solide consolation se trouve dans les vrais serviteurs de Dieu. Saül en est averti; et il envoie par trois différentes fois des personnes pour le prendre. Il y va aussi lui-même. Mais ces personnes aussi bien que lui prophétisent avec Samuël; c'est-à-dire qu'ils furent tout d'un coup saisis de l'Esprit de Dieu, en proférant des paroles à sa louange qu'ils ne comprenaient pas, et faisant divers gestes qui témoignaient assez qu'ils étaient transportés hors d'eux-mêmes, d'une manière qui, selon saint Augustin, était semblable à ce qui arriva au prophète Balaam. Car il ne paraît pas que Saül eût été touché véritablement, puisque sa haine contre David a été aussi violente depuis, qu'elle l'avait été jusqu'alors. Dieu se déclara pour David par une merveille si visible, sans que la colère de son persécuteur en fût ralentie. « Ceci « nous fait voir, dit saint Augustin, la vérité « de cette parole de l'Evangile, que des per- « sonnes que Dieu condamnera, lui diront en « son jugement qu'ils auront prophétisé en « son nom, et avec combien de raison saint « Paul dit : *Que quand il aurait le don de pro- « phétie, et qu'il pénétrerait tous les mystères, « s'il n'avait la charité, il ne serait rien.* » Car on peut se sauver sans la prophétie; mais on ne saurait se sauver sans la charité. « Il paraît « par cet exemple, ajoute ce saint, combien « ces dons que les hommes estiment tant sont « inutiles, s'ils ne sont accompagnés de l'a- « mour de Dieu, puisque Saül reçoit cette « lueur passagère de l'Esprit de Dieu lorsqu'il « est couvert des ténèbres de sa passion, » lorsqu'il rend à David le mal pour le bien, et qu'il est tellement endurci dans la malignité de sa haine, que cette merveille si surprenante qu'il éprouve en cette rencontre ne lui donne point au moins pour quelque temps cette pensée, qu'il était bien malheureux de persécuter si cruellement un homme pour la défense duquel Dieu se déclarait contre lui si visiblement.
(Sacy.)

Vers. 20. — Misit ergo Saul lictores, ut raperent David, qui cum vidissent cuneum prophetarum vaticinantium, et Samuel stantem super eos, factus est etiam Spiritus Do-

Vers. 19. — Ecce David in Naioth in Ramatha. *Naioth,* ait Adrichomius, locus est in urbe (juxta urbem) Ramatha sive Rama, tribùs Benjamin, sex milliaribus distans ab Jerusalem versùs Bethel, ubi David et Samuel manserunt, ac Saül prophetavit. Chald. pro, *Naioth,* vertit, *domus doctrinæ.* Hic enim erat *Ecclesia,* ut aiunt Septuag. et Joseph, hoc est cœtus et collegium prophetarum, id est, virorum religiosorum Deo vacantium.
(Corn. à Lap.)

Naioth locus erat propè Ramatham, ubi Samuel prophetarum frequentem cœtum collegerat. Ibi pariter scholam habuisse prophetarum fertur. De scholis hisce prophetarum agemus in Præfatione generali in Prophetas, et dissertatione de Scholis Hebræorum, Jeremiæ præfixâ.
(Calmet.)

S. Aug. in Psal. 103, ex hoc loco docet etiam improbis (qualis erat Saül) in ipso subinde actu et æstu improbitatis dari spiritum prophetiæ; hic enim est gratia gratis data, non gratum faciens uti est charitas. « Saül, « ait, non cùm persecutus fuisset, sed cùm « actu persequeretur Davidem propheta- « vit, etc. Impleti sunt spiritu prophetiæ qui « missi sunt, et prophetaverunt. Sed fortè « bono illi animo venerant, vel ob necessita- « tem officii sui, vel non facturi quod jussum « est. Misit et alios; hoc in eis factum est, et « eorum hoc modo animum interpretemur. « Cùm illi tardarent, venit ipse furens, anhe- « lans cædem, sanguinem sitiens innocentis « sancti, qui etiam ingratus erat, et ipse im- « pletus est spiritu prophetandi et propheta- « vit. Non ergo se jactent, qui fortè sine cha- « ritate habuerint hoc munus Dei, sanctum « sicut sanctum baptismum; sed videant qua- « lem rationem habituri sint cum Deo, qui « sanctis non sanctè utuntur; ex his erunt « qui dicturi sunt : *In nomine tuo prophetavi- « mus;* non illis dicetur : Mentimini, sed di- « cetur : *Non novi vos, recedite à me qui ope- « ramini iniquitatem;* quia *si habeam omnem « prophetiam, charitatem autem non habeam, « nihil sum.* Prophetavit autem et Saül, sed « operabatur iniquitatem. » Sic Balaam prophetavit in ipso actu impietatis, quo persequebatur Hebræos. Numer. c. 22 et seq.; æquè ac Caiphas persequens adigensque Christum ad necem, prophetavit oportere eum mori pro populo, Joann. 11, v. 50

Moral. Vide et mirare hic Dei in impios etiam obstinatos potentiam, æquè ac clementiam et beneficentiam, utpote quæ eorum cor ita immutet et elevet, ut prophetent; itàque eos immutat, ut ad se per pœnitentiam redeant; sed illi in suâ pervicaciâ se obdurantes, cum Dei clementiâ suâ duritie pugnant et certant. Sic enim fecit hic in Saüle. Simile et longè ampliùs fecit in Saule, dùm eum adhuc *spirantem minarum et cædis in discipulos Domini,* in ipso persecutionis itinere et fervore, cœlesti luce et voce siderans illicò immutavit,

MINI ILLIS, ET PROPHETARE CŒPERUNT ETIAM IPSI. Quomodò in occasione non admodùm dissimili in prophetarum cœtu prophetârit Saül, diximus supra, cap. 10, neque aliud dicendum de Saülis servis, quibus occidendi aut ligandi Davidis negotium datum est, qui in eumdem prophetarum inciderunt cuneum, et repentè Spiritu incumbente mutati, ipsi quoque prophetare cœperunt. *Prophetare* ibi idem esse putabamus, quòd laudare Deum, neque hìc significatur aliud. Ibi etiam diximus, Samuelem illius religiosi cœtûs fuisse parentem, et fortassè primum, qui religiosos viros in unum coegit, et illorum societati præfuit. Id indicat illud: *Stantem super eos*, quod nihil est aliud, quàm illi psallentium, seu vaticinantium choro fuisse præpositum. Neque est cur plura à nobis quisquam requirat; inde petat, quæ hìc desiderari possunt.

VERS. 22. — ET IRATUS IRACUNDIA SAUL, ABIIT ETIAM IPSE IN RAMATHA. Tulit graviter Saül, cùm videret misso toties satellitio nihil se profecisse. Cùm autem eam ob rem redire debuisset ad sanitatem, si quid in eo foret sanitatis et mentis, multò tamen vehementiùs excanduit, et ipse in se recepit negotium, quod ab aliis frustra susceptum esse viderat; et rectà profectus est in Ramatha, ubi cum Samuele Davidem esse audierat. Unde verisimile est, tres illas satellitum cohortes non rediisse ad Saülem, sed adhuc in Prophetarum cœtu remansisse; alioqui rex non ignoraret cum Samuele Davidem esse in Naioth, ubi illos invenêre satellites, et à spiritu meliori mutati vaticinati sunt. Nisi fortè dicamus, Naioth esse locum civitati proximum, et quodammodò suburbanum, in quem aut animi, aut meditationis gratiâ cum suo cœtu Samuel soleret aliquando secedere, et statim se in urbem et stativa domicilia referre. Quod ideò mihi fit probabile, quia statim Naioth in Ramatha esse dicitur, in agro videlicet illius. *Ecce* (inquiunt illi, à quibus rex de Samuele Davideque rogaverat) *in Naioth sunt in Ramatha.*

ex Saulo Paulum, ex persecutore apostolum, ex Pharisæo doctorem gentium effecit, Actor. 9, ut de eo, æquè ac Saüle diceretur: *Num et Saulus inter prophetas*, imò inter apostolos? Hæc mutatio dexteræ Excelsi; sed major in Saulo quàm in Saüle. Nam in Saüle mansit cor pravum, invidiâ et odio Davidis occæcatum cum prophetiâ; in Saulo verò cor ferreum, odio Christi et Christianorum accensum, illo à Deo per miraculum exempto, factum est cor sanctum, cœleste et divinum, insatiabili Christi et Christianorum amore æstuans et flagrans. (Corn. à Lap.)

VERS. 23. — ET ABIIT IN NAIOTH IN RAMATHA, ET FACTUS EST ETIAM SUPER EUM SPIRITUS DOMINI. Mutavit illum Spiritus Domini, id est, pulsus quidam, et mens nova inspirata divinitùs, quæ priorem regi cogitationem excussit, quæ illum insano furore correptum in Davidis exitium præcipitem agebat. Et quasi eo consilio in Ramatha ad Samuelem, prophetarumque collegium venisset, ut laudaret Deum, hymnosque sacros in illorum conventu ritè concineret, sic, puto, à divino Spiritu in eo tantùm articulo mutatus, Samuelis atque Davidis immemor, illa cantando recitabat carmina, quæ nunquàm didicisset, imò quæ neque ipse aut adverteret, cùm illam carminibus sacris operam daret, neque cùm ad se rediit, quidquam ejus à se fuisse tentatum recordaretur.

ET AMBULABAT INGREDIENS, ET PROPHETABAT, USQUE DUM VENIRET IN NAIOTH. Ex eo loco, qui quodammodò sacer erat, utpote sanctorum pedibus assiduè calcato, quique sacris hymnis frequenter resonabat, prophetare cœpit Saül, id est, divinas laudes personare, antequàm Samuelem et prophetantium cuneum aspiceret, quos verisimile est vidisse nunquàm, cùm extra se esset, neque quid faceret, cogitaret, aut nosset. Ubi qui vitæ addicti sunt religiosæ, et loca inhabitant divino cultui consecrata, documentum habent sanè gravissimum, ut discant à sacro religionis, imò Dei familiari contubernio abesse debere, quidquid non benè cum morum sanctitate convenit; non ibi invidiæ, non iracundiæ futurum esse locum, neque aliâ de re nisi de divinis laudibus, deque optimâ morum ac studiorum conformatione esse cogitandum. Quando rex impius, furore plenus, spirans minarum et cædis, et à malo exagitatus spiritu, totus à se abit, neque prioris insaniæ, neque regii statûs recordatur, neque diu ac noctu, quamdiù eo in loco fuit, à divinis laudibus nunquàm cessat. Sanè in loco sacro, qui sacris studiis aliquid auderet moliri contrarium, nimis esset impudens; neque solùm à viris reprehenderetur piis, sed etiam à Saüle, quem alium in prophetarum conventu ac loco, alium in aulâ et in castris agnoscas. Illud, *ambulabat ingrediens*, hebraismus est, quem imitatur Hispanus, dùm dicit: *Iba andando.*

VERS. 24. — ET EXPOLIAVIT ETIAM IPSE SE VESTIMENTIS SUIS, ET PROPHETAVIT CUM CÆTERIS CORAM SAMUELE. Duo significantur hìc accidisse Saüli, quæ lictoribus, cùm prophetarent, non acciderunt. Alterum est, antequàm propheta-

rum videret cuneum, prophetâsse, cùm alii id tantùm fecerint, cùm se miscuêre prophetantibus; alterum, quia regalibus se spoliavit ornamentis, quod lictores passi non fuerunt. Quo significare videtur voluisse Deus, quàm non reprehendendi lictores fuerint, quia datum sibi à Saüle negotium non impleverunt, contra quos ille vehementer exarserat, cùm multò ante quàm illi, mentem ipse mutaverit, neque subierit Davidis nomen, neque quidquam fuerit de priori cogitatione reliquum; et eò processerit à spiritu correptus, ut ornatu deposito regio, se regem esse non meminerit. Sed de vestibus, quas deposuit, mox.

Et cecidit nudus tota die illa, et nocte. Quidam legunt *cecinit,* sed malè, neque ullo modo consentaneè ad textum hebraicum, qui habet ויפל *vaiipol.* Illud, *nudus,* varii variè accipiunt. Quidam omninò nudum esse putant; ita putant aliqui, quorum Vatablus nomen silet; sequitur tamen sententiam, et ait ideò regem non esse verecundatum omnia ad unum vestimenta deponere, quia quos divinus arripuit spiritus, omnem ipsis adimit pudorem. Quod sensisse dicitur Aben Ezra, quem ego non vidi. Dixisset meliùs, si dixisset, nihil cuiquam pudori esse debere, quod ad divinam laudem pertineret. At quid ex nudo eâ ratione Saülis corpore, aut honoris Deo, aut castis prophetarum oculis utilitatis accideret?

Sed est communis aliorum sententia, deposuisse Saülem indumenta regia, et ab illis spoliatum quasi unus foret de turbâ, cum aliis nullo modo specie, insignibusque superior prophetâsse. Ita Hieronymus in Traditionibus hebr., Theodoretus, Abulensis, Lyra, auctor Histor. scholast. Neque *nudi* nomen huic cogitationi incommodat. Ut enim diximus in nostris Commentariis in Isaiam ad cap. 20, ille nudus dicitur, qui sui ordinis ac dignitatis ornamenta deposuit. Sicut ibi Isaias nudus vocatur, quia vestem abjecit prophetalem, id est, cilicinam, sine quâ incedere non posset non indecorè, id est, extra dignitatem nomenque propheticum. Quomodò nudus ambulare dicitur, qui præter morem patrium, sine togâ ac pallio foràs egreditur. Quod ideò mihi persuadeo, quia in Scripturâ talis aliquis dicitur, cùm parùm abest à formâ à quâ propriè et verè talis vocari posset. Quomodò Isaiæ cap. 19, *siccum* vocabamus *Nilum,* quando minùs haberet aquæ, quàm antea solitus, aut quàm exigeret agri Ægyptii necessitas. Et *jejunus* dicitur, qui panem comedit; sicut socii Pauli Actor. 27, in navigatione *jejuni* fuisse dicuntur quatuordecim dies; quia nimirùm toto illo tempore pertenui cibo famem sustentârunt.

Et ne pluribus commemorandis longè vager, in hâc eâdem voce aperta sunt exempla. Genes. 9, Noe *nudatus* fuisse traditur, quia ab eâ parte nudus erat, quâ se aliis irridendum præbuit. Deinde quis credat David nudum saltâsse ante arcam, ut illi objiciebat Michol, maximè cùm dicatur eo tempore indutus ephod lineo? 2 Reg. 6. Petrus certè nudus non erat omninò, cùm de eo Joannis 21 scribitur : *Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunicâ succinxit se; erat enim nudus.* Quòd autem tunc vestes haberet interiores, docet vox Græca : ἐπενδύτη : quæ non quamcumque significat vestem, sed illam quæ super alias inducitur, quale pallium est, aut toga. Ita putat Theophylactus, Toletus et Maldonatus; et Euthymius nudum fuisse omninò negat. Erat autem Petrus nudus ab eo nimirùm indumento, sine quo indecorè occurreret Christi oculis : quare accepit ἐπενδύτην, id est, *pallium,* quod breviori vesti et ad piscatorium studium expeditæ injiceret. Observat autem in illum locum Joannis Theophylactus ἐπενδύτην, linteum esse, quo Phœnices Syrique piscatores amiciebantur, seu nudi essent, sive vestiti. Ex quo aliqua lux affulget loco maximè obscuro, apud Marcum cap. 14, ubi dùm Christus in horto comprehenderetur, adolescens fugisse traditur *amictus sindone super nudum.* Quæ videtur esse piscatoris descriptio, qualis erat Petrus, cùm ad Christum properavit à naviculâ; et quali utebantur habitu aliqui ex discipulis, quorum è numero multi piscatores erant. Neque incredibile est, cùm Christum sequerentur, familiare ac notum suæ artis indumentum non abjecisse. Dùm ergo adolescens fugisse dicitur *cum sindone super nudum,* id est, super breviorem et interiorem tunicam, indicatur meo judicio fugisse aliquis è duobus discipulis, Joannes seu Jacobus, quia hi duo cum Petro à reliquis assumpti à Christo fuerunt, et artem exercebant piscatoriam.

Accedit, quòd ea est loquendi consuetudo etiam apud externos : ab exemplis abstineo. Unus sufficiet Seneca, qui id verbis tradit et docet expressis, lib. 5 de Beneficiis, cap. 13 : « Quædam, inquit, etiamsi vera non sint, propter similitudinem (adde tu *et propter vicinitatem*) eodem vocabulo comprehensa sunt. « Sic illitteratum non ex toto rudem, sed ad « litteras altiores non perductum; sic qui ma-

« lè vestitum et pannosum vidit, nudum se « vidisse dicit. » Quid clariùs, magisque ad nostram sententiam? Accedit, quòd si Deus prioribus verbis omninò prophetam futurum esse nudum significâsset, frustra addidisset, et *discalceatus*, quia omninò nudus, pedum quoque caret integumento. Deinde habitus quem assumere jubetur propheta, designabat captivorum habitum, quem habituri erant Æthiopes et Ægyptii apud externos dominos : at captivi non tam nudi erant, quàm malè vestiti, aut certè induti brevi atque astrictâ tunicâ, et ad serviendum idoneâ, qualem credo gestatam ab Isaiâ.

Cecidisse verò dicitur *totâ die ac nocte* Saül, aut quia, ut dicunt aliqui ex Hebræis, viribus et sensibus destitutus erat; quod etiam sensit Vatablus; aut quia adorantium more sæpè procidebat in terram; quidquid illud fuerit incertum est. Illud prius magis placet, quia cum aliis prophetasse dicitur, id est, ad aliorum morem et cum aliis simul ; ast alii *nocte ac die* non *cecidissent*, imò neque in divinas laudes continenter incumberent.

Hic existit dubium ex cap. 15, v. 35, ubi dicitur, nunquàm à Samuele visum esse Saülem, cùm tamen hic venisse dicatur Saül in eum locum ubi erat Samuel. Huic difficultati satis, ut credo, factum est cap. citato. Sunt qui dicunt, visum quidem à Samuele Saülem, non autem à Saüle Samuelem. Ita Magister Histor. schol. et glossa interlinearis. Quod mihi verisimile est, cùm alienatus à mente fuerit Saül, quo tempore fuit in cœtu prophetantium; et si quando à furore recepit se, non aliis, qui sibi ab ejus insaniâ omnia metuebant, difficile fuit invenire latebras, in quas se ab illius oculis ac furore subducerent.

Num et Saul inter prophetas? Hæc à nobis supra, cap. 10, explicata sunt.

CAPUT XX.

1. Fugit autem David de Naioth quæ est in Ramatha, veniensque locutus est coram Jonatha : Quid feci? quæ est iniquitas mea, et quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam?

2. Qui dixit ei : Absit, non morieris; neque enim faciet pater meus quidquam grande vel parvum, nisi priùs indicaverit mihi : hunc ergo celavit me pater meus sermonem tantummodò ? nequaquàm erit istud.

3. Et juravit rursùm David. Et ille ait : Scit profectò pater tuus quia inveni gratiam in oculis tuis; et dicet : Nesciat hoc Jonathas, ne fortè tristetur. Quinimò vivit Dominus, et vivit anima tua, quia uno tantùm (ut ita dicam) gradu ego morsque dividimur.

4. Et ait Jonathas ad David : Quodcumque dixerit mihi anima tua faciam tibi.

5. Dixit autem David ad Jonathan : Ecce calendæ sunt crastinò, et ego ex more sedere soleo juxta regem ad vescendum : dimitte ergo me ut abscondar in agro usque ad vesperam diei tertiæ.

6. Si respiciens requisierit me pater

CHAPITRE XX.

1. Or David s'enfuit de Naïoth, *près* de Ramatha; et étant venu trouver Jonathas, il lui dit : Qu'ai-je fait? quel est mon crime? quelle faute ai-je commise contre votre père, pour l'obliger à vouloir ainsi m'ôter la vie?

2. Jonathas lui dit : Non, vous ne mourrez point, car mon père ne fait aucune chose, ni grande ni petite, sans m'en parler ; m'aurait-il donc caché cette chose seule, *contre son ordinaire?* Non, cela ne sera pas.

3. Et il se lia de nouveau à David par serment. Mais David lui dit : Votre père sait très-bien que j'ai trouvé grâce devant vos yeux : c'est pourquoi il aura dit en lui-même : Il ne faut point que Jonathas sache ceci, afin qu'il ne s'en afflige point; car je vous jure par le Seigneur, je vous jure par votre vie qu'il n'y a, pour ainsi dire, qu'un point entre la mort et moi.

4. Jonathas lui répondit : Je ferai pour vous tout ce que vous me direz.

5. David dit à Jonathas : C'est demain le premier jour du mois, et j'ai coutume de m'asseoir auprès du roi pour manger *ce jour-là avec lui;* permettez-moi donc de me cacher dans un champ jusqu'au soir du troisième jour.

6. Si votre père me demande, vous lui répondrez : David m'a prié d'agréer qu'il fît

tuus, respondebis ei : Rogavit me David ut iret celeriter in Bethlehem civitatem suam, quia victimæ solemnes ibi sunt universis contribulibus suis.

7. Si dixerit : Benè, — pax erit servo tuo; si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia ejus.

8. Fac ergo misericordiam in servum tuum, quia fœdus Domini me famulum tuum tecum inire fecisti; si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, et ad patrem tuum ne introducas me.

9. Et ait Jonathas : Absit hoc à te ; neque enim fieri potest ut, si certè cognovero completam esse patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi.

10. Responditque David ad Jonatham : Quis renuntiabit mihi, si quid fortè responderit tibi pater tuus durè de me?

11. Et ait Jonathas ad David : Veni, et egrediamur foràs in agrum. Cùmque exîssent ambo in agrum,

12. Ait Jonathas ad David : Domine Deus Israel! si investigavero sententiam patris mei crastinò vel perendie, et aliquid boni fuerit super David, et non statim misero ad te, et notum tibi fecero,

13. Hæc faciat Dominus Jonathæ et hæc addat. Si autem perseveraverit patris mei malitia adversùm te, revelabo aurem tuam, et dimittam te, ut vadas in pace, et sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo.

14. Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini; si verò mortuus fuero,

15. Non auferes misericordiam tuam à domo meâ usque in sempiternum, quando eradicaverit Dominus inimicos David, unumquemque de terrâ. (Auferat Jonathan de domo suâ, et requirat Dominus de manu inimicorum David.)

16. Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David; et requisivit Dominus de manu inimicorum David.

17. Et addidit Jonathas dejerare Da-

promptement un tour à Bethléhem, d'où il est, parce qu'il y a là un sacrifice solennel pour tous ceux de sa tribu.

7. S'il vous dit : C'est bien, — il n'y a rien à craindre pour moi; mais s'il se met en colère, soyez persuadé que sa mauvaise volonté est arrivée à son comble.

8. Faites donc cette grâce à votre serviteur, puisque, encore que je le sois effectivement, vous n'avez pas laissé de vouloir que nous nous promissions l'un à l'autre l'amitié la plus étroite. Si je suis coupable de quelque chose, ôtez-moi vous-même la vie; mais ne m'obligez point de paraître devant votre père.

9. Jonathas lui dit : Dieu vous garde de ce malheur; mais si je reconnais que la haine que mon père a conçue contre vous soit sans remède, soyez sûr que je ne manquerai pas de vous le faire savoir.

10. David dit à Jonathas : S'il arrive que lorsque vous parlerez de moi à votre père il vous donne une réponse fâcheuse, par qui le saurai-je?

11. Jonathas lui répondit : Venez, et sortons dans la campagne. Et étant tous deux sortis dans les champs,

12. Jonathas dit à David : Seigneur Dieu d'Israël! si je puis découvrir le dessein de mon père demain ou après demain, et si, voyant quelque chose de favorable pour David, je ne le lui envoie pas dire aussitôt et ne le lui fais pas savoir,

13. Traitez, ô Seigneur, traitez Jonathas avec toute votre sévérité. Mais si la mauvaise volonté de mon père continue toujours contre vous, je vous en donnerai avis et je vous renverrai, afin que vous alliez en paix et que le Seigneur soit avec vous, comme il a été avec mon père *au commencement de son règne.*

14. Si je vis, vous me traiterez avec toute la bonté possible, et si je meurs,

15. Vous ne cesserez jamais d'en user avec bonté et compassion avec ma maison, quand le Seigneur aura exterminé les ennemis de David de dessus la terre jusqu'au dernier. *Si je vous manque de parole,* que Dieu retranche Jonathas de sa maison, et que le Seigneur venge David de ses ennemis.

16. Jonathas fit donc alliance avec la maison de David; mais *cette alliance n'eut pas de suite, parce que* le Seigneur voulut punir les *descendants de Saül, qu'il traita tous presque comme* ennemis de David.

17. Jonathas conjura encore David *de ceci*

vid, eò quòd diligeret illum ; sicut enim animam suam ita diligebat eum.

18. Dixitque ad eum Jonathas : Cras calendæ sunt, et requireris ;

19. Requiretur enim sessio tua usque perendie. Descendes ergo festinus, et venies in locum ubi celandus es in die quâ operari licet, et sedebis juxta lapidem cui nomen est Ezel.

20. Et ego tres sagittas mittam juxtà eum, et jaciam quasi exercens me ad signum.

21. Mittam quoque et puerum, dicens ei : Vade, et affer mihi sagittas.

22. Si dixero puero : Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas, — tu veni ad me, quia pax tibi est, et nihil est mali, vivit Dominus ! Si autem sic locutus fuero puero : Ecce sagittæ ultra te sunt, — vade in pace, quia et dimisit te Dominus.

23. De verbo autem quod locuti sumus ego et tu, sit Dominus inter me et te usque in sempiternum.

24. Absconditus est ergo David in agro ; et venerunt calendæ, et sedit rex ad comedendum panem.

25. Cùmque sedisset rex super cathedram suam (secundùm consuetudinem) quæ erat juxta parietem, surrexit Jonathas, et sedit Abner ex latere Saül, vacuusque apparuit locus David.

26. Et non est locutus Saül quidquam in die illâ ; cogitabat enim quòd fortè evenisset ei ut non esset mundus nec purificatus.

27. Cùmque illuxisset dies secunda post calendas, rursùs apparuit vacuus locus David. Dixitque Saül ad Jonathan filium suum : Cur non venit filius Isai nec heri nec hodiè ad vescendum ?

28. Responditque Jonathas Saüli : Rogavit me obnixè ut iret in Bethlehem,

29. Et ait : Dimitte me, quoniam sacrificium solemne est in civitate ; unus

pour l'amour qu'il lui portait, car il l'aimait comme sa vie :

18. Et il dit à David : C'est demain la fête de la nouvelle lune ; et on demandera où vous serez,

19. Car on verra votre place vide ces deux jours-ci. Vous viendrez donc promptement le jour d'après la fête ; vous vous rendrez au lieu où vous devez être caché, et vous vous tiendrez près de la pierre qui s'appelle Ezel.

20. Je tirerai trois flèches près de cette pierre, comme si je m'exerçais à tirer au blanc.

21. J'enverrai un petit garçon, et je lui dirai : Allez, et apportez-moi mes flèches.

22. Si je lui dis : Les flèches sont en-deçà de vous, ramassez-les, venez me trouver, car tout sera en paix pour vous, et, vive le Seigneur ! vous n'aurez rien à craindre. Si je dis à l'enfant : Les flèches sont au-delà de vous,— allez-vous-en en paix, parce que le Seigneur veut que vous vous retiriez.

23. Mais pour la parole que nous nous sommes donnée l'un à l'autre, que le Seigneur en soit le dépositaire pour jamais entre vous et moi.

24. David donc se cacha dans le champ ; et le premier jour du mois étant venu, le roi se mit à table pour manger.

25. Et étant assis selon la coutume, sur son siége, qui était contre la muraille, Jonathas se leva, Abner s'assit à côte de Saül, et la place de David demeura vide.

26. Saül n'en parla point ce premier jour, ayant cru que peut-être David ne se serait pas trouvé pour ce jour-là, ou qu'il n'aurait pas été purifié *pour manger des hosties pacifiques.*

27. Le second jour *de la fête* étant venu, la place de David se trouva encore vide. Alors Saül dit à son fils : Pourquoi le fils d'Isaï n'est-il point venu manger ni hier ni aujourd'hui ?

28. Jonathas dit à Saül : Il m'a prié avec beaucoup d'instance d'agréer qu'il allât à Bethléhem,

29. En me disant : Laissez-moi aller, je vous prie, parce qu'il y a un sacrifice solennel en

de fratribus meis accersivit me : nunc ergo, si inveni gratiam in oculis tuis, vadam citò, et videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit ad mensam regis.

30. Iratus autem Saül adversùm Jonathan, dixit ei : Fili mulieris virum ultrò rapientis! numquid ignoro quia diligis filium Isai in confusionem tuam et in confusionem ignominiosæ matris tuæ?

31. Omnibus enim diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque jam nunc mitte, et adduc eum ad me, quia filius mortis est.

32. Respondens autem Jonathas Saüli patri suo, ait : Quare morietur? quid fecit?

33. Et arripuit Saül lanceam ut percuteret eum. Et intellexit Jonathas quòd definitum esset à patre suo ut interficeret David.

34. Surrexit ergo Jonathas à mensâ in irâ furoris, et non comedit in die calendarum secundâ panem; contristatus est enim super David, eò quòd confudisset eum pater suus.

35. Cùmque illuxisset manè, venit Jonathas in agrum juxta placitum David, et puer parvulus cum eo,

36. Et ait ad puerum suum : Vade, et affer mihi sagittas quas ego jacio. Cùmque puer cucurrisset, jecit aliam sagittam trans puerum.

37. Venit itaque puer ad locum jaculi quod miserat Jonathas; et clamavit Jonathas post tergum pueri, et ait : Ecce ibi est sagitta porrò ultra te.

38. Clamavitque iterùm Jonathas post tergum pueri, dicens : Festina velociter, ne steteris. Collegit autem puer Jonathæ sagittas, et attulit ad dominum suum,

39. Et quid ageretur penitùs ignorabat; tantummodò enim Jonathas et David rem noverant.

40. Dedit ergo Jonathas arma sua

notre ville, et l'un de mes frères est venu me prier d'y aller; si donc j'ai trouvé grâce devant vos yeux, permettez-moi d'y faire un tour pour voir mes frères. C'est pour cela qu'il n'est pas venu manger avec le roi.

30. Alors Saül se mettant en colère contre Jonathas lui dit : Fils de femme prostituée, est-ce que j'ignore que tu aimes le fils d'Isaï, à ta honte et à la honte de ta mère infâme, *de qui seule tu peux tenir ton mauvais caractère?*

31. Car tant que le fils d'Isaï vivra sur la terre, tu ne seras jamais en sûreté ni pour ta vie, ni pour le droit que tu as à la couronne. Envoie donc présentement *le chercher* et amène-le-moi, car il faut qu'il meure.

32. Jonathas répondit à Saül, son père : Pourquoi mourra-t-il? qu'a-t-il fait?

33. Saül, *irrité de cette réponse de Jonathas,* prit une lance pour l'en percer. Jonathas reconnut donc que son père avait résolu de faire mourir David.

34. Et il se leva de table tout en colère, et ne mangea point ce second jour de la fête, parce qu'il était affligé de l'état de David et de ce que son père l'avait outragé lui-même.

35. Le lendemain, dès le point du jour, Jonathas vint dans le champ, selon qu'il en était convenu avec David, et amena avec lui un petit garçon,

36. Auquel il dit : Allez, et rapportez-moi les flèches que je tire. L'enfant ayant couru, Jonathas en tira une autre plus loin.

37. L'enfant étant donc venu au lieu où était la flèche que Jonathas avait tirée, Jonathas cria derrière lui, et lui dit : Voilà la flèche qui est au-delà de vous.

38. Il lui cria encore et lui dit : Allez vite; hâtez-vous; ne demeurez point. L'enfant, ayant ramassé les flèches de Jonathas, les rapporta à son maître,

39. Sans rien comprendre à ce qui se faisait, car il n'y avait que Jonathas et David qui le sussent.

40. Jonathas donna ensuite ses armes à l'en-

puero, et dixit ei : Vade, et defer in civitatem.

31. Cùmque abiisset puer, surrexit David de loco, qui vergebat ad austrum; et cadens pronus in terram, adoravit tertiò : et osculantes se alterutrum fleverunt pariter, David autem ampliùs.

42. Dixit ergo Jonathas ad David : Vade in pace; quæcumque juravimus ambo in nomine Domini, dicentes : Dominus sit inter me et te, et inter semen meum et semen tuum usque in sempiternum.

43. Et surrexit David, et abiit; sed et Jonathas ingressus est civitatem.

fant, et lui dit : Allez et reportez-les à la ville.

41. Quand l'enfant s'en fut allé, David sortit du lieu où il était, qui regardait le midi. Tombant prosterné sur la terre, il adora par trois fois *Jonathas;* et s'étant salués l'un l'autre, en se baisant, ils pleurèrent tous deux, mais David encore plus.

42. Jonathas dit donc à David : Allez en paix. Que ce que nous avons juré tous deux au nom du Seigneur *demeure ferme,* et que le Seigneur, comme nous avons dit, soit témoin entre vous et moi et entre votre race et ma race pour jamais

43. David en même temps se retira, et Jonathas rentra dans la ville.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FUGIT AUTEM DAVID DE NAIOTH (1). Non putabat David tutum sibi fore eo in loco manere, quem jam Saüli notum esse sciebat, à cujus manibus elabi non sperabat, nisi vis aliqua cœlestis et major intercederet. Quare actutùm fugit ex Naioth, et cùm fugæ locum celatum esse maximè expediret, illum tamen Jonathæ, cujus fidei atque amicitiæ credebat omnia, celatum esse noluit. Apud quem de patris inclementiâ conquestus est; qui omnia illi prolixa pollicitus, meliori animo esse jussit. Totum caput obscurum non est, atque ideò in illius explicatione multi non erimus : sed illa tantùm breviter attingemus, quæ interpretis desiderant lucem et industriam (2).

(1) *En même temps David s'enfuit de Naioth, et il vint parler à Jonathas.* David, persécuté si cruellement par Saül, se plaint à Jonathas de l'injustice de son père. Il nous apprend ainsi que la consolation de ceux qui sont affligés dans l'Eglise se doit trouver dans le sein de leurs véritables amis. C'est là qu'ils peuvent en assurance répandre leurs larmes et déplorer leur état. C'est avec ces personnes qu'ils peuvent se justifier et faire voir leur innocence, comme David le fait avec Jonathas, afin que le témoignage de leur conscience les soutienne et les soulage dans leurs maux. On peut remarquer que ce n'est qu'en secret que David dit ce qu'il dit à Jonathas. Il sait ce qu'il doit à Saül. Il ne publie point son injustice devant les hommes. Il a même la réserve de n'en point parler devant son ami intime, et il se contente de lui faire voir que c'est sans sujet qu'il est réduit à ce misérable état. (Sacy.)

(2) NEQUE ENIM FACIET PATER MEUS QUIDQUAM, me inscio; vel potiùs : Nihil me inscio facit. Facilè Jonathas nihil eorum noverat, quæ ante aliquot dies contigerant, de apparitoribus missis ad capiendum domi Davidem; nec de jussionibus à Saüle datis, ut caperetur in Naioth : animum patris è sinceritate animi sui dimetiebatur; fidemque habebat promissioni, quâ pater sese obstrinxerat, nihil scilicet mali sese moliturum in Davidem. Rebatur facilè, ea quæ ad id usque gesserat pater, morbi malignitate potiùs quàm meditatione et consilio gessisse : denique persuadere sibi non poterat, Saülem rem adeò gravem moliturum, se inscio, uti in cæteris consueverat. (Calmet.)

VERS. 3. — VIVIT DOMINUS, ET VIVIT ANIMA TUA, QUIA UNO TANTUM (UT ITA DICAM) GRADU EGO MORSQUE DIVIDIMUR (1). Hæc verba

Jonathas dit à David : Non, vous ne mourrez point. Jonathas tâche de persuader David de se remettre encore une fois sous la puissance de Saül. Mais il fait voir en même temps aux amis qu'ils ne doivent pas tellement s'écouter eux-mêmes, qu'ils n'écoutent aussi leurs amis dans des choses qui les regardent de si près. Quelque lumière et quelque bonne intention qu'ils aient comme Jonathas, il est visible néanmoins qu'ils peuvent se tromper, comme on voit que ce prince se trompait dans le conseil qu'il donne ici à David.

Aussi, quoique Jonathas défende d'abord son sentiment, il laisse néanmoins David à lui-même, et il désire enfin de savoir de lui tout ce qu'il doit dire et faire pour son service. C'est là le caractère d'un esprit sage et d'un ami vraiment fidèle, de ne prendre point d'empire sur l'esprit de son ami, et de ne vouloir point que ses propres conjectures soient l'unique règle de ses pensées.

(1) UNO TANTUM GRADU EGO MORSQUE DIVIDIMUR. Ad litteram : *Passus inter me et inter mortem.* Septuaginta : *Impletum est inter patrem tuum et me, usque ad mortem meam.* Sed Vulgata meliùs reddidit sensum originalem. (Calmet.)

Je vous jure que pour ce qui est de moi, il n'y a qu'un point entre ma vie et ma mort. Cette expression est admirable pour faire voir l'état où David était alors. Et elle nous marque en-

satis ostendunt, quanto in periculo ac metu fuerit David, cùm hostem haberet potentissimum, in cujus ditione versabatur, cujus tot erant lictores et manus, quot illius potestati ac voluntati suberant. Atque ideò uno tantùm à morte dicit se abesse gradu, quia si quid ab illo minùs cautè susceptum sit, aut observatum negligentiùs, effugere non poterit regis armatas manus aut furorem inflammatum invidiâ. Quia quocùmque se converterit, occursabit Saül, aut in illius servis Saülis infensa et ineluctabilis potentia. Cùm proximum est periculum, proximè dicimus adesse mortem; quare in mortuis numeramus illum, qui collum laqueo jam insertum habet, et cujus imminet jugulo hostile ferrum. Quatuor digitis dicitur à morte distare, qui in altum mare ligneo inclusus vasculo se dedit. Quare Juvenalis de navigantibus dixit Sat. 12.

I nunc, et ventis animam committe, dolato
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, ac septem, si sit latissima tæda.

Ille autem qui periculosum illud instituit vivendi genus, uno tantùm gradu à morte dividitur, quia si quid peccatum fuerit, et uno tantùm gradu à navigio recesserit, excipiet illum aquarum gurges, ex quo, si procul à portu abesse contingat, non enatabit. Tali in statu tunc erat David, quem incuria quæcumque, aut error levissimus ad mortem adigeret, sicut cervus, aut ursus, quem undecumque circumsident aut casses, aut foveæ, aut intentæ venatorum hastæ: et hic uno tantùm gradu à morte discluditur, quia ubi primùm in utramlibet partem fecerit gradum, illi moriendum est.

Vers. 4. — Quodcumque dixerit mihi anima tua, faciam tibi. Verba sunt Jonathæ, qui nihil facere, aut subire recusat, quod sibi à Davide, quod ad ipsius incolumitatem pertineat, significatum fuerit. Modus ille dicendi familiaris est Hebræis, qui aliquem per illius animam circumscribunt. Et ita dicunt: *Placet hoc animæ meæ*, id est, *mihi; hoc odit anima mea*, id est, *ego odi*. Sed habet hoc loco suam epitasim hæc dicendi forma; significat enim Jonathas facturum se quidquid Davidi collibuerit, quodcumque illud sit, et ipsius voluntatem sibi futuram esse pro regulâ, etiamsi contra stet Saülis, id est, regis et parentis auctoritas, et cum vitæ suæ non incerto periculo. Anima enim pro desiderio sumitur, ut Ezech. cap. 7, v. 19: *Animam suam non saturabunt*. Job. cap. 39, v. 1: *Numquid capies leænæ prædam et animam catulorum ejus implebis?* id est, appetitum et desiderium.

Vers. 5. — Ecce calendæ sunt crastino, et ego ex more sedere soleo juxta regem ad vescendum (1). *Calendæ* eædem sunt quæ

core excellemment celui où nous nous trouvons à toute heure, parmi la multitude des périls et des ennemis qui nous environnent. Car si saint Paul s'écrie lui-même, *qu'il sent dans lui une loi impérieuse des membres qui l'entraîne comme captif sous la loi du péché*, et s'il demande à Dieu avec tant d'ardeur *qu'il le délivre de ce corps de mort*, combien avons-nous plus de raison de croire *qu'il n'y a pour nous qu'un point entre la vie et la mort*, entre la liberté des enfants de Dieu, et la servitude du péché, qui nous peut assujettir en un moment au joug du démon?

(1) Chaldæus ait fuisse calendas mensis secundi, puta aprilis, et embolismi diem, quo proinde celebrabatur pascha; ut David sic in eo à Saüle quæsitus ad necem, fuerit typus Christi in Paschate à Judæis occisi, sed à morte die tertiâ gloriosè resurgentis. (Corn. à Lap.)

Doctores Judæi tradunt, lunares menses à suis observatos fuisse; illos autem iniisse à phasi apparentis lunæ super horizontem. Momentum id primum apparentis lunæ sedulò observabant viri in eam rem destinati, et in montium specula constituti, qui statim signum micantis primum astri cornu, vel alio clangore dabant, ut statim ea res Jerosolymis nuntiaretur. Tunc neomeniæ exordium. Ne quidpiam errarent, neve in festi observatione deceptio aliqua contingeret, duo succedentes dies festi habebantur. Id autem apertissimè probari hoc textu creditur: legimus enim, Saülem per duos continuos dies convivium prorogâsse, in cultum primæ diei mensis religiosum.

Sed hæc inter incerta sunt incertissima. David nihil curans ea quæ à speculatoribus in monte constitutis nuntiari poterant, monuit Jonathan, alteram diem primam esse ineuntis mensis. Ad litteram: *Ecce mensis cras*. Certum id erat et exploratum omnibus. A Saüle convivium per duos succedentes dies celebrandum erat: nihil eorum latebat Davidem; secunda enim mensis dies tunc festa erat, nempe sabbatum. Solemne autem regi erat, ut sabbato, non secùs ac in neomeniis, familiam totam et præfectos convivas haberet. Quod autem demonstrat, secundam hanc diem in sabbatum incidisse, illud est, quod David die non feriatâ condicto in loco fuerit: *Die quâ operari licet*, die scilicet alterâ à sabbato. Hâc ipsâ die secessit ab Jonathâ; cùmque pervenisset in Nobe, nihil cibi apud magnum sacerdotem præstò habuit, quàm ingentes panes propositionis, qui præcedenti die amoti fuerant ab altari: *Neque enim erat ibi panis, nisi tantùm panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini, ut ponerentur panes calidi*. Panes autem illos singulis sabbatis amovendos esse, ut recentes substituantur, lex edicit: *Per singula sabbata mutabuntur*. Venit igitur David ad Achimelechum manè alterius à sabbato diei

neomeniæ, id est, primæ lunationes, sive primi dies singulorum mensium; nam luna suo ortu inchoat, et suo occasu, sive silentio terminat menses. Ille verò dies primus solemnis est Hebræis, ut constat Num. 10 : *Si quando habebitis epulum, et dies festos et calendas*, etc. De quibus est illud Psal. 80 : *Buccinate in neomeniâ tubâ, in insigni die solemnitatis vestræ.* Eo autem die sacrificia fieri solebant, ut liquet Numer. 28 : *In calendis autem, id est, in mensium exordiis offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos*, etc. His porrò diebus, qui aliquâ sunt notâ, aut religione nobilitati, instrui solet inter cognatos et amicos solemne convivium. Sicut etiam nostrâ ætate fit in principum domibus, quale amicis, cognatis et principibus videtur condixisse Saül in proxi-

quare dies præcedens, quâ cum rege cibum sumpturus erat, cum sabbato componebatur.

Religione huic Hebraicæ persimili pagani singulorum mensium calendas consecrabant. Apud Romanos, *ut idus omnes Jovi, ita et omnes calendæ Junoni tributæ. Festis* verò *insunt sacrificia, epulæ, ludi et feriæ.* Neomeniarum Judaicarum meminit Horatius sub nomine *tricesimi sabbati* :

. . . . *Hodiè tricesima sabbata. Vin' tu Curtis Judæis oppedere?*

Ex more sedere soleo juxta regem. Hebræus : *Ego sedendo sedebo cum rege ad vescendum.* Veteres olim mensæ assidebant, testibus Scripturâ et profanis. Ægyptii et Josephus assidebant mensæ; sedebant et Hebræi; quod etiam innuunt Proverbia Salomonis 23, 1 : *Quando sederis, ut comedas cum principe.* Veteres Græci sedebant, non accumbebant, quod pariter et apud vetustissimas Italiæ gentes obtinebat.

Perpetuis soliti patres considere mensis. Assidebant alter post alterum mensis prolixis; quem morem illi à Lacedæmonibus et Cretensibus adoptaverant, teste Servio apud Varronem. Sed Persæ accumbebant in lectis, positis ante parvas humilesque mensas, uti non obscurè Scriptura. De Assueri convivio narratur : *Lectuli quoque aurei et argentei super pavimentum smaragdino et pario stratum lapide dispositi erant.* Amanum convivam invitaverat Esther, ejusque proditionem regina in convivio detexit Assuero. Rex indignatus è triclinio exiit : statimque Aman cecidit ad pedes reginæ, quæ convivali in lecto accumbebat : *Reperit Aman super lectulum corruisse, in quo jacebat Esther.* Reputaverim ego tamen, feminas apud Persas, quemadmodùm et apud Romanos assedisse mensæ; favetque opinioni huic meæ Nehemias, qui reginam assidentem mensæ juxta Artaxerxem exhibet : *Dixitque mihi rex, et regina quæ sedebat juxta eum;* et in Hebræo Estheris, in textu mox laudato, non legitur reginam jacuisse, *jacebat*, sed tantùm fuisse super lectum; fuisse autem non jacentem, sed assidentem, definit Chaldæus. Quod autem affirmavimus, ejusmodi lectulos positos fuisse ante humiles valdè mensas, ex eo facilè probatur, quòd cùm *Alexander in regiâ* Darii *sellâ sedisset, multò excelsiore, quàm habitu corporis,* adeòque *pedes cùm imum gradum non attingerent, unus ex regiis pueris mensam subdidit pedibus.* Ingenuus quisque hodiè pariter apud Turcas mensam adhibet rotundam basi unius palmi impositam, è quâ cibos capiunt stratis tapetibus insidentes.

Mos assidendi in lectis convivalibus jam inde à Saülis ætate obtinebat apud Hebræos. Mulier illa Pythonissa, quam Saül consuluit in Endor, ipsum lectulo insidere coegit. Hujus etiam vestigia deprehenduntur in Cantico canticorum 1, 11 : *Dùm esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Amos, sub Oziâ, rege Judâ, et Jeroboamo II, rege Israe-

lis, capite 12, 8, exprobrat locupletibus *accubitus* in mensâ *super vestimentis pignoratis, juxta omne altare.* Eumdem morem arguit Ezechiel, 33, 41 : *Sedisti in lecto pulcherrimo, et mensa ornata est ante te.* Auctor Ecclesiastici, post captivitatem scribens, duo indicat, et sessionem interdùm, et interdùm etiam accubitum in mensis. Eadem et apud Græcos licet animadvertere. Quanquàm mos lectulorum convivalium obtinebat ætate Platonis et ante Alexandrum, memoriæ tamen proditum est, principem illum etiam post victorias suas mensæ assedisse. Jesus Christus in novissimâ cœnâ unà cum Apostolis accumbebat.

Usque ad vesperam diei tertiæ. Usque ad vesperam diei secundæ mensis, quæ, uti supra probavimus, tunc incidit in sabbatum. Nefas erat eâ die longum iter aggredi. Ante eam diem nôsse non poterat David, quo Saül animo erga se esset. Tertia hæc dies agebatur à colloquio habito cum Jonathâ. Sed Jonathas continuit sese die sabbati, nec nisi mane alterius diei, quæ professa erat, Davidem allocutus est, v. 19. (Calmet.)

David dit à Jonathas : Permettez-moi de me cacher jusqu'au soir du troisième jour. Le conseil de David était sans comparaison plus sage que celui de Jonathas. Car ce prince exposait David à se perdre, en se remettant de nouveau entre les mains de Saül. Et il se fiait en vain *sur ce que son père ne manquerait pas de lui dire tout ce qu'il aurait résolu de faire,* parce qu'un homme frappé d'une haine aussi violente qu'était celle de Saül, ne cherche point de confidents dans ce que lui inspire sa passion, principalement lorsqu'ils lui peuvent être suspects, et qu'il oublie aussi bien son propre sang, qu'il est prêt de répandre celui des autres. Le conseil de David, au contraire, donnait lieu de sonder le fond du cœur de Saül, pour voir si sa colère durait encore ou si elle était apaisée, sans qu'il fût exposé à une mort presque inévitable, si ce prince entrait en fureur en le voyant paraître devant ses yeux. Et l'événement justifie la sagesse de cette conduite. Car si Saül voulut tuer même son propre fils, en voyant qu'il prenait les intérêts de David, comment aurait-il traité celui qu'il considérait comme le plus grand ennemi qu'il eût dans le monde? Mais Dieu qui voulait sauver David, lui inspira par son Esprit ce qu'il devait faire pour découvrir la mauvaise disposition de Saül à son égard, sans être exposé à sa violence. (Sacy.)

mas calendas. Aut certè id erat illi solemne et quasi legitimum, ut singulis mensibus ad illorum exordium cognatis suis, regni exercitûsque principibus epulum instrueret, cui abesse non poterat David, cùm gener esset regis et chiliarchus, et præter cæteros rebus belli gestis egregius. Sed est verisimile, singulis etiam diebus ad regiam mensam adhiberi, eo maximè tempore, cùm à malo spiritu vexaretur Saül. Neque enim honestè fieri poterat, ut cùm jam esset propter connubialem nexum Saüli domesticus, et quasi cognatus, et illi, nisi cùm graves inciderent casus, semper assisteret, ut molestiam, quam à cacodæmone patiebatur, psallendo levaret, eo tempore jussum esse ab aulâ recedere, cùm sumendus esset cibus, maximè si filia Michol, jam Davidi nupta, adhiberetur ad mensam. Et ideò v. 27, non solùm in calendis, sed etiam die proximo qui tamen solemnis non erat, desideratus est à Saüle David. *Dixitque Saül ad Jonatham : Cur non venit filius Isai nec heri, nec hodiè ad vescendum ?* Et hæc sententia magis probatur Abulensi q. 9.

Vers. 6. — (1) Rogavit me David ut iret celeriter in Bethlehem civitatem suam, quia victimæ solemnes ibi sunt, universis contribulibus suis. Paulò ante diximus ex cap. Num. 28, ubi à versu 11 usque ad 16, illa sacrificia numerantur, quæ in calendis afferri aut debent, aut solent. Hanc igitur consuetudinem in excusationem adduci vult David, cur regio convivio non interfuerit, quia victimæ in patriâ solemnes fiunt, à quibus si ipse absit, qui omnium propter regiæ conjugis nobilitatem princeps existimatur, iniquiùs accipient, et superbiæ attribuent contribules sui. Quæ ratio speciem habet, non parùm honestam ; maximè, si ad hæc accedat ex victimarum sanctitate nonnulla quæ apud viros qui in sublimi sunt gradu, plurimùm debet habere momenti (1).

Vers. 8. — Si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice ; et ad patrem tuum ne introducas me. Hoc fermè modo explicare solemus, quàm feramus aliquid iniquo animo, aut quàm aliquem rerum eventum horreamus. Nemo est qui non horreat mortem, quam omnium terribilium terribilissimam dixit Aristoteles, et ipsa docet natura, quæ ut vitam tueatur, nihil putat non esse subeundum. At in morte aliquid solet interdùm contingere aut timeri, quod morte ipsâ, judicio etiam prudentium, judicatur esse magis horribile. Ut si ab inimicis mors sit inferenda, à femineâ seu imbecilli manu, ex quâ morti accedat aliquid ignominiæ. Sic multi, ut morte aliquod redimerent in mortis genere ludibrium, manus sibi anticipato vulnere intulerunt. Exempla habemus apud profanos innumera, qui ne victoris hostis potestatem aut vultum subirent, aut illorum gladio cæderentur, mortem ipsi tardantem advocârunt, et suâ ipsorum manu illatam subierunt. Quâ in re mulieres etiam, quarum infirmus est animus, spiritus assumpserunt viriles; qualis fuit Porcia Catonis filia,

(1) Si respiciens requisierit me pater tuus. Ægrè hoc intelligimus. Nôrat David regem suam necem moliri, quippe quem lanceâ transfigere tentâsset ; missis militibus insecutus fuerat, quin et ipse per se quæsitum venerat usque Ramathan : nihilò tamen seciùs Saül sperat, Davidem ultrò se manibus suis commissurum, et David causationes afferre satagit, nisi veniat. Fortè Saül haberi hæc omnia volebat, tanquàm affecti morbo corporis deliria; facilitas illa, quâ David in aulam rediit, postquàm vibratæ in se hastæ ictum primò declinavit, persuasit Saüli, neglecturum esse Davidem ea quæ præcedentibus diebus contigerant.

Rogavit me David ut iret celeriter in Bethlehem. Non statim temerè accusandus est mendacii Jonathas ; neque enim constat Davidem eò non se contulisse ; quin et ex v. 19 colligere videmur, abfuisse illum Gabaâ ab eâ die, quâ cum Jonathâ collocutus erat, ad usque tertiam mensis, cùm scilicet supremùm illum vidit, ac deinde è Saülis ditione sese subduxit. Vide v. 21.

Victimæ solemnes ibi sunt. Hebræus: *Sacrificium dierum ibi toti tribui.* Sacrificium hoc dierum indicat facilè annuum sacrificium, quod tribus, seu potiùs familia Davidis universa afferebat in Bethlehem, ut deinde solemne epulum universis necessariis instrueretur. Jam alibi animadversum est, usque ad regnum Salomonis et usque ad excitatum Jerosolymis templum, censuisse populum fas esse offerre Domino sacrificia aliquibus in locis, etiam ab arcâ et tabernaculo procul. *Charistia* sacrificia erant apud Romanos, Davidico huic perquàm simillima : « Convivium solemne majores nostri instituerunt, idque *charistia* appellârunt « cui præter cognatos et affines nemo interpo- « nebatur. » (Calmet.)

(1) Vers. 7. — Scito quia completa est malitia ejus. Hebræus ad litteram : *Scito, quia consummata est malitia cum eo:* exitium meum et ruinam decretam esse. Malum ejus animum erga me scrutaberis ex iis quæ tunc faciet. Si enim improbaverit factum, ita improbabit, ut ex indicio verborum arcanum cordis ejus intelligas. Si nihil responderit, puta nihil illum de me cogitare, gratam illi accidisse absentiam meam. Si verò spontè et non præmonitus de me quærit, et amorem erga me suum testatur, tunc mihi omnia tuta sunt penès illum, et securus regi me offeram. (Calmet.)

parentis exemplum imitata, et Cleopatra. Ex hâc hominum consuetudine familiari Virgilius Achemenidem inducit, qui Trojanorum perire manibus lucrum deputat, dummodò nihil à Polyphemo homine semifero tale patiatur :

Pro quo si sceleris tanta est injuria nostri,
Spargite me in fluctus, vastoque immergite ponto,
Si pereo manibus hominum, periisse juvabit.

Idem propè dicit nunc David : *Si est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, et ad patrem tuum*, etc. Neque in sacris litteris exempla desunt. Judic. cap. 9, v. 54, cùm Abimelech esset à feminâ percussus, ut illam ignominiam declinaret, acceleravit mortem : *Vocavit citò armigerum suum, et ait ad eum : Evagina gladium tuum, et percute me, ne fortè dicatur, quòd à feminâ interfectus sum.* Sed est exemplum propius, et accommodatum magis in Saüle, qui ne hostium, quos maximè oderat, manibus periret, suâ sibi manu mortem conscivit. Infra cap. 31, v. 4 : *Dixit Saül ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, et percute me, ne fortè veniant incircumcisi isti, et interficiant me illudentes mihi.* Ad hunc ergo modum mallet David Jonathæ quàm Saülis manibus interire (1).

Vers. 12. — Et ait Jonathas ad David : Domine Deus Israel, si investigavero sententiam patris mei crastino (2) vel perendie, et aliquid boni fuerit super David, et non statim misero ad te, etc. Promittit Davidi Jonathas fidelem de illius capite, sedulamque custodiam, et curaturum se expiscari à patre, quocumque id artificio possit, quo sit in Davidem animo, et quid de illius sive capite, sive honore constituat; et tandem admoniturum se maturè de parentis consilio, ut sibi ab illius furore opportunè caveat. Sin verò fidem datam aliquâ ratione fefellerit, omnia sibi ac suis imprecatur adversa. Hæc aperta sunt. Illud obscurius; nam videtur illud : *Domine Deus Israel*, esse aut otiosum, aut à toto corpore divulsum, cùm non habeat, quocum contexi aut convenire possit. Ego hunc dicendi modum familiarem, et quasi proverbialem arbitror Hebræis : hi enim, ut contingere solet his quæ usu teruntur familiari, aliquid deterunt ex illis, quorum frequens est et familiaris usus. Qualia sunt juramenta, execrationes, conventa, et quorum certa est atque legitima forma. Exemplum est aptum hoc ipso loco, in quo nunc versamur. Est enim verisimile, multa sibi ac suis imprecatum esse Jonatham, si fidem fallat, quæ omnia paucis hisce verbis ab historico comprehensa sunt: *Hæc faciat Dominus Jonathæ et hæc addat.* Et in juramentis hoc est apud Hebræos frequens, qui prima adhibent formularum verba, cætera subaudiunt : *Si introibunt in requiem meam. Si dedero somnum oculis meis. Si David mentiar;* et similia. Ubi subauditur, *mendax habear et falsus, dispeream,* et aliquid his affine. Apud Latinos id est obvium; cùm divinam fidem obtestantur, hoc faciunt modo : *Dii vestram fidem,* nempe *obtestor, aut imploro. Mehercule. Mecastor. Medius fidius,* ubi subintelligendum *amet, juvet.* Sic meo judicio hoc loco, in quo sine dubio quædam concipitur jurisjurandi forma, aliquid subaudiendum est, quod juramentis communiter adhiberi solet. In hunc igitur sensum hæc accipio : *Domine Deus Israel, tuam testor fidem, si fallo, tu meæ perfidiæ testis esto, tu me perde*, aut aliquid simile. Tunc autem omnia sunt perquàm aptè contexta.

Vers. 13. — Revelabo aurem tuam, et dimittam te. Quid sit aurem, sive auriculam revelare, diximus supra cap. 9, v. 15, ad illud : *Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis.*

Et sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo. Non petit aut optat Jonathas talem Davidi à Domino sortem indulgeri, qualem eo tempore pater patiebatur, quem assiduè vexabat sollicitudo ac metus; urebat invidia, et ex eâ conceptus intolerabilis dolor; exagitabat dæmon, et propè desperatio et insania rapiebat ad restim; ac tandem in suorum conspectu impurus exagitabat spiritus. Sed optabat illi regnum, quod datum est parenti, et tales in regno eventus, quos primo regni tempore sortitus est Saül, priusquàm à suâ simplicitate atque innocentiâ, id est, à seipso deficeret Tunc enim omnia illi contigerunt secunda quibus et suorum animos conciliavit sibi, et alienos terrore concussit.

Vers. 14. — Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini (1). Si vero mortuus fuero, etc.

(1) Vers. 9. — Absit hoc a te; neque enim fieri potest, ut si certe cognovero... non annuntiem tibi. Brevior sententia in Hebræo : *Avertat Deus ab his, quia consummata est malitia à patre meo, et aliud non annuntiem tibi?* (Calmet.)

(2) Hebræus : *Juxta tempus, cras, tertiâ die,* id est, circa hoc tempus, et cras, vel perendie, hâc eâdem horâ. Septuaginta : *Interrogabo patrem meum ter.* (Calmet.)

(1) *Me adhuc vivente, non facies mecum misericordiam Domini : si moriar, non abscindes misericordiam tuam à domo meâ.* Jonathæ proposito verba hæc repugnare, et malè inter se cohæ-

In illâ promissione jurejurando persanctè confirmatâ, duo videntur obscurè contineri, quæ nunc clariùs atque distinctiùs Jonathas explicat et evolvit. Alterum est, si fidem præstiterit religiosè interpositam, ut David, cùm ad regnum parentis sui loco pervenerit, ipsum, quamdiù vixerit, amicè complectatur, et Dei in illum misericordiam exerceat, id est, magnam : nam quæ magna sunt, illa Dei esse dicuntur, ut *montes Dei, cedri Dei;* aut certè, quia Dei est misericordia propria inimicis quoque suis benefacere, et ubi se ad illius clementiam supplices adjecerint, amanter amplecti : quòd si ipse vitâ functus fuerit, eumdem cum posteris animum et misericordiam servet. Alterum est, si fidem fefellerit, quam nunc tam arctis benevolentiæ ac religionis vinculis astringit, habeatur inimicorum numero ac loco, neque de illo ac suis leviores capiat pœnas, quàm de aliis, à quibus capitali dissidet odio, et quos maximè jactatos et extinctos cupit. Hoc posterius significatur obscuriùs ; sed nulla meo judicio informari potest explicatio commodior.

Vers. 15. — Quando eradicaverit Dominus inimicos David unumquemque de terra, auferat Jonatham de domo sua, et requirat Dominus de manibus inimicorum David. Pepigit igitur Jonathas fœdus cum domo David, et requisivit Dominus de manu inimicorum David. Hic locus valdè est impeditus et dubius, in quo multa sunt addita à Vulgato, quæ in Hebraico textu, rere videntur. Quare interpretatio Vulgatæ retinenda est.

Si je vis, vous me traiterez avec la bonté que le Seigneur demande. Jonathas parle à David comme prévoyant qu'il devait être roi au lieu de son père, et il le prie, quand ce temps sera venu, *d'avoir de la bonté pour lui.* On voit en Jonathas et en Saül deux caractères d'esprit bien différents. Ils voient l'un et l'autre que David doit être roi. Jonathas est intéressé en cela autant et plus que Saül, comme on l'a marqué auparavant. Cependant Saül s'opiniâtre à résister à Dieu, et il lui déclare la guerre en quelque sorte, en s'efforçant de perdre celui que Dieu avait choisi lui-même, et qu'il avait rendu digne de commander à son peuple. Jonathas, au contraire, à qui l'ambition naturelle devait imprimer les mêmes sentiments, et qui pouvait abuser de la confiance que David avait en son amitié, pour se défaire de celui qu'il savait devoir régner en sa place, bien loin d'avoir ces pensées, cède à Dieu, se soumet à ses ordres, et honore déjà celui qui est roi devant ses yeux, quoiqu'il ne le soit pas encore aux yeux des hommes. Il ne lui demande pas même d'être dans les premières dignités de son royaume. Il se contente de le prier *d'avoir de la bonne volonté pour lui.* Il oublie tout ce qu'il est, et il voit en esprit ce que David devait être. (Sacy.)

quem nunc habemus, non inveniuntur. Ut autem aliquantulùm lucis capiat obscuritas hujus loci, addamus hìc oportet textum Hebraicum, unde apparebit, quid illi Latinus addiderit, magisque de vero sensu, quem continet Vulgata translatio, constet. Hebraicus igitur textus sic habet, quemadmodùm illum Pagninus convertit : *Sed etiam non abscindes misericordiam tuam à domo meâ usque in seculum, nec cùm absciderit Dominus inimicos David unumquemque è superficie terræ.* Eodem modo reddidit in Commentario Vatablus et Chaldæus, et Hispanica translatio antiquissima, quæ sic legit : *E que no cortaras tu merced de mi casa para siempre ni quando cortare el senor los enemigos de David cada uno de sobre la faz de la tierra.* Hùc alludit, licet paulò obscuriùs, Septuaginta translatio. Neque abludunt aliquot codices Vulgati, inter quos sunt Complutenses et Regii, qui ita legunt : *Non auferes misericordiam à domo meâ usque in sempiternum, quando eradicaverit Dominus inimicos David unumquemque de terrâ.* Juxta hæc, sensus difficilis non est. Petit enim Jonathas à David, quem regnaturum putat, ut suî suæque familiæ misereatur, etiam dùm Deus hostes suos illius subjiciat potestati, et de terrâ tollat, quod futurum sperat; in quibus ipsum quoque intelligit parentem Saülem, quo nullum habuit David duriorem inimicum.

Sed Vulgata translatio aliter habet, et nunc à Syxto correcta magis probat; cum quâ facit Cajetani et Tigurina translatio, quæ licet paulò aliter, in eamdem tamen sententiam conveniunt; neque illam deserere ullo modo licet. Quare sensus erit : Si fidelis fuero in præstando promisso, id abs te peto (ait Jonathas) ut me ac meam familiam tueare; sin autem fallam, in hostium tuorum numero haberi volo, neque recuso illa subire, quæ tu subactis hostibus inferre volueris, sive rerum jacturam, sive honoris ac vitæ dispendia. In hanc sententiam explicat Abulensis. Age, jam ad hanc cogitationem verba textûs accommodemus.

Quando eradicaverit Dominus inimicos David unumquemque de terra, auferat Jonatham de domo sua. Hinc incipit nova clausula. Quando ab inimicis David debitas Dominus exegerit pœnas; et illi (tanquàm de terrâ plantæ eradicatæ, quæ continuò moriuntur et arescunt) de terrâ, id est, de vitâ, quam cum hominibus in terris agunt, auferantur, ego quoque auferar de terrâ, et de familiâ meâ; ita ut maneat nemo filiorum in domo, qui mei memoriam sustentet et renovet.

Et requirat Dominus de manu inimicorum David. Eadem videtur iterata sententia, paulùm saltem immutata. *Requirere de manu alicujus*, idem est, quòd vindictam sumere de illo qui nobis injurius, aut inimicus est. Genes. 9, v. 5 : *Sanguinem animarum vestrarum requiræn de manu cunctarum bestiarum ;* id est, ulciscar. Paralip. 2, cap. 24, v. 22, cùm ultionem imprecaretur Zacharias his à quibus occidebatur, dixit : *Videat Dominus, et requirat.* Quasi dicat Jonathas : Cùm à tuis hostibus, ô David, pœnas exigat illatæ injuriæ, ille quoque à me exigat pœnas violatæ fidei. Sed videtur hìc optare Jonathas, ut Deus Davidis ulciscatur injurias, et talia Davidis referat hostibus, qualia ipsi detrimenta Davidi moliebantur. Quasi dicat : *Atque utinam ita contingat, ut inimicorum tuorum sive violenta, sive fraudulenta consilia impunita non sint.* Hanc ego explicationem germanam puto, quam nostris, id est, christianis interpretibus communem dicit esse Lyra; adducit tamen aliam, quam placuisse docet Hebræis, quæ huic nostræ videtur omninò contraria, quam etiam hoc loco probat Cajetanus. Putant enim hoc pactum sic esse in gratiam Davidis conceptum à Jonathâ, ut etiam sibi ac familiæ suæ Jonathas caveat, ne quid David, postquàm ad regium nomen ascenderit, ipsi, aut ipsius posteris mali moliatur. Et ita hunc locum exponunt : *Requirat Dominus de manu inimicorum David.* Sicut mihi (verba sunt Jonathæ) omnia adversa imprecor, nisi Davidis saluti fideliter cavero, sic de Davide Dominus vindictam sumat, nisi mihi quoque atque familiæ meæ fideliter caveat. Dicunt autem *inimicos Davidis* sumi pro ipso Davide, per euphemismum, quæ figura ab aliquo vocem illam submovet, quæ aliquid sonat dirum et infaustum; quomodò à Deo removemus maledictionis verbum, et pro illo id quod laudem aut benedictionem significat, adhibemus. Sic Naboth accusatur, quòd Deo benedixerit, et tamen arguebatur in Deum jactatæ blasphemiæ, lib. 3 Reg. cap. 21, v. 13. Sic ergo ut verbum dirum et imprecatorium à Davide removeret Jonathas, ad hostes rejecit, cùm tamen in illis Davidem intelligeret. Exempla sunt apta ex ipsâ quotidiani sermonis consuetudine desumpta. Cùm furoris impatientes alicui maledicere volumus, cùm illum amamus, aut alias ob causas observamus et colimus, aliquid ab illo alienum, et illi longè dissimile nominamus, licet execratoria verba in illum primùm impotenter eruperint. Irasceris amico et dicturus eras : *Malè sit tibi*, et cùm amicum esse cogites, cohibes indignatum animum et jam erumpentem vocem, et dicis : *O malè sit illis, qui tibi malè cupiunt.* Vel quod magis est Hispanis in eo ardore familiare : *O malè sit diabolo.* Imò interdùm ne amicos, in quos videbamur indignari offendamus, in caput nostrum diras et maledicta convertimus, quæ in illos imprudentes, aut effervescente furore jactavimus. Sic Tibullus lib. 1, eleg, 11 :

Et mala si qua tibi dixit dementia nostra,
Ignoseas : capiti sint, precor, illa meo.

Seneca lib. 4 de Beneficiis cap, 21, ait Mamarcum quemdam, cùm Bollionem liberiori quodam verbo amarè perstrinxisset, illum his verbis voluisse sibi reddere benevolum : *Quidquid mali dixi, mihi et capiti meo.* Plura apud profanos occurrent exempla. Vide Brissonium lib. 1 Formularum.

Sed est exemplum, quod hanc sententiam optimè confirmat, ubi ea desunt verba et eadem persona, infra, cap. 23, v. 22 : *Hæc faciat Deus inimicis David, et hæc addat,* ubi cùm David aliquid sibi imprecaretur mali, nisi grave de Nabal supplicium sumeret, pro seipso, boni, ut reor, ominis gratiâ, inimicos adhibuit, nempe quod ipsi maximè erat contrarium. Sicut locis supra citatis, ne maledictio cum divino nomine jungeretur, adjuncta est benedictio, quæ maledictioni est omninò contraria. Addunt Hebræi, vim hujus execrationis expertum esse in suo genere Davidem. Cùm enim Miphiboseth Jonathæ filio dimidiam bonorum partem ademisset, lib. 2 Reg. cap. 19, in pœnas violati fœderis Deus regnum divisit, quod ereptum è Roboam nepoti suo, transtuli ad Jeroboam. De quo suo loco paulò accuratiùs.

Hæc Hebræorum explicatio mihi non omninò videtur abs re; sed placet illa magis, quam superiùs adduxi. Quod probant alia, de quibus statim, quæ non benè cum hâc explicatione cohærent. Non enim convenit cum ingenio liberali Jonathæ, et cum amore quo illum quasi seipsum diligebat, ut illi aliquid precaretur grave, etiamsi pactis non stetisset, quæ tunc studebat cum illo componere. Neque Davidis eo tempore afflicta conditio, qui à rege tanto studio quærebatur ad cædem, patiebatur, ut severâ aliquâ adjuratione Davidem urgeret et astringeret. Hùc facit, quod statim subditur. De loco 1 Reg. cap. 25, dicemus, cùm eò ventum fuerit, neque deerit ibi, ut opinor, accomodata responsio. Vide interim Abulen-

sem q. 24, ubi hanc Hebræorum sententiam optimè confutat (1).

Vers. 17. — Et addidit Jonathas dejerare David, eò quòd diligeret eum. Cupiebat Jonathas Davidis animum ab omni sollicitudine et metu liberare, et ut de se omnia speraret fidei et amoris officia. Atque ideò cùm omnia jam promisisset prolixè, quæ ad illius incolumitatem pertinerent, illud etiam adjecit, quod in ingenuis Deique timentibus animis plurimùm habet momenti; nempe sibi omnia imprecaretur infausta, nisi pacta atque promissa liberaret. Id enim valet *dejerare*, quasi à se juramento et execratione, quæ juramentis apud Hebræos abesse non solet, honorem omnem et bonam fortunam ejuraret et expelleret. Hoc autem iterabat sæpè, quia de suâ benevolentiâ ac fide Davidem dubitare ferebat molestè; neque amor, quo illum prosequebatur, permittebat, ne quid sineret hærere in illius animo, quod illius pacem et quietem turbaret.

Vers. 18. — Cras calendæ sunt, et requireris; requiretur enim sessio tua usque perendie. In calendis, seu neomeniis, ut diximus, amici atque cognati sese vicissim invitabant. Quam consuetudinem videntur ipsi quoque reges obiisse, ut locus hic indicat. Calendis autem alter adjiciebatur dies, qui licet esset non ita celeber, tamen in eo interdùm communi ac generali epulo, sese amici familiariter excipiebant. Unde dicit Jonathas, duobus diebus Davidem esse requirendum, cùm vacuus appareat in triclinio locus, ubi de more David sedere consueverat. Locus autem ille fuit tertius à rege : ut enim constat infra, v. 25, Jonathas et Abner ad latus consedère Saülis. Post horum alterum accubuit, ut apparet, David. Neque ratio defuit, cur illis prior locus assignari debuerit. Nam Jonathas filius erat regis, et multò ante quàm David constitutus à rege chiliarchus, ut constat cap. 13, v. 2. Abner toti præerat exercitui, et erat Saüli cognatione proximus, frater nempe patruelis.

(1) Vers. 16. — Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo Davidis, et requisivit Dominus de manu inimicorum David. Saül cæterique adversarii Davidis suo quisque tempore pœnas dederunt, fœdusque Davidem inter et Jonatham compositum deinceps impletum est. Sunt qui Hebræum ita exponant : *Iniit fœdus cum Davide Jonathas, et adjurantis more adjecit : Puniat Dominus adversarios Davidis.* Aliter : *Ambo amici mutuam sibi fidem jurârunt, atque extremò omnia imprecati sunt iis qui malo essent in Davidem animo.* (Calmet.)

An Saül cum suis convivis accubuerit, assederitve, incertum est : neque eâ de re video à quoquam esse disceptatum; neque ego quid certò definire possim, quidquam exploratum habeo. Tantùm dico, licet Hebræi ante ingressum filiorum Israel in Ægyptum assidere potiùs mensæ soliti fuerint, quàm accumbere, ut docet Philo Judæus lib. de Joseph, dùm explicat illud Genes. 43 : *Sederunt coram eo, primogenitus juxta primogenita sua;* tamen non multò post ex Ægyptiorum consuetudine triclinia construxerunt et lectulos, ubi gentium more discumberent. Cujus Exod. cap. 12, extant non obscura vestigia, dùm Deus formam præscribit agni paschalis comedendi, illi contrariam consuetudini, quam ex Ægyptiâ contagione contraxerant. Jubet enim, ut agnum comedant festinanter, non per otium et luxum cubantes in triclinari, seu discubitorio lectulo, et accingant renes, et calceamenta habeant in pedibus. Quia nimirùm ante discincti, et cubantes, et sine soleis comedebant, ex gentilium veteri sive disciplinâ, sive mollitie et luxu. Sanè Hebræos in lectulis sub hæc tempora solitos esse discumbere, docet Amos c. 6, et Ezechiel cap. 23, ubi nos eâ de re aliquid, et plura ad illud Cant. 1 : *Cùm esset rex in accubitu suo.* Ubi accubitum lectulum esse diximus triclinarem. Ego eò magis inclino, quia vox Hebraica, pro quâ Vulgatus reddidit *sessionem*, et postea v. 25, *cathedram*, ubi agitur de sede Saül in eo convivio, est מושב *mosab :* quæ vox *sessionem*, non cubationem aut accubitum importat. Item quia cathedra Saülis dicitur fuisse juxta parietem, quæ instratæ mensæ dispositio magis assidentium quàm accubantium ordinem ostendit.

Vers. 19. — (1) In die, in qua operari licet. Hæc verba dicta sunt à Jonathâ pridie calendarum, ut constat. Cur verò tam urgeat Jonathas, ut quamprimùm David ad locum illum secedat, ubi opportunum habeat latendi locum, ipse rationem reddit, quia dies ille, qui proximè

(1) Requiretur sessio tua usque perendie. Hebræus vulgò aliter dividitur; vers. 18 : *Visitabitur tua sessio;* vers. 19 : *Et tertiâ die descendes velox;* locus tuus vacuus apparebit, et primâ die animadvertetur; sed tertiâ die hùc ad locum condictum venies. Vertunt alii : *Locus tuus vacuus cernetur; veni igitur post tres dies; tertiâ die statim veni.* Syriacus et Arabs : *Horâ tertiâ instanter postulaberis ad mensam; quæretur ubi es; venies igitur promptè.* Veni singulis tribus diebus; si nihil ego effecero cras, alterâ tandem die regis animum vincam; veni igitur singulis tridui diebus, ne fortè tibi [illegible]. (Calmet.)

calendas antecedit, solemnis non erat ; atque ideò cùm lex ab illo nullum opus servile prohiberet, poterat tantùm viæ ambulando conficere, quantùm sabbati aut diei festi religio permitteret. Unde duo colligo, meo judicio necessariò. Alterum est, contra quàm nonnulli existimant, primum diem mensis esse solemnem, neque illo posse servile aliquod opus exerceri. Id omninò docet Jonathas dùm monet Davidem atque urget, ut eo die, in quo operari licet, secedat in agrum, ad lapidem Ezel; tantùm verò spatii in die festo confici non poterat. Quare non probo quod dixit Abulensis in cap. 28 Numer. v. 18, ubi docet, offerri quidem in neomeniis quædam sacrificia, non tamen homines cogi, ut à servili abstineant ministerio. Cui subscribunt Ribera lib. 5 de Templo cap. 2, et Cornelius à Lapide in cap. 28 Numer. v. 10. Sed quo tempore hæc tradidit Abulensis, nondùm viderat quid hoc loco doceret Scriptura, atque ideò hìc contrarium omninò tenuit q. 24, sub finem, et latiùs q. 9, ubi docet his diebus vacandum esse ab opere servili, non tamen Dei præcepto, sed ex speciali populi devotione ac voto. Quod item tenuit Augustinus ab Abulensi citatus Numer. 28, qui tamen locum, unde sumpserit, silet, neque ego invenire potui. Ait igitur (ut verba sumam ab Abulense) Augustinus : *Meliùs facerent Judeæ mulieres, si in neomeniis nerent, quàm in his impudicè saltarent.* Et quidem quæ de neomeniis habemus in Scripturâ, ejusmodi sunt, ut facilè probent celeberrimum esse diem et illi negandum non esse, quod diebus aliis solemnibus religio concedit, nempe ut à servili ministerio vacet. Ps. 80, v. 4 : *Buccinate in neomeniâ tubâ, in insigni die solemnitatis vestræ: quia præceptum in Israel est.* Observo illud, *quia præceptum.*

Sed est quod huic sententiæ vehementer incommodet, quodque alios in contrariam cogitationem impulit, quòd cùm festa numerarentur omnia Levit. cap. 23, non tamen eo loco auditur neomeniarum aut calendarum nomen. At priùs antecesserat v. 4 : *Hæ sunt ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis.* Ex hâc salebrâ facilè se extricat Abulensis, dùm dicit hoc festum non esse institutum à Deo, sed introductum populi devotione. Sed hæc verba, quæ sine dubio referunt, quæ subsequuntur, solùm ostendunt festa, quæ semel in anno celebrari jubentur, ut facilè quivis mediocriter attentus intelliget. De his verò, quæ sæpè, singulis mensibus aut hebdomadibus legitimè redeunt, nullus sermo. Unde cùm sabbata celeberrima sint festa, quia sæpè iterantur in anno, post illa verba non numerantur. At dices, paulò ante sabbati factam esse mentionem, quod ego non nego : non tamen ideò puto nostram valdè debilitari sententiam, quia ad universalem illam clausulam, non erat aliquid, quod neomeniarum recordari cogeret : ast post illam ea tantùm numerantur festa, quæ semel certis anni temporibus repetuntur. Sed habemus aliquod in Scripturâ fundamentum, unde existimare possimus in neomeniis nullum esse locum servili ministerio. Tum quia sæpè sabbata cum neomeniis, sive calendis conjunguntur, quæ magno apud Hebræos in honore sunt. Tum quia licet paulò obscuriùs idipsum invenimus Numer. cap. 29, v. 1, ubi numerantur dies omnes festivi, qui mense septembri celebrantur, qui sanè plurimi sunt, et incipit à die primo mensis, qui non aliam ob causam solemnis esse dicitur et venerabilis, nisi quia dies Clangoris et Tubarum est. In neomeniis autem, et calendis præceptum esse, ut clangor tubarum resonaret, nuper ex Psalmo 80 audivimus ; et Numer. 10, v. 10, ubi tempus definitur, quando clangendum est tubis : *Si quando habebitis epulum, et dies festos, et calendas, canetis tubis super holocaustis*, etc. ; dies autem festos hìc illos intelligo, qui semel celebrantur in anno.

Colligo ex hoc loco secundò, lapidem illum, ad quem missus est à Jonathâ David, ut ibi tamdiù lateret quamdiù de Saülis animo nihil haberet exploratum, longiùs abesse urbe, tanto videlicet spatio, quantum in die sabbati, id est, in die festo percurri non possit. Ideò enim admonuit Jonathas, ut locum illum adiret David, eo die, in quo locum servili negotio permitteret religio. Hæc verò sabbatino progressu mille confici passus sinebat, ut est communis Hebræorum opinio. Ego aliquid amplius arbitror à lege seu consuetudine permitti, ut pluribus docui in Commentariis super Acta ad illud cap. 1 : *Sabbati habens iter.*

Cui nomen est Ezel. Loca aliquâ notâ insignia, certis etiam solent notari nominibus, ut vidimus supra, cap. 14, v. 4, ubi duæ dicuntur esse petræ, quarum altera dicebatur *Boses* altera *Sene*, quæ, ut arbitror, non longè aberant ab *Ezel*, de quâ modò, quia omnes erant juxta Gabaa Benjamin, ubi tunc agebat Saül. Ex nomine *Ezel* conjectant aliqui, in quibus est Lyra, lapidem illum esse ambulatorium ; id est, quòd viam ostenderet iter agentibus

quales fortassè sunt, qui lapides dicuntur *Mercurii*, aut qui viarum distinguunt spatia, quales esse etiam apud Hebræos, sicut apud Romanos, diximus ad illud Actor. cap. 1 : *Sabbati habens iter.*

Vers. 20. — Et ego tres sagittas mittam. Quia timebat Jonathas, ne fortè solus non posset in locum prodire, ubi latebat David, atque ideò, ne qua permanaret ad patrem, cujus offensionem et iram timebat, sibi cum Davide aliquod esse pactum, signum constituit, quo Saülis animum posset cognoscere absens David, etiamsi multi simul cum Jonathâ egrederentur in agrum. Illud autem fuit, aut sagittæ jactus, aut de sagittâ referendâ ad puerum Jonathæ vox. Si enim ad puerum diceret, citra ipsum esse sagittam, signum esse placati Saülis animi, et mitius aliquid de Davide cogitantis, si verò esse ultra puerum, nihil esse boni sperandum à Saüle, atque ideò statim aliò commigrandum, Cætera aperta sunt (1).

Vers. 26. — Cogitabat enim, quod fortè evenisset ei, ut non esset mundus, nec purificatus. In ipsis calendis neque quæsivit Saül, neque questus est de David, quòd non interfuisset convivio, quia suspicatus est aliquid intervenisse causæ, cur ille sanctè ad illud epulum accedere non posset. Illo etenim die oblationes fiebant luculentæ et plurimæ, ad quas nonnisi mundi assidere poterant, ut constat Numer. cap. 28, v. 11, et cap. 10, v. 10, ubi de epulo è sacrificiis nonnihil. Et quia hoc frequens, et fortassè legitimum erat in Israel, ideò hanc timori suo ac fugæ causam prætendit David, quòd eo die calendarum victimæ essent in Bethlehem, et ibi sine dubio cognatorum epulum, ad quod ipse esset invitatus à fratribus. Nemo autem immundus ad sacras illas epulas accedere poterat, nisi priùs foret expiatus. Cùm autem maculæ, quæ à sacrâ mensâ removent, plurimæ sint, ab illarum aliquâ putabat Saül Davidem esse pollutum.

Vers. 27. — Cur non venit filius Isai? Illorum, à quibus animo dissidemus hostili, nomen audire recusamus, sicut etiam imaginem: nam et nomen effigies quædam hominis est, atque ideò nomen potiùs alienis notis, aut vocibus circumscribimus, quàm proprium assumimus. Quod tunc præsertim fit, cùm in parentibus atque cognatis aliquid videmus hæsisse indecorum et turpe. Hoc passim apud profanos audimus; sed neque apud sacros exempla desunt. Duo habemus in hoc capite; alterum est hoc, in quo nunc explicando versamur, ubi pro Davide, in quo nihil inveniebatur humile ac mediocre, cùm vir esset tot victoriis illustris, et constitutus in acie chiliarchus, patris illius adhibetur nomen, qui vitam egerat, quasi unus è populari turbâ, rusticam, pastoritiam, et in quâ nihil agnoscebatur eximium; alterum in Jonathâ, cui pater cùm nihil objicere posset ignobile, nisi seipsum turpitudinis vellet arguere, maternas objicit sordes, et non illum Jonatham, sed *filium* appellat *mulieris ultrò rapientis virum*. Juxta hanc consuetudinem prophetæ dicuntur *filii hominum;* et Jerusalem Micheæ cap. 5, v. 1, *latronis* appellatur *filia* (1).

Vers. 30. — Fili mulieris virum ultrò rapientis (2). Ut proximè ignominiæ causâ voca-

(1) Vers. 22. — Ecce sagittæ intra te sunt. Ibi se constituisse Davidem necesse est, ubi verba Jonathæ audire posset. Conventum autem fuerat inter eos, ut si Jonathas mandaret puero suo, ad colligendas emissas sagittas eunti : *Sagittæ intra te sunt, tolle eas*, eo indicio intelligeret David, reditum sibi tutum esse : si verò puerum moneret : *Sagittæ ultra te sunt*, tunc fugâ saluti suæ consuleret David; regem enim exitium ejus statuisse.

Vers. 24. — Absconditus est David in agro. Si ab eâ die ibi delituit, mendacii arguendus est Jonathas, asserens Davidem petiisse Bethlehem. Sed fortè tertiâ die latebras in agro quæsivit David, postquam præcedentibus diebus substitit in Bethlehem.

Vers. 25. — Super cathedram suam, quæ erat juxta parietem. Is erat locus dignissimus. Surrexit Jonathas, sive honoris gratiâ, veniente rege; sive tantùm ut locum ingredienti faceret. Verùm postea assedit mensæ, uti colligitur ex v. 34. Septuaginta : *Prævenit ipse Jonathan, et sedit Abner à latere Saül.* Legit Arabs, Jonathan sedisse ad dexteram regis, et Abnerum ad sinistram. Rex discumbebat in capite, succedebat Jonathas secundus, Abner tertius. Quare germana est lectio Septuaginta, ferens, regem præcessisse Jonathan.
(Calmet.)

(1) Vers. 28. — Rogavit me obnixe ut iret in Bethlehem. Mentitur Jonathas, sed officiosè, putans id sibi licere ad excusandum Davidem amicum suum. (Corn. à Lap.)

Vers. 29. — Sacrificium solemne. Hebræus : *Sacrificium familiæ*, vel *cognationis*. Sacrificium erat totius familiæ, cui necesse erat omnes è familiâ interesse. (Calmet.)

(2) Fili mulieris prostitutæ. Hebræus : *Fili perversæ rebellionis;* fili rebellis et in patrem tuum perduellis. Septuaginta : *Fili puellarum desertricum*, seu potiùs, fili impudentium illarum feminarum, quæ ultrò viros quærunt. Congruit id cum interpretatione Vulgatæ. Cave tamen hoc accipias à Saüle dictum de matre Jonathæ. Convicium est patris in filium irati.
(Calmet.)

Saül dit à Jonathas : Est-ce que j'ignore que vous aimez le fils d'Isai à votre honte? On ne

vit Davidem *filium Isai*, sic modò Jonatham vocat *filium mulieris ultrò rapientis virum*; quæ descriptio est feminæ meretricis et vagæ, quæ viros appetit, et illos ad prostituti corporis commercium invitat. Quo significat, à sordibus maternis ipsi aliquid adhæsisse sordidum, et maternum potiùs in suis moribus expressisse, quàm paternum. Aut certè indicat, non se illum habere filiorum loco, sed ab aliquo nebulone et diabolari homunculo ex adulterâ matre fuisse susceptum, et appellari debere, non Saülis, sed terræ filium; cùm ille, qui ex meretrice nascitur, et eâ meretrice, quæ viros appetit, ut profundam exsaturet libidinem, non possit certum agnoscere parentem. Hic communis est, et, ut arbitror, germanus sensus. Alii aliter transferunt, nempe *mulieris rebellis*, contumacis, transfugæ. Sed omnia hæc licet voce diversa, in eumdem tamen sensum modico discrimine consentiunt.

Diligis filium Isai in confusionem tuam, et in confusionem ignominiosæ matris tuæ. Suspicor Saülem, ut illa ferebat ætas, plures habuisse uxores, et plures item filios è diversis. Sanè è Respha concubinâ duos à Saüle susceptos esse filios habemus lib. 2 Reg. cap. 21, v. 8. Certum porrò est, matrem illam existimari gloriosam, cujus filio regium, aut aliud quodque nomen illustre contigerit. Quod ostendit Salomonis regnum, quod tanto studio quæsivit mater Bersabee; unde illa quoque magnum inde nomen consecuta est. Exemplum habemus in profanis illustre, apud Tacitum, lib. 14 Annal., ubi cùm Agrippina Neronis mater à Chaldæis accepisset, miserè sibi pereundum, non aliâ quàm Neronis operâ, si Nero filius imperio potiretur, respondit, non esse sibi ullam aut conservandæ vitæ, aut mortis declinandæ curam, dummodò filium imperatorem salutaret. Quare dùm Saül Jonathæ et illius matri, Davide sospite, ignominiam denuntiat, significat, nunquàm ad illum venturum esse regnum, et ipsius matrem eo honore, qui à filio rege provenit, carituram, cùm casurus sit è regno primogenitus Jonathas, et alius ex aliâ sive uxore, sive pellice filius in regnum successurus, quod majori matri futurum est dolori atque ignominiæ (1).

Vers. 34. — Surrexit ergo Jonathas a mensa in ira furoris (2). Cùm eò patris iram progressam videret Jonathas, ut in filium quo quia Davidis causam usque adeò modestè tueretur, hastam conjiceret, desperatâ jam re, et ipse quoque irâ succensus gravi, erupit è convivio jejunus, ut quod antea promiserat, de rerum statu Davidem admoneret. Egressus est igitur in agrum altero die à calendis, in quo conficere ambulando poterat spatium supra sabbatinum, et ad unum promissa complevit; quæ ego nunc explicare supersedeo, quia obscura non sunt. Illud, *in irâ furoris*, ex Hebræorum diomate epitasim habet, et *iram* significat *ingentem*. Solent enim Hebræi geminato ejusdem significationis vocabulo, sive in eodem, sive in diverso casu, magnum aliquid in quocumque genere significare. Sic Genes. 2, Adam formatus esse dicitur *de limo terræ*, id est, de limo purissimo. Psal. 39, ubi Vulgatus

peut s'empêcher d'admirer dans Jonathas jusqu'où va la parfaite amitié. Il souffre de tomber dans la disgrâce tout ensemble de son père et de son roi. Il entend les derniers outrages qu'il lui dit devant un grand nombre de personnes les plus considérables du royaume. Cependant cela ne l'empêche pas de parler encore pour son ami, et de le justifier devant un prince à qui la colère ôtait la raison. Et lorsque toutes ses paroles sont inutiles et ses remontrances sans effet, il est percé d'une vraie douleur. Il passe les jours et les nuits sans manger, à cause du malheureux état de David. Il croit que les affronts qu'il reçoit pour une si juste cause, l'honorent au lieu de le déshonorer; et détachant sa pensée du temps présent, où les hommes sont toujours pour les plus forts, il ne doute point qu'à l'avenir on ne lui fasse justice, et que ce ne lui soit une plus grande gloire d'avoir été ami de David dans son malheur, que fils de Saül parmi tout l'éclat et toute la puissance qui l'environne.
(Sacy.)

(1) Vers. 31.—Filius mortis est; decreta est viri mors. In eumdem sensum usurpari potest filius gehennæ, furoris, luminis, tenebrarum, Belial, fortitudinis, perditionis, diffidentiæ, adoptionis, incredulitatis, promissionis, carnis, obedientiæ. Totum autem Davidis crimen illud erat, quod virtute et famâ nominis excelleret. (Calmet.)

Filius mortis est, id est, reus mortis est, dignus est morte, ideòque à me morti destinatus.

Allegor. Angelomus: « David, inquit, absconditus in agro est; Christus celatus. *In mundo*, inquit Joannes, *erat, et mundus eum non cognovit*. Juxta lapidem sedebat, quia in tabulis legis scriptus erat. Eum Saül odio habens et inter epulas sedens filium mortis judicabat: et Judaica plebs, in Paschæ epulis convivans, de nece Christi tractabat. »
(Corn. à Lap.)

(2) Eo quod confudisset eum pater suus. Referri hæc verba in Hebræo possunt æquè ad Davidem atque ad Jonathan. Insigni contumeliâ utrumque Saül affecerat, Davidem arguens proditionis in regem suum, Jonathan verò filium prostitutæ appellans. Septuaginta: *Quoniam vater suus statuerat illum consummare.*
(Calmet.)

habet, *de luto fæcis*, hebraicè *de luto cœni*, id est, copioso. Quo sensu in Psalmorum titulis sæpè ponitur *canticum psalmi*, et *psalmus cantici*; quo, ut benè Genebrardus in titulo Psal. 107, præstantia talis psalmi significetur. Sic nunc *ira furoris*, iram indicat gravem (1).

Vers. 41. — (2) Et cadens pronus in terram adoravit tertio. *Adorare* non significat id quod Latini familiariter eo verbo significant, sed tantùm reverentiam quam homines his præstare solent, in quibus aliquid excellere arbitrantur; quæ observantia plerùmque fit inclinato corpore. Et ideò millies audis in Scripturâ aliquos in terram cadentes adorâsse. Fecit hoc autem tertiò David, quia multa habuit quæ in Jonathâ laudaret amaretque, seu dignitatis ornamenta, seu charitatis officia. Nam primùm filius erat regis, quo nomine aliquod illi debebat et agnoscebat obsequium. Deinde vir erat qui licet à parente rege nihil accepisset, à se tamen ipso habebat multa, quæ ipsi apud omnes observantiam conciliarent et gratiam. Accedebat, quòd pro ipsius vitâ apud patrem toties laboraverat; et quòd eodem summo manè ad ipsum advolârit. Eas igitur ob res pronus in terram adoravit tertiò, ut gratum se et observantem ostenderet. Nam licet amicitia pares faciat, quos impares invenit, tamen multa à Jonathâ beneficia acceperat, nulla retulerat; vel quia pro suâ tenuitate non poterat, vel quia nulla se eatenùs obtulit occasio. Quare causas invenit vir beneficiorum non immemor, ut pronum se tertiò in terram abjiceret, et largè de se meritum Jonatham adoraret.

(1) Vers. 37. — Ecce ibi est sagitta porro ultra te. Revocandum est in mentem signum, de quo inter ipsos convenerat, utrùm Davidi fugiendum esset: id enim indicandum fuerat verbis illis: *Sagittæ ultra te sunt: vade in pace.* Cùm igitur venisset Jonathas ad agrum, ubi latebat David, emisit statim sagittam, admonuitque puerum, ut emissam quæreret; cùm autem puer non longè esset ab illâ, clamavit: *Sagitta ultra te est;* quo indicio, juxta conditum, amicum admonuit. Auctor Vulgatæ censuit, duo jacula emissa fuisse; at unum tantummodò agnoscunt, vel saltem indefinitè loquuntur, alteram ab alterâ non distinguentes, Hebræus, Chaldæus et Septuaginta.

(2) De loco qui vergebat ad austrum. Unum et eumdem esse locum censuit Chaldæus ac illum, qui in Hebræo v. 19 *Ezel* appellatur. Reddit ille: *Surrexit de latere petræ Atha* (ipsa est Ezel) *quæ è regione austri.* Hebræus ad litteram: *Surrexit ex Ezel Austri.* Nomen quidem *Ezel* hic aliter scribitur, quàm in v. 19; sed discrimen est minimum; constat autem convenisse inter eos, ut David lateret in *Ezel.* (Calmet.)

Et osculantes se alterutrum, fleverunt pariter; David autem amplius. *Osculum* superioribus seculis tum apud nationes alias, tum apud Hebræos maximè familiare fuit et primum benevolentiæ signum, quod libabant alterutrum amici, aut cùm se primùm exciperent, aut cùm alter distraheretur ab altero. Quare id fecerunt duo hi amici maximi, quod ferebat patria consuetudo: addiderunt autem lacrymas, quas non præscripsit consuetudo, sed expressit dolor. Cùm verò utrinque lacrymarum abundè profusum esset, abundantiùs tamen flevisse dicitur David, quia plures erant illi dolendi causæ. Nam primùm videbat, cum rege æquè potente ac furioso, et sui sanguinis sitientissimo, futurum esse certamen, neque sibi tutum fore in Israeliticis finibus, qui Saüli parebant, commorari. Videbat sibi deserendam esse patriam atque cognatos, et ad externas regiones, ad quas non pertineret Saülis imperium, esse transmigrandum, à quibus etiam timere posset, cùm illas, aut illarum aliquas duris non semel plagis confecisset. Timebat præterea, ne quid suâ causâ, licet nullâ suâ culpâ paterentur fratres et sorores, et pater Isai extremâ jam senectute confectus, cui sciebat, quidquid foret reliquum ætatis, non futurum à metu atque dolore vacuum. Videbat præterea viam illam, quam necessariò sibi suscipiendam putabat, eò tendere, ut quasi ab Israelitico genere separatus, cum gentibus viveret, et in specie vitam crederetur agere gentilicam. Hæc omnia religiosum virum et amantem patriæ sic afficiebant, ut non potuerit in ipso à patriâ et Jonathæ discessu continere lacrymas.

Vers. 42. — Dixit ergo Jonathas ad David: Vade in pace. Timebat Jonathas, ne exorto jam die, ab aliquo deprehenderetur David, qui de illius fugâ Saüli nuntiaret; atque ideò urget Davidem, ut statim ex eo loco ab omnium oculis aliquò se corripiat; precatus tamen illi pacem, id est, bonam fortunam et successum ex voto.

Quæcumque juravimus ambo in nomine Domini, etc. Petit Jonathas à Davide pacti ut meminerit, quod sempiternum jam ante esse voluerunt, tum inter se, dùm viverent, tum inter ipsorum posteros; quod pactum juramento firmatum esse dicit. Hoc pactum initum esse puto in hoc capite, licet nulla in eo verba juratoria Davidis audiamus: sed est verisimile, in Jonathæ verba Davidem quoque jurâsse; nempe jurâsse, facturum se, quod in suum ge-

nus Jonathas à Davide fieri voluisset. Illud satis indicat, quod dicitur v. 16 : *Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David.* In fœdere autem utrinque promissum, utrinque juramentum præstatur.

Illud hìc observandum, hanc clausulam imperfectam et suspensam videri. Quod ideò factum existimo, ut ostendatur, quàm fuerit in ipso discessu Jonathæ animus ægrè commotus, qui singultanti pectore non potuerit inchoatum absolvere sermonem. Quod in quocumque affectu, ubi paululùm fuerit concitatus, non in profanis solùm, sed etiam in sacris scriptoribus reperimus. Quare ad turbidos, seu ægros, aut subitos affectus exprimendos, inventa est à rhetoribus illa figura, quæ à Græcis ἀποσιώπησις, à Latinis *reticentia* vocatur. Unde sæpè audimus : *Dii vestram fidem,* et similia. Est optimum exemplum apud Ovidium epist. 13, Laodamiæ, ubi cùm à Protesilai amplexu divelleretur, ait præ dolore non potuisse inchoatam orationem absolvere :

Solvor ab amplexu, Protesilae, tuo,
Linguaque mandatis verba imperfecta reliquit;
Vix illud potui dicere triste : Vale.

Eodem modo discedens Jonathas imperfecta Davidi mandata dedit; quia vis illi doloris intercluso spiritu loquendi facultatem ademit. Hujusmodi sunt frequentes illæ locutiones : *Si David mentiar; si introibunt in requiem meam; si dedero somnum oculis meis,* et similia. His affine est in admiratione illud Psal. 22, v. 8 : *Calix meus inebrians :* nam illud, quod sequitur, *quàm præclarus est,* non est in Hebræo; sed claritatis gratiâ additum est ab interprete. Tale est, quod Christus flens Lucæ 19, v. 42, dixit de Jerusalem : *Si cognovisses et tu.*

CAPUT XXI.

1. Venit autem David in Nobe ad Achimelech sacerdotem. Et obstupuit Achimelech eò quòd venisset David, et dixit ei : Quare tu solus, et nullus est tecum?

2. Et ait David ad Achimelech sacerdotem : Rex præcepit mihi sermonem et dixit : Nemo sciat rem propter quam missus es à me, et cujusmodi præcepta tibi dederim ; nam et pueris condixi in illum et illum locum

3. Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inveneris.

4. Et respondens sacerdos ad David ait illi : Non habeo laicos panes ad manum, sed tantùm panem sanctum; si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus?

5. Et respondit David sacerdoti, et dixit ei : Equidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri et nudius tertiùs, quando egrediebamur, et fuerunt vasa puerorum sancta. Porrò via hæc polluta est, sed et ipsa hodiè sanctificabitur in vasis.

6. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem; neque enim erat ibi panis nisi tantùm panes propositionis qui sublati fuerant à facie Domini ut ponerentur panes calidi.

CHAPITRE XXI.

1. Après cela David alla à Nobé, *où était le tabernacle,* vers le grand-prêtre Achimélech. Achimélech (*nommé aussi Abiathar*) fut surpris de sa venue, et lui dit : D'où vient que vous venez seul, et qu'il n'y a personne avec vous?

2. David lui répondit : Le roi m'a donné un ordre, et m'a dit : Que personne ne sache pourquoi je vous envoie, ni ce que je vous ai commandé. J'ai même donné rendez-vous à mes gens en tel et tel lieu.

3. Si donc vous avez quelque chose à manger, quand ce ne serait que cinq pains ou quoi que ce soit, donnez-le moi, *car nous en avons grand besoin.*

4. Le grand-prêtre lui répondit : Je n'ai point ici de pain pour le peuple ; je n'ai que du pain qui est saint *et réservé aux prêtres; cependant je vous en donnerai,* pourvu que vos gens soient purs, particulièrement par rapport aux femmes.

5. David répondit au grand-prêtre, et lui dit : Pour ce qui regarde les femmes, depuis hier et avant-hier que nous sommes partis, nous ne nous en sommes point approchés, et nos vêtements aussi étaient purs. Il est vrai qu'il *y* est arrivé quelque impureté *légale* en chemin ; mais ils en seront aujourd'hui purifiés *avant qu'ils mangent les pains que vous nous donnerez.*

6. Le grand-prêtre lui donna donc du pain sanctifié, car il n'y en avait point là d'autre que les pains de proposition qui avaient été ôtés de la présence du Seigneur, pour y mettre des pains chauds.

7. Erat autem ibi vir quidam de servis Saül, in die illâ, intùs in tabernaculo Domini; et nomen ejus Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saül.

8. Dixit autem David ad Achimelech : Si habes hìc ad manum hastam aut gladium, quia gladium meum et arma mea non tuli mecum ; sermo enim regis urgebat.

9. Et dixit sacerdos : Ecce hìc gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti in valle Terebinthi, est involutus pallio post ephod ; si istum vis tollere, tolle, neque enim hìc est alius absque eo. Et ait David : Non est huic alter similis, da mihi eum.

10. Surrexit itaque David, et fugit in die illâ à facie Saül. Et venit ad Achis regem Geth.

11. Dixeruntque servi Achis ad eum cùm vidissent David : Numquid non iste est David rex terræ ? nonne huic cantabant per choros, dicentes : Percussit Saül mille, et David decem millia ?

12. Posuit autem David sermones istos in corde suo, et extimuit valdè à facie Achis regis Geth.

13. Et immutavit os suum coram eis : et collabebatur inter manus eorum, et impingebat in ostia portæ, defluebantque salivæ ejus in barbam.

14. Et ait Achis ad servos suos : Vidistis hominem insanum, quare adduxistis eum ad me?

15. An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istum ut fureret me præsente? hiccine ingredietur domum meam ?

7. Or, un certain homme des officiers de Saül se trouva alors au dedans du tabernacle du Seigneur. C'était un Iduméen, nommé Doëg, et le plus puissant des bergers de Saül.

8. David dit encore à Achimélech : N'avez-vous point ici une lance ou une épée ? car je n'ai ni armes ni épée avec moi, parce que l'ordre du roi pressait fort.

9. Le grand-prêtre lui répondit : Voila l'épée de Goliath le Philistin, que vous avez tué dans la vallée du Térébinthe ; *consacrée au Seigneur,* elle est enveloppée dans un drap derrière l'éphod ; si vous la voulez, prenez-la, parce qu'il n'y en a point d'autre ici. David lui dit : Il n'y en a point qui vaille celle-là, donnez-la-moi.

10. David s'enfuit donc alors pour éviter la colère de Saül, et se réfugia vers Achis, roi de Geth, *croyant qu'il y serait fort en sûreté.*

11. *Mais* les officiers d'Achis, ayant vu David, dirent à Achis : N'est-ce pas là ce David qui est comme roi en son pays *par le crédit qu'il s'y est acquis ?* N'est-ce pas pour lui qu'on a chanté dans les danses publiques : Saül en a tué mille, et David dix mille ?

12. David recueillit ces paroles en son cœur, et il commença de craindre extrêmement Achis, roi de Geth.

13. C'est pourquoi il se contrefit le visage devant les Philistins : il se laissait tomber entre leurs mains, se heurtait contre les poteaux de la porte, et la salive lui coulait sur la barbe.

14. Achis dit donc à ses officiers : Vous voyiez que cet homme était fou ; pourquoi me l'avez-vous amené?

15. Est-ce que nous n'avons pas assez de fous, sans nous avoir amené celui-ci pour faire des folies en ma présence? Doit-on laisser entrer un tel homme dans ma maison ?

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Venit autem David in Nobe (1) ad Achimelech sacerdotem. Cùm primùm David à Jonathâ discessit, solus, sine victu et gladio viam instituit ad illum locum, ubi tunc erat

(1) Nobe inter urbes sacerdotales non recensetur in Josue 21, nihilque tradit Scriptura de occasione quâ tabernaculum è Silo ad eam urbem translatum fuerat. Constat utique, arcam mansisse in Cariathiarim, et Nobe deinceps in sacerdotalem urbem transisse. Id enim docet caput proximè sequens v. 19 : *Nobe autem civitatem sacerdotum percussit in ore gladii.* Et post captivitatem Nobe una fuit ex urbibus Benjamin, quæ Levitis cesserunt.

Ad Achimelech sacerdotem. Abiathar appellatur apud Marcum 2, 26, et Achias superius 14, 3; denique Abimelech apud Septuaginta. Creditur autem duo gessisse nomina. Sanè in Paralipomenis recensentur nomina summorum sacerdotum sub Davide; ac illa modò scribun-

tabernaculum, et qui illi præerat Achimelech sacerdos, ut inde victum sumeret et gladium. Eo autem tempore tabernaculum erat in Nobe urbe sacerdotali, non procul à Gabaa, unde profectus est David, ut Saülis declinaret fanaticum furorem. Quando verò eò translatum fuerit tabernaculum, non constat; est tamen verisimile, non diù postquàm capta fuit à Palæstinis arca, vacuum jam ab arcâ tabernaculum mutâsse antiquam sedem, et ex Silo, quæ erat in Ephraimitarum sorte, in Nobe, quæ ad Benjamin, seu Judæ funiculum pertinebat, immigrâsse. Quod neque diuturnam ibi sedem habuit; nam non longè post hæc tempora erat in Gabaon, quando nimirùm David numerato populo gravem in populum pestilentiam invexit. 1 Paralip. cap. 21, v. 29 : *Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyses in deserto, et altare holocaustorum, eâ tempestate erat in excelso Gabaon.* Duravit autem usque ad tempora Salomonis, 2 Paralip. cap. 1, v. 3 : *Abiit autem* (Salomon) *cum universâ multitudine in excelsum Gabaon, ubi erat tabernaculum fœderis Dei, quod fecit Moyses famulus Dei in solitudine.* Ex eo autem loco à Salomone in templum translatum est, ut constat lib. 3 Reg. cap. 8, v. 4. Non disputo in præsentia pluribus, an hoc sit tabernaculum illud, quod ædificatum esse dicitur in civitate David lib. 2 Paralip. cap. 1, v. 4. Neque dubium esse potest, hoc Davidicum tabernaculum diversum esse ab illo quod à Moyse constructum est, quodque eo tempore erat in Gabaon, ut ex hoc ipso capite planè constat, in quo eodem tempore tabernaculum David in Jerusalem fuisse dicitur, et tabernaculum Moysis in Gabaon. Porrò ad tabernaculum, quod à Davide Jerosolymis constructum est, confugerunt Adonias, 3 Reg. cap. 1, et Joab cap. 2, quos ibi in regni sui exordio interfecit Salomon.

Ad hoc igitur tabernaculum Moysis, quod erat in Nobe, appulit David, quia rebus omnibus ad victum vitamque necessariis indigebat, et à nullo meliùs atque commodiùs, quàm à sacerdote sibi non inimico postulandum putabat. Erat autem Achimelech pronepos Heli, ex familiâ Ithamar.

Et obstupuit Achimelech, eo quod venisset David ; et dixit ei : Quare tu solus ? Miratus est sacerdos, quòd eò vir tantus appulisset, distractus à rege, cujus opera ipsi ac regno magnos afferebat usus, sine satellitio, aut ullo comitatu, qualis chiliarchum, aut regis generum decebat : non enim fieri posse videbatur, ut casus esset levis, aut vulgare negotium, quod tantam adduxisset subitò rerum mutationem. Cujus interrogationi respondit David, datum esse sibi à rege negotium, quod neque moram pateretur, et oportere maximè omnibus esse celatum; neque se eò usque venisse solum, sed socios condictò certis quibusdam locis esse relictos, et omnes sic esse ab urbe raptim, festinatòque profectos, ut nihil ad viam necessarium attulerint. Quare magno sibi futurum esse beneficio, si aliquid sibi ac sociis alimenti porrigat; vel saltem quinque panes, quot in domo vel instructâ mediocriter abesse non solent.

Vers. 2. — (1) In illum et illum locum. Hebraicè est : *Peloni almoni;* quod nihil signifi-

tur, *Sadoc* et *Abiathar,* modò verò, *Sadoc* et *Achimelech.* Malunt alii, S. Marcum appellâsse sacerdotem hunc ex nomine patris sui Abiatharum, quòd scilicet Abiathari nomen esset Achimelecho celebrius, atque versaretur in Nobe, cùm David eò pervenit. (Calmet.)

Après cela David alla à Nobé vers le grand-prêtre Achimélech. Le Fils de Dieu autorise lui-même cette action du grand-prêtre Achimélech, qu'il appelle Abiathar dans saint Marc, parce qu'il avait ces deux noms, comme il paraît par quelques autres endroits de l'Ecriture; et il la rapporte en ces termes : *N'avez-vous point lu ce que fit David, lorsque lui et ceux qui l'accompagnaient, furent pressés de la faim ? comme il entra dans la maison de Dieu, et mangea les pains qui y étaient exposés, qu'il n'était permis de manger ni à lui, ni à ceux qui étaient avec lui, mais aux prêtres seuls ?* Achimélech, par une prudence sacerdotale, connut qu'il ne fallait point s'attacher judaïquement à des observances légales, et que tout devait céder à la charité qui est la principale règle, comme Jésus-Christ lui-même le conclut de cet exemple : *J'aime mieux,* dit-il, *la miséricorde que le sacrifice.* Mais c'a toujours été le malheur de l'Eglise, d'avoir eu de faux frères qui ont envenimé les actions les plus saintes. Doëg accuse devant Saül ce que Jésus-Christ loue dans l'Evangile; et un scélérat ose condamner ce que la vérité même a autorisé. (Sacy.)

(1) Rex præcepit. Per mendacium hæc omnia asserebat David. Is erat David, qui et fallere et falli posset. Censuit facilè, quod summis etiam aliis viris succurrit, fas esse vitam è discrimine officioso mendacio liberare. Verùm quod reipsà malum est, nullâ rerum circumstantiâ licitum efficitur. (Calmet.)

Allegoricè Angelomus : « David, ait, ad « Achimelech solus venit, et Christus in passione sua, solus relictus est. Quod [illegible] « ait David : *Illo et illo in loco condixi pueris « meis,* [illegible] indicabat quod Dominus Apostolos « suos ante passionem suam informans ait : « *Postquàm resurrexero, præcedam vos in Galilæam.* David ab Achimelech quinque panes « quæsivit, sed unum accepit, quia in quinque « libris Mosaicæ legis unitas retinetur. (Corn. à Lap.)

cat certum, quod Latinus diceret, in certa quædam loca, quæ nôsse tuâ non interest, aut in talem et talem locum, aut in nescio quem locum : quæ voces accommodantur rebus et personis. Cùm de personis est sermo, Hispanus sic explicat, *fulano y zutano*. Egimus eâ de re latiùs ad illud Dan. 8, v. 13 : *Et dixit unus sanctus alteri, nescio cui.*

VERS. 4.—NON HABEO LAICOS PANES AD MANUM, SED TANTUM PANEM SANCTUM (1); SI MUNDI SUNT PUERI, MAXIMÈ A MULIERIBUS? Optare se indicat sacerdos Davidi de victu atque viatico commodare; verùm nihil dicit sibi in præsentiâ suppetere, præter panes propositionis, qui proximè, ut eorum loco recentes supponerentur, et calidi sublati fuerant. Quos eâ lege daturum se dicit, si qui illos comesturi sunt, maximè à nocturno concubitu mundi sint, cùm ab immundis panes illi sacri, sicut neque alia, quæ Deo sacrificata sunt, sumi non possint. Sanè capite præcedenti illam esse causam suspicabatur Saül, quominùs David ad epulum venisset, quod in calendis instruxerat, quia ille pollutus esset, aut alias ob causas, aut quòd non abstinuerit ab uxorio congressu.

Sed est hoc difficile, quia Levit. cap. 24, v. 9, non licebat aliis vesci panibus illis, nisi qui essent de familiâ Aaron : *Eruntque Aaron et filiorum ejus, ut comedant eos in loco sancto, quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini jure perpetuo.* Et clariùs id docuit Christus Matth. 12, v. 5 : *Non legistis quid fecerit David, quando esuriit, et qui cum eo erant? Quomodò intravit in domum Dei, et panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus?* Disputant hæc Patres et interpretes ad hunc locum Matthæi et Marci 2, Lucæ 6. Et communiter dicunt, quod necessarium est, cùm id didicerint à Christo, propter necessitatem posse fieri multa quæ sine illâ non possent à culpâ liberari. Quomodò vesci cibis à lege prohibitis, si aliter tibi pereundum est, aut grave aliquod detrimentum subeundum. Quare si nullus alius suppetat cibus à lege permissus, licebit sextis feriis carnibus vesci, et hominem qui in te consilium mortis meditatur, occidere, si nulla alia se ostendat via, quâ capitis periculum effugias. Hanc Christus rationem reddidit, cur David, cùm sacerdos non esset, et ejus socii sacerdotali vesci pane potuerint, et sacerdoti panes qui de propositionis mensâ sublati fuerant, esurienti porrigere licuerit. Quod etiam facere potuisset, etiamsi immundi forent, urgente fame, seu vitæ periculo; quale tunc Davidi à Saüle paratum videbatur, nisi quantociùs se ex illius regno et hominum conspectu subduceret. Ita communiter doctores. Vide Toletum in Lucam cap. 6, Salmeronem tomo 8, tract. 14. De hâc re latè Abulensis q. 8. Plura scholastici in materiâ de legibus.

Est præterea difficultas gravis, quia si textum capitis attentè consideres, non apparet Davidem in illâ fugâ habuisse socios, et multò minùs illis datos esse sacros è propositione panes. At contrarium videtur omninò docuisse Christus Matth. 12, Marci 2, Lucæ 6, qui hæc Christi verba refert : *Non hoc legistis, quod fecit David, cùm esuriisset ipse, et qui cum illo erant? Quomodò intravit in domum Dei, et panes propositionis sumpsit, et manducavit, et dedit eis qui cum ipso erant, quos non licebat manducare, nisi tantùm sacerdotibus?* Varii hìc proponuntur dicendi modi.

Lyra putat Davidem non venisse solum, sed cum tribus quatuorve sociis, qui pro tanti viri dignitate, cùm chiliarchus esset, et gener regis, exiguus videbatur. Idem tenent Dionysius et Hugo, imò et Athanasius Hom. de Semente, Abulensis q. 3. Pro quorum sententiâ est, quia juxtà quotidiani sermonis usum, cùm pauci ex magno numero supersunt, omnes sublati, aut non adfuisse dicuntur; aut quod idem est, superesse aut adfuisse nullum. Jejunum dicimus illum, qui modico cibo jejunium solvit; nudum, qui malè vestitus est. Cùm ergo David multorum ante cœtu stipatus incederet, solus vocari potuit, cùm duos tresve servulos secum adduxit. Sed sanè hanc sententiam Lyræ multa convellunt. Primùm, quia David ad Jonathæ consilium solus latuit, et magno artificio sibi cavit, ne ullus illius fugam intelligeret. Deinde, quia ex Nobe solus in terram Philistinorum ingressus est. Præterea, quia non est verisimile, si potestas esset adducendi servos, illos ita venturos ab alimento vacuos, ut illud pro se, ac servis David ab aliis emendicare cogeretur. Imò fuisset multò æquius, et occultandæ fugæ magis opportunum, si non à Davide, cujus erat occultanda fuga, sed à servis quocumque modo panis quæreretur.

Alii credunt, neque comedisse ullos Davidis socios panem, imò neque ullos fuisse, qui co-

(1) Hebræus ad litteram : *Non panis profanus sub manu meâ, quinimò panis sanctificatus.* Sermo est hìc de panibus propositionis, die præcedenti è mensâ aureâ remotis; quibus vesci laicis nefas, sacerdotibus tantùm fas erat. (Calmet.)

mederent, sed omninò Davidem venisse solum. Ita communiter Hebræi; neque id mirum, cùm illi neque Evangelium habeant, neque de illius fide ac sanctitate curent. Sed tenent ex junioribus Jansenius cap. 37 Concordiæ, neque displicet Salmeroni tomo 8 tract. 14. Neque putant hanc expositionem urgeri valdè Christi testimonio. Id enim agebat Christus, ut discipulos, qui spicas in sabbato manu confricabant, à temeratâ sabbati religione defenderet; quia fieri multa sanctè, premente necessitate, possunt, quæ absque illâ nefas esset tentare. Ad hoc autem parùm intererat, Davidem et socios comedisse sanctificatos panes, cùm satis esset illos esse petitos à Davide, et à summo sacerdote porrectos; quod neuter faceret, si in petitione, aut porrectione ullum putarent intercedere potuisse flagitium. Et facit pro horum cogitatione, quod à quotidiano loquendi modo non abhorret, id dici fieri, quod fieri à consuetudine, seu religione permittitur; aut aliqua est, ut illud fieri possit, physica facultas. Quomodò diceret Carthusianus monachus : *Ego non comedo carnes,* quia nulla illi conceditur à lege, et votò carnes comedendi facultas. Et qui sic affectus est stomacho, ut hæc, aut illa eduliorum genera fastidiat, hoc communiter modo stomachi sui infirmitatem et fastidium significat : *Ego hæc non comedo.* Sic sanè B. Virgo dixit, Lucæ cap. 1 : *Ego virum non cognosco,* quia voto sibi cognoscendi viri facultatem ademerat. Sic ergo David manducâsse dicitur, et dedisse eis qui secum erant, panes è sacrâ mensâ sublatos, quia et ipse comedere potuit, et sociis suis sine ullâ culpâ comedendos porrigere. Quo modo rex si facultatem habeat comedendi carnes in sextis feriis, quadragesimalibusve jejuniis, et illas etiam filiis aut aliis quos ad regiam mensam invitaverit, impertiendi, optimè de illo diceretur : *Rex carnes comedit, et suis filiis, aut invitatis porrigit.* Hæc ratio facit, ut hæc sententia sic explicata non omninò improbabilis videri debeat.

Verumtamen dicendum esse puto, servos quoque Davidis panes comedisse; quod Christus indicat, aut potiùs apertè docet : et tamen neque cum Davide ingressos esse tabernaculum, neque socios illi fugæ fuisse; quod indicat, imò et fateri cogit caput istud. Quòd comederint, docent omnes penè, quotquot in Matthæum et Evangelistas alios Commentarios ediderunt. Ita Hieronymus, et S. Thomas in Matth., Hilarius, Athanasius homil. de Semente, Ambrosius, Toletus in Lucam, Maldonatus in Matthæum, et quotquot supra diximus sensisse, Davidem cum paucis ingressum esse tabernaculum. Quòd autem nemo cum Davide profectus fuerit, ingressusque tabernaculum, ut supra ostendimus, neque ullus dubitare potest, nisi textui ac sibi ipsi vim afferre velit.

Quomodò autem hæc duo, quæ non benè sibi cohærere videntur, componi possint, explorandum est. Et primùm placet, quod hoc loco meditatur Abulensis q. 5, nempe advocatos à Jonathâ aliquos servos David, in quibus plus fidei et in dominum amoris invenisset, et ab eo edoctos fugisse Davidem, quò Saülis furorem declinaret, et quem in locum fugam atque perfugium destinâsset (neque enim credibile est id Jonathæ à Davide fuisse celatum), ut eò profecti amici atque fideles servi, Davidi sedulam ac fidelem operam præstarent, curarentque, ne aut in urbibus, aut in solitudine ad vitam utcumque tolerandam necessaria deessent. Cùm autem oneratus panibus egre deretur è tabernaculo David, illos invenit defessos fortassè, neque minùs quàm ipsorum dominus, fame laborantes; ut qui studio assequendi et comitandi domini sui nihil sibi alimenti paraverant. Illorum ergo famem sumptis è tabernaculo panibus levavit. Quod Christus ipse significâsse videtur Lucæ cap. 6, dùm ait de Davide : *Panes propositionis sumpsit, et manducavit, et dedit eis qui cum ipso erant.* Hæc mihi videntur non difficilia, et satis consentanea et amori, quo servi prosequebantur Davidem, et rerum angustiis, in quas illum potentissimi ac furiosissimi regis invidia compulerat.

At dices : Si servos secum habuit David, quomodò solus in terrâ Palæstinorum inventus? Quomodò servulorum in illâ fugâ nullus auditus? Respondeo, non visum esse Davidi satis tutum, in hostili terrâ comitatum habere è peregrinâ gente, cùm eam ob causam, quod maximè studebat, latere non posset. Quare illos, unde egressi fuerant, redire jussit, ut apud Saülem suam, si opus esset, causam tuerentur, et quid rerum fieret, frequenter admonerent. Neque fortassè Jonathas Davidis servos subsecuturos dominum curaret, si sciret illum apud hostem statuisse divertere. Tantùm enim fortassè noverat, velle Davidem adire tabernaculum, ut consuleret Dominum, et ab illo disceret, quid esset opus facto : de Palæstinâ verò nihil fortassè cogitârat. Hoc modo conciliari posse videntur, quæ aliter

existimari possunt non satis aptè consentire. Sic ego conjectabam; si quis, quod non dubito, aliquid attulerit melius, gratus amplectar.

Vers. 5. — Et respondit David sacerdoti, et dixit ei : Equidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri et nudiustertius, quando egrediebamur, et fuerunt vasa puerorum sancta (1). Quæ de omnibus videtur affirmâsse David, illa de se ipso asserere potuit quàm verissimè. Ex quo enim egressus è Gabaa, et statuit non jam ampliùs subeundum regis aspectum, abstinuit sese ab uxoris consuetudine; et ut vidimus, ad lapidem Ezel biduò ab omni consortio separatus delituit; altero deinde, id est, tertio die, ut minimum, ad sacerdotem pervenit. Quare ex hâc parte nulla fuerat contracta labes, quæ sacri panis esum impediret. Vasa autem sunt corpora, quæ sancta dicuntur eâ sanctitate, quam in comedentium membris sacrificia requirunt. Quidam ex Hebræis alia agnoscunt vasa, illa videlicet, quæ panes excipiunt è sacerdotis manu; qualia sunt cànistra et phialæ; aut etiam vestes puræ et sine labe. Sed hæ meræ nugæ sunt, neque in illis confutandis aliquid nobis operæ aut ponendum, aut perdendum est.

Porrò via hæc polluta est, sed et ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Hæc verba obscura sunt, et quæ in varias explicationes abduxerunt interpretum ingenia. Hieronymus sic ex Hebræorum sententiâ, in eorum traditionibus: « Quod verò ait : *Porrò via hæc polluta est,* et « in Hebræo legitur : *Porrò via hæc laica est,* « sic est intelligendum : Via hæc laica est; ac « si diceret, in lege præceptum est, ne extra- « neus comedat ex eis, et tu interrogas, utrùm « mundi sint pueri, qui etiamsi mundi essent, « nequaquàm eis vesci deberent? Idcircò via « hæc est laica, quia tu laicaliter interrogas. « Quod verò sequitur : *Sed et ipsa hodiè sancti-* « *ficabitur in vasis meis, ipsa utique in vasis,* « id est, in mente suâ sanctificari dicitur, quia « necessitate corporis et periculo vitæ urgente, « nequaquàm vesceretur eis. » Hæc Hieronymus ex Hebræis. Longè aliter Theodoretus : « Cùm rogaret, inquit, sacerdos, an illo die « castus esset, dixit, tres dies fuisse castum. « Et adjecit, propter viam propositam neces- « sariò erit particeps sacri alimenti, ut ab eo « roboratus, quæ sunt ei proposita rectè ge- « rat. » Abulensis q. 16 : « Si quæris de im- « munditiâ, manifestum est, quòd in viâ istâ « nos contraximus aliquas immunditias, sed « sanctificabitur hodiè in vasis nostris. Id est, « panis iste erit sanctus in vasis nostris, id « est, corporibus, quia non contrahet immun- « ditiam propter nos, qui immundi sumus, « quia necessitas excusabit nos ab omni im- « munditiâ, et ita esset, sicut si comederetur « iste panis à mundis. » Hæ sunt præcipuæ interpretum sententiæ. Ego quid hìc aut probem, aut conjectem, paucis exponam.

Et primùm observo *viam* apud Hebræos patere latissimè; modò enim vitæ rationem, aut in re gerendâ modum, aut circumstantiam significat; modò consuetudinem et opera; denique idem penè quòd *res.* Quare via polluta appellari potest ipse panis sacer, aut modus petendi, quo David est usus, aut interrogandi, quem sacerdos adhibuit; aut certè Davidis institutum militare; aut certè negotium, quod tum administrandum à Saüle susceperat. Observo secundò, *vas* aliquando sumi pro corpore 1 ad Thessal. 4, v. 4 : *Ut sciat unusquisque vestrùm vas suum possidere in sanctificatione et honore.*

Quod ad viam attinet, quocumque accipias modo, explicatio adhiberi potest non difficilis. Si *via* sit panis ipse eo modo sacer, quia ante Deum aliquandiù propositus, sensus est : Panis iste sacer in hàc necessitate, quam modò patior : et quia si aliquid intercedat moræ, non leve imminet susceptæ profectioni periculum; perinde habendus est, atque si pollutus foret, et laicus, seu profanus panis. Solet autem apud Hebræos nota omitti similitudinis, ut alibi à nobis sæpiùs observatum est. Sic igitur accipe: Panis iste, quia excipiendus est in vasis, id est, in corporibus famelicis, quasi profanus existimatur, neque in illis, etiamsi sanctus sit, ullo modo polluetur. Id enim valet : Sanctificabitur in vasis, ut dicemus postea.

Potest item *via* sumi pro petendi modo, quo usus est David, quia sic petiit propositionis panes, quasi laici forent, aut profani; aut pro interrogatione sacerdotis, quâ scire cupit, an mundi fuerint David et ejus socii, quasi à laicis etiam mundis comedi potuerint. Tunc autem hic erit sensus : Hæc via polluta est, quia panes hosce sacros ita petit aut largitur

(1) Allegor. Idem Angelomus : « David, ait, « per viam pollutam se venisse ad Achimelech « professus est, quia et Christus Dominus in- « ter immundas Judæorum actiones, impollu- « tus pertransivit. Quod autem ait : *Sed et* « *ipsa hodiè sanctificabitur in vasis meis,* hoc « indicabat, quòd sancti Apostoli, qui Domini « vasa erant, à contagione Judæorum, inde « purgante corda, sanctificabuntur. »

(Corn. à Lap.

atque si laici forent; veruntamen in vasis nostris non polluentur.

Via etiam appellari potest, aut negotium, quod sibi à Saüle mandatum simulârat David; aut certè institutum militare, quod profitebatur: utrumque immunditiæ legali contrahendæ satis erat obnoxium. Quare dicit David, viam illam, nempe militarem, quæ sanguinem meditatur et cædem, pollutam, id est, ejusmodi ut facilè pollui possit; imò quæ rarò possit esse non polluta: verùm eum esse statum urgente fame atque periculo, ut impolluta censeri possit et sancta. Hæc explicatio jam olim mihi valdè placuerat, et nunc omnium quas hucusque adduxi, maximè placet. Addam tamen extremam, quæ alicui fortassè non displicebit, et in quâ minùs mihi ipse displiceo.

Statuerat David non ampliùs sibi cum Israelitis esse vivendum, dùm in vivis ageret Saül, à quo non sine causâ metuebat omnia, neque sperabat in ejus ditione aliquem fore locum vacuum à periculo. Quocircà proficiscebatur ad Palæstinos, quibuscum quasi alienus ab Israelitico genere et professione viveret; cùm tamen verus esset Israelita, et nemo illo meliùs atque constantiùs Israelitarum leges et sacra servaret, ait ergo David viam, quam ipse instituisset, de quâ tamen nihil ad sacerdotem, esse pollutam, quia tendebat ad Palæstinos, ubi ipse speciem præ se ferret, quasi ab Hebræis sacris esset alienus: externis autem non licebat oblatis Deo vesci sacrificiis, quomodò supra ex Hebræorum traditione referebat Hieronymus. Est ergo sensus: Via hæc polluta est, si speciem tantùm externam consideres; tamen vasa sancta sunt, quia persona, quæ veram colit religionem, longè est, ut alienæ adhæreat disciplinæ; et alioqui is urget necessitatis articulus, ut à profano et laico sacer iste panis sumi possit.

Sed et ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Propriè panis, aut quidquid *viæ* nomine significari diximus, non sanctificatur *in vasis;* id est, in comedentium stomachis, quia jam panis ex Dei conspectu, ante quàm fuerat ante compositus, sanctitatem acceperat. Dicitur autem sanctificari, quia non polluitur, aut fit profanus, juxta Hebræorum consuetudinem, apud quos illud dicitur aliquid accipere, quod non amittit. Sic ille dicitur vivificatus à latrone vel hoste, qui ab illorum alterutro interfectus non est. Infra, cap. 27: *Virum et mulierem non vivificabat David*, id est, omnes occidebat. Et 2 Reg. 8: *Mensus est David duos funiculos, unum ad occidendum, et unum ad vivificandum:* id est, diffinivit David, quinam essent vel occidendi, vel servandi. Actor. cap. 7: *Afflixit patres nostros, ut exponerent infantes suos, ne vivificarentur*, id est, ne servarentur. Sic etiam sanctificari dicuntur in vasis panes illi sacri, qui ibi non amittunt, aut, quod idem est, non polluuntur, quia fames et necessitas profanis alioqui vasis sanctitatem conciliat.

Hic occurrit difficile dubium, in quo, qui Commentarios ediderunt in Marcum, non modicè laborant. Nam qui hoc loco vocatur Achimelec, Marci cap. 2, vocatur Abiathar. Sic enim ibi Christus: *Nunquàm legistis, quid fecerit David, quando necessitatem habuit, et esuriit ipse, et qui cum eo erant, quomodò intravit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, et panes propositionis manducavit?* Varii sunt hujus nodi solvendi modi. Ille pluribus communiter probatur, qui meditatur patrem et filium, Achimelec videlicet et Abiathar, esse binomios; atque ideò modò vocari *Abiathar*, ut Marci cap. 2, modò *Achimelec*, ut hoc loco. Ita tenent Jansenius, cap. 37 Concord.; Toletus in cap. 6 Lucæ, not. 5; Salmeron tom. 8 Tract. 14. Quod ex eo fit verisimile; nam 1 Paralip. cap. 15, v. 11, Davide regnante, Sadoc et Abiathar dicuntur esse sacerdotes. Et cap. 18, v. 16, hoc idem dicitur de Sadoc et Achimelec. Item 2 Reg. cap. 8, v. 17, ubi Achimelec dicitur esse filius Abiathar. Sicut etiam 1 Reg. cap. 23, v. 20, Abiathar filius esse dicitur Achimelec. Multos autem in Scripturâ sacrâ fuisse binomios, res est satis nota. Et qui Achimelec pater vocatus dicitur *Abiathar*, idem etiam cap. sequenti v. 9, filius vocatur *Achitob*.

Vers. 6. — Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem (1). Cùm nosset sacerdos in eo articulo sanctificatos panes à laicis sumi posse,

(1) *Le grand-prêtre donna à David du pain sanctifié.* Les saints ont remarqué que lorsque David a mangé ainsi avec ses gens *du pain sacré* qui avait été exposé devant Dieu, quoiqu'il ne fût que laïque, il a été la figure du Sauveur, qui devait former sur la terre *une nation sainte*, parce que les moindres de ses membres étant devenus enfants de Dieu par une renaissance divine, ont part dans un sens à la dignité sacerdotale, comme parlent les saints, quoiqu'ils demeurent toujours au rang des laïques. Car ils se nourrissent du même pain dont les prêtres se nourrissent, avec cette différence, néanmoins, qu'il n'y a que ceux qui ont reçu ce caractère divin du sacerdoce de Jésus-Christ, qui puissent consacrer ce pain adorable, et le dispenser aux fidèles après l'avoir offert à Dieu sur l'autel comme un sacrifice

dedit illi, neque invitus neque diù moratus. Qui sint *panes propositionis*, quâ religione sacri, quo pondere ac mole, habes Levit. c. 24, v. 15, et apud Josephum lib. 3 Antiq. c. 10. Neque enim mihi otium est, aut necessitas de hoc sacrificio plura disputandi. Tantùm dico, duodecim esse panes, juxta numerum filiorum Israel, habereque singulos duas decimas ephi, quæ est decima pars cori : cùm autem corus triginta capiat modios, fit, ut benè Ribera computat, ut singuli panes pondus habeant fermè librarum octo. Hi porrò panes cùm in mensâ proponerentur die sabbati, eodem die post dies septem tollebantur, et in usum cedebant sacerdotum, et eorum loco alii succedebant recentes et calidi.

Vers. 7. — Erat autem ibi vir quidam de servis Saul in die illa intus in tabernaculo Domini, et nomen ejus Doeg Idumæus. Licet omne studium atque artificium adhibuerit David, ne cui consilium suum et fugam proderet, evitare tamen non potuit, quominùs Doeg quidam Idumæus, qui Saüli regi operam navabat pastoritiam, quique pastorum omnium præfectus erat et princeps, et illum videret, et quid tunc rerum fieret, observaret. Erat autem intra tabernaculum, sive ut solveret votum pro salute, aut secundo aliquo rerum eventu ante conceptum, quod putant Hebræi, ut docet in eorum Traditionibus Hieronymus, et Petrus Comestor ; sive, ut volunt alii cum Theodoreto q. 53, quia vexabatur à dæmone, aut tenebatur aliquo morbo, propter quod assiduus erat in tabernaculo. De hoc Doeg multa fabulantur Hebræi. Primùm, hujus consilio adductum esse Davidem à pascuis, et inductum in aulam, ut à furioso rege, quem haberet familiarem et proximum, occideretur. Quâ de re nos supra cap. 16, ad illud : *Ecce vidi filium Isai*. Deinde dicunt, ut refert item Hieronymus ex Hebræorum Traditionibus, hunc Doeg fuisse illum Saülis armigerum, qui noluit esse regi suo superstes, atque ideò exemplum domini secutus, in suum gladium moribundus incubuit. Sed hoc æquè atque illud fabulosum est.

Dicunt præterea Hebræi, ex quibus sine dubio sumpsit pseudo-Philo in Antiquitatibus Biblicis, sacerdotes, qui tunc morabantur in Nobe civitate sacerdotali, vitam tunc egisse longè à sacerdotum moribus alienam, qui neque pudori parcerent, neque illam suæ dignitatis ac nominis rationem haberent, neque aliter viverent, quàm olim filii Heli : et ideò illos à Saüle jubente, et à Doeg delatore et vindice, fuisse sublatos, et hoc Deo jubente. Sed ista mera sunt Hebræorum somnia.

Vers. 8. — Quia gladium meum, et arma mea non tuli mecum. Ex quo David fuit ab uxore per fenestram emissus, quo tempore, quia periculum urgebat, neque cum gladio commodè exilire poterat, gladium secum afferre non potuit; quia ex eo tempore tantùm fuit cum Samuele, et pacifico prophetantium choro; neque deinde ullum habuit, à quo ferrum acciperet. Cùm verò parùm se tutum fore existimaret, si inermis incederet, gladium sibi, aut hastam à sacerdote præberi voluit. Cùmque nullum sacerdos gladium haberet præter illum, quem David ipse non multò ante in tabernaculo posuerat, ut extaret ibi tantæ victoriæ illustre monumentum, illum Davidi tradidit, quem ille lubens et gratus accepit, quia ad obvios quosque casus erat opportunus, et qui Davidis lacertis tanquàm habile instrumentum versari posset. Ex quo duo observo : alterum est robusto atque procero corpore fuisse Davidem, cui neque inutilis neque inhabilis fuit gladius ille, quem giganteæ molis Goliath ante gestaverat. Neque Saül, qui ab humero et sursùm supra reliquos extabat, sua illi tradidisset arma, nisi corpore esset etiam procero, cui illa convenienter inciderint. Unde etiam colligo, ætate magis esse provectum, quàm magni etiam interpretes communiter accipiunt. Quâ de re nos pluribus supra cap. 13, ubi de Saülis regno et Davidis ætate satis multa produximus. Sanè Ambrosius lib 1 Offic. cap. 13, Jonatham ætate minorem dicit esse Davide, qui tamen, antequàm David cum gigante confligeret, jam erat chiliarchus, et multa per seipsum præclarè gesserat, quæ nonnisi à robustâ et confirmatâ ætate sperari poterant. Sic autem ibi Ambrosius : « David, « cùm esset prudentior, Jonathæ tamen ju- « nioris consiliis acquiescebat. »

Alterum est, non perire nobis, quæ Deo dicata sunt, sed tunc nobis à Deo sive reservari, sive restitui, quando majori, imò et necessario nobis usui futura sunt. Habuit David, utpote præclarus dux, et multorum militum præfectus, armorum domi plus fortassè satis, quæ ex inimicorum acie sæpè concisa referre potuit ; sed in gravi hâc necessitate nullum illi præbuerunt usum : imò illa Saülem inimicum armârunt, et illos, quos rex ille inimicus et

d'agréable odeur, qui est la vérité dont ces pains que l'on exposait alors dans le temple etaient la figure. (Sacy.)

barbarus secum tulit, cùm ad necem Davidem tam ardenter expeteret. Plus Davidi attulit gladius dicatus Deo, quàm si ille cum aliis domi aut in armentario profano ad bellicos usus servaretur; imò quàm arma alia quæ ipse aut ab aliis acceperat oblata, aut magno sibi studio laboreque quæsierat. Inermis enim incederet in solitudine, ubi et leones occurrerent et ursi; homines item adversarii, qui nihilò sunt leonibus atque ursis mitiores, nisi Deus oblatum sibi gladium in angusto illo rerum articulo reddidisset.

Dubitant hìc aliqui, an gladius ille dicatus Deo fuerit in tabernaculo, vel tantùm ibi ad tempus repositus, ut inde, cùm usus aut necessitas posceret, repeteretur. Athanasius, in custodiam dicit datum Achimelec: idem putat hìc Lyra; quia si consecratus esset Domino, non posset ad profanos usus postea converti. Cujus rationem optimè confutat Abulensis q. 21. Et quidem magis erant sacri panes propositionis, quorum usum lex, ubi sublati fuissent de mensâ, tantùm permisit sacerdotibus: at in necessitate porrecti sunt Davidi; quod neque alienum à religione putavit sacerdos, et probavit Christus legis illius interpres optimus et auctor. Quod nemo in lege novâ condemnaret, quando in gravi necessitate conflari possunt sacra vasa, et ad pauperum levandam inopiam religiosè conferri. Est eâ de re pulcher locus apud Ambrosium lib. 2 de Officiis cap. 28, qui citatur q. 12, cap. 2, *Aurum*, ubi docet, in gravi aliquâ necessitate, ubi pauperum salus aut vita laborat, licere vasa etiam initiata conflare, confringere, vendere. Qualis sine dubio fuit Davidis, cùm nullum haberet locum ab hoste, seu à periculo vacuum. Idem statuit Justinianus l. *Sancimus*, 17 c. de Sacrosanctâ Eccles.

Non est huic alter similis. Placet quod Abulensis putat, gladium Goliath ita probari Davidi, ut si multi essent alii, illum præferret omnibus. Ex quo antea colligebam, quantùm inesset Davidi proceritatis et roboris (1).

(1) Ecce hic gladius Goliath est involutus pallio post ephod. David consecraverat Domino gladium Goliath, ut relatam de illo victoriam hoc monumento demonstraret. Usus autem in templa inferendi capta ex hostibus arma, apud paganos æquè et apud Hebræos vetustissimus est. Interrogatus Spartanus quidam, cur id pariter apud suos, quemadmodùm apud cæteras gentes, non obtineret, respondit, spolia hæc esse hominum ignavorum, nec diis grata, nec juvenibus admonitioni ad virtutem bellicam futura. Epaminondas Thebanorum imperator deponi jussit è parietibus tem-

Ver. 10. — Surrexit itaque David, et fugit in illa die a facie Saul, et venit ad Achis regem Geth. Cùm jam ante se David à facie Saülis subduxisset, cur nunc dicitur fugisse à facie Saül? Respondeo, quia sicut rex multas dicitur habere manus, quia ubicumque locorum ministros habet, quorum manibus ad omnia, quæ animo collibuerint, utitur pro suis: ita etiam ubique dicitur esse præsens, quia servorum ubicumque sunt oculi, qui oculi censentur esse regis, per quos ubique præsens est, quia per illos oculos, quos habet pro suis, omnia speculatur. De regum manibus, quæ totum regnum amplectuntur et cohibent, est illud Ovidii in epistolâ Helenæ:

Sic meus hinc vir abest, ut me custodiat absens:
An nescis longas regibus esse manus?

Quòd autem reges multos habeant oculos, multas aures, ita ut quæcumque dicuntur ac fiunt videant atque audiant, atque ideò nullibi non sint præsentes, probat ille loquendi modus, quòd qui exploratum mittuntur ab imperatore, oculi vocantur imperatoris; urbium præfecti, consiliarii et judices, oculi regis. Sanè apud Persas magistratus erant, qui dicebantur *oculi regis*. Vide Hæsychium in voce βασιλέως ὀφθαλμός, et Suidam in voce ὀφθαλμὸς βασιλέως. Et alii qui dicebantur ὠτακουσταί, sive βασιλέως ὦτα, id est, *regis aures*. Unde proverbium: ὦτα καὶ ὀφταλμοὶ βασιλέων πολλοί, id est: *Regum multæ sunt aures et oculi*. Jure igitur David, cùm egressus est è regno Saül, et ad alienum Palæstinorum regnum commigravit, à Saülis facie fugisse dicitur, quia ubicumque foret in Israelis regno, Saülis occurrent aures, oculi, manus, et omninò quædam Saülis torva et inimica facies.

Et venit ad Achis regem Geth. Hic *Achis* à multis existimatur esse binomius, et simul appellatus *Achimelec*. Quod ideò sibi persuadent, quia id non obscurè indicat titulus ps. plorum arma omnia in illis appensa, persuasitque militibus, hæc sibi deos sumpsisse, ut illis opem laturi venirent. Cùm justum bellum geritur, fas est ad parandam defensionem ornamentis suis templa nudare. *Pro republicâ plerùmque templa nudant*, ait Seneca.

Chaldæus ita vertit: *Dixit: Gladius Goliath Philisthæi... postquàm quæsivit illi in ephod.* Hanc facultatem Davidi non permisit sacerdos, nisi consulto priùs Domino. Equidem Doeg renuntiavit Saüli, uti jam monuimus, summum sacerdotem consuluisse Dominum pro Davide. (Calmet.)

Allegor Angelomus: « David, ait, Goliæ « gladium sustulit, quia et Christus Dominus « diaboli arma abstulit. Fortis enim ipse spo- « lia diripuit. » (Corn. à Lap.)

33, qui sic habet : *Davidi, dùm immutavit vultum suum coram Achimelec.* Quod statim v. 13, fecisse dicit coram Achis. Consilium autem sumpsit David temeritatis prorsùs et audaciæ plenum, quod nonnisi necessitas dira vendicare posset ab amentiâ, si humanæ tantùm prudentiæ momenta consideres. Ingressus est in regionem illam, quam multis antea incommodis attriverat, quam insigni nuper affecerat contumeliâ, cùm ducenta Philisthinorum præputia circumcidit, quæ dotis nomine Saüli numeravit. Neque ignotus esse poterat, quem gens illa tam feliciter ac sæpè non sine stupore dimicantem viderat. Adde, quòd si apud Palæstinos latere voluit, et ab illis aliquam inire gratiam, sicut ante fecit, at sibi maximè à Gethæis cavere debuit, quorum interfecerat principem et columen; et ubi non deerant cognati et amici, qui illius mortem ulciscerentur avidè, et quam à Davidis manu ignominiam acceperant, in Davidis capite expiandam putarent. Illud præterea non videtur sani esse consilii, gestâsse ad Gethæos contribulis sui mortis insigne monumentum, et pii, ut ipsi crederent, irritamentum furoris. Cui enim ignotum esse poterat Goliath esse gladium, quem gestabat David, cùm propter magnitudinem et formam, omnes sæpè cum admiratione essent contemplati? Et quis tam esset immemor aut amici nuper interempti, aut patriæ gloriæ, qui hostem vivere, aut abire pateretur incolumem, quem suorum spoliis accinctum et ornatum viderent? Sanè ex hominum sensu Virgilius lib. 12 Æneid. hominem inducit naturâ pium, qui cùm jam ad misericordiam flecteretur, et manum suspenderet ab inferendâ plagâ, tamen cùm in hoste vidit Pallantis spolium, sic exarsit subitò, ut omnem prorsùs misericordiam exueret.

. . . . . *Stetit acer in armis*
Æneas volvens oculos, dextramque repressit
Et jam jamque magis cunctantem flectere sermo
Cœperat: infelix humero cùm apparuit alto
Balteus, et notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri, victum quem vulnere Turnus
Straverat, atque humeris inimicum insigne gerebat.
Ille oculis postquàm sævi monimenta doloris
Exuviasque hausit, furiis incensus et irâ
Terribilis: Tunc hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, et pœnam scelerato ex sanguine sumit.

Abulensis excusare conatur Davidem, quod sanè facit piè, maximè si, quod explorabimus postea capite 23, per sacerdotem consuluit Deum : sed aut non consuluit, quod est non improbabile, aut certè consultus Deus non respondit. Neque enim successus fuit ejusmodi, ut illius auctor Deus videri possit, maximè cùm statim capite sequenti v. 5, Deus Davidem per prophetam Gad admonuerit, ut in terram Juda reverteretur. Rationes Abulensis vide qq. 23 et 24. Quâ de re nos capite sequenti pluribus. Ego unam esse puto necessitatem, quæ interdùm homines plenum desperationis consilium amplecti cogit, et minorum hostium ambire præsidium; quod etiam in feris observamus. Fugit ad Achis, qui non tam illum, quàm Saülem timebat, apud quem sperabat se aliquandiù latere posse; cujus maluit, si quid accideret adversum, perire manibus, quàm regis Israel, sicut præcedenti capite dixerat v. 8, Jonathæ : *Tu me interfice, et ad patrem tuum ne introducas me.* Deinde occultare potuit gladium, ne quisquam Gethæorum agnosceret; et cùm aliæ finitimæ nationes Saüli eo tempore non essent infensæ, in quibus multos esse Israelitarum oportuit, quibus David ignotus esse non poterat, tutius esse putabat apud Palæstinos potiùs quàm apud alios commorari. Sic à necessario David ab insani consilii suspicione defenditur (1).

(1) Vers. 11. — Numquid non iste est David rex terræ? Ceu rex habitus in suâ regione. Designatio Davidis in regnum non satis fortassè comperta erat Philistæis; nôrant tamen post tot virtutis et prudentiæ specimina, si fortè contingeret ut regnum è Saülis domo in aliam migraret, certè in Davidicam concessurum. Facilè etiam Saülis reprobatio et electio Davidis sensim per regionem sese diffuderat, ac denique ad Philistæos transiverat. Fortè etiam hæc verba ipsa : *Numquid non iste est David rex terræ?* innuunt tantùm Saülem nec regnum nec prælium gerere, nisi Davide ministro, quem proinde Davidem ceu regem suum tota regio suspiceret. Sunt qui aliter exponant : *Numquid non est rex terræ?* urbis Geth, regionis Philistææ; cui jus est in hanc regionem, post relatam de Goliath victoriam. Verbis gigantis fidem suam obligaverant Philistæi, jugum se victoris subituros. (Calmet.)

Vers. 12. — Posuit autem David sermones istos in corde suo. Cogitans modum et rationem accusationem hanc refellendi, vel declinandi et evadendi tam præsens vitæ periculum, unde tum oravit et composuit psalmum 55, in quo petit ab hostibus maledicis liberari, et paulò post dictavit psalmum 33; illius enim hic est titulus : *Davidi, cùm immutavit vultum suum coram Achimelech, et dimisit eum et abiit,* (1 Reg. 21.) Unde videtur David psalmum hunc dictasse non initio accusationis et periculi, sed postquàm ab Achis dimissus liber evasit. Nam Deo pro liberatione gratias agens cecinit : *Benedicam Dominum in omni tempore.* David enim Goliath Gethæum multosque alios Ge-

VERS. 13. — ET IMMUTAVIT OS SUUM CORAM EIS, ET COLLABEBATUR INTER MANUS EORUM (1). Vix dùm David pedem in urbe posuerat, cùm cognitus fuit à Gethæis, qui optimè nôrant, quo

thæos et Philistæos occiderat; unde eis erat odio ac terrori : Geth enim erat una ex quinque satrapiis Philistinorum cujus satrapa, sive rex, id est, regulus, erat Achis. *Geth* Hebr. idem est quòd torcular, idque hìc appositum est. David enim metu Saülis coactus fuit fugere ad Philistæos conjuratos Israelis et suos hostes; unde ibi quasi in torculari pavoris et angoris pressus fuit. Geth tempore S. Hieron. Diocæsarea dicebatur. Sita est juxta Gazam et Accaron. Ita Adrichom. (Corn. à Lap.)

David commença à craindre Achis roi de Geth. David fuyant et venant à Achis, y trouve un péril plus pressant que celui qu'il venait d'éviter. Il marque ainsi les divers événements dont la vie des véritables Chrétiens est traversée. Car il arrive souvent qu'ils ne sortent d'un mal que pour tomber dans un autre. Et Dieu les conduit de cette sorte, pour les empêcher de s'élever ou de se relâcher après quelque marque visible et éclatante qu'ils ont reçue, comme David, de sa protection et de son secours.

David se sauve de ce péril d'une manière bien particulière, étant réduit *à contrefaire le fou.* S. Augustin a marqué le mystère de cette folie apparente, qui était une figure de ce qui devait se voir ensuite avec tant de magnificence dans le véritable David, qui a sauvé le monde par la folie de la croix, et dont les Apôtres ont dit *qu'ils ont paru des insensés aux sages du monde : Nos stulti propter Christum.* Mais, sans entrer dans cette explication, nous remarquèrons en un sens plus moral, que souvent les vrais Chrétiens n'ont point d'autre moyen de se sauver des piéges du démon, qu'en faisant des actions *qui passent pour des folies dans l'esprit des gens du monde*, qui diront un jour, en s'accusant eux-mêmes : *Vitam illorum æstimabamus insaniam; leur vie nous paraissait une folie.* C'est la disposition où était saint Paulin, qui ayant préféré la pauvreté de Jésus-Christ à des richesses si grandes qu'un auteur du même temps les appelle *des royaumes, Paulini regna,* témoigne une sainte joie de ce que son véritable retour à Dieu l'avait exposé au mépris et aux railleries des sages du siècle.

« Qu'on nous fasse passer pour des insensés, « parce que nous sommes résolus de vivre « comme Jésus-Christ nous l'a ordonné, nous « aimons ces insultes, et nous en faisons no- « tre gloire. Que les hommes à la bonne heure « nous traitent de fous, pourvu que Dieu nous « croie sages. »

Errorem mentis credant sic vivere Christo
Ut Christus sanxit, juvat hoc, nec pœnitet hujus
Erroris; stultus diversa sequentibus esse
Nil moror, æterno mea dùm sententia Regi
Sit sapiens.....

(Sacy.)

(1) Alleg. Angelom. : « David, ait, id est, « Christus, mutavit os suum, dùm aliam legem, « aliud testamentum, alia præcepta et sacra- « menta quàm fecerat legis veteris, in lege « novâ instituit, præsertim Eucharistiam : mu- « tavit enim ipse sacrificia boum et taurorum

loco esset apud Hebræos, et quod de se à virginum choris epinicium audierit. Cùmque id secum obmurmurarent, neque ita obscurè aut tacitè, ut non illud audiisset David, consilium

« in sacrificium eucharisticum corporis et san- « guinis sui. » Ita et S. August. in titulo psal. 33, qui et addit : « Insanire Christus videba- « tur Judæis, dùm diceret : *Nisi manducave- « ritis carnem meam, et biberitis meum sangui- « nem, non habebitis vitam in vobis.* Unde dice- « bant : *Durus est hic sermo, et quis potest eum « audire?* Joan. 6. »

ET COLLABEBATUR INTER MANUS EORUM. Alegor. Christus collapsus est in manibus Judæorum, quando ab eis crucifixus fuit. Ita Angel. Glossa, et ex eâ S. Thom. 2-2, q. 111, art. 1, ad 2. Sept. vertunt : *Delirabat,* id est, *delira faciebat, et delirum se fingebat in manibus suis;* ut David hìc repræsentet Christum, qui à Judæis habitus est ut delirus et dæmoniacus, ac ab Herode veste albâ, quasi stultus, indutus est. Unde et S. Aug. in ps. 33, qui est de hâc re : « Psalmus, inquit, ostendit sanam et sobriam « christianam. » Idem tamen ibidem vertit : « *Ferebatur in manibus suis,* » idque aptat Christo, qui in ultimâ cœnâ instituens Eucharistiam, eam gestans manibus suis portabat. « Ferebatur, ait S. Aug., Christus in manibus « suis, quando comedens ipsum corpus suum « ait : *Hoc est corpus meum.* Ferebat enim illud « corpus in manibus suis. »

ET IMPINGEBAT IN OSTIA PORTÆ. Allegor. S. August. idipsum de Christo crucifixo explicans : « Affectavit, inquit, id est, compassus, et « miseratus est nos è supremis; et quoniam « qui crucifigitur, in ligno extenditur; ut au- « tem tympanum fiat, caro, id est, corium « in ligno extenditur; dictum est : *Et tympa- « nizabat,* id est, crucifigebatur, in ligno ex- « tendebatur. Affectabat, id est, affectum in « nos habebat, ut animam suam poneret pro « ovibus suis. Tympanizabat; quomodò? ad « ostium civitatis. Ostium nobis est, quod ape- « ritur ut credamus in Deum. Clauseramus « ostia contrà Christum, et aperueramus dia- « bolo, contra vitam æternam; clausum cor « habebamus, ille autem Dominus Deus noster, « quia clausum cor habebamus homines adver- « sùs vitam æternam, nec poteramus videre « verbum quod vident angeli, cruce aperiebat « corda mortalium, hoc est, tympanizabat ad « ostium civitatis. »

DEFLUEBANTQUE SALIVÆ EJUS IN BARBAM. Allegor. id de Christo explicat S. August. in titulo psal. 33, in fine : « Quid, inquit, sunt? Salivæ « enim currunt infantibus. Nonne erant tan- « quàm infantilia verba : *Manducate carnem « meam, et bibite sanguinem meum?* sed ista in- « fantilia verba tegebant virtutem ipsius. Vir- « tus enim in barbâ intelligitur. Salivæ igitur « decurrentes super barbam ejus, quid sunt, « nisi verba infirma virtutem ejus tegentia? » Sic quoque Beda, Eucherius, Angelom. et Rabanus, qui more suo S. Augustinum sequuntur.

Quæres an David peccârit fingendo se stultum? Affirmant nonnulli; ratio est, quia, ut docet S. Thom. 2-2, q. 111, art. 1, ad 2, fictio est mendacium non verbi, sed facti; menda-

subitò sumpsit, licet minùs decorum, maximè tamen opportunum. Finxit enim se excidisse à mente; quod facilè ex eo sibi persuadere potuerunt hostes, quia non putabant hominem, qui tanto in loco ac gloriâ inter suos fuisset, venturum esse solum in eum locum quem multis sibi modis infensum reddiderat. Ergo quia illud consilium in illis rerum angustiis unicum videbat, omnia in seipso edidit amentiæ atque furoris argumenta. Immutavit enim faciem suam, distorsit os, crebro atque multiplici conjectu vibravit oculos, spumas agebat in ore, et quod stupidi est ingenii, salivam indecorè ac rustice ex labiis effluere sinebat. Hæc amentis hominis argumenta sunt. Addidit etiam alia; nam inter manus illorum, qui comprehensum illum ducebant ad Achis, collabebatur, quasi pedibus nesciret aut non posset incedere: aut certè labebatur mente, cùm ea diceret in viâ quæ nonnisi ab insanis et temulentis audiri solent. Ubi Vulgatus *collabebatur*, Hebraicè est ויתהלל *iitholel*. Quod non tam casus, qui est à corpore, quàm qui est ab animo significat, ut exponunt interpretum non pauci. Et quidem חלל *halal*, in hithpael hanc sæpè significationem habet. Sic exponit Chaldæus, sic Septuaginta, qui legunt παρεφέρετο, quæ vox sæpè errorem indicat animi et mentis excessum delirantis. Sic exponunt translationes novæ, Tigurina et Pagnini, et antiqua Hispanica olim à Judæis ex Hebræo conversa.

Et impingebat in ostia portæ. *Impingo* duo importat, alterum propriè, alterum figuratè. Figuratè est *cadere*, *collabi*, *offendere*, sicut faciunt, qui vertigine aut ebrietate laborant, aut qui cæci errant, et vacillante gressu, si quod se offendiculum objiciat, ridiculè labuntur. Propriè verò, aut lineas ducere, litteras formare, rerum imagines seu calamo, seu penicillo describere. In priori significatione videtur sumpsisse Vulgatus interpres, dùm reddidit, *impingebat*. Nam hæc apud Latinos magis est nota atque usitata significatio; imò, ut arbitror, sola; neque enim video à *pingo* illud verbum componi, sed à *pango*. Et ita etiam existimârunt Septuaginta, qui reddiderunt ἔπιπτεν, quod aliqui *cadebat*, alii *tympanizabat* converterunt. Et in his Augustinus in expositione Ps. 33. Cùmque *tympanizo* duo significet, et *pulsare portas manu*, aut *bacillo*, quemadmodùm tympanum à tympanistâ verberatur; et *collidere*, et *percutere*, allisione videlicet capitis, aut alterius partis corporis, utrumque amentis est: sed hoc posterius magis videtur ad textum Græcum, unde expressum est, et ad formam dicendi, quâ usus est Vulgatus, dùm vertit: *In ostia portæ*. Hispanica translatio habet: *Tendio se sobre las puertas*. Textus Hebraicus habet *vaithau*, à radice *tauah*; quæ *scribere*, aut *signare* significat. Et ita quidam è recentioribus transtulerunt. Et quidem id proprium est ejus qui à mente excidit, aut pingere, aut lineas ducere, sive in terrâ, sive in pariete; et manibus, quæ rarò sunt otiosæ, aliquod edere signum desipientis animi. Chaldæus aliquid illum dicit incidisse aut notâsse unguibus in portâ.

cium autem est peccatum. Unde S. Thom. ibidem ad 2, Davidem non aliter excusat, quàm quòd fictio hæc fuerit figuralis; fuit enim figura Christi, qui cùm esset Deus, alium se esse quasi simulavit, cùm carnem nostram assumpsit, et in eâ tot labores et dolores ipsamque crucem subiit. Mitiùs veriùsque Abulens, et alii censent, Davidem non peccâsse, tum quia videtur ad hoc motus à Deo; unde et paulò post recedens ab Achis, Dei instinctu composuit elegantem psalmum 33: *Benedicam Dominum in omni tempore;* tum quia David impingens in ostia, aliasque actiones deliras faciens, ipso facto non dicebat se esse stultum, sed se id duntaxat simulare ob instans periculum; hoc autem erat verum. Porrò sic simulare non est mendacium, sed silentium duntaxat veritatis, sive dissimulatio quâ quis aliam quasi personam, alios gestus moresque induit justâ de causâ, ut tegat veritatem ad evadendum periculum. Sic Samuel finxit se ire ad immolandum in Bethlehem, cùm iret ad ungendum Davidem in regem, cap. 16, 2; sic Josue c. 8, 5, finxit se pavidum fugere cives Hai, ut eos ex urbe eliceret et mactaret. Sic Gedeon Judic. 7, 20, cum trecentis, complosione lagenarum et effulguratione lampadarum finxit se magnum habere militum numerum, ut Madianitas innumeros consternaret. Idem sensêre et fecêre gentiles. Unde Horatius lib. 4 Carm. Ode 12 ait:

Misce stultitiam consiliis brevem.
Dulce est desipere in loco.

Et Cato:

Insipiens esto, cùm tempus postulat aut res,
Stultitiam simulare loco prudentia summa est.

Et Ausonius lib. 2 Distichorum. Sic Solon unus è septem Græcorum sapientibus et Atheniensium legislator finxit se delirum, ut Atheniensibus persuaderet recuperare Salaminam insulam. Capitale enim erat eâ de re loqui. Ita Plutarch. in Solone. Denique S. Simeon cognomento *Salvis*, id est, stultus; S. Franciscus (qui se nominabat fatuellum mundi) multique alii sancti simulârunt se stultos, tum ad insignem humilitatem, tum ut docerent honoris mundique contemptum, ac mundi sapientiam meram esse stultitiam. Unde S. Paulus 1 Corinth. 4: *Nos*, inquit, *stulti propter Christum*. Et noster S. Ignatius: *Sis*, ait, *mundo demens, ut sapias Domino;* quia *quod stultum est Dei, sapientius est hominibus*, 1 Cor. 1, 15.

(Corn. à Lap.)

Vers. 14. — Quare adduxistis eum ad me? Non fuit vana sapiens ista amentiæ atque stuporis simulatio, quam Deus effectu carere noluit. Nam Achis graviter in illos indignatus est, qui furiosum et desipientem hominem adduxerunt, quasi dedecori fuerit regiæ domui, in illam stolidum et insipientem hominem induci. Quare procul illum inde arceri jussit, illud ad imperium adjiciens, satis stultorum hominum esse in Palæstinâ, neque stultos foris adscisci oportere. Explicationem moralem et allegoricam hujus Davidis insaniæ simulatæ, vide apud Augustinum in Psal. 33, qui scriptus videtur aut hoc tempore, aut ob hanc occasionem, cujus inscriptio est : *Davidi cùm immutavit vultum suum coram Abimelec, et dimisit eum, et abiit.* Hic porrò Abimelec Achis esse creditur, et Abimelec commune Gethæorum regum nomen existimatur. Psalmus item 55 de hoc ipso argumento videtur conscriptus, ut præfixus indicat titulus.

Antequàm hinc emergo, duo observo, Magistrum Historiæ scholasticæ, cui Dionysius subscribit, existimare, inter alias timendi causas, quas habuit David, dùm sensit se à Gethæis agnitum, illam fuisse gravem, quia Achis litteras acceperat à Saüle, ut sibi redderet fugitivum hominem, quem apud se retinebat. Quod mihi non omninò videtur verisimile. Primùm, quia inimicus erat Saülis Achis, atque ideò ab illo potiùs esset fugitivus à Saülis imperio receptus, quàm Saülis rogatu ad propria remissus. Deinde, quia non priùs cognovit, quò fugisset, aut ubi moraretur David, quàm ad illum magna hominum multitudo confluxit ad desertum Haret : quod aliquot diebus accidit, ex quo se subduxit à Palæstinâ.

Porrò stultitiam in tempore simulare, magna interdùm prudentia est, quâ usus fuit quondam Ulysses, ne obire cogeretur durum Trojani belli, longumque negotium. Hâc usus Solon, ut quod sanus et prudens sine capitis periculo consequi non poterat, id in speciem stultus obtineret. Idem fecit Junius Brutus, qui ab stultitiâ simulatâ illustre Brutorum nomen in suam familiam primus induxit. Id denique in Evangelii tempore fecêre quamplurimi, dùm humanos declinare student honores, et magistratus, quos non minùs horrent, quàm alii crucem, et ignominiam (1).

(1) Vers. 15. — Hiccine ingredietur domum meam? Furiosum inter domesticos recipiam? Familiares Achis gravissimè ferentes adventum Davidis, animum regis in illum sollicitant. Pravum eorum consilium intelligens David, insani personam ementitus est, ut manus regis et laqueos aulicorum vitaret. Improvisum morbum, qui Davidi acciderat, miratus Achis, cavere se plurimùm dixit, ne talem hominem domi suæ reciperet. (Calmet.)

CAPUT XXII.

1. Abiit ergo David inde, et fugit in speluncam Odollam. Quod cùm audîssent fratres ejus et omnis domus patris ejus, descenderunt ad eum illùc.

2. Et convenerunt ad eum omnes qui erant in angustiâ constituti et oppressi ære alieno et amaro animo, et factus est eorum princeps; fueruntque cum eo quasi quadringenti viri.

3. Et profectus est David inde in Maspha quæ est Moab, et dixit ad regem Moab : Maneat, oro, pater meus et mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi Deus.

4. Et reliquit eos ante faciem regis Moab; manseruntque apud eum cunctis diebus quibus David fuit in præsidio.

5. Dixitque Gad propheta ad David: Noli manere in præsidio; proficiscere, et vade in terram Juda. Et profectus

CHAPITRE XXII.

1. David sortit donc de Geth, et se retira dans la caverne d'Odollam, *au pays de Juda.* Ses frères et toute la maison de son père, l'ayant appris, vinrent l'y trouver.

2. Et tous ceux qui avaient de méchantes affaires, et ceux qui étaient ou accablés de dettes ou mécontents, s'assemblèrent auprès de lui ; il devint leur chef, et il se trouva avec lui environ quatre cents hommes.

3. Il s'en alla de là à Maspha, qui est au pays de Moab, et dit au roi de Moab : Je vous prie de permettre que mon père et ma mère demeurent avec vous jusqu'à ce que je sache ce que Dieu ordonnera de moi.

4. Il les laissa auprès du roi de Moab, et ils y demeurèrent tout le temps que David fut dans cette forteresse.

5. Alors le prophète Gad dit à David : Ne restez point dans ce fort; sortez-en, et allez dans le pays de Juda. David partit donc de ce

est David, et venit in saltum Haret.

6. Et audivit Saül quòd apparuisset David et viri qui erant cum eo. Saül autem, cùm maneret in Gabaa, et esset in nemore quod est in Rama, hastam manu tenens, cunctique servi ejus circumstarent eum,

7. Ait ad servos suos qui assistebant ei: Audite nunc, filii Jemini; numquid omnibus vobis dabit filius Isai agros et universos vos faciet tribunos et centuriones,

8. Quoniam conjurâstis omnes adversùm me, et non est qui mihi renuntiet, maximè cùm et filius meus fœdus inierit cum filio Isai? Non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi, eò quòd suscitaverit filius meus servum meum adversùm me, insidiantem mihi usque hodiè.

9. Respondens autem Doeg Idumæus, qui assistebat et erat primus inter servos Saül: Vidi, inquit, filium Isai in Nobe, apud Achimelech filium Achitob, sacerdotem,

10. Qui consuluit pro eo Dominum, et cibaria dedit ei, sed et gladium Goliath Philisthæi dedit illi.

11. Misit ergo rex ad accersendum Achimelech sacerdotem, filium Achitob, et omnem domum patris ejus, sacerdotum, qui erant in Nobe; qui universi venerunt ad regem.

12. Et ait Saül ad Achimelech: Audi, fili Achitob. Qui respondit: Præstò sum, domine.

13. Dixitque ad eum Saül: Quare conjurâstis adversùm me, tu et filius Isai? et dedisti ei panes et gladium, et consuluisti pro eo Deum ut consurgeret adversùm me, insidiator usque hodiè permanens?

14. Respondensque Achimelech regi, ait: Et quis in omnibus servis tuis, sicut David fidelis, et gener regis, et pergens

lieu-là, et vint au bois de Haret, *au couchant de Jérusalem.*

6. Saül aussitôt fut averti que David avait reparu avec les gens qui l'accompagnaient. Or, pendant que Saül demeurait à Gabaa, *un jour* qu'il était dans un bois près de Rama, ayant une lance à la main, et environné de tous ses officiers,

7. Il dit à tous ceux qui étaient auprès de lui: Ecoutez-moi, enfants de Benjamin, *vous qui êtes de ma tribu;* le fils d'Isaï vous donnera-t-il à tous des champs et des vignes, et vous fera-t-il tous tribuns et centeniers,

8. Pour que vous ayez tous conjuré contre moi, sans qu'il y ait personne qui me donne aucun avis *de ce que fait David,* surtout voyant mon fils lié d'une étroite amitié avec le fils d'Isaï? Il n'y en a pas un d'entre vous qui soit touché de mon malheur, ni qui m'avertisse *de ce qui se passe;* et mon propre fils a soulevé contre moi l'un de mes serviteurs, qui ne cesse aujourd'hui de me tendre des piéges.

9. Doëg, Iduméen, qui était alors présent, et le premier d'entre les officiers de Saül, lui répondit: J'ai vu le fils d'Isaï à Nobé, chez le grand-prêtre Achimélech, fils d'Achitob,

10. Qui a consulté le Seigneur pour lui, lui a donné des vivres et l'épée même de Goliath, le Philistin.

11. Le roi envoya donc quérir le grand-prêtre Achimélech, fils d'Achitob, avec tous les prêtres de la maison de son père, qui étaient à Nobé, et ils vinrent tous trouver le roi.

12. Saül dit alors à Achimélech: Ecoutez, fils d'Achitob. Achimélech lui répondit: Que vous plaît-il, seigneur?

13. Saül ajouta: Pourquoi avez-vous conjuré contre moi, vous et le fils d'Isaï? Pourquoi lui avez-vous donné des pains et une épée? et pourquoi avez-vous consulté Dieu pour lui, lui qui ne cesse jusqu'aujourd'hui de chercher des moyens pour me perdre?

14. Achimélech répondit au roi: Y a-t-il quelqu'un entre vos serviteurs qui vous soit aussi fidèle que David, lui qui est le gendre du

ad imperium tuum, et gloriosus in domo tuâ?

15. Num hodiè cœpi pro eo consulere Deum? Absit hoc à me, ne suspicetur rex adversùs servum suum rem hujuscemodi in universâ domo patris mei; non enim scivit servus tuus quidquam super hoc negotio, vel modicum vel grande.

16. Dixitque rex : Morte morieris, Achimelech, tu et omnis domus patris tui.

17. Et ait rex emissariis qui circumstabant eum : Convertimini, et interficite sacerdotes Domini, nam manus eorum cum David est, scientes quòd fugisset, et non indicaverunt mihi. Noluerunt autem servi regis extendere manus suas in sacerdotes Domini,

18. Et ait rex ad Doeg : Convertere, tu, et irrue in sacerdotes. Conversusque Doeg Idumæus irruit in sacerdotes, et trucidavit in die illâ octoginta quinque viros vestitos ephod lineo.

19. Nobe autem, civitatem sacerdotum, percussit in ore gladii, viros et mulieres, et parvulos et lactentes, bovemque et asinum et ovem in ore gladii.

20. Evadens autem unus filius Achimelech filii Achitob, cujus nomen erat Abiathar, fugit ad David,

21 Et annuntiavit ei quòd occidisset Saül sacerdotes Domini.

22. Et ait David ad Abiathar : Sciebam in die illâ quòd, cùm ibi esset Doeg Idumæus, procul dubio annuntiaret Saüli. Ego sum reus omnium animarum patris tui!

23. Mane mecum, ne timeas; si quis quæsierit animam meam, quæret et animam tuam, mecumque servaberis.

roi, qui marche pour exécuter vos ordres, et qui a tant d'autorité dans votre maison?

15. Est-ce d'aujourd'hui que j'ai commencé de consulter le Seigneur pour lui? J'étais bien éloigné de prétendre rien faire en cela contre votre service. Je prie le roi de ne pas concevoir un soupçon si désavantageux ni de moi ni de toute la maison de mon père, car pour ce qui est de ce que vous dites présentement *contre David*, votre serviteur n'en a su quoi que ce soit.

16. Le roi lui dit : Vous mourrez présentement, Achimélech, vous et toute la maison de votre père.

17. Et il dit ensuite aux archers qui l'environnaient : Tournez *vos armes* contre les prêtres du Seigneur, et tuez-les, car ils sont d'intelligence avec David; ils savaient bien qu'il s'enfuyait, et ils ne m'en ont point donné avis. Mais les officiers du roi ne voulurent point porter leurs mains sur les prêtres du Seigneur.

18. Alors le roi dit à Doëg : Vous, *Doëg*, allez, et jetez-vous sur ces prêtres. Et Doëg l'Iduméen, se tournant contre les prêtres, se jeta sur eux, et tua en ce jour-là quatre-vingt-cinq hommes qui portaient l'éphod de lin.

19. Il alla ensuite à Nobé, qui était la ville des prêtres, et fit passer au fil de l'épée les hommes et les femmes, sans épargner les petits enfants ni ceux mêmes qui étaient à la mamelle, ni les bœufs ni les ânes ni les brebis.

20. L'un des fils d'Achimélech, fils d'Achitob, qui s'appelait Abiathar, échappé de ce carnage, s'enfuit vers David,

21. Et vint lui dire que Saül avait fait tuer les prêtres du Seigneur.

22. David répondit à Abiathar : Je savais bien que Doëg l'Iduméen, s'étant trouvé là lorsque j'y étais, ne manquerait pas d'avertir Saül. Je suis cause de la mort de toute la maison de votre père!

23. Demeurez avec moi, et ne craignez rien; si quelqu'un entreprend sur ma vie, il entreprendra aussi sur la vôtre, et vous serez sauvé avec moi.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Abiit ergo David inde, et fugit in speluncam Odollam (1). Non diu ibi moratus est David, sed alias sibi latebras quæsivit in speluncâ quâdam civitatis Odollam, quæ in

(1) Odollam, vel Adullam, vel Adollam, urbs est tribus Juda, 10000 passibus ab Eleutheropoli, ad orientem. In speluncam ceri ejus urbis David secessit. Palæstinæ montium plerique frequentissimis vastisque speluncis disseminantur, tuto in bellis perfugio. (Calmet.)

Symbol. Angelomus et Eucherius : spelunca hæc, inquiunt, repræsentat carnem Christi in qua quasi in speluncâ abscondita delituit divinitas Christi. Aut sepulcrum Christi, quod testimonium (hoc enim hebr. significat *Odollam*, ait Beda) fuit Christum esse Deum, cùm

Scripturâ sacrâ notissima est; tùm quia ibi primum habuit diverticulum David, ex quo egressus est è Palæstinâ; tùm quia aliis etiam temporibus, tam ipse quàm alii consederunt ibidem. Vide lib. 2 Reg. c. 23, v. 13; 2 Paralip. cap. 11, v. 10; 2 Machab. 12, v. 38.

Quod cum audissent fratres ejus, etc., descenderunt ad illum. Josephus ait lib. 5 Ant. c. 14, missum fuisse à Davide nuntium ad pa-

ipse tertio die ex illo corpus suum redivivum et gloriosum suscitavit. (Corn. à Lap.)

David sortit de Geth, et se retira dans la caverne d'Odollam. David est obligé de s'enfuir dans une caverne; et non seulement ses frères et ses parents, mais encore tous ceux qui se trouvèrent incommodés dans leurs affaires, ou accablés de dettes, l'y vinrent trouver. Toutes ces personnes, jusqu'au nombre de quatre cents, dont David était le chef, formaient ensemble une société, non de criminels, comme les flatteurs de Saül le publiaient sans doute, mais de malheureux. Car il est visible que David n'a contribué en aucune sorte pour empêcher que ceux qui auraient pu s'acquitter de leurs dettes, s'en exemptassent par la liaison qu'ils avaient avec lui; ce qui aurait été visiblement contre la justice. Mais il a pris seulement avec lui pour compagnons de sa vie errante, et toujours exposée à mille périls, ceux qui ne savaient où se retirer. Et quoiqu'ils fussent réduits à une extrême nécessité, il a eu un très-grand soin qu'ils ne fissent tort à qui que ce soit, comme nous le verrons clairement dans la suite, par ce qui lui arriva à l'égard de Nabal et d'Abigail.

Les saints ont tiré un sens spirituel de ces paroles, et ils ont remarqué que comme David est certainement la figure de Jésus-Christ, il l'est encore en ce qui est dit ici, *qu'il devint le chef de ceux qui étaient pauvres et accablés de dettes.* C'est ce que David lui-même a exprimé dans ses Psaumes, en nous représentant les grandes choses que le Messie devait faire dans le monde : *Il pardonnera au pauvre et à l'indigent, il sauvera les âmes des pauvres. Il les rachetera des dettes qui les accablaient et de leur iniquité, et leur nom sera en honneur devant ses yeux.* Nous voyons dans le premier livre des Paralipomènes chap. 12, v. 8, *que lorsque David était caché dans le désert, il vint à lui des hommes très-vaillants de la tribu de Gad,* dont l'Ecriture dit *que leur seul aspect était terrible comme celui d'un lion, et qu'ils étaient vites comme les chevreuils qui sont sur les montagnes.* Ceci nous fait voir que Dieu n'abandonne point ceux qui ne souffrent que parce qu'ils lui sont fidèles. David avait pour persécuteur un prince dont la colère était autorisée par le respect qui lui était dû, et soutenue par une puissance formidable. Et cependant des hommes, dont le Saint-Esprit rapporte les noms, et dont il relève si fort le courage, viennent d'eux-mêmes lui offrir leur amitié et leur protection, sans autre dessein que de révérer en sa personne un homme haï de quelques-uns, mais cheri de Dieu, et qui n'était devenu l'objet de l'envie que parce que sa vertu et son mérite l'avaient trop élevé au-dessus des autres. (Sacy.)

trem, ejusque familiam, qui doceret, quo in statu ac loco ipse tunc esset, qui e vestigio eò profecti sunt. Quos etiam comitati fuerunt illi quos angusta fortuna, potentiorum injuria et æris magnitudo, ac denique cordis mœror ac desperatio premebat, quorum numerus ad quadringentos pervenit, qui omnes sibi Davidem, cujus jam nota militaris virtus atque prudentia, ducem præposuerunt et principem (1).

(1) Vers. 2. — Qui erant in angustia constituti et oppressi ære alieno. Si David asylum exhibere voluit omnibus seditiosis hominibus, non sine dispendio regiæ auctoritatis, obæratisque creditorum incommodo, nullâ sanè ratione excusatur crimine violatæ æquitatis, justitiæ, et charitatis in proximum, atque in legitimum principem perduellionis. Reputandum tamen est, in clientelam suam non accepisse nisi quos iniquitas et vis regis coegerat salutem fugâ quærere, et obæratos, quorum egestas tanta erat ut nec solvere creditoribus possent, nec tutò manere in patriâ, nisi venditâ libertate. Modestia et disciplina, quâ David copias suas continebat, obsequium quod ipsos semper docebat erga rempublicam et regem, satis probant, alienissimum gessisse animum à detectione. Obæratos verò cùm ab iniquis vexationibus tuebatur, vel liberabat servitute, illis etiam sese præstiturum opem pollicebatur, cùm primùm rebus suis melior fortuna arrisisset; ac modo illo ducebat, ubi justè acquirerent, quo creditoribus solverent, quippe quos in hostes Domini et reipublicæ duceret. Neque ambigendum est, utrùm illi fuerit jus gerendi bellum, cùm certum haberet et assertum jus ad imperium. (Calmet.)

Allegor. David fuit typus Christi, ad quem confugiebant omnes ægri, afflicti, pœnitentes: Unde ipse eos advocans ait: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos,* Matth. 11. Ita Angelomus. (Corn. à Lap.)

Hoc Davidis exemplo utitur minister Jurieu ut probet licitum esse vitam, eòque magis religionem et vitam simul armis adversùs principem defendere. « Pourquoi, inquit, David « avait-il assemblé autour de lui quatre ou « cinq cents hommes, tous gens braves et bien « armés? N'était-ce pas pour se défendre, pour « résister à la violence par la force et pour « résister à son roi qui voulait le tuer? Si « Saül fût venu l'attaquer avec pareil nombre « de gens, s'en serait-il fui? N'aurait-il pas « combattu pour sa vie, quand même c'aurait « été avec quelque péril de la vie de Saül lui-« même, parce que dans le combat on ne sait « pas où les coups portent? David savait son « devoir; il avait la conscience délicate, il « respecte l'onction de Dieu dans les rois; « mais il ne croit pas qu'il soit toujours illé-« gitime de leur résister. Et même David était « dans un cas où nous ne voudrions pas per-« mettre de résister par les armes à un sou-« verain; dans le fond, il était seul, et n'était « qu'un particulier. Nous n'entendons pas le « pouvoir de résister à un souverain jusque-« là; mais celui qui a cru qu'un particulier « pouvait repousser la violence par la force.

« a cru à plus forte raison que tout un peuple « le pouvait. »

Ilis respondet Bossuetius : « J'ai rapporté exprès tout au long le discours de M. Jurieu, afin qu'on voie que ce ministre détruit lui-même son propre raisonnement; car en effet il sent bien qu'il prouve plus qu'il ne voudrait. Il veut prouver que tout un peuple, c'est-à-dire, non seulement tout un royaume, mais encore une partie considérable d'un royaume, tel qu'était tout le peuple chrétien dans l'empire romain, ou en France tous les Protestants, ont pu prendre les armes contre leur prince. Voilà ce qu'il voulait prouver : mais sa preuve porte plus loin qu'il ne veut, puisqu'elle démontrerait, si elle était bonne, non seulement que tout un grand peuple, mais encore tout particulier peut s'armer contre son prince, lorsqu'il lui fait violence, ce que le ministre rejette non seulement ici, comme il paraît par les paroles qu'on vient de lire, mais encore en d'autres endroits. C'est néanmoins ce qu'il prouve, et par conséquent selon lui-même sa preuve est mauvaise, n'y ayant rien de plus assuré que cette règle de dialectique : Qui prouve trop ne prouve rien. Cela paraît encore plus évidemment, en ce qu'il attribue à David d'avoir cru *qu'un particulier pouvait repousser à main armée la violence*, même celle de son roi, car c'est de quoi il s'agit, ce qui est lui attribuer une erreur grossière et insupportable, et par conséquent condamner toute l'action qu'on fonde sur une maxime si visiblement erronée : en quoi, non seulement M. Jurieu blâme en David ce que l'Ecriture n'y blâme pas, mais encore il se confond lui-même, en nous alléguant un auteur qui selon lui est dans l'erreur, et nous donnant pour modèle un exemple qui est mauvais selon ses principes.

« Je n'aurais donc qu'à lui dire, si je voulais lui fermer la bouche par son propre aveu, que David, qui agissait sur de faux principes, ne doit pas être suivi en cette occasion, mais la vérité ne me permet pas de profiter ou de l'ignorance ou de l'inconsidération de mon adversaire. Toute l'Ecriture me fait voir que dans cette conjoncture David agit toujours par l'esprit de Dieu ; que dans ses entreprises il attendait la déclaration de sa volonté ; qu'il consultait ses oracles; qu'il était averti par ses prophètes, qu'il était prophète lui-même, et que l'esprit prophétique qui était en lui ne l'abandonna jamais. Témoins les psaumes qu'il fit dans cet état, et même chez le roi Achis, et au milieu du pays étranger où ils'était réfugié : psaumes que nous chantons tous les jours comme des cantiques inspirés de Dieu. J'avoue donc qu'il n'y a rien à blâmer dans la conduite de David, et ce qui a trompé M. Jurieu, qui abuse de son exemple, c'est qu'il n'a pas voulu considérer ce que David était alors. Car s'il avait seulement songé que ce David, qui n'est selon lui *qu'un particulier*, en effet était un roi sacré par l'ordre de Dieu, il aurait vu le dénouement manifeste de toute la difficulté : mais en même temps il aurait fallu renoncer à toute sa preuve; car on n'aurait pu nier que ce ne fût un cas particulier, puisque celui qu'on verrait armé pour se défendre du roi Saül, est roi lui-même ; et sans vouloir examiner si on ne pourrait pas soutenir qu'en effet il était roi de droit, et que Saül ne régnait que par tolérance ou en tout cas par précaire et comme usufruitier, pour honorer en sa personne le titre de roi qu'il avait eu, quand il ne faudrait regarder dans le sacre de David qu'une simple destination à la couronne, toujours faudrait-il dire, puisque cette destination venait de Dieu, que Dieu, qui lui avait donné ce droit, était censé lui avoir donné en même temps tout le pouvoir nécessaire pour le conserver. Car, au reste, le droit de David était si certain, qu'il était connu de Jonathas, fils de Saül, et de Saül lui-même ; de là vient que Jonathas demandait pour toute grâce à David d'être le second après lui. Le peuple aussi était bien instruit du droit de David, comme il paraît par le discours d'Abigaïl; ainsi personne ne pouvait douter que sa défense ne fût légitime, et Saül lui-même le reconnaissait, puisqu'au lieu de le traiter de rébelle et de traître, il lui disait : *Vous êtes plus juste que moi*, et il traitait avec lui comme d'égal à égal, en le priant de conserver sa postérité.

« Il ne faut pourtant pas s'imaginer que Dieu ait voulu se servir de David pour diviser les forces de son peuple, ni que ses armes toujours fatales aux Philistins, dussent jamais se tourner contre sa patrie et contre son prince. Car premièrement, lorsqu'il assembla ces quatre cents hommes, son intention n'était pas de demeurer dans le royaume d'Israël, mais avec le roi de Moab, avec qui il était d'accord pour sa sûreté. S'il campait et se tenait sur ses gardes, cette précaution était nécessaire contre des gens sans aveu, qui auraient pu l'attaquer ; et au surplus il tenait son père et sa mère entre les mains du roi de Moab, *jusqu'à ce que la volonté du Seigneur se fût déclarée*. Loin donc de vouloir combattre contre son pays, il allait chercher la sûreté de sa personne sacrée dans une terre étrangère. Que s'il en sortit enfin pour se retirer dans les terres de la tribu de Juda, qui lui était plus favorable à cause que c'était la sienne, ce fut un ordre exprès de Dieu, porté par le prophète Gad, qui l'y obligea. Lorsqu'il fut dans le royaume de Saül, il y fit si peu de mal aux citoyens, qu'au contraire sur le mont Carmel, l'endroit le plus riche du royaume, et au milieu des biens de Nabal, le plus puissant homme du pays, il ne toucha ni à ses biens ni à ses troupeaux : *On ne trouva jamais à dire une seule de ses brebis*, et au contraire les gens de Nabal rendaient témoignage aux troupes de David, *que, loin de les vexer, elles leur étaient un rempart et une défense assurée*. Pendant qu'on le poursuivait à toute outrance, il fuyait de désert en désert, pour éviter la rencontre des gens de Saül, et pour assurer sa personne dont il devait la conservation à l'Etat, sans jamais avoir répandu le sang d'aucun de ses citoyens, ni profité contre eux ni contre Saül d'aucun avantage : mais au contraire il était toujours attentif au bien de son pays, et contre l'avis de tous les siens il sauva la ville de Ceilan des Philistins qui allaient la surprendre, et qui déjà en avaient pillé tous les environs : ainsi dans une si grande oppression il ne songeait qu'à servir son prince et son pays. Lorsqu enfin il fut obligé de traiter avec les ennemis, ce fut seulement pour la sûreté de sa personne ; il ne fit jamais de

pillage que sur les Amalécites et les autres ennemis de sa patrie; de cette sorte la nécessité où il se voyait réduit ne lui fit jamais rien entreprendre qui fût indigne d'un Israélite et d'un fidèle sujet : le traité qu'il fit à l'étranger servit à la fin à sa patrie, et il incorpora au peuple de Dieu la ville de Siceleg, que les Philistins lui avaient donnée pour retraite.

« Si M. Jurieu savait ce que c'est que d'expliquer l'Ecriture, il aurait pesé toutes ces circonstances, et il se serait bien gardé de dire ni que David fut un simple particulier, ni qu'il ait jamais rien entrepris contre la puissance publique; au lieu de peser en théologien et en interprète exact les circonstances importantes, il se met à raisonner en l'air, et il nous demande pourquoi David était armé, *si ce n'était pour se défendre* contre son roi; comme s'il n'eût pas eu à craindre cent particuliers qui, pour faire plaisir à Saül, pouvaient l'attaquer, ou que sans aucun dessein d'en venir avec Saül aux dernières extrémités, il n'eût pas pu avoir en vue de faire envisager à ce prince ce que la nécessité et le désespoir pouvaient inspirer contre le devoir à de braves gens poussés à bout. Mais M. Jurieu passe plus avant, et il ne veut pas qu'on croie que David *avec des forces inégales s'en serait fui* devant Saül. Pourquoi non, plutôt que d'être forcé à combattre contre son roi? Mais le vaillant Jurieu ne peut comprendre qu'on fuie; qu'il permette du moins à David de faire devant l'ennemi une belle et glorieuse retraite. Non, dit-il, il faut donner; et David aurait combattu, au hasard, dit notre ministre, de mettre en péril la vie du roi son beau-père; car ces titres de roi et de beau-père ne lui sont rien. Comment n'a-t-il pas frémi en écrivant ces paroles? David rencontrant Saül à son avantage, après lui avoir sauvé la vie malgré les instances de tous les siens, se sentit saisi de frayeur pour lui avoir coupé seulement le bord de sa robe, et avoir mis la main, quoique d'une manière si innocente, sur sa personne sacrée : et celui qu'on voit si frappé d'une ombre d'irrévérence envers son roi, ne fuirait pas un combat où on aurait pu attenter à sa vie! Voilà comme les ministres enseignent à ménager le sang des rois. Cependant M. Jurieu, comme nous verrons, fait semblant d'avoir en horreur les attentats sur les souverains; et ici, contraire à lui-même, il veut qu'un particulier ait droit de donner combat à son roi présent, au hasard de le tuer dans la mêlée. Mais David était bien éloigné de ce sentiment impie, lorsqu'il disait : « Dieu me garde de mettre la main sur mon maître, l'oint du Seigneur »! et il criait à Saül : « Ne croyez pas les calomniateurs qui vous disent que David veut attenter sur vous; vous le voyez de vos yeux, que Dieu vous a mis entre mes mains dans la caverne. Mais j'ai dit en mon cœur : A Dieu ne plaise que j'étende la main sur l'oint du Seigneur! Que le Seigneur juge entre vous et moi, et qu'il me venge de vous comme il lui plaira; mais que ma main ne soit pas sur vous! » Il ne reconnaissait donc autre puissance que celle de Dieu, qui pût lui faire justice de Saül. Ce qu'il explique encore plus clairement, lorsque devenu une seconde fois maître de la vie de Saül, il dit à Abisaï, qui l'accompagnait : « Gardez-vous bien de mettre la main sur Saül; car qui pourra étendre sa main sur l'oint du Seigneur, et demeurer innocent? *Vive le Seigneur! Si le Seigneur ne le frappe et que le jour de sa mort n'arrive, ou que venant à une bataille il n'y meure* (comme Saül mourut en effet dans une bataille contre les Philistins), *il n'a rien à craindre, et ma main ne sera jamais sur lui : Dieu m'en garde, et ainsi me soit-il propice!* » C'est ainsi que David a recours à Dieu comme à son unique vengeur. Encore lorsqu'il parlait de cette vengeance, c'était pour montrer à Saül ce que ce prince avait à craindre, et non pas pour lui déclarer ce que David lui souhaitait, puisque, loin de souhaiter la mort à Saül, il la pleura si amèrement, et en fit un châtiment si prompt lorsqu'elle lui fut annoncée. Un homme qui parle et agit ainsi, est bien éloigné de vouloir lui-même combattre contre son roi, ni attenter à sa vie en quelque manière que ce soit, et en effet, s'il eût cru l'attaque légitime, ou qu'il pût avoir d'autre droit que celui de s'empêcher d'être pris, comme il faisait en se cachant, il aurait pu aussi bien attenter contre son roi dans une surprise que dans un combat. Le même droit de la guerre permet également l'un et l'autre, et s'il voulait épargner le sang de Saül, il pouvait du moins s'assurer de sa personne. Mais il savait trop qu'un sujet n'a ni droit ni force contre la personne de son prince; et le ministre le met en droit de le faire périr dans un combat! il a oublié toute l'Ecriture; mais il a oublié les devoirs d'un sujet. Il ne songe plus à ce qui est dû à la majesté ni à la personne sacrée des rois, ni à la sainte onction qui est sur eux.

« Concluons qu'il n'y a rien de plus mal allégué que l'exemple de David, puisque bien loin qu'il fût permis de le regarder comme un simple particulier, Dieu, qui l'avait sacré roi, voulait qu'on le regardât comme un personnage public, dont la conservation était nécessaire à l'État; et qu'après tout, il n'a fait que pourvoir à sa sûreté, comme il y était obligé, non seulement sans rien attenter contre son roi ni son pays, mais encore sans jamais cesser de les servir au milieu d'une si cruelle oppression : voilà ce qui est constant dans le fait. Aussi M. Jurieu, qui n'a pu trouver aucun attentat dans les actions de David, n'a de refuge qu'à des questions en l'air; et il est réduit à rechercher non ce qu'il a fait, car il est déjà bien constant qu'il n'a rien fait de mal contre son prince, mais ce qu'il aurait fait en tels et tels cas qui ne sont point arrivés. Que s'il faut enfin lui répondre sur ses imaginations, nous lui dirons en un mot, que ces grands hommes abandonnés aux mouvements de leur foi et à la divine providence, apprenaient d'elle à chaque moment ce qu'ils avaient à faire, et y trouvaient des ressources pour se dégager des inconvénients où ils paraissaient inévitablement enveloppés, comme on le voit en particulier dans toute l'histoire de David; de sorte que s'inquiéter de ce qu'auraient fait ces grands personnages dans les cas que Dieu détournait par sa providence, c'est oser demander à Dieu ce qu'il aurait inspiré, et craindre que sa sagesse ne fût épuisée. » Bossuet, 5e avertiss. 27.

VERS. 3. — ET PROFECTUS EST DAVID INDE IN MASPHA, QUÆ EST MOAB (1). Addidit animos Davidi multitudo illa, quæ ad ipsum, tùm è cognatis, tùm ex aliis, quos mala urgebat fortuna, aut iniqua potentia, convenerat. Quare statuit aliter quàm antea suscipere vivendi modum. Retardabat illum parentum ætas laboribus perferendis neque idonea, neque digna quæ cum tantis conflictaretur incommodis, quæ in illo vitæ genere recusari non poterant. Quare illos à se omninò in tutiora loca transmittendos ratus, ne quod in filium furoris venenum rex conceperat, in parentes evomeret, abiit in Maspha, quæ in regione est Moabitide, ut parentes suos regis Moab fidei tutelæque committeret, quibus in Bethlehem, id est, in Saülis regno, non putabat vitam fore pacificam. Annuit rex Moab, retinuitque apud se, quamdiù David perfugus mansit in præsidio; in illo, inquam, præsidio, quod à rege acceperat in terrâ Moab; ad illam, opinor, plagam, quæ non procul abest ab Israeliticis finibus. Quod beneficium tamdiù sibi suisque parentibus impendi voluit à rege Moab, quamdiù Deus aliter de suis rebus atque rationibus statuisset. Quare mora illa, seu commoratio diuturna non fuit : nam paulò postquàm parentes suos atque familiam evocavit è patriâ, et alienæ fidei custodiæque concredidit, admonitus fuit à Gad prophetâ, ut præsidium desereret Moabiticum, et Judæ fines repeteret, à quibus se fugitivus abduxerat. Ad illud porrò tempus parentibus suis orârat hospitium : sic enim ille v. 3 : *Maneat, oro, pater meus et mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi Deus.* Quis autem fuerit rex iste Moab, incertum est; neque, ut hæc exploremus, certum habemus aliquod in Scripturâ vestigium. Mihi verisimile est, sicut in Palæstinâ, sic etiam in Moab plures fuisse regulos. Sed hâc de re commodior alibi succurret disputatio. Porrò *Maspha* duplex est, altera in tribu Juda, ubi Samuel et conventus habuit, et judicium exercuit. De quâ supra cap. 7. Fuit

(1) Agi hic credimus de urbe Maspha, patriâ Jephte, in montibus Galaaditidis. Id si admittamus, constituamus necesse est, reges Moab hanc urbem post obitum Jephte recuperâsse. Maluerim igitur, nomen *Maspha Moab* usurpari hic de loco situ et naturâ munito, longè alio à Masphâ Galaad. Porrò *Maspha* sonat locum editum, in quo specula constituitur, vel locum situ munitum. Eadem est fortassè Maspha, quæ inferiùs, v. 4, appellatur *præsidium*, ubi etiam præsidiarii milites constituuntur.

Cæterùm David perfugium apud regem Moab eligit, quòd princeps esset Saülis inimicus, quippe cujus arma expertus fuisset. Neque sanè apud eum principem incidit David in discrimen quod antea apud Achis regem Geth; facilè enim minùs invisum habebant Moabitæ, quibus minùs quàm Philisthæis nocuerat. (Calmet.)

MANEAT, ORO, PATER MEUS ET MATER MEA VOBISCUM. Illinc collige Saülem non solum Davidem, sed et ejus parentes et cognatos persecutum fuisse, vel certè illos persecutionem Saülis metuentes extra Judæam in Moabitidem profugisse. (Corn. à Lap.)

David s'en alla ensuite à la forteresse de *Maspha, qui est au pays de Moab.* David prie le roi de Moab *de retirer son père et sa mère,* afin qu'ils fussent en sûreté dans ses états. Cela nous apprend qu'on ne doit jamais, sous quelque prétexte que ce soit, perdre le soin qu'on doit à un père et une mère lorsqu'ils ont besoin de notre secours; et quand nous sommes persécutés des hommes, nous devons tâcher de mettre les choses en tel état que nos maux ne retombent point sur eux, et qu'ils soient en paix pendant que nous sommes dans le trouble.

Il est marqué dans le premier livre des Paralipomènes, que « lorsque David était dans la « forteresse (ce qui semble marquer celle de « Maspha), il vint à lui des hommes de la tribu « de Benjamin et de celle de Juda; et que « David étant allé au-devant d'eux, leur dit : « Si vous venez à moi comme amis afin de « me secourir, mon cœur sera toujours uni « avec le vôtre; mais si vous venez ici me « dresser des piéges pour me livrer à mes en- « nemis, quoique mes mains soient pures et « innocentes, que le Dieu de nos pères soit le « témoin et le juge de ce qui se passe entre « vous et moi. Et qu'alors Amasaï, l'un d'entre « eux, lui répondit : Nous sommes à vous, ô « David, et nous voulons être avec vous, ô fils « d'Isaï! La paix, la paix est avec vous, et « la paix est avec ceux qui vous soutiennent, « parce que votre Dieu est votre soutien. » Ces paroles sont pleines de feu, et il est visible que Dieu remuait le cœur de ces personnes, pour les rendre les admirateurs et les protecteurs d'un homme réduit à chercher sa sûreté dans le fond des cavernes et des déserts. Car la haute idée de la vertu de David qu'ils avaient reçue du ciel, leur persuadait que ce leur serait une plus grande gloire d'avoir part à son malheur, et d'être errants et vagabonds avec lui, que de s'établir avantageusement dans le monde, par tout ce qu'ils auraient pu attendre de la faveur et de la puissance de Saül.

C'est ainsi que les martyrs, dans les premiers siècles, et que ces deux grands martyrs de la paix de l'Eglise, saint Athanase et saint Chrysostôme, ont trouvé des hommes pleins de Dieu, qui ont fait leur gloire de les protéger, lorsque toute la terre avait conjuré leur perte. Ils les ont vus couronnés d'honneur, lorsqu'ils paraissaient couverts d'opprobre; et ils ont été prêts à sacrifier mille fois pour eux, non seulement leurs biens et leur liberté, mais leur sang et leur vie. Car ils disaient en eux mêmes de chacun de ces saints ce que l'Ecriture a dit du prophète Elie : *Heureux ceux qui vous ont vu, et qui ont été honorés de votre amitié! Beati sunt qui te viderunt, et in amicitiâ tuâ decorati sunt!* (Sacy.)

illa in terrâ Moab, de quâ modò. Utraque videtur sumpsisse nomen à situ prœalto; *Maspha* enim *speculam* sonat (1).

Vers. 5. — Dixitque Gad propheta ad David. Nunc primùm hujus prophetæ nomen audimus. Hic verò fuit, à quo res Davidicæ traditæ sunt monumentis, ut habes lib. 1 Paralip. cap. 29, v. 29. Hic autem unus fuisse videtur ex illorum numero qui Davidem secuti sunt, aut quia cognatione proximus, aut quia malè à fortunâ, sive à potentiorum injuriâ vexatus; seu, quod magis apparet verisimile, quia Davidi Deus prophetam illum adesse voluit, ut per eum, quid opus esset facto, maturè prædiceret.

Noli manere in præsidio; proficiscere, et vade in terram Juda (2). *Præsidium,* quod jubetur à prophetâ deserere David, erat illud, quod in regione Moabitide ab alienis acceperat. Cur autem ab illo excedere oporteret, non indicat propheta. Ea fortassè ratio est, quia eorum, quos impia imbuit tenetque religio, parùm est constans et secura fides, quam transvertit sive cupiditas, sive ambitio, sive rationes aliæ, quæ licet sint à pondere et religione vacuæ, aliquid tamen ab infidelibus habere ponderis existimantur. Potuit occiso, seu prodito Davide, aliquid gratiæ inire à Saüle, quorum intercerat plurimi fœdus pacisci sociale; potuit evitare invidiam et odium, quod, recepto supplice, in suum caput à rege potente atque furioso excitare poterat. Potuit captare gloriam ex illius cæde, quem tam videbat non solùm apud suos, sed etiam apud alienos bellicâ gloriâ nobilitatum. Potuit sibi Palæstinorum conciliare aut demereri gratiam, cùm ultor existeret Palæstini sanguinis toties effusi, et illius cædis qui suâ virtute contribulibus suis addebat animos, adimebat alienis. Propter hæc meritò sibi David ab idololatrâ rege cavere poterat, et à prophetâ ad patrium et natale solum revocari, maximè cùm ibi plurimos haberet, qui ipsius faverent commodis, et ad quos haberet tutum paratumque perfugium, qui aut inscio, aut etiam non ignorante rege, in cujus nomen duriùs erant affecti, fidelem atque benevolam operam laboranti præstarent. Hæ videntur non leves causæ, propter quas David à Moabitarum præsidio abduci potuit; alias fortassè Deus intuebatur, aliud spectabat, quod nos ex Scripturâ sacrâ non assequimur.

Vers. 6. — Et audivit Saul, quòd apparuisset David (1). Hinc constat, multis diebus ignorâsse Saülem, ubinam gentium ageret David, ex eo, opinor, tempore, quo cum Samuele fuit primùm in Ramatha, deinde in Naioth. Ex quo intelligitur mira solertia Davidis, qui latere potuit tanti principis tam perspicaces oculos, tam vigiles excubias, tam pertinacem in illius indagatione diligentiam.

Hastam manu tenens. Hic ergo in *hastâ* sceptrum intelligo, maximè si pura sit, id est, sine ferro, quæ nostrâ ætate imperatorium est insigne, et Hispanorum vulgo dicitur *baston.* Neque aliam esse puto *hastam,* quam cum scypho sustulit à Saüle David cap. 26, quam distinctam ab aliis fuisse oportet, et regni, nisi fallor, insigne. Quòd autem olim multis in locis *hasta* pro sceptro fuerit, docet Alexander Nea-

(1) Quibus David fuit in præsidio, id est, in arce vel loco munito terræ Moab. Hunc enim significat Hebr. *metsuda.* (Corn. à Lap.)

(2) Venit in saltum Haret. *Haret* nomen est loci, noti Eusebio et S. Hieronymo, ad occidentem Jerosolymæ. In luco propè *Haret* David latuit. Patrem et familiares, qui inepti essent ad fugam, in *Maspha Moab* reliquisse videtur David. Septuaginta pro *saltum Haret,* legunt ἐν πόλει Χαρηθ, *in urbe Chareth.* (Calmet.)

Et venit in saltum Haret, qui locus desertus erat, invius et incultus, nonnisi sentibus et vepribus perhorrescens. « Nihilominùs, inquit « Rabbi Salomon, divinâ virtute factus est « idem locus abundans fructibus, et animali- « bus, et irriguus fontibus, ut Davidem et vi- « ros ejus non solùm sustentaret, sed etiam « mirificè recrearet. » Quò alludens David : *Dominus,* inquit, *regit me,* seu, ut est in Hebræo, *pascit me; in loco pascuæ ibi me collocavit : super aquam refectionis educavit me;* psal. 22, 1 : ubi vides aridas et spinosas vias amantibus commutari in floridas et amœnas. (Corn. à Lap.)

Le prophète Gad dit à David : Allez en la terre de Juda. David ne pense qu'à sauver sa vie sans faire aucun acte d'hostilité contre Saül, comme il l'aurait pu aisément, s'il eût suivi ses propres lumières, et s'il se fût appuyé sur sa propre force. Mais lorsqu'il est dans ces pensées, Dieu lui donne ordre par un prophète d'aller dans la terre de Juda; David ne résiste point à Dieu ni à son prophète, et quoiqu'il prévît aisément les nouveaux troubles où il allait être exposé, il ferme les yeux à toutes sortes de considérations pour suivre Dieu partout où il l'appelait.

Il apprend aux pasteurs que les raisons de sûreté ne sont pas toujours celles que Dieu veut qu'ils suivent; et qu'encore qu'ils prévoient les maux qui les menacent, ils doivent croire qu'un lieu plus exposé au péril est le plus sûr pour eux, si c'est là l'état où Dieu les demande. (Sacy.)

(1) Cum maneret in Gabaa, et esset in nemore, quod est in Rama. Ea nobis sedet persuasio, vocem *Rama* non certi loci nomen esse, sed tantummodò editum locum, ut reddendum sit : *Saül sedebat in Gabaa, sub arbore, quæ est in excelso.* Editum fuisse locum in urbe Gabaâ, compertum tenemus. (Calmet.)

politanus lib. 1 Genial., cap. 28. Et quidem hasta non semel apud antiquos pro sceptro ponitur. Sic Argivi reges, teste in Bœoticis Pausaniâ, sceptra sua *hastas* appellant. Et quidem sub hæc tempora reges alios hastas habuisse pro sceptris tradit Justinus lib. 43; cùm enim ageret de primis Romanorum temporibus, quæ in hæc tempora Saülis inciderunt, ait: « Per « ea adhuc tempora reges hastas pro diade- « mate habebant, quas Græci σκῆπτρα dixêre. » Adde, quòd Hebræi talem à Samuele petiêre regem, quales et reliquæ nationes haberent; quare si reges alii suæ potestatis insignia gestabant hastas, verisimile est, Saülem pro regiæ dignitatis insigni *hastas* habere voluisse. Quare domi et in conviviis *hastam* secum habuisse dicitur, quâ Davidem et Jonatham configere voluit. Et eamdem ob causam, ut ubique locorum speciem retineret regiam, in nemore, in quod animi levandi gratiâ secesserat, *hastam* non dimisit.

Vers. 7. — Audite nunc, filii Jemini. Quomodò *filius Jemini* idem sit qui Benjaminita, diximus alibi, et probat Mardochæus, qui Esther capite 2, v. 5, vocatur *vir de stirpe Jemini;* et idem capite 11, v. 4, dicitur esse de Tribu Benjamin. Vocat autem *filios Jemini,* quia cognati erant, aut saltem contribules, ex eâdem videlicet tribu, quò illos pro cognato sanguine adversùs hominem alienum, nempe ex tribu Juda, et inopem accenderet. Sumit autem argumentum ab honesto, dùm ait, pro consanguineo principe adversùs alienum consanguineis esse laborandum; et ab utili, cùm ab alieno, eodemque rerum omnium egeno sperari nihil possit, neque ad honorem grave, neque ad vitæ subsidium opportunum. Quam enim vineam, aut quod olivetum accipiet aliquis ab eo qui inops errat, exul, et cui præter animam, illamque admodùm jactatam et ægram, nihil est reliquum? Quem honorem ab illo qui vitam agit agrestem et indecoram in sylvis, ubi nec nomen tribuni, aut centurionis auditur? Ad extremum accommodatè ad πάθος queritur, omnes in suum exitium conspirâsse, et in his filium suum, neque ullum esse, cui suus dolor dolori sit, cùm hostis vivat, qui assiduas vitæ suæ moliatur insidias; neque tamen, ubi lateat, quisquam renuntiet. Quæ oratio sic permovit assistentium animos, ut Doeg, qui ad illud usque tempus siluerat, tandem aperuerit, quod, cùm esset in tabernaculo, attentiùs observârat: quemadmodùm David, quem hic assentatus domino suo filium appellat Isai, panes à sacerdote et gladium acceperit; ut denique pro Davide divinum sciscitatus fuerit oraculum. Quæ omnia regis æstuantem invidiam et malè sanum animum eò perpulerunt, ut talem in populo ac statu sacerdotali stragem ediderit, qualis neque ab hoste quantùmvis alieno, imò qualis à ferâ timeri non posset.

Quærit hic Abulensis, q. 18, an verum fuerit, quod Doeg objecit sacerdoti, consuluisse Deum pro Davide? Quidam hoc falsum dicunt esse commentum Doeg Idumæi, ut magis regis animum aut sedaret, cùm aliquid certum sciret de Davide, quod audire studebat, aut accenderet contra sacerdotes. Hoc Hugoni placet. Alii eò magis inclinant, ut putent reverà Deum in causâ Davidis à sacerdote consultum. Et sanè hoc innuunt verba Achimelech, de quibus statim, dùm causas adducit, cur pro Davide Deum consulere potuerit, sine ullâ regis aut alterius cujusvis offensione. Neque ratio, quæ hanc cogitationem convellere posse videbatur, admodùm premit. Non illa, quòd cupiebat David fugam suam sacerdoti celari. At hoc nullâ posset ratione fieri, cùm futura esset nullâ aliâ de re, nisi de fugâ consultatio. Hæc, inquam, ratio levis est, quia hoc ipsum sub generali quâdam specie interrogari posset, hoc nempe modo: an quod tentare cogitabat David, felicem habiturum esset eventum; an declinare posset periculum, quod timebat? Hinc etiam solvitur alia ratio, quia non videbatur Deus responsurus id quod omninò nullam Davidi utilitatem attulit, et illum coegit primum adire periculum, deinde mutatâ formâ, et stupore simulato, insignem cum inimicorum risu ignominiam subire. Nam fieri potuit, ut aliâ de re divinum fuerit oraculum consultum. An videlicet venturus esset in Saülis manus; an aliquando quietam sedem habiturus in patriâ, quam tunc necessitate cogente relinquebat invitus? Quare verior est sententia quam amplectuntur communiter alii, nempe Davidem per sacerdotem consuluisse Deum: imò hanc reor præcipuam esse causam, cur David adire voluerit tabernaculum et sacerdotem convenire (1).

(1) Vers. 8. — Eo quod suscitaverit filius meus. Calumniæ! Jonathas nexu quidem amicitiæ junxerat sese Davidi; nihil tamen illa duorum amicitia obsequio in patrem derogaverat. Recusavit ille quidem venire in consilium Saülis, amicum scilicet vexandi affligendique; at neque potuisset citra crimen et iniquitatem. Hinc non obscurè patet, Jonatham recepisse sese ex aulâ, ut gravi adeò verborum injuriâ, strictâ-

Vers. 13. — Quare conjurastis adversum me tu, et filius Isai, et dedisti ei panes? Hæc est Saülis accusantis intentio, quæ duas continet partes, nempe Davidem prodidisse fidem quam regi suo integram servare debuit, et regiæ vitæ insidias instruere, et tam nefarii consilii socium se sacerdotem addidisse. Idque eâ ratione probat, quia cibum illi dedit in viam, et gladium porrexit; et quod in re vul-

que in se hastâ à patre offensus fuit.

(Calmet.)

Saül dit à ses officiers : D'où vient que vous avez tous conjuré contre moi? Dieu nous trace dans Saül une étrange image de cette justice secrète qu'il exerce sur les hommes et sur ceux que leur grandeur a mis au-dessus des lois, en faisant que le péché même devienne le supplice du pécheur. L'envie dont ce prince est possédé, est comme une furie qui l'agite jour et nuit. Elle lui trouble l'esprit; elle lui déchire le cœur et elle le rend l'ennemi de ses serviteurs, de son propre fils et de son repos. Il s'imagine que haïssant David sans aucun sujet, David a la même haine contre lui, au lieu qu'il n'avait pour lui que des sentiments de respect et d'affection; et il se figure ensuite que tout le monde a conspiré contre lui, parce qu'on n'a pas autant d'ardeur qu'il en avait à perdre David. Ce prince malheureux veut qu'on le plaigne, et il est bien à plaindre en effet, non de ce qu'il ne peut exécuter ce cruel dessein, mais de ce qu'il ne peut trouver sa paix qu'en satisfaisant sa passion criminelle par le meurtre d'un innocent.

(Sacy.)

Vers. 9. — Qui assistebat, et erat primus inter servos Saul. Legimus supra, primum locum tenuisse inter pastores Saülis. Septuaginta ferunt hic, præfuisse illum mulis Saülis.

(Calmet.)

Doëg dit à Saül: J'ai vu le fils d'Isaï chez le grand-prêtre Achimélech. L'Eglise a gémi dans tous les siècles de voir des imitateurs de Doëg, c'est-à-dire des pasteurs étrangers, qui ont tâché de perdre auprès des rois ceux qui étaient le plus affectionnés à leur service. Ce Doëg est une image admirable de ces personnes. Il flatte ce malheureux prince, et il paraît touché des plaintes qu'il fait. Il lui déguise l'action du grand prêtre, qui était très-innocente en elle même. Bien loin de lui dire que c'était Saül même que le prêtre Achimélech avait considéré dans le secours qu'il avait donné à David, et qu'ainsi cette action ne blessait en aucune sorte le respect qui lui était dû; il supprime cette vérité, et il ne dit qu'un fait que les circonstances dont il était accompagné auraient rendu très-favorable, mais auquel la mauvaise disposition de ce prince pouvait aisément donner une face très-odieuse. Saül entre aussitôt en colère contre Achimélech, et il l'envoie quérir. Il l'accuse d'avoir conspiré avec David contre sa personne. Achimélech se défend, et Saül ne peut rien trouver à redire dans sa réponse. Cet homme sage et sans intérêt conserve en même temps tout le respect qui était dû au roi, et le zèle qu'il devait avoir pour la défense d'un innocent. Il n'ignore pas qu'en parlant de la sorte il ne flatte pas, mais qu'il aigrit au contraire la passion du roi, et qu'il s'expose même à se perdre. Mais il croit que dans une occasion si importante il est obligé de satisfaire à Dieu, à sa conscience, à la vérité et à la justice.

Les grands évêques ont imité dans tous les siècles cette conduite d'un pontife de l'ancienne loi, et l'ont jugée très-digne de la générosité sacerdotale, et de la sainteté de leur ministère. Ils ont laissé aux courtisans le soin de flatter ou d'envenimer même la mauvaise disposition dont on s'était efforcé de prévenir l'esprit du prince contre des personnes d'une vertu rare et d'un grand mérite; et ils ont soutenu l'innocence de ceux qu'on avait rendus odieux aux grands du monde, comme il est arrivé à saint Athanase, à saint Chrysostôme et à plusieurs autres, avec une fermeté digne de la vertu de ces saints persécutés, et de la générosité de leurs défenseurs.

(Sacy.)

Vers. 10. — Qui consuluit pro eo Dominum, per ephod in quo erant Urim et Thummim, de quibus dixi Exod. 28, 30. Hinc patet Achimelech pro Davide petiisse et accepisse à Deo oraculum, quâ viâ pergere, et quid agere deberet David, et quis rerum suarum futurus esset exitus, prosper, an adversus; licet Hugo putet Doeg id fingere et mentiri, ut majorem iram Saüli contra Davidem et Achimelech concitet; nec enim eum pro Davide consuluisse Deum.

(Corn. à Lap.)

Fatemur equidem, in eo loco, ubi hæc historia recitatur, nihil legi de consulto Domino per Achimelechum; sed eam accusationem non amovet à se summus idem sacerdos, quin et disertissimè admittit; fatetur enim : *Num hodiè cœpi pro eo consulere Deum?* Familiare est Scripturæ in uno loco supplere quod in altero omissum est.

(Calmet.)

Alleg. ergo David repræsentavit Christum, qui prædicans, hominesque à morbis animæ et corporis liberans, assiduas persecutiones, contradictiones, convicia, blasphemias scribarum, Pharisæorum, pontificum, invictâ constantiâ, æquè ac benignitate sustinuit usque ad mortem crucis; ideòque gloriam et regnum æternum in cœlis non tantùm sibi, sed et omnibus fidelibus sanctisque suis peperit et acquisivit.

Tropol. Christum et Davidem imitetur Christianus, ut sibi persuadeat eâdem viâ, scilicet persecutionis et crucis, sibi incedendum, si ad culmen sanctitatis, gloriæ et felicitatis æternæ pervenire velit. Æternâ enim Dei lege sancitum est : *Omnes qui volunt piè vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur,* 2 Timoth. 3, 12. Sic S. Athanasius per 46 annos persecutiones assiduas ab Arianis passus, vagus et erro totum quasi orbem fugiendo obivit; sed suâ heroicâ virtute de omnibus victor triumphavit. Si ergo ob fidem, pietatem, virtutem, pateris, cogita te esse Davidem, et cum eo animos non demitte, sed attolle, sciens tuum Saülem, tuum persecutorem tibi fabricare coronam gloriæ et diadema regni æterni. Si innocentiâ es Abel,

gari fieri non solet, pro illius sive salute, sive secundo rerum eventu oraculum consuluit. Quæ duo non tam crimina, quàm criminum commenta sacerdos eodem, quo objecta fuerant, ordine depellit. Et primùm Davidem ab insidiarum suspicione eâ ratione vindicat, quia in ejus mores nulla videtur ejusmodi suspicio cadere potuisse; quia fidelis semper in regem fuit, et pro illius salute et patriæ libertate nullum unquàm periculum exhorruit; quia nunquàm regium detrectavit imperium; quia nihil est aggressus, quod non insignis consequeretur gloria; quia denique ipsi etiam regi dignus visus est, cui filiam suam desponderet uxorem. Quare regem ipsum suo aliis præscripsisse judicio, quid de Davide sentire ac judicare debeant. Deinde ait, nihil se de Davidis consilio aut insidiis in regem audiisse, ut haberi potuerit majestatis reus: atque ideò non spectâsse in Davide regis callidum insidiatorem, sed fidelem servum. Quòd verò pro Davide divinum interrogârit oraculum, non deberi sibi crimini aut perfidiæ verti, cùm aliis sæpè temporibus idem antea fecerit, vidente atque approbante rege; quare quod antea regi gratum accidit, non putabat modò futurum offensioni (1).

Vers. 16.—Dixitque rex : Morte morieris, Achimelech, tu, et omnis domus patris tui. Ecquod judicium barbarum magis et insanum? Ecquid admisit tota sacerdotis cognatio, propter quod tam dirum exitium subire debuit? Sanè ab eo qui derelictus est à bono, quemque malus exagitat et moderatur spiritus, limeri possunt omnia, quantumcumque à sanâ imò et ab hominum cogitatione aliena. Non expendit priùs, aut explorat insanus et impos omninò suî rex, an vera sint, quæ in suî defensionem sacerdos adducit, neque considerat sacrosanctam illam dignitatem non debere ferro temerari sacrilego; neque in eâ sacerdotali cognatione esse non paucos, quos vitæ innocentia à tam crudeli decreto vindicaret. Omnia prosternit furor, omnia devorat et perdit invidia, quæ mentem excæcant, et ab hominum animis omne consilium et humanitatem expectorant. Neque diù distulit decretum impium instimulatus furor. Nam statim edixit emissariis ac satellitibus, qui ipsum de more circumstabant, ut decretum regium illicò complerent, et sceleratum imbuerent ferrum sacerdotali sanguine. Qui tamen, licet rex urgeret, et sibi timere possent exitium quod jubebantur inferre sacerdotibus, continuerunt tamen se, et subire maluerunt, quàm sacrosancto sacerdotum ordini tam dirum impingere supplicium. Hos satellites commendat Theodoretus, et illud admiratur, cur jussus Saül à Deo perdere quæcumque pertinerent ad Amalec optima quæque noluit ferro incendioque subjicere, et impio regi vitam, quam eripere debuit, indulsit, et illos, à quorum vel levissimâ injuriâ abstinere debuit, uno decreto ita deleri voluit, ut ignoverit nemini, neque à feminarum imbelli sexu, neque ab innoxio parvulorum sanguine temperârit, et in ipsa quoque muta animantia bacchatus sit, et civitatem ipsam sacerdotalem ab imis quoque fundamentis everterit. Ex quo quivis intelliget, in animis et vilibus et malè constitutis plus valere ineffrenatos animi motus, quicumque illi sint, quàm Dei voluntatem et imperium; quando Saül suæ obsecutus iræ tantam edidit stragem sacerdotalis ordinis, et illorum quorum vita videbatur innoxia; neque jubente Deo voluerit in nocentissimum populum, necique jam antea devotum, gladium multorum scelerum vindicem adigere (1).

Vers. 18. — Et ait rex ad Doeg : Convertere tu, et irrue in sacerdotes. Non sine causâ

necesse est ut eam probet et exerceat invidus Cain. Si simplicitate es Jacob, oportet ut hirsutus Esaü te stimulet. Si castitate es Joseph, oportet ut impudica hera te tentet. Si mansuetudine et generositate es Moses, convenit ut tuus te Pharao exagitet, attollat, perficiat.
(Corn. à Lap.)

(1) Vers. 14. — Fidelis et gener regis..... et gloriosus in domo tua. Nomen *fidelis*, in Hebræo *Neeman*, accipitur sæpè pro quodam apud regem munere. Nomen *gloriosus*, vel *honoratus in domo*, indicat etiam eximiam viri dignitatem, quam nos non satis exprimimus voce *gloriosus*. Ita, e. g., legimus de Sichem filio Hemor : *Ipse erat inclytus in omni domo patris sui;* et de Samuele : *In civitate hâc vir nobilis;* de viris strenuis Davidis : *Erant inter triginta nobiliores;* denique de Jabes : *Inclytus præ fratribus suis.*

Vers. 15. — Num hodie cœpi pro eo consulere Deum? Reddi potest Hebræus absque interrogatione : *Hodiè cœpi pro eo consulere Deum.* Nunquàm aliàs hoc præstiti; modò verò id ausus sum, ignorans invito rege me id facere.
(Calmet.)

(1) Vers. 17.—Emissariis. Hebræus : *Cursoribus*, pedissequis, vel custodibus corporis. De cursoribus ante regem gradientibus sermo frequens recurrit in Scripturâ. Absalom, et post illum Adonias, ad regnum inhiantes, *fecerunt sibi quinquaginta viros, qui currerent ante eos.* Quos sibi constituit Roboamus, pergenti ad templum regi præcedentes, clypeos æneos ferebant. Samuel edixerat Israelitis futurum

scriptor sacer observavit genere Doeg fuisse Idumæum, ut Israelitidem gentem à tanti sceleris turpitudine liberaret. Neque enim ullus ausus esset ex Hebræorum semine, sacerdotali sanguine sacrilegum ferrum et manus sceleratas imbuere. Et cùm Idumæi ab ætate usque parentis Esaü, intestino ac penè naturali odio ab Israelitis dessiderint, non recusavit Doeg, qui ad illud immane facinus ultrò ferebatur in illud hominum genus, quod præcipuo erat loco apud Hebræos, gladium distringere, et totum si fieri posset, delere sacerdotale nomen. Sunt qui putent, duos Saülis filios ex Resphâ concubina susceptos in illam impiam cædem manus quoque sacrilegas armâsse. Ita ex Hebræorum Traditionibus Hieronymus in lib. 2 Reg. 21 : quod item placuit ibidem Angelomo, Et ideò credunt, hos duos filios Resphæ, Armoni et Miphiboseth actos fuisse in crucem à David. Sed non, puto, hæc historicus sacer siluissset; neque quod putat Lyra, habuisse Doeg ad illud crudele facinus plures adjutores. Quod etiam tenuit antea Josephus lib. 6 Ant. cap. 14.

ut rex, quem sibi postulabant, è filiis illorum *assumeret præcursores quadrigarum suarum*. Cursoribus suum erat in aulâ domicilium et dignitatem gerebant amplissimam.

INTERFICITE SACERDOTES DOMINI... NOLUERUNT AUTEM SERVI REGIS. Laudabilis est, nedùm licita, transgressio mandatorum principis, cum iniquas et apertissimè injustas res imperat. Parendum est Deo potiùs quàm hominibus. Quam debemus principibus obedientiam, ea inferior est alterâ, quâ Deo obstringimur. Neque casu Scriptura non semel docet, Doegum Idumæum fuisse genere; ita enim lectorum animos veluti præparat ad excipiendum æquiùs infame hoc facinus, ab illo in cæde sacerdotum Domini perpetratum.

(Calmet.)

Saül dit à ses archers : Tuez les prêtres du Seigneur. Ce n'est pas assez à Saül de faire mourir le grand-prêtre Achimélech, quoique selon l'intention qui l'avait fait agir en cette rencontre il fût plus digne de récompense que de supplice, mais il condamne tous les prêtres à la mort aussi bien que lui. Lorsque Dieu commande expressément à Saül par la bouche de Samuël d'exterminer tous les Amalécites, et que ce prince contre ce commandement si exprès en épargne le roi et tout ce qu'il y avait de plus précieux dans son armée, il croit avoir obéi à Dieu; ou que s'il a fait en cela quelque faute, elle est très-légère et très-excusable; et lorsque les pontifes du Seigneur manquent à satisfaire à sa passion, quoiqu'ils n'eussent reçu de lui aucun ordre sur ce sujet, il les condamne tous à la mort *avec leurs femmes et leurs enfants,* et il croit que cette obéissance prétendue qui ne subsiste que dans son imagination, doit être punie par le meurtre de tant de personnes que leur dignité rendait sacrées, et par le carnage de toute une ville.

Cet exemple est terrible; et il serait presque incroyable si le Saint-Esprit n'était l'auteur de l'histoire où nous la lisons. Dieu l'a voulu donner à tous les princes, pour leur apprendre combien ils doivent appréhender de se laisser surprendre à leur propre passion ou à celle des autres, puisqu'une pensée forte, dont ils se sont laissés prévenir, peut les porter à se déclarer contre des innocents qui ne pensent qu'à vivre en paix sous leur règne, en rendant à Dieu et aux puissances qu'il a établies toute la vénération qui leur est due. Que si les princes considéraient en ces rencontres l'éminence de leur dignité qui les élève au dessus de tous les intérêts et de toutes les passions des particuliers, pour les rendre les arbitres et les pères communs de tous leurs sujets, et s'ils consultaient leurs royales inclinations qui leur inspirent une aversion naturelle de la violence et de l'injustice, ils jugeraient sans doute dignes de leur bienveillance et de leurs grâces, ceux que l'on s'efforce de décrier devant eux, et qui ne paraissent ou coupables ou suspects, que parce que l'on juge d'eux, non selon ce qu'ils sont en effet, mais sur le rapport de personnes, ou ennemies, ou mal informées.

(Sacy.)

ET TRUCIDAVIT IN DIE ILLA OCTOGINTA QUINQUE (1) VIROS VESTITOS EPHOD LINEO. De numero Doeg, ait Eucherius et Angelomus, fuit typus et præcursor tum Judæ proditoris, tum Antichristi, qui sacerdotes Christi maximè persequetur, eosque martyrio afficiet.

Hi sacerdotes et Levitæ à Saüle per Doeg interfecti, videntur evasisse martyres, quia occisi sunt pro virtute misericordiæ et charitatis, quam exhibuerant sancto, sed misero, profugo et famelico Davidi, dando ei panes. Sicut enim qui pro castitate occiditur fit martyr, sic et qui pro charitate aliâque virtute trucidatur, martyr est. Unde S. Bachiarius tomo 1 Biblioth. SS. Patrum, sacerdotes hos pro innocenti Davide occisos in martyrum catalogum refert, et Beda in Allegoriis non tantùm sacerdotes, sed et omnes cives Nobe ob Davidem trucidatos inter martyres collocat : « Nobe civitas, inquit, propter susceptum Da- « videm cum suis omnibus martyrium passa « est. »

(Corn. à Lap.)

Le roi dit à Doëg : Jetez-vous sur ces prêtres, et tuez-les. Saül, tout roi qu'il est, ne se peut faire obéir. Il ne se trouve personne qui croie se devoir rendre aveuglément le ministre de sa passion et de sa fureur. Le seul Doëg, après avoir commencé ce crime, est capable de l'achever. Sa trahison ne peut être mieux punie que par ce grand carnage, qui est en même temps et l'accomplissement et la peine de la malignité de son cœur. Il est bon d'envisager ces exemples si effroyables, afin de s'accoutumer à haïr et à détester le vice de plus en

(1) Pro, *octoginta quinque viros,* legunt Septuaginta : *Quinque et trecentos.*

(Calmet.)

omnes æquè conveniunt, præter Josephum, qui supra occisorum numerum tercentos octoginta quinque fuisse dicit, fortassè de omnibus qui erant è cognatione Achimelech, hunc numerum composuit, ex illis nempe, qui cum Achimelech ad regium imperium venerant, et qui ex eâdem cognatione in sacerdotali civitate remanserant. Quod si ita est, etiamsi quid addat Historiæ sacræ Josephus, nihil tamen affirmat Scripturæ contrarium. Porrò illi viri honoris gratiâ pontificem comitati sunt, vestiti ephod lineo; aut quia eo familiari sacerdotum habitu pontificiam majestatem ornare voluerunt, quem non sine causâ gravi accersiri putabant; aut certè vestiti dicuntur, quia aut jure poterant, aut soliti ante fuerant lineum illud indumentum portare. Est autem illud in omni litteraturâ frequens, ut participium præteriti consuetudinem, facultatem ac dignitatem importet, et id significet, quod nomina in *bilis*. Quomodò appellamus incorruptum judicem, qui corrumpi largitionibus neque solet, neque potest; imperatorem invictum, aut infractum, quem vis nulla queat frangere, aut vincere; locum inaccessum, ad quem nemo accedere, aut aspirare possit. Sic ergo hi vestiti dicuntur ephod, quia aut jus habent illud portandi, utpote sacerdotes; aut certè dùm tabernaculo legitimam navant operam, illud portare consueverunt. Porrò quòd fuerit istud *ephod lineum*, et quomodò ab alio pontificio separetur, diximus supra cap. 2, v. 18, ad illud : *Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer accinctus ephod.*

Vers. 19. — Nobe autem civitatem sacerdotum percussit in ore gladii. Quasi anathemati foret sacerdotalis illa civitas addicta, sic illam delendam existimavit Saül, ut nihil ex eâ voluerit esse reliquum. Atque cùm non satis sibi habuerit illius furor sacerdotes plurimos, imò et sacerdotale nomen penè sustulisse, delevit muliebre et infantile genus, neque pecudum atque armentorum gregibus censuit esse parcendum. Hæc autem non perfecit unus Doeg; sed vel Saül stipatus vilium hominum et siccariorum manu, vel alii, quibus in negotium peragendum commisit, qui minùs illud horruerunt facinus, quia non erant sacerdotum ferro temeranda corpora; sed profanus, licet innocuus atque ferinus effundendus sanguis.

Laudandi sunt hoc loco Saülis servi, qui à sacerdotum abstinuerunt cæde, etiamsi regi maximè viderent esse in votis; sed hi non omninò liberantur à culpâ, quia nullum adhibuerunt studium, ut si minùs placare et ad sanitatem traducere regium animum possent, at certè ita temperarent, ut aliquid remitteret de severitate decreti. Quod Chrysostomus miratur et reprehendit super Psalmum 134, ubi observat, quo tempore damnatus est ad mortem Jonathas, intercessisse omnes, neque conquievisse, donec illum à capitali pœnâ reddiderunt incolumem. At hìc cùm viderent tot innocentes, eosdemque tabernaculi addictos ministerio, ad cædem rapi, et Idumæi, id est, execrandi hominis ferro permitti, nullus tamen fuit ex his, qui regio astabant lateri, qui causam susciperet innocentium, et funestam illam cladem aliquâ ratione suo patrocinio levaret. Sic autem Chrysostomus : « Quando « Saülis filium eripere oportebat, omnes com- « muniter assentantes regem, licet se iniquè « gessisset, eripuerunt. Quando autem vole- « bat occidere tot sacerdotes, ne vocem qui- « dem emiserunt, nec eos defenderunt. Quòd « si tunc habebant naturam, quæ pro eis « faceret, hìc etiam habebant justi naturam. « Erant enim sacerdotes, et erat cædes nefa- « ria, quæ ex irâ, non ex recto judicio orie- « batur. Sed hujus rei causa erat socordia, et « quòd sacerdotum vicem non valdè dole- « bant. » Ego hìc aliam causam invenio, quia cùm viderent regis filii vitam in discrimen adduci, quod rex ipse non minùs dolebat quàm illi qui pro filii causâ laborabant, non putaban' offensuros se apud regem, si illius se jurato decreto opposuissent; atque adeò neque subituri periculum, neque regis gratiam amissuri videbantur. Nunc verò, cùm causa ageretur sacerdotum, in quos malè erat affectus regis animus, et cùm rex præcipiti fureret insaniâ, maluerunt obsequi, aut etiam assentari barbaro atque injusto regi, quàm miserorum, quique longè aberant à culpâ, occurrere periculo.

De hoc Doeg Idumæi facto est Psalmus 52, ut illius indicat titulus, qui sic habet : *In finem intellectus David, cùm venit Doeg Idumæus, et*

plus. Car il s'est trouvé autrefois des évêques qui n'ont pas craint de tenir lieu de Doëg à l'égard de quelques grands saints, comme de saint Chrysostôme; puisqu'encore qu'ils ne l'aient pas fait mourir eux-mêmes, ils ont prêté néanmoins leurs fausses accusations et leurs calomnies à la passion de ceux qui avaient résolu de le perdre, et qui ont terminé son long exil par une mort cruelle et précipitée, qui lui a donné devant Dieu la couronne du martyre.

(Sacy.)

annuntiavit Saüli, et dixit : Venit David in domum Achimelech. Addunt Antiquitates Biblicæ, ex scriptis, opinor, Talmud, eo tempore Doeg hoc durum accepisse vaticinium. Ad Doeg Syrum hæc dicit Dominus : *Ecce dies venient citò, et ascendet vermis igneus in linguam ejus, et tabescere faciet eum, et erit habitatio ejus cum Caïn in igne inextinguibili semper.*

VERS. 20. — EVADENS AUTEM UNUS FILIUS ACHIMELECH. Ex totâ, ut apparet, cognatione Achimelech unus superstes fuit Abiathar, qui cùm in Saülis regno nihil putaret esse tutum, ad illum locum se maturè corripuit, ubi videbat contra Saülis potentiam et insidias aliquod paratum esse præsidium. Narravitque, quemadmodùm Saül terram sacerdotali sanguine fœdâsset, neque quidquam fecisset reliquum ex eâ civitate, ubi sacrum aliquandiù hæserat tabernaculum, et ubi sacerdotum fuerat familiare domicilium. Accepit, ut par erat, David mœstus et dolens tam crudele et lamentabile nuntium, seque tantæ cladis licet non auctorem et causam, occasionem tamen et reum appellat; quia nisi à sacerdote panem et gladium postulâsset, nunquàm rex furore cæcus tam insipienter et barbarè in sacerdotale genus exarsisset. Neque verò se dubitâsse, cùm in tabernaculo vidit Idumæum illum, quin proditurus esset Saüli id quod maximè studebat esse celatum. (Cavisset credo et suæ, et sacerdotis saluti, si antequàm quidquam peteret, astare tam importunum testem cognovisset.) Quare Abiatharem quàm potuit amicè consolatus, bono illum animo esse jubet; hortatur apud se ut maneat, seque promittit non minùs de illius quàm de suâ suorumque salute fore sollicitum. Quod fecit libenter Abiathar, neque exiguo fuit usui Davidi, pro quo, cùm secum attulisset ephod, in dubiis quibusque rebus Dominum consuluit (1).

(1) VERS. 22. — EGO SUM REUS OMNIUM ANIMARUM PATRIS TUI. Hebræus ad litteram : *Ego converti omnes animas domûs patris tui.* Ego quodammodò gladio in illos sævii. Spectare hìc videtur David verba illa Saülis jubentis v. 17 : *Convertimini, et interficite sacerdotes Domini.* Vertunt alii : *Ego causam præbui morti omnis domûs tuæ.* (Calmet.)

David dit à Abiathar : Je suis cause de la mort de toute la maison de votre père. La tendresse et l'humilité que David témoigne lorsqu'on lui apprend la nouvelle de la mort d'Achimélech est admirable, et un grand modèle pour tous ceux qui peuvent voir dans l'Eglise ce que des innocents souffrent à cause d'eux. Car il n'accuse ni la cruauté de Saül, ni la perfidie de Doëg. Il ne dit point qu'il n'a point de part à cela, et qu'il a fait la chose du monde la plus innocente, en allant trouver ce grand-prêtre dans l'extrémité où il se voyait. Mais il dit *qu'il est la cause de la mort de tant de personnes.* « C'est le propre des âmes tendres, « dit saint Grégoire, de se croire coupables en « des choses mêmes où elles sont très-inno- « centes. » *Bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere ubi culpa non est.* David pleure Achimélech qui était son ami, et il promet de n'abandonner jamais Abiathar. Il témoigne sa piété envers les morts et sa reconnaissance envers les vivants.

Il est remarquable, que Dieu abandonnant Saül à la fureur de sa passion dans ce carnage des prêtres, qui étaient les enfants d'Héli et de ses deux fils Ophni et Phinées, qui avaient déshonoré le sacerdoce par des actions honteuses, a vérifié ainsi ce qu'il avait fait dire à Héli par un prophète, *qu'il couperait le bras droit de ceux de sa race, et qu'ils n'arriveraient point jusqu'à la vieillesse.* Car Dieu qui n'a jamais de part à la malice des hommes, mais qui leur donne, comme dit S. Paul, le pouvoir d'agir, mêle ainsi souvent un ordre secret de son équité suprême parmi les plus grands désordres qui arrivent dans le monde; et il se sert de ceux-là mêmes qui ne pensent qu'à satisfaire leurs passions criminelles, pour signaler quand il lui plaît la sévérité de ses jugements. (Sacy.)

CAPUT XXIII.

1. Et annuntiaverunt David dicentes : Ecce Philisthiim oppugnant Ceilam et diripiunt areas.

2. Consuluit ergo David Dominum, dicens : Num vadam, et percutiam Philisthæos istos? Et ait Dominus ad David : Vade, et percuties Philisthæos, et Ceilam salvabis.

3. Et dixerunt viri qui erant cum David ad eum : Ecce nos hìc in Judæâ consistentes timemus; quantò magis si ierimus in Ceilam adversùm agmina Philisthinorum?

CHAPITRE XXIII.

1. Après cela on vint dire à David, *qui était toujours dans le bois de Haret :* Voilà les Philistins qui attaquent Céila, *ville de la tribu de Juda,* et qui pillent les granges *du pays.*

2. Sur quoi David consulta le Seigneur, et lui dit : Marcherai-je contre les Philistins, et pourrai-je les défaire? Le Seigneur lui répondit : Allez; vous déferez les Philistins, et vous sauverez Céila.

3. Les gens qui étaient avec David lui dirent alors : Vous voyez qu'étant ici en Judée, *au milieu de notre pays,* nous n'y sommes pas sans crainte; que sera-ce donc si nous allons

4. Rursùm ergo David consuluit Dominum; qui respondens ait ei : Surge, et vade in Ceilam; ego enim tradam Philisthæos in manu tuâ.

5. Abiit ergo David et viri ejus in Ceilam, et pugnavit adversùm Philisthæos, et abegit jumenta eorum, et percussit eos plagâ magnâ; et salvavit David habitatores Ceilæ.

6. Porrò eo tempore quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David in Ceilam, ephod secum habens descenderat.

7. Nuntiatum est autem Saüli quòd venisset David in Ceilam; et ait Saül : Tradidit eum Deus in manus meas; conclususque est, introgressus urbem in quâ portæ et seræ sunt.

8. Et præcepit Saül omni populo ut ad pugnam descenderet in Ceilam, et obsideret David et viros ejus.

9. Quod cùm David rescisset quia præpararet ei Saül clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem : Applica ephod.

10. Et ait David : Domine Deus Israel, audivit famam servus tuus quòd disponat Saül venire in Ceilam ut evertat urbem propter me :

11. Si tradent me viri Ceilæ in manus ejus? et si descendet Saül, sicut audivit servus tuus? Domine Deus Israel, indica servo tuo. Et ait Dominus : Descendet.

12. Dixitque David : Si tradent me viri Ceilæ, et viros qui sunt mecum, in manus Saül? Et dixit Dominus : Tradent.

13. Surrexit ergo David et viri ejus quasi sexcenti, et egressi de Ceilâ, hùc atque illùc vagabantur incerti : nuntiatumque est Saüli quòd fugisset David de Ceilâ et salvatus esset; quam ob rem dissimulavit exire.

14. Morabatur autem David in deserto in locis firmissimis, mansitque in monte solitudinis Ziph, in monte opaco; quærebat eum tamen Saül cunctis diebus,

à Céila attaquer les troupes des Philistins *sur leurs frontières?*

4. David, *pour rassurer ses gens,* consulta encore le Seigneur; et le Seigneur lui répondit: Allez, marchez à Céila, car je vous livrerai les Philistins entre les mains.

5. David s'en alla donc avec ses gens à Céila; il combattit contre les Philistins, en fit un grand carnage, emmena leurs troupeaux, et sauva les habitants de Céila.

6. Or, quand Abiathar, fils d'Achimélech, se réfugia vers David, *avant qu'il allât* à Céila, il apporta avec lui l'éphod *du grand-prêtre.*

7. Lorsque Saül eut appris que David était venu à Céila, il dit : Dieu me l'a livré entre les mains; il est pris, puisqu'il est entré dans une ville où il y a des portes et des serrures

8. Il commanda donc à tout le peuple de marcher *secrètement* contre Céila, et d'y assiéger David et ses gens.

9. David fut averti que Saül se préparait secrètement à le perdre, et il dit au prêtre Abiathar : Prenez l'éphod, *pour consulter le Seigneur.*

10. Et David dit : Seigneur Dieu d'Israël, votre serviteur a entendu dire que Saül se prépare à venir à Céila pour détruire cette ville à cause de moi :

11. Les habitants de Céila me livreront-ils entre ses mains? et Saül y viendra-t-il, comme votre serviteur l'a ouï dire? Seigneur Dieu d'Israël, faites-*le* connaître à votre serviteur. Le Seigneur répondit : *Saül* viendra.

12. David dit encore : Ceux de Céila me livreront-ils avec mes gens entre les mains de Saül? Le Seigneur répondit : Ils vous livreront.

13. David se disposa donc à s'en aller avec ses gens, au nombre d'environ six cents hommes; et étant partis de Céila, ils marchaient tantôt d'un côté, tantôt d'un autre, sans savoir où s'arrêter. Saül, ayant appris que David s'était retiré de Céila et sauvé, ne parla plus d'y aller.

14. Or, David demeurait dans le désert, dans des lieux très-forts; et il se retira sur la montagne du désert de Ziph, qui était couverte d'arbres. Saül le cherchait sans cesse;

et non tradidit eum Deus in manus ejus.

15. Et vidit David quòd egressus esset Saül ut quæreret animam ejus; porrò David erat in deserto Ziph in sylvâ.

16. Et surrexit Jonathas filius Saül, et abiit ad David in sylvam, et confortavit manus ejus in Deo, dixitque ei :

17. Ne timeas, neque enim inveniet te manus Saül patris mei : et tu regnabis super Israel, et ego ero tibi secundus; sed et Saül pater meus scit hoc.

18. Percussit ergo uterque fœdus coram Domino ; mansitque David in sylvâ, Jonathas autem reversus est in domum suam.

19. Ascenderunt autem Ziphæi ad Saül in Gabaa, dicentes : Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutissimis sylvæ, in colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti?

20. Nunc ergo, sicut desideravit anima tua ut descenderes, descende; nostrum autem erit ut tradamus eum in manus regis.

21. Dixitque Saül : Benedicti vos à Domino, quia doluistis vicem meam.

22. Abite ergo, oro, et diligentiùs præparate et curiosiùs agite, et considerate locum ubi sit pes ejus vel quis viderit eum ibi ; recogitat enim de me quòd callidè insidier ei.

23. Considerate et videte omnia latibula ejus in quibus absconditur, et revertimini ad me ad rem certam, ut vadam vobiscum. Quòd si etiam in terram se abstruserit, perscrutabor eum in cunctis millibus Juda.

24. At illi surgentes abierunt in Ziph ante Saül. David autem et viri ejus erant in deserto Maon, in campestribus, ad dexteram Jesimon.

25. Ivit ergo Saül et socii ejus ad quærendum eum; et nuntiatum est David, statimque descendit ad petram, et versabatur in deserto Maon. Quod cùm au-

mais Dieu ne le livra point entre ses mains.

15. David sut que Saül s'était mis en campagne pour trouver moyen de le perdre ; *c'est pourquoi* il demeura *toujours* au désert de Ziph, *caché* dans la forêt.

16. Jonathas, fils de Saül, vint l'y trouver, et le fortifia en Dieu, et lui dit :

17. Ne craignez point, car Saül mon père ne vous trouvera point. Vous serez roi d'Israël, et je serai le second après vous *en dignité :* et mon père le sait bien lui-même, *étant informé des desseins de Dieu sur vous et de l'alliance que nous avons contractée ensemble.*

18. Ils firent donc tous deux alliance devant le Seigneur; après cela David demeura dans la forêt, et Jonathas retourna dans sa maison.

19. Cependant ceux de Ziph vinrent trouver Saül à Gabaa, et lui dirent : Ne savez-vous pas que David est caché parmi nous dans l'endroit le plus fort de la forêt, vers la colline d'Hachila, qui est à la droite du désert ?

20. Puis donc que vous désirez de le trouver, vous n'avez qu'à venir, et c'est notre affaire de vous le livrer entre les mains.

21. Saül leur répondit : Bénis soyez-vous du Seigneur, vous qui avez été touchés de mes maux.

22. Allez donc, je vous prie; faites toute sorte de diligence ; cherchez, furetez, considérez bien où il peut être ou qui peut l'avoir vu; car il se doute bien que je l'observe et que je l'épie.

23. Sondez, remarquez tous les lieux où il a coutume de se cacher ; et lorsque vous vous serez bien assurés de tout, revenez me trouver, afin que j'aille avec vous. Quand il se serait caché au fond de la terre, j'irai le chercher dans toutes les familles de Juda.

24. Ceux de Ziph s'en retournèrent ensuite chez eux, avant Saül. Or, David et ses gens étaient alors dans le désert de Maon, dans la plaine *qui est au midi de Juda,* à la droite de Jésimon.

25. Saül, accompagné de tous ses gens, alla donc l'y chercher; David, en ayant eu avis, se retira au rocher du désert de Maon, dans lequel il demeurait. Saül en fut averti, et il en-

dîsset Saül, persecutus est David in deserto Maon.

26. Et ibat Saül ad latus montis ex parte unâ, David autem et viri ejus erant in latere montis ex parte alterâ. Porrò David desperabat se posse evadere à facie Saül : itaque Saül et viri ejus in modum coronæ cingebant David et viros ejus, ut caperent eos.

27. Et nuntius venit ad Saül dicens : Festina, et veni, quoniam infuderunt se Philisthiim super terram.

28. Reversus est ergo Saül desistens persequi David, et perrexit in occursum Philisthinorum. Propter hoc vocaverunt locum illum Petram-Dividentem.

tra dans le désert de Maon pour l'y poursuivre.

26. Saül côtoyait la montagne d'un côté, et David avec ses gens la côtoyait de l'autre. David désespérait de pouvoir échapper des mains de Saül *sans une protection particulière de Dieu;* car Saül et ses gens tenaient David et ceux qui étaient avec lui environnés comme dans un cercle, pour les prendre.

27. Mais en même temps un courrier vint dire à Saül : Hâtez-vous de venir, car les Philistins ont fait une irruption dans le pays.

28. Saül cessa donc de poursuivre David, et marcha contre les Philistins. C'est pourquoi l'on a appelé ce lieu-là le Rocher-de-Séparation.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et annuntiaverunt David dicentes : Ecce Philisthiim oppugnant Ceilam, et diripiunt areas (1). Cùm nôssent Palæstini à Saüle discessisse Davidem, cujus auspiciis omnia videbant ex Hebræorum votis contigisse, ausi sunt rursùs Hebræorum fines prædabundi repetere, et quàm possent acerrimè, illorum vires et facultates atterere. Quare acies suas effundunt in eam partem ubi sita erat Ceila, quam oppugnabant acriter; et quia tempus erat messis, diripiebant areas et maturas jam segetes aut equorum sternebant ungulis, aut immissis flammis populabantur. Id, sicut nostrâ ætate, sic etiam olim in hoc populo familiare fuit, conculcare sata, et necessaria populis alimenta corrumpere. Sic Judic. cap. 15, Samson alligatis ad vulpinas caudas facibus, Philisthinorum messes inflammavit. Sic Absalon 2 Reg. cap. 14, v. 30, segetes Joab incendio vastavit. Sic Judic. 6, v. 4, Madianitæ et Amalecitæ Israelitarum sata, sicut erant in agris, cuncta vastabant. Id ergo nunc in Ceilaitarum agris fecêre Palæstini, cùmque à Saüle nil sperarent remedii Ceilaitæ, confugiunt ad Davidem, cujus animum audacem et promptum, et singularem in re militari prudentiam agnoverant. David autem nihil cunctatus, Deum per sacerdotem consulit, qui secum ex tabernaculo attulerat ephod. Cùmque eò offirmâsset animum, ut suppetias ferret laboranti populo, obtendebant socii rem esse minùs ex suo, atque suorum usu, si in urbem Palæstinæ proximam proficiscerentur, cùm in Judæâ vix se tutò commovere possent. Quare iterùm oraculo consulto, cùm didicisset, fore ut Palæstinorum agmina subigeret deleretque, statim eò se magnis itineribus contulit, perfecitque, quod ex oraculo futurum esse cognoverat (1).

(1) Ceila urbs erat tribûs Juda, 8000 passibus, id est, tribus leucis et semis, ab Eleutheropoli, Hebronem versùs.

(Calmet.)

(1) Vers. 2.—Consuluit ergo David Dominum. Consuluit Abiatharum, qui ephod secum tulerat. Oraculum illud in eo, in quo versabatur, rerum statu, Davidi plurimùm profuit; deinceps enim majoris momenti nihil nisi consulto priùs summo sacerdote, aggressus est.

(Calmet.)

David dit au Seigneur : Marcherai-je, et pourrai-je défaire les Philistins? David apprend aux personnes persécutées quelles ne doivent pas s'abandonner à l'oisiveté dans le lieu de leur retraite. Saül le persécute cruellement, mais bien loin de se plaindre de son injustice, il ne pense qu'à le servir, en exposant sa vie pour combattre les ennemis de son état. Et pour nous apprendre qu'il ne faut rien entreprendre humainement, principalement dans un temps d'affliction, il consulte Dieu pour savoir ce qu'il doit faire. Dieu lui ordonne d'aller à Céila, et il lui promet la victoire.

Ceux qui l'accompagnent s'opposent à cette résolution, comme étant pleine de témérité. La raison par laquelle ils la combattent était très-conforme au sens humain. David avait lieu de ne les point écouter, et de rejeter leur avis avec quelque force, puisqu'il savait que Dieu même était l'auteur de la résolution qu'il devait prendre. Et néanmoins, bien loin de prétendre que sa seule autorité aurait dû leur imposer silence, comme font souvent ceux qui s'attribuent un empire sur l'esprit de leurs amis, ou qui s'imaginent que le rang avanta-

Vers. 7. — Nuntiatum est autem Sauli, quod venisset David in Ceilam. Non tam Saül in Palæstinos quàm in Davidem hostili afficiebatur animo. Quando Ceilanis suppetias afferre noluit, cùm extrema omnia à Palæstinorum agmine metuerent, et tamen eòdem vim hominum maximam eduxit, ut obsideret Davidem, quem mœnibus clausum evasurum mortem non putabat, quis non crederet, post operam illam à Davide tam fidelem, atque utilem afflicto populo, imò et toti regno regique ipsi in tam angusto rerum articulo navatam, venisse regem ut benè de re communi merito gratias ageret, ut tam fidele studium regiâ compensaret liberalitate, ac denique secum plaudente populo, et concrepante symphoniâ triumphantem reduceret? At venit ut populi servatorem extingueret, et servatam urbem ingenti afficeret dolore, et inimicum populum, cui unus David erat terrori, inopinatâ voluptate perfunderet.

geux où Dieu les a mis, les élève autant au-dessus de la raison que de la personne des autres; non seulement il les écoute favorablement, mais il se rabaisse même jusqu'à vouloir bien consulter Dieu une seconde fois, quoiqu'il sût déjà ce qu'il demandait de lui en cette rencontre. Il voulut ainsi leur faire voir qu'il ne prétendait pas les conduire par sa propre lumière, mais par celle de Dieu, afin qu'en leur témoignant cette modération, et les assurant avant toutes choses de la protection du ciel, ils en devinssent plus affectionnés à sa personne, et plus hardis dans leur entreprise. Car l'on peut dire qu'il est impossible que tout ne succède heureusement, lorsque ceux qui commandent sont sages et modérés, que ceux qui obéissent ont une docilité pleine de respect, et que la volonté de Dieu est l'unique règle que veulent suivre les uns et les autres. (Sacy.)

Vers. 3. — Ecce nos hic in Judæa consistentes timemus : quanto magis si ierimus in Ceilam? An Ceila extra ditionem Judææ sita erat? Minimè omnium; constat enim inter omnes, Ceilam urbem fuisse ditionis Juda non minùs quàm Haret, in quâ tunc versabantur. Sed Davidis milites id tantùmmodò innuebant, si tunc in ipso Judææ meditullio versantes metu Philistinorum penitùs non vacabant, quantò magis timendum sibi fore, si Ceilam proficiscerentur, quam exercitus hostium obsidebat? Seu potiùs : Si minimè tutus est nobis hic saltus et loca secreta, quid si petierimus Ceilam regionem planam et apertam, urbem muratam, quò Saül actutùm se conferens, cingere undique nos faciliùs poterit?

Vers. 4. — Rursum consuluit, quâ erat erga suos indulgentiâ, quippe quos nôsset minùs libenter committere se itineri Ceilam. Consuluisse autem videtur nunc secundò, ipsis præsentibus.

Vers. 5. — Abegit jumenta eorum; jumenta scilicet, vel onerarias bestias, vel greges, asinos et camelos Philisthinorum. Hebræum accipi potest æquè de gregibus utcumque, vel de rebus et fundis.

Vers. 6. — Ephod secum habens descenderat. Pervenerat illùc ante expeditionem Ceilæ. Animadversum autem est habuisse penès se ephod, ut ea intelligantur, quæ statim narrantur, Davidem scilicet Dominum consuluisse. Hebræus : *Ephod incidit in manus suas.* Feliciter accidit, ut ephod apud se haberet Permisit Deus, ut ephod in manus ejus veniret. Commodè etiam retineri potest interpretatio Septuaginta et Vulgatæ : *Descendit, habens ephod secum.* (Calmet.)

Non latuit Davidem quid animo suo designâsset Saül, atque ideò cœpit sibi ac suis maturo providere consilio. Sed primùm, quod in re tantâ videbatur necessarium, Deum consuluit; quod facere potuit, cùm apud se haberet sacerdotem portantem ephod. Et primùm rogat, an quod incertus disseminârat rumor, venturus esset Saül in urbem, et an Ceilani parùm memores recentis beneficii ipsum essent inimico regi tradituri. Quod cùm utrumque Deus affirmando respondisset, extemplò ille profectionem adornat, ne Ceilani incautum per insidias opprimant, aut ipsius fugam antevertat et occupet Saülis adventus. Illinc autem egressus cum sexcentis viris, quos habebat laboris atque fortunæ socios, vagus et profugus incertis sedibus errabat. Cùm autem Saül ex urbe illum excessisse cognovit, consilium texit suum, et ita se gessit, quasi de Davide ac profectione Ceilanâ nunquàm cogitâsset (1).

(1) Præcepit Saul omni populo. Facilè vicinis omnibus, neque enim credibile est, universum Israelem commovisse, ut unum hominem insectaretur. Verùm hæc omnia irrita reddidit solers Davidis cautio. (Calmet.)

Saül commanda à tout le peuple de marcher contre Céila, et d'y assiéger David et ses gens. La défaite des Philistins, qui devait réconcilier Saül avec David, l'aigrit encore davantage. Lorsqu'il sait qu'il est dans Céila, qu'il venait de délivrer, il y va pour l'y assiéger. Il ne s'était point mis en peine de repousser les Philistins qui la voulaient prendre, et il remue tous ses états pour y aller assiéger David, afin que sa mort fût le prix de ce grand service qu'il venait de lui rendre, en sauvant cette place avec tant de courage et si peu de monde. Peut-on voir plus clairement jusqu'où peut aller l'excès de l'envie? Elle persuade à ce prince qu'il doit changer la nature des choses, et qu'afin que sa passion soit satisfaite, il faut qu'il punisse en David les vertus les plus éclatantes, comme il a récompensé en la personne de Doëg les crimes les plus énormes. (Sacy.)

Vers. 9. — Applica ephod. Hebræus : *Propiùs admove ephod.* Inferiùs 30, 7, jubet : *Applica ad me ephod*, indue me ephod. Docti quidam critici censent, Davidem reverà sacerdotali hâc veste indutum, Dominum per se consuluisse. Quin et sequenti versiculo induci-

Vers. 14. — Morabatur autem David in deserto in locis firmissimis, mansitque in monte solitudinis Ziph. Duo spectare potuit David, dùm in *solitudinem Ziph* loca sibi ad fugam elegit, confragosa et aspera, tum ut locum teneret naturâ munitum, ubi se, si qua vis incesseret adversa, ab hoste tueretur, et hostem ipsum ab ascensu deterreret scopulorum asperitas. Porrò *Ziph* ad tribum Juda pertinet, ut auctor est Hieronymus, de Locis hebraicis, quem esse dicit montem nebulosum et squalidum, propter asperitatem, opinor, quæ nullâ potest agricolarum exerceri solertiâ : et eamdem ob causam obscurum et opacum, propter densos frutices et sylvestres arbores ; quare statim mons dicitur opacus. Ibi autem tutus aliquandiù fuit à Saülis odio pertinaci; nam cùm perstudiosè quæsiisset, nunquàm, cùm maximè cuperet, invenit (1).

Vers. 16, — Et surrexit Jonathas filius Saul, et abiit ad David in sylvam (2). Non immeritò dubitat Abulensis, quomodò potuit cognovisse Jonathas, quod ipsius pater ignorabat; ubi nempe ageret David, et quomodò ad illum inscio parente pervenire vel potuerit vel ausus fuerit, cùm non minùs ipsi à parente quàm Davidi paratum esset malum; quod non multò antea experientiâ didicerat. Ego hanc ex multis rationem esse puto. Certus erat David de Jonathæ fide, incertus de Saülis eo tempore definito consilio. Intererat autem plurimùm, nôsse quid rex designâsset animo, ut ad ejus consilia suas quoque rationes attemperaret. Ergò cùm ex sexcentorum numero facilè potuerit exploratores habere, qui ignoti essent multitudini, per quos investigaret quo in statu ac loco res esset hostilis, commodissimè ex Jonathâ expiscari poterat, cui paterna consilia magis esse quàm aliis comperta existimabat. Per exploratores igitur illum admonuit ac docuit, quo ipsum loco ac tempore expectaret, ne longus esset et molestus error et inutilis via. Statim ergo

tur loquens verba, quibus interrogat. Verùm communis interpretum opinio docet, summi sacerdotis tantummodò fuisse, vestem illam sacram induere, adeòque et promere oracula.

Vers. 10. — Ait David. Ipse per se Dominum consuluit, interrogationem suam formavit; sacerdos Abiathar Dei nomine respondit. Sunt qui credant, Davidem hæc verba dictâsse sacerdoti, quæ deinde ille indutus ephod pronuntiaverit, eumdemque sacerdotem Dei nomine respondisse.

Vers. 11. — Si tradent me... et si descendet Saul. Duo simul quærit; sed cùm Deus priori tantùm respondisset, coactus est iterùm interrogare, ut oraculum plenum referret. Monuit igitur Deus futurum ut viri Ceilæ illum prodierent, et Saül in potestatem ipsum haberet, si tamen ibi maneret, et satis spatii regi daret, ut eò veniret. Hic oraculi sensus est. Loquitur Deus pro habitudine animi virorum principum Ceilæ et Saülis. (Calmet.)

Vers. 12. — Si tradent me viri Ceilæ, etc., in manus Saul? et dixit Dominus : Tradent certò et infallibiliter. Talis enim est Dei scientia et præscientia, cùm hominum sit incerta et fallibilis, ideòque reipsà sæpè fallat. Hinc colligunt Suarez, Vasquez, Molina et alii insignes theologi, Deum cognoscere futura contingentia non tantùm absoluta, sed etiam conditionata, v. g., quid ego facturus essem si forem Jerosolymis, Alexandriæ, Antiochiæ, etc., positis talibus et talibus circumstantiis et conditionibus, etiamsi illæ nusquàm ponendæ sint reipsà. Sic enim hic præscivit et prædixit Deus, quòd Ceilani traditurî essent Davidem, licet contribulem et liberatorem suum, Saüli, ex metu ne ab eo occiderentur, uti occisi fuerant cives Nobe, etsi de facto eum non tradiderint, quia David audiens à Deo se ab eis tradendum, traditionem prævenit et aufugit.

Le Seigneur répondit à David : Ceux de Céila vous livreront à Saül. David quitte Céila après avoir consulté Dieu sur ce qu'il avait à faire. Il nous apprend qu'il ne faut jamais avoir plus de soin de connaître la volonté de Dieu à chaque pas que l'on fait, que lorsque l'on est dans l'affliction et dans le péril. Après s'être servi de la lumière de sa sagesse pour découvrir les desseins de Saül, il remet toute la disposition de ses affaires entre les mains de Dieu, sans s'arrêter à se plaindre de Saül ou des habitants de Céila, qui lui témoignaient tant d'ingratitude, après leur avoir rendu un si grand service. Il part aussitôt que Dieu le lui dit. *Il erre çà et là, sans savoir où il irait.* Et il marque ainsi admirablement quelle devait être la vie des Chrétiens et des hommes apostoliques, qui auraient un jour pour persécuteurs ceux à qui ils auraient donné des marques de l'amitié la plus tendre. (Sacy.)

(1) Vers. 15. — In sylva. Septuaginta : *In novâ*, vel *in novo deserto Ziph*. S. Hieronymus, vertens, *in sylvâ*, Aquilam secutus est. Montem Ziph appellat Eusebius in Locis : *Montem sterilem et arentem*, S. Hieronymus : *Montem squalidum, vel caligantem, sive nebulosum*, quod desumptum videtur ex vetusto quodam Græco interprete. Hebræum, *chareschah* innuit silentium quod in densis lucis regnat. (Calmet.)

(2) *Jonathas vint trouver David, et lui dit : Ne craignez point.* Lorsque David, pour se sauver de Saül, se retire dans le désert de Ziph, Jonathas l'y vient trouver. Ce prince est toujours un modèle admirable de la parfaite amitié. Plus la haine de Saül son père s'emporte contre David, plus il sent que son amour se renouvelle envers lui. Saül cherche David pour le perdre, et il ne le trouve pas; Jonathas le cherche pour lui donner des assurances de son amitié, et il le trouve. Dieu qui le cache à l'un, le découvre à l'autre. La récompense de l'amour que nous avons pour Dieu, est d'être aimé de ceux qui sont ses amis. *Soyez bon*, dit S. Augustin, *et assurez-vous que vous trouverez les bons : Bonus esto, et bonos invenies.* (Sacy.)

surrexit Jonathas, quàm potuit occultissimè, et ad condictum locum pervenit, ubi prout temporis ratio postulabat, opportunum habuit cum Davide colloquium. Et primùm illum bono esse animo jubet, et tantisper contra parentis injurias, et locorum incommoditates obduret, ferendo, superandam esse fortunam, et sperato rerum eventu et exitu secundo levandum esse laborem, qui tunc si longior esset mora, non videbatur esse tolerabilis. Neque dubitaret, se parenti successurum in regno, cujus spes in arduo quantùmcumque rerum conflictu confirmare debet languentes animos; neque id ignorare parentem suum, quod apertè quondam à Samuele didicerat, et ex multis rebus non dubiè conjectabat. Hæc fuit eorum summa, quæ in eo congressu locutus est Jonathas; et cùm petiisset, ut cùm rerum Israeliticarum potiretur, ipsum haberet in regni administratione secundum, fœdus, quod erat inter illos ante percussum, adhibitâ iterùm, ut est verisimile, jurisjurandi religione firmatum est (1).

Vers. 19. — Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes (2) : Nonne ecce David

(1) Vers 17. — Ero tibi secundus. Adjumento ero tibi, tibi obsecundabo pro viribus; seu potiùs : *Secundus ero in regno tuo.* Secundus ero à te; scio enim tibi primas, seu regnum deberi. Vel denique : Ero tibi socius. Posteriorem hanc interpretationem præferre malim, cui ferè gemina occurrit alia in Ecclesiaste 4, 8 : *Unus est, et secundum non habet, non filium, non fratrem, et tamen laborare non cessat;* et v. 10 : *Væ soli, quia cùm ceciderit, non habet* (secundum) *sublevantem se.*

Sed et Saul pater meus scit hoc; non ignorat mutuam inter nos conjunctionem. (Calmet.)

(2) *Ceux de Ziph vinrent dire à Saül : Vous désirez de trouver David, et nous sommes prêts à vous le livrer.* Ces habitants de Ziph ont été regardés par les saints Pères comme la figure de ceux qui ne sont qu'étrangers dans l'Eglise, et qui comme de faux frères trahissent les innocents par les secrètes intelligences qu'ils ont avec ceux qui les persécutent. Saül *les bénit* de cet avis qu'ils lui donnent. Il les loue comme étant les seuls qui eussent compassion de sa peine, parce qu'ils s'étaient mis en état de l'adoucir, en lui procurant une consolation aussi cruelle qu'était celle de lui faire répandre le sang de David. C'est ainsi que l'on sanctifie les passions les plus criminelles, et que l'on attribue à Dieu le dessein que l'on a formé de perdre ceux qui lui sont les plus chers et les plus fidèles. Depuis que l'on a fait une fois un crime de la vertu, en la noircissant par les accusations les plus atroces, on fait encore par une suite nécessaire une vertu de la combattre, et un crime de la soutenir. C'est pourquoi, dans l'esprit de Saül, ceux de Céila et ceux de Ziph qui avaient trahi David, étaient les seuls qui *fussent bénis de Dieu* et fidèles au roi; et Jonathas, au contraire, quoique son propre fils, avait conspiré contre lui, parce qu'il avait osé se déclarer ami de David. (Sacy.)

latitat apud nos? Redierat Saül in Gabaa, ad natale videlicet solum, fortassè desesperans futurum se compotem tam ardentis voti, cùm nullus ipsius conatus ad illud usque tempus successum habuisset. Tunc verò Ziphæi, in quorum se sylvas præsidii gratiâ abdiderat David, adeunt regem, illique studium suum prolixè pollicentur, rogantque, ut descendat cum idoneâ manu, neque de eventu dubitet, suarum esse partium, et fidei, quam tunc persanctè obligatam esse volebant, hostem in ipsius manus tradere, remque fore facili, aut nullo negotio transigendam. Laudat illos Saül, et pro illorum animo fideli atque alacri gratias agit, cùm dolorem suum ipsis dolori fuisse spontaneâ illâ promissione docuerint. Quare jubet eos callidè investigare, quem locum subierit, ubi lateat, idque iterùm atque iterùm accuratè provideant. Cùm enim, inquit, suspicetur nihil ipsum omissurum, vel virium, vel solertiæ, quò tandem illum in laqueum et insidias trahat, mutabit sæpè locum, et alias atque alias instabili et erranti gressu latebras subibit. Quocirca videant ubi ad extremum sibi diverticulum parârit, et tunc admoneant quàm ocissimè, ut non proficiscatur in incertum, et iterùm assumpti conatus, sicut antea sæpe, cum ignominiâ et dolore suo excidant inanes (1).

Vers. 23.—Quod si etiam in terram se abstruserit, perscrutabor eum in cunctis millibus Juda. Sicut qui miseri sunt, et à potentioribus urgentur hostibus, optant ad ipsa usque terrarum viscera descendere, si quo modo oculis se vigilantibus subducant, et intenta ab hostili manu tela declinent, sic etiam qui odio alios insano persequuntur, neque aliud expetunt avidiùs, quàm illorum exsorbere sanguinem, eodem utuntur genere loquendi : dicunt enim nullum fore lapidem non movendum, perscrutandas esse abditissimas quasque terræ latebras, et si se ad ipsos terræ penitissimos sinus altè demittant, inde esse eruendos. Sic sanè apud Maronem Æneas lib. 12 :

Opta ardua pennis
Astra sequi, clausumque cavâ te condere terrâ.

(1) Vers. 22. — Recogitat enim de me, quod callide insidier ei. Hebræus : *Quia dixit ad me: Callendo callidè aget.* Septuaginta : *Dixit eis Saül : Ne fortè versutè agat.* Præsagit mihi animus meus futurum, ut vulpes ista nunc pariter evadat, nisi versutiam ejus omnem sedulò prævertam. Syriacus : *Dixerunt enim mihi, astutissimum eum esse.* (Calmet.)

Nihilò Saül hoc loco mitiùs, aut segniùs de Davide. Ait enim, etiamsi in abditissimas terræ latebras se abdiderit David, quæsiturum se illum pertinaci studio, neque aliquid sumpturum se esse quietis, donec illum è subterraneis extrahat latibulis; et cùm mille sint oppida, id est, quamplurima in Judæ funiculo, ubi ortus est David, nullum tamen se illorum omissurum, quod non perscrutetur et evolvat. Hæc mihi sententia difficilis non est. Neque tamen illam improbo, quæ *in millibus* non oppida intelligit, sed eos qui ex eâ tribu assueti sunt armis, et militare profitentur studium, quos assumendos dicit, illisque id mandandum esse negotii, ut Davidem undecumque locorum extrahant, et ad se perducant. Meminit autem præcipuè Judæ, quia tribus illa homines aluit, qui et multitudine alias, et virtute excellerent. Quare cùm homines evocantur, et conscribuntur ad arma, viri Juda seorsùm ab aliis numerari solent; quia in illis ad secundos bellorum exitus plurimùm existimatur esse momenti. Supra, cap. 11, v. 8: *Fuerunt filiorum Israel trecenta millia, virorum autem Juda triginta millia.* Et cap. 15, v. 4: *Ducenta millia peditum, et decem millia virorum Juda.*

Tunc vero Ziphæi reversi sunt quamprimùm in patriam, ut mandata facesserent. Erat autem David cum suis eo tempore in deserto Maon, ad illam partem regionis campestris, quam habet à dextris Jesimon. Quod ubi primùm Saül à Ziphæis exploratoribus accepit, eò cum delectâ militum manu convolavit. Neque id latuit Davidem; quare è locis demissis, atque campestribus, statim ad petram, id est, ad montis commoda fastigia conscendit: neque reliquit locum illum, quem apud Ziphæos elegerat, sed in illius deserto, quasi in quodam præsidio morabatur. In eum igitur locum totam aciem corripuit Saül, qui sic accessit propè, ut tantùm montis interposita moles utrumque divideret. Cùmque viri Saülis coronæ in modum montem illum, et in eo Davidem cum sociis undequàque cingerent, eò desperationis adductus est David, ut actum esse de se jam omninò crederet. Sed ubi humanæ deficiunt vires, et nihil præstat humana solertia, adfuit Deus, qui cuncta turbavit Saülis consilia, et Davidem jam penè haustum ex hostium faucibus incolumem eripuit. (1)

(1) Vers. 24. — In deserto Maon. Urbs et desertum Maon intimè in plagâ meridionali Juda iacebat. Totâ eâ in regione frequentissimi erant montes, in quibus vastissimi et crebri specus

Vers. 27. — Et nuntius venit ad Saul (1). Cùm nihil haberet David in eâ solitudine, quod Saulis castris utrinque dispositis utiliter opponeret, misit Deus ad illius subsidium armatas Palæstinorum manus; qui, quo tempore, ut hostem suum Davidem opprimeret Saül, regnum totum à militari præsidio nudaverat, eruperunt ipsi de finibus suis, ut Hebræorum fines latè deprædati, copiosas in regionem suam reportarent exuvias. Tunc verò licet invitus Saül, cùm res laboraret, et urgeret publica, neque populi precibus posset non acquiescere, relicto Davide, quem jam tenere se manu arbitrabatur, aciem abduxit, quam Pa-

patebant. Maon sita erat ad dexteram, vel ad meridiem *Jesimon*. Si Jesimon *Asemon* sit, Maon intra Arabiam Petræam continebatur. Minimè ambigo, quin ipsissima sit urbs *Menois*, quam Eusebius in Locis vicinam Gazæ constituit, et *Menæmi castrum*, quod Codex Theodosianus lib. 30, collocat propè Bersabee. Porrò *Menois* metropolis censenda videtur Mæonum, quorum frequenter meminit Scriptura.

Vers. 26. — Desperabat se posse evadere. Hebræus variè redditur: *Festinabat David evadere à Saüle;* vel ægrè sese ejus manibus eripuit. Septuaginta: *David fuit tegens se in eundo à facie Saül.* (Calmet.)

David désespérait de pouvoir échapper des mains de Saül. David commençait à perdre, non absolument l'espérance qu'il avait en Dieu, mais celle qu'il avait eue jusqu'alors, que Dieu le sauverait des mains de Saül. Car il voyait le péril si grand et sa perte si inévitable, qu'il semblait avoir lieu de croire que Dieu le voulait abandonner à la violence de ce prince. Mais parce que Saül combattait encore plus Dieu que David, en ne le voulant perdre que pour s'opposer à la volonté de Dieu qui avait résolu de l'élever sur le trône, Dieu se joue de la puissance et de la malignité de ce prince. Il lui fait donner un avis que les Philistins étaient entrés en armes dans ses états, et il sauve ainsi David par un grand miracle, qu'il cache sous une rencontre semblable à celles auxquelles on donne d'ordinaire le nom de hasard. Ceci nous fait voir qu'un homme est heureux, quelque faible qu'il paraisse, lorsqu'il n'espère qu'en Dieu, et qu'il n'y a point de puissance sur la terre qui ne cède à l'ordre de ses desseins éternels. (Sacy.)

(1) Audi S. Chrysost. hom. 49 in Genes.: « Maxima securitas et inexpugnabilis murus « est gratia Dei. Videamus quomodò David de « loco in locum transiens, et quasi erraticus « vagans, manu supernâ munitus fuerit; Saül « autem cùm esset in mediis civitatibus, et « tantum secum duceret exercitum, et satel- « lites habens et armigeros, quotidiè timebat « et tremebat inimicorum insidias, 1 Reg. 18, « v. 12 et 29. Et ille quidem, qui solus erat, « non indigebat humano præsidio; hic verò « coronatus, purpurâ indutus, illius auxilio in- « digebat; et regi opus erat pastoris opera, « et diademate redimito, privati adjumen- « tum. » (Corn à Lap.)

læstinorum viribus opponeret, et locum reliquit à milite atque timore vacuum. Quæ res planè mirabiliis, et à singulari, atque benevolâ providentiâ profecta, argumentum præbuit Davidi, ut Psalmum caneret 53, cujus principium est : *Deus, in nomine tuo salvum me fac.* Et præfixus titulus : *Intellectus David, cùm venissent Ziphæi, et dixissent ad Saül : Nonne David absconditus est apud nos?*

VERS. 28. — PROPTER HOC VOCAVERUNT LOCUM ILLUM PETRAM DIVIDENTEM. Non novum est, ut ex aliquo eventu illustria quædam loca nomen accipiant. Sic supra, cap. 7, v. 12, quidam vocatus est *Lapis adjutorii.* Cur verò hæc petra talem nacta fuerit compellationem, meo judicio, illa est non levis ratio, quia illa in medio duorum castrorum interjecta ea dividebat. Cùm autem res esset gravis, et duorum principum in re usque adeò ancipiti notata nominibus, satis habuit nobilem causam, ut petra vocaretur *dividens* : seu, ut alii plures docent, quia eo loco Saül destitit insequi Davidem, et cùm jam coronato monte militibus circumcirca dispositis, parùm abesset, quin illum comprehenderet, ab eo tamen consilio ac loco separatus est ; et qui jam propè erant ut signa conferrent, divisi sunt.

CAPUT XXIV.

1. Ascendit ergo David inde, et habitavit in locis tutissimis Engaddi.

2. Cùmque reversus esset Saül postquàm persecutus est Philisthæos, nuntiaverunt ei dicentes : Ecce David in deserto est Engaddi.

3. Assumens ergo Saül tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad investigandum David et viros ejus, etiam super abruptissimas petras quæ solis ibicibus perviæ sunt.

4. Et venit ad caulas ovium quæ se offerebant vianti ; eratque ibi spelunca quam ingressus est Saül ut purgaret ventrem : porrò David et viri ejus in interiore parte speluncæ latebant.

5. Et dixerunt servi David ad eum : Ecce dies de quâ locutus est Dominus ad te : Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David, et præcidit oram chlamydis Saül silenter.

6. Post hæc percussit cor suum David, eò quò abscidisset oram chlamydis Saül.

7. Dixitque ad viros suos : Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo, christo Domini, ut mittam manum meam in eum, quia christus Domini est.

8. Et confregit David viros suos sermonibus, et non permisit eos ut consurgerent in Saül. Porrò Saül, exsurgens

CHAPITRE XXIV.

1. David étant sorti de ce lieu-là, demeura à Engaddi, *près la mer Morte,* dans des lieux très-sûrs.

2. Et Saül étant revenu après avoir poursuivi les Philistins, on vint lui dire que David était dans le désert d'Engaddi.

3. Il prit donc avec lui trois mille hommes choisis de tout Israël, et il se mit en campagne, résolu d'aller chercher David et ses gens jusque sur les rochers les plus escarpés, où il n'y a que des chèvres sauvages qui puissent monter.

4. Et étant venus à des parcs de brebis qu'il rencontra dans son chemin, il se trouva là une caverne, où il entra pour une nécessité naturelle ; cependant David et ses gens s'étaient cachés dans le fond de la même caverne.

5. Les gens de David lui dirent : Voici ce jour *favorable* dont le Seigneur vous a dit : Je vous livrerai votre ennemi, afin que vous le traitiez comme il vous plaira, David, s'étant donc avancé, coupa tout doucement le bord de la casaque de Saül.

6. Et aussitôt il se repentit en lui-même de ce qu'il lui avait ainsi coupé le bord de son vêtement, *comme ayant en cela manqué de respect au roi.*

7. Et il dit à ses gens : Dieu me garde de traiter comme vous dites celui qui est mon maître et l'oint du Seigneur et de mettre la main sur lui, puisqu'il est l'oint du Seigneur.

8. David, par ses paroles, arrêta la violence de ses gens, et les empêcha de se jeter sur Saül. Saül étant sorti de la caverne, continua son chemin.

de speluncâ, pergebat cœpto itinere.

9. Surrexit autem et David post eum; et egressus de speluncâ clamavit post tergum Saül, dicens : Domine mi rex. Et respexit Saül post se; et inclinans se David pronus in terram adoravit,

10. Dixitque ad Saül : Quare audis verba hominum loquentium : David quærit malum adversùm te?

11. Ecce hodiè viderunt oculi tui quòd tradiderit te Dominus in manu meâ, in speluncâ; et cogitavi ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus; dixi enim : Non extendam manum meam in dominum meum, quia christus Domini est.

12. Quin potiùs, pater mi, vide, et cognosce oram chlamydis tuæ in manu meâ, quoniam, cùm præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. Animadverte, et vide quoniam non est in manu meâ malum neque iniquitas, neque peccavi in te; tu autem insidiaris animæ meæ ut auferas eam.

13. Judicet Dominus inter me et te, et ulciscatur me Dominus ex te; manus autem mea non sit in te.

14. Sicut et in proverbio antiquo dicitur : Ab impiis egredietur impietas : manus ergo mea non sit in te.

15. Quem persequeris, rex Israel? quem persequeris? Canem mortuum persequeris et pulicem unum.

16. Sit Dominus judex, et judicet inter me et te; et videat, et judicet causam meam, et eruat me de manu tuâ.

17. Cùm autem complêsset David loquens sermones hujuscemodi ad Saül : dixit Saül : Numquid vox hæc tua est, fili mi David? Et levavit Saül vocem suam, et flevit.

18. Dixitque ad David : Justior tu es quàm ego; tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.

19. Et tu indicâsti hodiè quæ feceris

9. David le suivit, et étant sorti de la caverne, il cria après lui, et lui dit : Mon seigneur et mon roi. Saül regarda derrière lui; et David, se baissant jusqu'à terre, l'adora,

10. Et lui dit : Pourquoi écoutez-vous les paroles de ceux qui *vous* disent : David ne cherche qu'une occasion de vous perdre?

11. Vous voyez aujourd'hui de vos yeux que le Seigneur vous a livré entre mes mains dans la caverne. J'ai *bien* eu la pensée de vous tuer, mais je ne l'ai point fait, car j'ai dit en moi-même : Je ne porterai point la main sur mon maître, parce que c'est l'oint du Seigneur.

12. Voyez vous-même, mon père, et reconnaissez si ce n'est pas là le bord de votre casaque que je tiens dans ma main, et qu'en coupant l'extrémité de votre vêtement, je n'ai point voulu porter la main sur vous. *Après cela* considérez, et voyez vous-même que je ne suis coupable d'aucun mal ni d'aucune injustice, et que je n'ai point péché contre vous; et cependant vous cherchez tous les moyens de m'ôter la vie.

13. Que le Seigneur soit le juge entre vous et moi; c'est à lui de me faire justice à votre égard, mais pour moi je n'attenterai jamais à votre personne.

14. C'est aux impies à faire des actions impies, selon l'ancien proverbe. Ainsi Dieu me garde de porter *jamais* la main sur vous.

15. Qui poursuivez-vous, ô roi d'Israël? qui poursuivez-vous? Vous poursuivez *un homme qui est à votre égard comme* un chien mort et *comme* une puce.

16. Que le Seigneur en soit le juge, et qu'il juge *lui-même* entre vous et moi; qu'il considère *ce qui se passe,* qu'il prenne la défense de ma cause et me délivre de vos mains.

17. Après que David eut parlé de cette sorte à Saül, Saül lui dit : N'est-ce pas là votre voix que j'entends, ô mon fils David? En même temps, jetant un grand soupir, il versa des larmes.

18. Et il ajouta : Vous êtes plus juste que moi, car vous ne m'avez fait que du bien, et je ne vous ai rendu que du mal;

19. Et vous m'avez donné aujourd'hui une

mihi bona, quomodò tradiderit me Dominus in manum tuam, et non occideris me.

20. Quis enim, cùm invenerit inimicum suum, dimittet eum in viâ bonâ? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo quod hodiè operatus es in me.

21. Et nunc, quia scio quòd certissimè regnaturus sis et habiturus in manu tuâ regnum Israel,

22. Jura mihi in Domino ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.

23. Et juravit David Saüli. Abiit ergo Saül in domum suam, et David et viri ejus ascenderunt ad tutiora loca.

grande preuve de l'affection que vous avez pour moi, puisque, le Seigneur m'ayant livré entre vos mains, vous m'avez conservé la vie.

20. Car qui est celui qui, ayant trouvé son ennemi *à sa merci*, le laisse aller sans lui faire aucun mal? Que le Seigneur récompense lui-même cette bonté que vous m'avez témoignée aujourd'hui.

21. Et comme je sais très-certainement que vous régnerez et que vous posséderez le royaume d'Israël,

22. Jurez-moi par le Seigneur que vous ne détruirez point ma race après moi, et que vous n'exterminerez point mon nom de la maison de mon père.

23. David le jura à Saül. Saül retourna dans sa maison, et David et ses gens se retirèrent dans des lieux plus sûrs.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Ascendit ergo David inde, et habitavit in locis tutissimis Engaddi. Engaddi, ut docet Hieronymus in Locis hebraicis, juxta mare Mortuum est; ibi enim fuit civitas à quâ ager ille, ac vasta solitudo vocata fuit etiam *Engaddi*. Fuit autem locus ille amœnitatis eximiæ, ubi frutices quidam nascuntur, quos cypros appellamus, qui balsamo stillant pretiosissimo. Cùm autem arbores illæ vitium multis modis similitudinem referant, licet plantæ illæ viniferæ non sint, vineæ tamen, seu vineta dicuntur. Hæ porrò sunt illæ vineæ Engaddi, de quibus Cant. 1, ubi nos de illis nonnihil. De his Plinius lib. 12, cap. 25, ubi sic de frutice illo, qui uni tantùm Engadditano solo concessus est. « Hæc, inquit, arbuscula viti similior est, quàm myrto, malleolis seri dicitur nuper vincta, ut vitis implet colles vinearum modo. » Et ibidem arbusculæ ramos sarmenta vocat, quæ propria vinearum sunt. Ex hoc Engadditano tractu conjectura sumitur de illius regionis ubertate ac specie, quam Deus demisso cœlitùs incendio consumpsit, quamque nunc aquæ maris Mortui fœtentes oppleverunt, quam Scriptura sacra Genes. 13, similem fuisse dicit paradiso Dei, cùm Engadditanus tractus conjunctus fuerit cum agro Sodomæo.

Ex deserto igitur Maon, unde Saül revocatus à nuntio necessariò recesserat, migravit David ad tractum Engaddi, quia ille asper erat et invius, et vel ipsâ specie deterrere poterat inimicum, quantumvis aspiraret ad cædem, cùm vias haberet sic arduas, angustas et præcipites, ut tantùm essent capris et ibicibus perviæ. Tum etiam quia cùm ibi habitarent Ziphæi, qui sua studia Saüli prolixè detulerant, quorum jam animos paulò ante cognoverat, non putabat ibi futurum esse latibulum quod esset omninò à periculo vacuum.

Vers. 2. — Cumque reversus est Saul. Vixdùm reversus fuerat Saül, fugatis Palæstinis latrunculis, seu prædatoribus, qui Hebræorum agros animosque turbaverant, cùm ad opus interruptum, eodem quo antea spiritu atque ardore revertitur. Et cùm didicisset Davidem ex Ziphæorum finibus in Engadditanos commigrâsse, eò secum rapuit tria virorum millia ex præcipuo suorum Hebræorum robore delecta: neque illius fregerunt studium et audaciam, acutissimi, atque prærupti scopuli, qui solùm ab ibicibus calcari posse videbantur. Sunt autem ibices dorcades capreæque sylvestres, quarum species numerat Plinius, lib. 8, cap. 53: « Sunt, inquit, capræ, sunt rupicapræ sunt ibices pernicitatis mirandæ, quanquàm onerato capite vastis cornibus gladiorumque vaginis; in hæc se librant, ut tormento aliquo rotati in petras potissimùm è monte aliquo in alium transilire quærentes, atque recussu perniciùs, quò libuerit, exultant. » Et quidem de capris tam domesticis, quàm feris et agrestibus, mira narrant historici, quæ interdùm non ambulare per scopulos, sed ex scopulis potiùs pendere existimantur, quæ tam pastoribus, quàm venatoribus miras præbent voluptates et ludos. De pastoribus est illud Virgilianum Eclog. 1:

Ite, capellæ,
Non ego vos posthàc viridi projectus in antro
Dumosâ pendere procul de rupe videbo.

De venatoribus, Martialis lib. 13, Epigr. 100 :

Pendentem summâ capream de rupe videbis.
Casuram spectas, decipit illa canes.

Quòd si ibices sunt, quos Sardinia *Maflones* vocat, quibus præ regionibus aliis maximè abundat, vim habet majorem comparatio : nam cùm hoc caprarum, seu tragelophorum genus casum non metuet, etiamsi locus sit altissimus, et cadentes capreas excipiant acutissimi silices, in omnia se discrimina conjiciunt; sic tardam regis molem per obvias quasque salebras, et præruptas rupes agebat invidia, nec mirum si belluarum more per sylvas erraret, et ferinum amaret vitæ modum, cùm ferinus illum exagitaret furor (1).

Vers. 4. — Et venit ad caulas ovium, quæ se offerebant vianti (2). Oves loca obeunt plerùmque plana, certè non aspera, atque interrupta salebris, quæ non horrent, imò plurimùm amant rupicapræ et ibices. Tum quia in illis plerùmque sunt commodiora pabula : tum quia ibi tam pecudum, quàm pastorum levior labor. Primùm ergo Saül ad pastorum caulas venit, quia in locis erant campestribus, neque ad incessum arduis; tum ut aliquid ab illis disceret de David, quem incertis indagabat vestigiis, si fortè pastores invenisset. Caulas autem esse puto speluncas aliquas, ad quas turbidis temporibus sua pastores pecora cogebant.

Eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul, ut purgaret ventrem. Erant illa tempora magis simplicia, quàm quæ deinde consecuta sunt ; aut certè furor omnem prodit majestatis curam : et cùm ambitio sit honoris sitientissima, tamen illa non verecundatur aut efficere audacter, aut negligenter omittere, quæ honori minùs, aut pudori favent. Solebant olim, qui longè etiam aberant à fortunâ regiâ, portare in reliquo instructu viatorio vas aliquod, quod ventris onus exciperet, et hoc interdùm è pretioso metallo, quod lasanum appellabant. De quo est illud Horatianum lib. 1, Satyr. 6 :

Prætorem quinque sequuntur
Te pueri lasanum portantes, œnophorumque.

Sed credo illa priora tempora, cùm nullum Saül haberet regem in Israel, cujus sequeretur exemplum, abstinuisse ab hâc superbâ majestatis ostentatione, neque aliquid fecisse inusitatum, aut à priori vitæ ratione, aut ab aliorum principum exemplo.

Ubi Vulgatus, *ut purgaret ventrem*, Hebraicè est, *ad tegendum pedes*, quod vocabulo honesto rem potiùs tegit, quàm explicat indecoram. Aliqui putant ideò opus illud naturæ per occultationem pedum significari, quia cùm venter à suo levatur onere, pedes operiuntur. Neque id mihi displicet, quia id facere aut debent aut solent, qui modestissimè volunt naturæ eo onere laboranti subvenire : maximè apud Hebræos, quibus id præstare difficile non fuit, cùm longas haberent vestes, secùs atque nationes aliæ, quæ propter astrictas vestes, brevioresque lacinias id commodè præstare non possunt. Sed quia id etiam neque perpetuum, imò neque facile semper est, tametsi id honestorum maximè exigeret modestia ; ideò arbitror pedes hìc sumi figuratè, et pro re illâ in virili sexu honestè usurpari, quæ non nisi inhone-

(1) Vers. 3. — Super abruptissimas petras quæ solis ibicibus perviæ sunt. *Ibex* est species caprarum sylvestrium, quæ in rupes præruptas aufugit. Unde tales venando insectans Maximilianus primus imperator, in rupes invias deductus cùm descendere nequiret, ductu angeli, ut creditur, descensum reperit, ideòque crucem eò loci in perenne monumentum erigi jussit. Extat hæc crux juxta OEnipontem, ubi cùm Romam pergerem, illa mihi ostensa fuit.

(Corn. à Lap.)

(2) *Saül entra dans la caverne où David s'était réfugié avec ses gens.* Saül entre dans la caverne où David s'était caché. David et ses compagnons le reconnaissent, et pour lui, il ne les voit point. Car on sait assez que lorsque les yeux sont accoutumés à un lieu sombre, on y discerne les objets, au lieu que lorsqu'on y entre en sortant d'un grand jour, on n'y peut rien voir. Les compagnons de David s'imaginaient qu'il lui fût permis d'assurer sa vie en l'ôtant à celui qui ne cherchait que sa mort. Ils le font même souvenir de ce qu'ils avaient appris sans doute de David même, qui est que Dieu lui avait promis de lui livrer son ennemi entre les mains.

Ce saint homme, au contraire, qui était éclairé de la lumière du ciel, et qui la prenait pour l'unique règle de toutes ses actions, était persuadé que Dieu ne lui avait pas fait naître cette occasion si peu attendue, pour écouter dans lui-même la voix de la chair et du sang, mais pour lui donner la gloire d'avoir étouffé dans son cœur tous les ressentiments de la vengeance, et d'avoir sauvé la vie au plus grand ennemi qu'il eût au monde. Il coupe donc seulement le bord de la casaque de Saül, *afin*, dit saint Augustin, *qu'il eût entre ses mains une preuve convaincante qu'il n'avait tenu qu'à lui de le tuer.*

(Sacy.)

stè propriè significari posset. Neque id novum est in Scripturâ sacrâ, quæ *pedum* nomine obscœna et inverecunda significat. Exemplorum nos satis adduximus in nostris Commentariis in Isaiam ad illud cap. 6 : *Et duabus velabant pedes ejus.* Quod externis atque profanis scriptoribus inusitatum non est. Hoc enim dicendi genere usus est Herodotus, imò oraculum quoddam, quod Herodotus refert, pedem ventris appellat, quod natura sub ventre verecunde celavit; et quam propriè Isaias urinam appellaret, aquam vocavit pedum. Hâc eâdem phrasi idem naturæ opus in Æglone Moabitarum rege, Jud. 3, v. 24, explicuit Scriptura. In hoc autem apparet Scripturæ modestia, quòd ea, quæ turpitudinis aliquid habere videntur, siluit, et removendo quod in eo opere inhonestè nudari posset, rem honesto quodam artificio declaravit, neque quid attulit, nisi quod in re turpi honestè fieri solitum est. Est autem usitatum ex actione aliquâ, quæ alicui operi aut arti familiaris est, opus illud, aut artem explicare. Quo modo dicimus aliquem pollinctum et unctum, quem functum esse vitâ significamus. Et qui dixit apud Tullium aliquem cubito se emungere, salsamentarium significare voluit, quia qui salsamenta curant, cubito solent nares emungere. Sic ergo quia in illo opere, quæ natura à ciborum reliquiis ventrem exonerat, homo tegit, quod esse nudatum pudor vetat, fit, ut pedes, id est, obscœna tegere, idem sit quòd purgare ventrem.

Cur ad illud opus naturæ ingressus fuerit speluncam Saül, multa dicunt Hebræorum magistri, quæ ego prudens omitto, et quia meo judicio falsa sunt, et quia non video quid possit usus habere illorum cogitatio. Vide Abulensem q. 5. Ingressus est autem speluncam illam Saül, quia opus illud latebras amat et secessum, neque ullus est tam abjectus et sordidus, qui rem illam alioqui necessariam ab hominum oculis non avertat. Seneca, Epist. 70, docet servo cuidam nullum datum esse sine custode locum, nisi cùm ad corpus exonerandum secederet.

Porrò David et viri ejus in interiori parte speluncæ latebant. Magnam fuisse oportet speluncam illam, quæ sexcentos admisit viros, atque illos ita celavit, ut regis oculi, quantumvis vigilantes et avidi, videre non potuerint. Hujus rei causas varii varias adducunt. Josephus lib. 6, c. 14, speluncam esse dicit longo recessu opacam, angustam in principio fuisse indicat, et apertè affirmat in penitiore sinu latè esse patentem. Quare ex ipso ingressu suspicari potuit Saül ibi non latere sexcentos viros, cùm pro tantâ multitudine videret, aut fortè existimaret non fore capacem. Lyra eam indicat esse causam, quia cùm spelunca esset propè viam, et fortassè una esset ex caulis, ad quas pastores hybernis, turbidisque temporibus includebant pecora, non putavit in locis minùs à viâ, et hominum consuetudine remotis habitaturum Davidem, neque ideò de speluncâ perscrutandâ curavit, neque ulla tunc subiit de Davide cogitatio. Quæ ratio apud me levis non est.

Hebræi hoc loco mirè nugantur, neque pudebit referre, quæ ipsos fingere, et monumentis tradere non puduit. Dicam igitur quid q. 6, de illorum nugis dicat Abulensis, cui videre aliquando licuit Rabbinorum commenta, quæ nobis hoc tempore permissa non sunt. Dicunt enim, aliquando Davidem quæsiisse à Domino, cur tria, quæ prorsùs videbantur inania, in naturâ rerum esse voluerit : nempe homines stultos, araneam, et muscam. Cui Deus respondit, ipsum aliquando experientiâ cognituruum, non esse hæc tria prorsùs otiosa. Quod in seipso Davidem expertum esse dicunt. Nam cùm apud Achis stultum se esse simulâsset, mortem effugit, quam, nisi eo usus esset artificio, necessariò videbatur esse subiturus. Deinde cùm descenderet ad illum locum, ubi in castris noctu dormiebat Saül, quando lanceam ab illo sustulit, et scyphum, aiunt Rabbini incautè Davidem inter Abneris crura, qui propè dormiebat, posuisse pedem ; quem cùm extrahere non posset nisi excitato Abnere, quod Davidi foret omninò exitio, cùm adversùs se universa excitaret castra Saülis, repentè adfuit musca, cujus morsu explicuit Abner crura nondùm solutus somno ; et eâ ratione David præsens illud capitis periculum effugit. Sed sanè mirum est, quòd quisquam noctu mordentem muscam viderit : nam non vidisse, neque sensisse ipsum Abnerem ipsi docent Hebræi ; qui dicunt illum mordente muscâ non tamen fuisse somno solutum. Quod de araneâ fingunt, minùs quidem faciunt ineptè, fingunt tamen ; certè non habent, unde id ex Scripturâ sacrâ conjectent. Dicunt enim, cùm primùm speluncam illam ingressus est David, in ore interioris sinûs aranearum telas esse pertextas, quare omnis recentis latebræ suspicio sublata est. Quod de S. Felice episcopo Nolano sacri produnt annales. Hanc igitur dicunt esse

causam, cur Saül existimare non debuerit intùs quemquam latere. Ego divinæ providentiæ id totum attribuo, quæ Davidem in eo rerum vestigio, quod sanè angustissimum fuit, servare voluit. Quòd si rationes quæras humanas, non videntur omninò contemnendæ, quas ex Lyrâ supra et Josepho produximus.

Vers. 5. — Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te : Ego tradam tibi inimicum tuum. Verba sunt illorum, qui in penitiori speluncæ recessu latebant cum Davide, qui id, quod à Saüle fieret ad ipsum speluncæ aditum illustratum à sole, intuebantur : qui instimulabant Davidem, ut negotium illud molestum, ac periculosum uno ictu transigeret. Quod non esse tantùm utile, sed etiam honestum, et cum religione conjunctum; quandoquidem conatus ille, si quid contra regem audaciùs tentaret, auctorem Deum habuit. Illum enim diem, et articulum esse interpretabantur, quem Dominus ante promiserat, cùm dixit traditurum se Saülem in Davidis manus quasi constrictum, ita ut de illius capite suo arbitratu, liberè, ac sine ullo periculo statueret. Quando hæc promissa à Domino acceperit David, non constat, verum autem dixisse Davidis socios non est dubitandum : neque res erat occulta, quando illi noverant; neque, ut reor, sicut alia de se plura ignorabat Saül. Hæc, credo, David sociis aperuerat, ut eorum solaretur animos, et ad dura tam inclementis ac barbari regis consilia confirmaret. Facilè enim homines obdurant contra omnia bellorum, fortunæque ludibria, cùm brevem putant futuram esse molestiam, et laboris propositam mercedem. Sed unde id Davidi à Domino prædictum, incertum est. Quidam à Gad, alii à Natham Prophetis acceptum esse credunt. Ego eò multò magis inclino, ut credam hoc à Samuele fuisse prædictum, quo tempore ad illum profectus est David, cùm videret se à Saüle ad mortem inquiri. Est autem verisimile tunc à Samuele didicisse Davidem, futurum aliquando tempus, cùm in ejus manus rex ille inhumanus, inermis, et penè nudus, et quasi constrictus incideret. Aut certè, quia David etiam Propheta fuit, idem hâc à Domino promissione confortatus est.

Surrexit ergo David, et præcidit oram chlamydis Saul silenter (1). Quo animo surrexerit David, incertum est, an ut oram chlamydis præcideret, quod postea fecit, an ut illum securum et inermem occideret. In hoc posterius magis inclino, cum Abulensi quæst. 4, quia postea v. 11, ipsemet fatetur David se de Saülis interitu cogitâsse. Sic enim ille ad Saülem : *Cogitavi ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus.* Sed in medio cursu mutavit animum, neque tam voluit regem occidere, quàm ostendere se facilè occidere potuisse; quod tunc abundè præstitit, cùm frustum ex chlamyde desectum ostendit. Mirabitur autem aliquis, quomodò Saül neque viderit, neque senserit Davidem, imò neque ullum hauserit strepitum, cùm tamen proximè, ut apparet, accesserit David. Sed ubi de Dei speciali curâ atque providentiâ constat, quam habuit in Davidem, non est cur de reliquo laborandum putemus. Abulensis à Deo eo articulo inductam surditatem arbitratur, ita ut nihil audire potuerit. Neque hoc displicet, sed addere posset, immissam quoque fuisse ἀφασίαν, id est, *cæcitatem,* sicut fecit olim cum Sodomæis, et aliquandiù post hæc tempora cum Syris in obsidione Samariæ. Et addit Abulensis, additam esse levitatem pedibus Davidis, ita ut gradum suspendere, et sine ullo strepitu ad regem usque pervenire potuerit. Sed fieri potuit, ut rex deponeret chlamydem, ut illi naturæ operi commodiùs vacaret, et à se longiusculè rejiceret. Tunc verò accedere commodissimè potuit, et neque vidente, neque sentiente rege cogitata perficere.

Vers. 6. — Post hæc percussit cor suum David, eò quòd abscidisset, etc. Cogitârat priùs David, ut diximus, Saülem occidere, sed ab eo consilio compunctum animum conscientia deterruit, et illa elegit, in quibus aliqua apparebat observantia, et nihil erat, quod pietas, aut religio damnaret. Quare satis habuit, abscissâ chlamyde, referre secum servatæ regiæ vitæ illustre testimonium. Sed quia fidelis erat, ac pius Davidis animus, in illâ tantâ continentiâ aliquid habuit, quod non probaret, et quo læsam arbitraretur regiam majestatem; cùm decurtatâ chlamyde temeratam putaret regiam personam, quam Deus sacro delibutam oleo ad regni culmen destinâsset. Quare percussit Davidem animus suus, id est, tristis quædam cogitatio, et angor conscientiæ, quasi consilium suum ipse damnaret, et infectum vellet, quod

(1) Alleg. Eucherius : « David, inquit, abscindens oram chlamydis Saülis significat « Christum Judæos non occidisse, sed eis gloriam regni abstulisse; chlamydis enim abscissio, regni est amputatio. » (Corn. à Lap.)

nimis præcipitato consilio fecisset imprudens.

Vers. 7. — Dixitque ad viros suos : Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo, christo Domini (1). Sperabant socii, cùm suo hortatu ad Saülis cædem Davidem incitâssent, et ille suorum votis satisfacere velle significâsset, occisum iri regem, et illum diem quotidianis molestiis atque periculis finem allaturum. Cùm autem illum sospite Saüle reversum esse vident, rursùs instimulant, ut regem conficiat, neque oblatam divinitùs occasionem perire sinat. Quod ille jurisjurandi interpositâ religione facturum se negat. Illud enim, *propitius sit mihi Deus*, absque dubio juramenti forma est, ac si dicat : Adversus mihi sit Deus, neque quid mihi ab illo succedat ex votis, si manus infideles et impias attulero domino meo, et regi uncto. Adducit autem duas rationes, cur nefas esse putet regiam illam personam violare. Altera est, quia ipsius est dominus, atque ideò lex ipsa jubet, imò et rerum natura, ut illius servet incolumem, non adimat vitam. Deinde quia corpus illud, quod gladius confoderet, sacrosanctum est ab unctione sacrâ ; sacra verò violare religio vetat. Propter quod lib. 2, cap. 1, gladio peremit illum, qui volentem regem, et hoc ipsum orantem, imò et jam agentem animam occidit. Quæ duæ rationes satis produnt Davidis ingenium liberale et pium.

(1) Vide hìc et mirere clementiam Davidis et reverentiam erga Saülem regem, quem licet infensissimum persecutorem habens in manibus, lædere non vult. Unde gloriosior fuit hæc Davidis de Saüle victoria, illâ quam retulit de Goliâ. Audi S. Chrysost. homil. 2 de Davide et Saüle : « Saül egressus est è speluncâ, « egressus est autem post illum et David, liberis oculis cœlum intuens, ac tunc tempo« ris magis exultans, quàm cùm Goliath deje« cisset, ac barbari caput amputâsset. Siqui« dem hæc illa munificentior erat victoria, « hæc magnificentiora spolia, hæc præda illu« strior, hoc gloriosius trophæum. » Cujus rei rationem reddit quòd illa victoria armis constiterit, hæc virtutibus ; et concludit : « Itaque « rediit non barbari illius caput gestans, sed « animi commotionem mortificatam, sed iram « enervatam ; neque hæc spolia reposuit Hie« rosolymæ, sed in cœlo, inque supernâ illâ « civitate ; nunc haudquaquàm in choris ob« viàm veniebant feminæ, excipientes illum « cum laudibus, sed angelicus populus è su« blimi applaudebat, admirans ejus philoso« phiam et humanitatem. » Et paulò post : « Illustriorem tulit victoriam servato Saüle, « quàm si illum mactâsset. Quod enim tanti « pretii lucrifecisset præmium occiso hoste, « quantum nunc tulit illi parcendo ? »

(Corn. à Lap.)

Vers. 8. — Et confregit David viros suos sermonibus, et non permisit eos, ut consurgerent in Saul. Cùm viderent viri sexcenti, qui cum Davide se in interiorem speluncæ secessum abdiderant, nihil gravius Saülem esse passum, statuerunt ipsi in Saülem irruere, et quod David tentare non est ausus, rem totam temporis momento transigere. Sed repressit illorum effervescentes animos, et ad cædem anhelantes David, neque permisit, ut in regem securum quidquam hostile molirentur. Orationem habuisse gravem, prout loci et temporis facultas patiebatur, indicat illud, *confregit sermonibus*. Cujus illæ videntur gravissimæ fuisse rationes, quia dominus esset, et rex, pro cujus vitâ omnem deberent aleam subire ; neque fas esse sacrosanctum corpus, in quo redoleret adhuc aliquid ex oleo sacro, subditorum hominum ferro temerari. Perfecit denique suâ auctoritate, et verborum pondere, ne quam à servili manu regium corpus pateretur injuriam.

Vers. 9. — Egressus de spelunca clamavit post tergum Saul dicens : Domine mi rex. Postquàm deposito ventris onere cœpit, quam instituerat viam, persequi Saül, egressus est David, et quibus antea modis, et fortassè magis officiosis, et observantiæ plenis suam pietatem et obsequium ostendit, etiamsi nôsset nihil illum amicum aut sanum cogitare. Quare suum illum regem et dominum salutat, et inclinato corpore, et prono in terram vultu supplex adorat ; nihil omisit denique, quod regius fastus, et ambitiosa majestas ab infimæ conditionis servulo requireret. Hic porrò loquendi ac salutandi modus, hic habitus hominis supplicantis et cernui, optima est àb offenso et ambitioso principe benevolentiæ comparandæ ratio. Deinde adhibet orationem, brevem quidem, quia id temporis exigebant angustiæ et animus regis nondùm pacatus ; sed plenam dignitatis, plenam spiritûs, in quâ otiosa rhetorum, et curiosa studia nihil desiderent. Primùm docet inanes esse, atque omninò fallaces voces illorum, qui regi persuadere studebant, contra ipsius salutem et vitam aliquid hostile meditari Davidem. Quod ab effectu probat omninò dissentaneo. Quis enim credat, illum de eorum morte iniisse consilium, qui cùm facilè, ac tutò illorum possit spiritum extinguere, abstineat tamen manus, et abire patiatur incolumes ? Cujus rei oblatam fuisse facultatem docet, cùm ostendat frustum è chlamyde desectum, et quemadmodùm illum separatum à

suis, et in speluncâ quodammodò constrictum invenerit (1).

VERS. 11.—ET COGITAVI, UT OCCIDEREM TE, SED PEPERCIT TIBI OCULUS MEUS (2). Ita loquitur Da-

(1) VERS. 10. — *Pourquoi écoutez-vous ceux qui vous disent que je ne cherche qu'une occasion de vous perdre?* David est plein d'un profond respect pour l'oint du Seigneur; il le défend contre la violence de ses gens; il n'oppose qu'une douceur invincible à cette cruelle résolution que Saül avait faite de le perdre à quelque prix que ce fût; mais néanmoins il soutient son innocence, et il fait voir l'injustice et l'imposture de ceux qui ne travaillaient qu'à nourrir la haine et l'envie que ce prince soupçonneux avait conçue contre lui, en lui représentant David comme un sujet rebelle, quoiqu'il n'eût pour lui dans le cœur qu'un profond respect et une fidélité inviolable. « C'est « là, selon saint Bernard, un des plus grands « malheurs de la vie des princes, d'être si « exposés à se laisser surprendre aux artifices « et à la malignité de ceux qui les environnent. « Et c'est ce qui les doit porter à se tenir tou- « jours sur leurs gardes, pour ne se rendre « pas par une crédulité indiscrète aux faux « rapports de ceux qui sont prévenus, ou « d'intérêt, ou de passion. » Car, comme on prend plaisir à favoriser leurs pensées et leurs désirs, parce que l'on trouve un grand avantage à leur complaire, aussitôt qu'ils ont témoigné le moindre éloignement contre des personnes très-innocentes, qu'on leur a rendues odieuses par la fausse image qu'on leur en a tracée, on augmente encore ces mauvais soupçons, et on leur fait croire qu'il n'y a que la raison et l'équité qui les engage dans une aversion qui est entièrement contraire à l'une et à l'autre. C'est ce que David représenta à Saül, parce qu'il le savait environné d'une troupe de flatteurs, qui lui faisaient croire que la mort de David était un moyen nécessaire pour conserver sa personne, et pour assurer le repos de ses états. (Sacy.)

(2) Ego quidem appetitum ultionis meæ secutus, vitam tibi adimere potuissem. Hebræus: *Dixit ad occidendum te, et pepercit super te, et dixit: Non mittam manum meam in dominum meum.* Modestiâ quâdam et in re præsertim odiosâ David, ne uteretur primâ personâ, loquendo cavisse videtur: *Dixit ad occidendum te;* non: *Dixi intra me: Occidam illum.* Aliter: Non defuit qui me hortaretur, ut te occiderem; sed ego respondi: *Non inferam manum meam in dominum meum.* Septuaginta: *Nolui te occidere, et peperci tibi, et dixi: Non injiciam manum meam in dominum meum.* (Calmet.)

DIXI ENIM: NON EXTENDAM MANUM MEAM IN DOMINUM MEUM, QUIA CHRISTUS DOMINI EST. *Christus*, id est, unctus in regem à Deo per Samuelem. Duas causas affert David cur non læserit Saülem: prior, quòd ipse sit *Dominus* suus; posterior, quòd sit *christus*, id est, unctus Domini, q. d.: Mihi religio fuit tangere eum, quem unctio Dei sibi sacravit. Rectè S. August. lib. 2 contra Litteras Petiliani c. 48: « David Saülem, inquit, propter sacrosan- « ctam unctionem et honoravit vivum, et vin- « dicavit occisum. Et quia vel panniculum ex « ejus veste præscidit, percusso corde trepi- « davit. » (Corn. à Lap.)

vid ad Saülem demissè, ut modestè admoneat, sibi ut caveat, vel ab hominibus, si injustè illos, et obstinato odio persequatur; vel certè à Deo, qui potentiorum calumnias et injurias impunitas abire non sinit. Quod à seipso probat, cujus animum subiit, ut Saülem occideret, et uno ictu à longâ se vexatione liberaret; nihilominùs continuisse se, et dedisse vitam illi, cui sine periculo, et fortassè non injustè potuisset eripere. Quid sit *oculum alicui parcere*, diximus in nostris Commentariis super Ezechielem ad illud cap. 5, v. 11: *Et non parcet oculus meus, et non miserebor.* Qui dicendi modus in Scripturâ sacrâ frequentissimus est. Ad quod eo loco observabamus, solere aliquod opus illi attribui, qui illud ab alio quopiam factum esse ostendit. Quo modo sol Eccli. 48, adjecisse dicitur dies Ezechiæ, quia signum fuit vitæ longioris. Quia ergo oculi animorum sunt indices, dùm produnt, quid in animo lateat, sibi etiam vendicant id, quod animorum proprium est, nempe misereri, dolere, parcere. Quare sicut oculi dicuntur dolentes, hilares, quia animorum dolorem, et lætitiam indicant: sic etiam dicuntur misereri, ac parcere, quia miseratione commotum, et pronum ad veniam animum ostendunt.

VERS. 12. — TU AUTEM INSIDIARIS ANIMÆ MEÆ (1). Cùm animum suum innocentem, et

(1) Singula verba Davidis magnam habent emphasim, ejusque clementiam et virtutem adaugent. Ostendit enim se suâ beneficentiâ certare cum insidiis et maleficentiâ Saülis, tamque se in ipsum esse beneficum, quàm ipse in se erat sævus et maleficus. S. Chrys. præter Homil. de Davide et Saüle scripsit homiliam insignem, cujus titulus est: *Quòd David magnificentiùs erexerit trophæum parcendo Saüli, quàm occidendo Goliath;* ubi repetens illa quæ citavi v. 7, addit Davidem hìc insignem plagam diabolo, qui non nisi cædes sitit et suscitat, inflixisse. « Ascendit, inquit, hoste « vulneribus innumeris sauciato; ut qui licet « servâssèt Saülem, tamen illum reverà ho- « stem diabolum multis plagis confixit. Egres- « sus est ergo David è speluncâ dexteram il- « lam totius orbis pretio parem, simul cum « capite coronatam gestans coronâ justitiæ et « mansuetudinis, » etc. Idem Chrysost. Homil. proximè sequenti, docet Davidem hìc martyrii lauream non simplicem, sed multiplicem meruisse: « Illud, inquit, considera, quòd ex « insidiis Saülis triplâ quadruplâque martyrii « coronâ redimitus est. Etenim qui servavit « hostem, eum, qui semel atque iterùm, imò « frequenter lanceam in caput illius vibrârat, « cùm esset occidendi potestatem nactus, ta- « men pepercit. Idque cùm sciret post eam « præstitam clementiam fore, ut denuò ab illo

ab omni alienum suspicione docuisset David, nunc modestè iniquitatis coarguit Saülem, cùm ab illo exigat pœnas, qui nihil, cur vexari tam acerbè debeat, in regem admiserit. Quare monet, ut à Deo, cui miserorum et innocentium tutela credita est, tanquàm à supremo atque universali vindice supplicium expectet, cui ipse suam causam integram committit, oratque ut illam cum Saülis sive injuriâ, sive innocentiâ componat; et quid aut probet, aut improbet, ipse judex statuat et puniat, neque aliquid Saül à Davidis manu adversum accipiat. Illud : *Judicet Dominus inter me et te, et ulciscatur me Dominus ex te,* non est optantis, aut imprecantis, sed prædicentis futurum, ut Dominus causam judicet, et illatas Davidi injurias, et vexationes ulciscatur, etiamsi David manus à cæde atque ultione contineat. Illud enim valet : *Manus autem mea non sit in te.* Quasi dicat: Ego in te, ô rex, nihil moliar hostile; at Deus, sat scio, injuriarum mearum judex et ultor existet (1).

Vers. 14. — Sicut et in proverbio antiquo dicitur : Ab impiis egredietur impietas. Duo

« impeteretur, perspicuum est, quòd millies « coronam meruit animi proposito, millies « autem interfectus propter Deum, plurimas « tulerit martyrii coronas; qui quemadmodùm « et Paulus ait : *Quotidiè mortuus est propter « Deum.* Cùm enim posset hostem sibi insi- « diantem è medio tollere, propter Deum no- « luit; maluit quotidiè periclitari, quàm justâ « cæde à tot mortibus liberari. »

(Corn. à Lap.)

(1) Vers. 13. — Judicet Dominus inter me et te. Appellat David ad Dei judicium, quia humanum non habebat. Nam Saul, qui debebat esse judex, erat ejus hostis et persecutor. Facit hoc, ut acriter cum Saüle expostulet, ostendens persecutionis summam injustitiam; utque eum terreat et à persequendo avertat, minando Dei judicium et vindictam. Sic S. Athanasius Constantino imperatori ab Arianis seducto, jubentique ut iret in exilium, dixit : *Judicet Dominus inter me et te, ô imperator, quia calumniis inimicorum meorum credidisti.* Ita Socrates lib. 1 Histor. c. 25, et Baron. tom. 3, pag. 426.

Et ulciscatur me Dominus ex te. Videtur David commotior ex passione petere à Deo vindictam de Saüle, sed ex primo animi impetu et actu indeliberato, ideòque leviter peccat, ait Abulens. Nam deliberatè noluit Dei vindictam de Saüle; unde auditâ ejus morte, seriò graviterque indoluit. Adde, Davidem videri ultionem hanc petere ex recto justitiæ zelo, ut Deus tantum Saülis scelus castiget ad aliorum exemplum, ne pios persequi audeant, ut sacriat scandalo quod Israeli dederat Saül. Sic enim Moyses Num. 16, Jeremias cap. 17, et David in Psalmis, subinde rectè sancteque petunt à Deo justam de impiis vindictam.

(Corn. à Lap.)

in sacris litteris valet *impietas*, sicut etiam *iniquitas*, *malitia*, *peccatum*, et similia. Alterum propriè, nempe opus sceleratum et impium : alterum figuratè, scilicet impietatis atque peccati pœnam. Ex hâc duplici significatione duplex quoque eruitur sententia. Altera Davidem à peccato purgat; ab illo, inquam, peccato, quo regiæ vitæ insidiatus arguitur : ab impiis enim egreditur impietas, sicut etiam pietas egreditur à piis. Non est autem verisimile, impium aliquid quempiam esse molitum in eum, quem observanter et piè prosecutus est. Cùm ergo dixisset proximè David : *Manus autem mea non sit in te*, id ab ipsâ rerum naturâ probat; neque enim impietas, qualis esset, in dominum ac regem insidias instruxisse, egreditur nisi ab impiis, quorum ipse mores et imaginem horret. Et hæc videtur proverbii genuina sententia. Neque pauca sunt in omni linguâ in eâdem significatione proverbia, quæ tales esse dicit cogitationes, et opera, qualis est auctor.

Si verò iniquitatem, aut impietatem pro supplicio impietatis adhibeas, sensus erit meo judicio proprius, et magis consequentibus accommodatus : Etiamsi manus mea nihil contra te hostile moliatur, neque alius quivis jussu meo de ultione capiendâ pro me, aut de tuâ morum intemperantiâ castigandâ cogitet, non deerit aliquis impius, qui id audeat et compleat. Quòd si hic etiam absit, tua tamen conscientia pœnas abs te exiget scelerati consilii; imò à teipso tute pœnas exiges, non alienâ manu, ac ferro, sed omninò tuo. Quod sanè ita accidit; nam paulò post hunc articulum rex ipse à Palæstinis victus, ut ignominiam et ludibrium vitaret, in suum sibi gladium incubuit, neque de suâ vitâ minùs consuluit hostiliter, quàm consuleret hostis, aut quicumque Davidis injurias ulcisci vellet. In hanc sententiam inclinant Abulensis, et Lyra, Dionysius et Vatablus; et mihi omninò placet. Istud proverbium in Scripturâ sacrâ non invenio; fortassè sumptum est ex vulgi consuetudine, licet sententia illa in Scripturâ sacrâ infrequens non sit.

Vers. 15. — Canem mortuum persequeris, et culicem unum (1). Minùs decere indicat dignita-

(1) *Que poursuivez-vous, ô roi d'Israël? Vous poursuivez un chien mort et une puce.* David considère Saül comme l'ami du Seigneur et comme le roi d'Israël, et il se regarde lui-même comme un chien mort et comme une puce. Une aussi extrême douceur que celle qu'il témoigne en cette rencontre ne pouvait naître que d'une

tem regiam, bellum suscipere cum hoste neque nobili neque robusto, ex cujus insectatione nihil referre potest præter ignominiam, si nihil eorum, quæ captabat ex illo certamine, consequatur : quòd si ex votis cogitata succedant, non majorem consequetur gloriam ex illâ victoriâ, quàm si mortuum insectaretur canem, aut pulicem unum. Hæc pars apud eos qui appetentes sunt gloriæ, et magno in loco apud alios haberi volunt, gravissima est, quam rhetores *ab honesto* dicunt. Est autem hoc Hebræorum proverbium, quod mirè extenuat alicujus conditionem miseram et vilem. *Canis* aliquid indicat odiosum et fœtidum ; quòd si addas *mortuum*, nihil dixeris odiosius et vilius. Sic de Semei homine impuro, et vili dixit Abisai, 2 Reg. cap. 16 : *Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi?* Talem ergo se David appellat, ut vel eâ compellatione insolentis regis ambitionem frangat.

Et culicem unum. Hoc etiam vilissimi ingenii est, *culicem* venari, aut persequi. Sanè valdè apud posteros laboravit Domitiani nomen, qui in secessu separatus licet ab spectatorum oculis muscas venabatur. Usus est hoc eodem proverbio David infra cap. 26 : *Egressus est rex Israel, ut quærat pulicem unum.*

Vers. 17.— Numquid vox hæc tua est, fili mi David (1)? En quàm mutatus est Saul à seipso!

profonde humilité. Il est lui-même l'élu de Dieu, et Saül est rejeté de lui, et visiblement possedé du démon. Et néanmoins il n'a pour ce prince que des sentiments de respect, et pour lui-même que du mépris. Tant est vrai ce qu'a dit un saint, que les âmes les plus humbles sont aussi les plus généreuses, et que plus elles sont petites à leurs propres yeux, plus elles sont grandes à ceux de Dieu. (Sacy.)

(1) Subdit Chrysost. exempla quibus ostendat, quàm potens sit vox piorum : « Vox sanctorum frequenter et elementa stare fecit, « et potestates illorum immutavit. Locutus est « tantùm Jesu Nave, et constitit sol et luna. « Sic et Moyses mare ingressus est, et cessit; « sic tres illi pueri ignis vim extinxerunt hymnis « illis suis, hâc voce. Itidem et Saül ad eamdem « vocem incaluit, dicens : *Vox tua ista, fili David?* Quid igitur David? *Servus tuus, domine, « mi rex.* Post hæc certamen oritur, et contentio uter alterum majore prosequatur honore. Saül quidem ad cognationem ascivit, « filium appellans; David autem dominum eum « appellat. Quod autem dicit tale est : Unum « inquit, unum illud quæro, salutem tuam, « ac virtutis profectum; filium me appellâsti; « mihi verò satis est, si me pro famulo habeas, « tantùm ut iram ponas, tantùm ut ne quid de « me suspicere mali, neve me ducas hostem « aut insidiatorem. » Inde colligit Chrysost. in nostrâ potestate esse inimicum nobis reconciliare; si cum Davide nos coram eo humiliemus, Quem modò quærebat ad cædem, insidiatorem appellabat, et ut illum venaretur ut feram, vitam ipse ducebat ferinam et agrestem, jam filium appellat paterno blandimento, et quasi vocem illius suaviter resonantem audiret, de vocis auctore, seu moderatore rogat, quasi non credat ejus esse vocem, quem ipse amore deperiret ardenti. Tanta animi mutatio facta est, ut nunc cum suavitate audire videatur illius vocem, quam ante quasi leoninum fremitum horrebat.

Et levavit Saul vocem suam, et flevit. Fletus iste Saülis ortus esse videtur ex cognitione Davidis innocentiæ, et suæ jampridem obstinatæ malitiæ, quâ illum tot modis exquisiisset ad cædem. Maximè cùm accederet modesta illa atque humilis oratio, quâ se canem appellârat mortuum, et unum è culicibus; cùm tamen ipse experientiâ jam sæpè didicisset, illo in Israele toto robustiorem esse neminem; neminem in re bellicâ magis aut fortunatum,

et charitatem in eum ostendamus, juxta illud Proverb. 15, 1 : *Responsio mollis frangit iram.* « In nobis ergo, ait Chrysost. situm est, ut vel « extinguatur ira inimicorum, vel ad majus « irritetur incendium, si verbis asperis eum « invadamus. » Probat id exemplo ignis quod subjicit : si enim « infles in scintillam ignis, « excitas incendium; contra si inspuas, extin- « guis, et utrumque tibi in manu est; quoniam « utrumque, inquit, ex ore tuo proficiscitur. « Idem fit et in inimicitiâ proximi : si inflatos « ac vecordes ingeras sermones, excitas ignem « illius, accendis carbones; sin mites ac mo- « deratos admoveas sermones, priusquàm exar- « descat, iram omnem extinxeris. »

(Corn. à Lap.)

Saül verse des larmes, et il dit à David : Vous êtes plus juste que moi. La dureté de Saül ne peut résister à une si extrême bonté de David. *Il répand des larmes ;* il l'appelle *son fils ;* il reconnaît *qu'il est juste,* et il se condamne lui-même d'une grande injustice. Il admire la générosité avec laquelle David a pris plaisir à conserver une vie qui n'était employée qu'à lui procurer la mort. Il admire cette action, qui paraît si fort au-dessus de l'esprit humain. Il souhaite que Dieu la récompense. Il prévoit *que David régnera certainement,* parce qu'il sent bien que rien n'est plus digne de l'élévation du trône que cette grandeur d'âme et cette douceur si héroïque. Et néanmoins, après tant de marques, non seulement de sa réconciliation avec David, mais même de l'admiration où il est de sa vertu, il le quitte avec un cœur qui dément sa bouche, et qui est toujours plein de fiel et de haine. C'est pourquoi il est marqué *que David se retira en des lieux plus sûrs.* Car sachant que la main de Dieu était sur Saül, et que l'envie qu'il avait conçue contre lui avait jeté de profondes racines dans son cœur, il était persuadé que sa haine durerait autant que sa vie, et qu'il n'y avait que Dieu qui pût l'empêcher de tomber entre ses mains. (Sacy.)

aut industrium. Est sanè humilitas maximè in eo, quem corporis atque animi ornamenta commendant, ad domandos et inclinandos animos, et frangendum furorem potentissima; neque credo contra ingenuos spiritus aliquid opponi posse potentius. Sanè cùm ira regis, ira sit leonis, neque aliter in furore, quàm leo rugiat, sermo tamen mollis iram fregit regis, sicut prostrata fera furorem sedat, et rabiem leonis. De quo Claudianus optimè :

— *Torvique leones*
Quæ stravisse valent, ea mox prostrata relinquunt,
Nec nisi bellantis gaudent cervice juvenci
Nobiliore fame.

Quâ de re graves passim occurrent in omni litteraturâ sententiæ, à quibus ego commemorandis abstineo ; nonnihil tamen addam ad finem capitis.

Vers. 18. — Dixitque ad David : Justior es quam ego (1). Jam agnoscit fateturque Davidem esse justum, se autem illum esse, qui omnem justitiæ modum abjecisse videatur, cùm in eum, à quo tot fuerit cumulatus officiis, sic fuerit injurius, ut pro gratiâ, quam multis nominibus fuerat ante promeritus, injuriam, odium, vexationemque retulerit. Cùmque alibi sæpè benè in regem affecti animi præclara documenta dederit, nunc tamen ita dedit illustria, ut vel cæcis possint esse notissima. Cùm enim eò esset adductus, ut effugere non posset inimici manus, continuit tamen justum, et multis stimulis irritatum furorem, et abire ex laqueo permisit incolumem. Ecquis enim est, qui cùm illigatum videat inimicum, et minarum adhuc spirantem, cum bonâ gratiâ liberum atque intactum dimittat? Quare orat, ut quando à se sperari nihil possit boni, Deus illi pro tantâ humanitate, et tam ingenui pectoris officio beneficium rependat. Ac tandem obsecrat, ut quando illum regium nomen, atque potestas manet, de quo ipse non dubitat, et nunc certissimè ex eo tandem didicit, quia in illo regios spiritus, id est, ingenuos et clementes agnovit, ne semen suum, quod ipse ingenii sui, ac morum intemperie prodiderat, et justæ vindictæ fecerat obnoxium, perdat, sed potiùs amplectatur et foveat, sicut de suo genere sollicitus Jonathas sub eâdem jurisjurandi formâ paulò ante caverat (1).

(1) Pergit S. Chrysost. : « Vides ut suam « ipsius damnat malitiam, ac justi virtutem « prædicet, nulloque cogente sese purgat. « Idem tu facito cùm hostis inciderit in manus « tuas; noli accusare illum, sed teipsum purga, « ut illum perpellas ad suî ipsius condemnatio- « nem. Nam si nos accusamus, exasperatur; « si nos excusaverimus, ille reveritus nostram « humanitatem, mox seipsum condemnabit. » Et nonnullis interjectis : « Neque enim sim- « pliciter dixit : Fecisti mihi bona, sed : *Re-* « *tribuisti mihi bona*, hoc est, pro insidiis, pro « cæde, pro malis illis innumerabilibus, magna « mihi rependisti beneficia. At ego ne sic qui- « dem factus sum melior, sed post illa tua « beneficia perseveravi in malitiâ ; tu verò nec « sic quidem es immutatus, sed constanter « tuum obtinuisti morem, nos iterùm atque « iterùm tibi insidiantes beneficiis prosequens. « In hisce singulis verbis, quot coronis dignus « apparuit David? » (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 20.—Quis enim cum invenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona, sinet eum abire salvum et incolumem? *via* enim *bona* est quæ ducit ad vitam, mala verò, quæ ducit ad mortem. Loquitur Saül ex suo et similium hominum mundanorum ingenio, qui inimicos suos datâ occasione occidunt. Nam sancti contrarium faciunt, et vincunt in bono malum, uti fecit hìc David. Quem præ aliis imitatus est S. Joannes Gualbertus, qui armatus occurrens inimico inermi, cùm ille vitam sibi donari posceret per amorem Christi pro inimicis suis crucifixi, eidem pepercit. Unde ingrediens Ecclesiam oransque ante imaginem Crucifixi, vidit Crucifixum ad se caput inclinare, ac quasi applaudere et gratias agere, quòd hosti suî amore pepercisset. Quo viso commotus Joannes seculo renuntiavit, et ordinem Vallis-Umbrosæ instituit sub annum Domini 1020.

Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me, q. d. : Ego non possum tibi retribuere par ; retribuat ergo illud tibi Deus. Causam dat S. Chrysost. Homil. jam citatâ, dicens : « Quid enim poterat « Saül reponere dignum meritis, etiamsi re- « gnum dedisset cum omnibus oppidis? Neque « enim oppida modò et regnum, verùm et vi- « tam ipsam donaret illi David; ille verò non « habebat alteram vitam, quam rependeret; « eòque illum relegat ad Deum, et ab illo ma- « naturis præmiis honorat, pariter et hunc « laudans, et universos erudiens, quòd tùm « majora nobis apud Deum præmia reposita « sunt, cùm pro innumeris beneficiis in hostem « collatis, diversa recepimus. » Igitur David hìc subditus, licet major fuit Saüle rege ; nil enim ita magnum et magnanimum facit, ut amor inimicorum et injuriæ condonatio. Audi Martinum Dumensem abbatem, et postea Braccarensem episcopum anno Domini 572, lib. de quatuor virtutibus c. 2 : « Nil aliud « magnum in rebus humanis nisi animus ma- « gna despiciens : si magnanimus fueris, nun- « quàm judicabis tibi contumeliam fieri. De « inimico dices : Non nocuit mihi, sed animum « nocendi habuit : et cùm illum in potestate « tuâ videris, vindictam putabis vindicare po- « tuisse ; scito enim honestum et magnum vin- « dictæ genus esse, ignoscere. » (Corn. à Lap.)

Vers. 21. — Et nunc quia scio quod certissime regnaturus sis. *Scio*, ex singulari illâ Dei erga te curâ et providentiâ, quâ te tutatur, measque insidias eludit, ac te in omnibus pro-

Vers. 22. — (1) Neque auferas nomen meum de domo patris mei. Duas hic ego explicationes intuor; alteram communem, quæ in nomine Saülis, quod de paternâ domo deleri non vult, progeniem intelligit Saülis; quâ stante, stare quoque existimatur Saülis nomen, imò pater ipse, qui in filiis suis quasi in imagine vivere existimatur. Quare hæc verba superiorum explicatio sunt, neque est diversa, sed eadem omninò iterata sententia. Quam ego expositionem ita probo, ut mihi non displiceat illa, quam modò producam.

Certum est, in omni fermè natione, et apud Hebræos maximè, filios, qui degeneres à parentum suorum nobilitate fuerint, aut aliquâ turpiori notâ familiam obscurârint, solere non solùm ab hæreditate depelli, quod est usitatum magis, et à lege permissum; sed etiam expungi à filiorum censu, et abdicari à familiâ. *Abdicare*, inquit Nonius, *est familiâ abjicere.* Idem censet Festus; Quintilianus lib. 3, cap. 6, *abdicatum* interpretatur, qui à familiâ patris abalienatus est. Quod apud Græcos usitatum sperat facitque hostibus omnibus superiorem, æquè ac Israelitis omnibus amabilem et admirabilem ob tuam divinam patientiam et mansuetudinem, quâ etiam mihi hosti tuo infensissimo vitam condonâsti. Ita Abul. Audi S. Chrysost. Hom. jam citatâ : « Dic, obsecro, unde « istud scis? Penès te sunt pecunia, arma, « civitates, equi, milites, breviter universa « vis apparatûs regii; hic contra desertus ac « nudus, nec civitatem, nec domum, nec fa- « miliam habens. Unde igitur, te quæso, ista « loqueris? Nimirùm ex ipsis Davidis moribus. « Neque enim nudus et inermis ac desertus « me armatum, tantâque circumvallatum po- « tentiâ superâsset, nisi Deum haberet adju- « torem. Porrò qui Deum habet faventem, « omnibus est potentior. Vides ad quantam « philosophiam Saül post insidias deductus « sit? Vides quî fieri possit ut inimicus omnem « expuat malitiam, immutatusque ad meliora « sese recipiat? Ne velimus itaque nostram « ipsorum salutem per iracundiam devorare. » (Corn. à Lap.)

(1) Jura mihi in Domino, ne deleas semen meum. Vide quàm Saül rex hìc se submittat Davidi, eique fiat supplex. Unica ergo ratio expugnandi inimicos, eosque amicandi est, humilis et incensa in eos charitas. Audi S. Chrysost. Homil. jam citatâ : « Rex privatum rogat; qui « diademate cinctus est, supplicem agit; pro « filiis suis obsecrat exulem. Et hoc ipsum « arguit virtutem Davidis, quòd hostis ausus « sit hæc ab hoste petere. Nam quod jusjuran- « dum exigit, non eò facit, quòd diffidat Davi- « dis moribus, sed quòd reputet, quot malis « illum affecisset. *Jura mihi te non abolituruni* « *semen meum post me.* Hostem filiis suis relin- « quit tutorem, suasque proles in illius depo- « nit manus, dùm his verbis filiorum ac Davi- « dis manus apprehendens, Deum sequestrum « inducit. » (Corn. à Lap.)

fuit. Certè id satis ostendit Plato, lib. 11 de Legibus. « Si patres, inquit, velint filium per « præconem coram omnibus abdicare, ne am- « pliùs secundùm legem sit filius. » Quod abdicationis genus non admisêre Romani, de quo imperator, l. 6, cap. de patriâ Potestate. Quod item aliquando fecerunt alieni, qui propter filiorum delicta, illos è nobilium familiarum stemmate, seu imaginum lineis expungendos esse censuerunt. Sanè ex illustrium familiarum imaginibus sublati sunt Cassius et Brutus, quia Julio Cæsari manus attulerunt violentas. Tacitus lib. 3, in fine, cùm ageret de Junæ funere quæ Cassii uxor fuit, et Bruti soror, ad extremum addit : « Viginti clarissi- « marum familiarum imagines antelatæ sunt, « Manlii, Quintii, aliaque ejusdem nobilitatis « nomina. Sed præfulgebant Cassius, atque « Brutus, eo ipso quòd effigies eorum non vise- « bantur. » Et idem lib. 2, longiusculè ante medium, prodit decretum esse, ne imago Libonis exequias posterorum comitaretur, quasi alienus foret à nobili familiâ, et ne quis Scribonius cognomentum Drusi assumeret. Hoc verò nihil videtur esse aliud, quàm aliquem ex nobili familiâ deleri.

Id verò magis, opinor, usitatum fuit apud Hebræos : nam quemadmodùm sæpè alieni adoptabantur in filios, sic etiam abdicabantur filii et abalienabantur à paternâ domo tanquàm extranei. Sic sæpè ad Hebræorum morem Deus Israelitas dicit suos non esse filios. Sic quod aliquo nomine, aut turpitudinis notâ infaustum est, et triste, inter illa quæ in eodem ordine sunt, non putamus esse numeranda. Sic Job cap. 3, orat, ne nox, in quâ natus est, cum noctibus aliis numeretur, sed quasi damnata ex aliarum expungatur numero, et cursu : *Ne computetur*, inquit, *in diebus anni, nec numeretur in mensibus.* Neque alio fortassè sensu Jacob jam moriturus de Simeone, et Levi qui adversùs Sichimitas arma sumpserunt, dixit Genes. cap. 49 : *Dividam eos in Jacob, et dispergam eos in Israel.* Qui ut hos abalienavit à filiorum cœtu, sic etiam duos in illorum numerum adoptavit, Ephraim, et Manasse. Sic ergo ex suis promeritis optimè conjectabat Saül, aut meritò timebat, ne illius nomen è paternâ familiâ deleretur, quia id illius exigebant peccata, ne ipsius nomen unquàm audiretur in Israel : an deletum fuerit, incertum est; expunctum tamen fuisse indicat, quòd cùm ex illius genere natus fuerit Mardochæus, cùm illius parentum audiantur nomina ad Cis usque

nomen, qui pater fuit Saûlis, hujus tamen nomen duobus locis prætermissum est. Esther cap. 2, vers. 5 : *Erat vir Judæus in Susan civitate, vocabulo Mardochæus, filius Jair, filii Semei, filii Cis, de stirpe Jemini.* Hoc idem repetitur cap. 11, vers. 4. Cùm autem inter Semei et Cis multi fuerint omissi ex Mardochæi majoribus, non tamen videbatur prætereundus Saül, nisi ille è paternâ domo ab aliquo ex Davidis posteris foret expunctus, cùm regium illi nomen maximam supra reliquos è familiâ Cis auctoritatem conciliàsset (1).

Vers. 23. — Et juravit David Sauli (2). Promisit David, sicut antea Jonathæ, quod orârat Saül. Quomodò tamen salvâ fide et juramenti religione, aliquot Saûlis filios Gabaonitis tradiderit, ut agerentur in crucem, suo dicemus locò, ubi ventum fuerit ad cap. 21 lib. 2 Regum.

Et David, et viri ejus ascenderunt ad tutiora loca. Nôrat David Saûlis ingenium, maximè ex quo illum malus exagitavit spiritus; nôrat ineffrenatum impetum et inconstantem animum. Quare non putabat minùs ab illo cavendum esse, cùm promitteret omnia, quàm cùm omnia adversa minaretur. Atque ideò etiamsi illum domum redeuntem videret, et ab speluncâ recedere, ubi cum sociis proximè latuerat, non tamen putavit ibi se futurum esse tutum, quia dæmonis, qui jam Saûlem obsidere cœperat, nullas credebat inducias insidiis carere. Tutiora igitur quærit diverticula; et relictâ terrâ, ubi laqueis est, et foveis opportunus locus, altiora conscendit. Quod documentum viri spirituales maximè commendant his, qui in agone quem cum dæmone habere debent assiduum, victores esse student, ne quid sibi ab oblatis induciis, aut fucatâ securitate promittant. Nunquàm enim magis inimicus nocet, quàm cùm blanditur, cùm lætam ostentat frontem, cùm de nostris votis magis videtur esse sollicitus. Exempla occurrunt plurima; ex hoc ipso tempore, in quo nunc versamur, pauca habeto. Interfecit Joab Amasam, cùm illi magnum benevolentiæ signum ostendisset, 2 Reg. 20. Occidit Absalom fratrem Amnonem, cùm illum ad splendidam mensam invitavit, quando ab insidiis magis videbatur fore securus. Idem accidit Simoni, 1 Machab. 16, in convivio, quod illi in amicitiæ fœdus, et signum Ptolomæus paraverat. Tales sunt aut Syrenum cantus, aut crocodili lacrymæ : hæc enim dùm aut suavitate delectant aut dolorem nostrum ferre se simulant familiariter, vitæ nostræ magis insidiantur hostiliter. Hæc de cap. 24. Nunc pauca ad extremum addenda ex Patribus.

Gregorius 3 p. Pastoral. admon. 5, in Saûle, cui, dùm ventrem levat, ima chlamydis ora desecatur, superiores intelligit, qui ab inferioribus reprehenduntur; ubi, quo id modo fieri debeat, docet: « Quid, inquit, per Saül, « nisi mali rectores; quid per David, nisi « boni subditi designantur? Saûl igitur ven- « trem purgare, est pravos præpositos con- « ceptam in corde malitiam usque ad opera « miseri odoris extendere, et cogitata apud « se noxia factis exterioribus exequendo mon- « strare. Quem tamen David ferire metuit, « quia piæ subditorum mentes ab omni se « peste obtrectationis abstinentes præposito- « rum vitam nullo linguæ gladio percutiunt, « etiam cùm de imperfectione reprehendunt. » Vide reliqua. Idem lib. 12, Epist. 31, maximè commendat subditis Davidis exemplo, ne quid de superiorum existimatione detrahant, quia illorum detractio, sive vexatio ad Christum pertinet et ejus Ecclesiam.

Nec minùs graviter, aut utiliter ad mores Chrysostomus tomo 1, Homil. de Davide et Saûle, ubi Davidis oratione mutatum esse dicit regis animum. Tanta vis est orationis, humiliantis se, quæque nihil sonat iracundum, nihil minax, sed potiùs hostibus omnia se optare dicit secunda. Sanè verum est illud Proverb. 5 : *Responsio mollis frangit iram.* Et

(1) Subtilior est Sanctii interpretatio; notat enim, eorum nomina, qui probro familiæ fuissent, deleri consuevisse, quemadmodùm imagines Bruti et Cassii à cæteris illustrium majorum imaginibus amotæ sunt. Si in genealogiâ Mardochæi Saül omittitur, alii pariter neglecti sunt, qui utique nihil tale promeruerunt; in illâ enim genealogiâ à Benjamin ad usque Mardochæum, quatuor tantùm recensentur. Generationum gradus non semper accuratè omnes recitantur in Scripturâ. (Calmet.)

(2) Nec tantùm juravit, sed et plura quàm juraverat præstitit. Ita S. Chrysost. « Quid igi- « tur, inquit, David? Num vel leviter dissi- « mulatione et ironiâ ad hæc usus est? Nequa- « quàm, sed protinùs annuit, quodque petebatur « concessit; ac mortuo Saûle non modò non « occidit illius posteros, sed tum plura præsti- « tit quàm erat pollicitus, siquidem filius ejus « cùm esset claudus ac debilis cruribus, in « suam ipsius domum induxit, suæque mensæ « fecit participem, summo illum honore di- « gnatus, nec erubuit, nec occultavit, nec ar- « bitratus est regiam mensam claudicatione « pueri dehonestari, sed decorari potiùs ac « lautiorem fieri. Quotquot enim cum illo dis- « cumbebant, abibant magnam philosophiæ « doctrinam consecuti. » (Corn. à Lap.)

quam, Deus bone, iram! Iram regis, de quâ Proverb. 19, v. 12 : *Sicut fremitus leonis, ita et ira regis;* et 16, v. 4 : *Indignatio regis nuntii mortis, et vir sapiens placabit eam.* Sanè sapiens David, qui indignationem placavit regis, et ex ejus animo duriore silice dolorem et lacrymas excussit, cùm tamen illam indignationem inflammaret invidia, urgeret diabolus, et instimularet ambitio, quæ regium nomen ad alium transferendum timebat. « Quanta, « inquit Chrysostomus, subitò facta est muta- « tio? Qui nunquàm sustinuerat illum vel « simplici vocare nomine, ipsam etiam appel- « lationem habens exosam, nunc adoptat eum « in cognationem, appellans eum filium. Quid « igitur Davide felicius, qui ex homicidâ « fecit patrem, è lupo ovem, qui fornacem « iracundiæ multo implevit rore, quique tem- « pestatem vertit in tranquillitatem, quique « tumorem omnem irâ exæstuantis animi re- « stinxit? Verba quippe Davidis ingressa in « animum istius efferati totam hanc perfece- « runt immutationem : quod è Saülis verbis « deprehendas licet. Neque enim dixit, ser- « mones tui isti, fili David; sed vox tua ista, « fili David ? adeò mox ad vocem ipsam inca- « luit. » Vide reliqua, quæ perbella sunt, ubi præclara à Chrysostomo documentâ traduntur, quæ plurimùm valent ad sedandos iratos et offensos animos; ut à quo offensus es, officiis occupes, honore prævenias, prior salutes. Quæ omnia sic tractat luculenter, ut hìc, si uspiam, maximè Chrysostomum agnoscas.

CAPUT XXV.

1. Mortuus est autem Samuel ; et congregatus est universus Israel, et planxerunt eum, et sepelierunt eum in domo suâ in Ramatha. Consurgensque David descendit in desertum Pharan.

2. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, et possessio ejus in Carmelo, et homo ille magnus nimis ; erantque ei oves tria millia et mille capræ. Et accidit ut tonderetur grex ejus in Carmelo.

3. Nomen autem viri illius erat Nabal, et nomen uxoris ejus Abigail; eratque mulier illa prudentissima et speciosa : porrò vir ejus durus et pessimus et malitiosus ; erat autem de genere Caleb.

4. Cùm ergo audîsset David in deserto quòd tonderet Nabal gregem suum,

5. Misit decem juvenes, et dixit eis : Ascendite in Carmelum, et venietis ad Nabal, et salutabitis eum ex nomine meo pacificè,

6. Et dicetis : Sit fratribus meis et tibi pax, et domui tuæ pax, et omnibus quæcumque habes sit pax.

7. Audivi quòd tonderent pastores tui, qui erant nobiscum in deserto : nunquàm eis molesti fuimus, nec aliquando defuit quidquam eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo.

8. Interroga pueros tuos, et indica-

CHAPITRE XXV.

1. Or, Samuël mourut; tout Israël s'assembla pour le pleurer, et il fut enterré dans sa maison de Ramatha. Alors David se retira dans le désert de Pharan.

2. Or, il y avait un homme dans le désert de Maon, *proche le désert de Pharan,* qui avait son bien sur le Carmel. Cet homme était extrêmement riche : il avait trois mille brebis et mille chèvres. Il arriva qu'il fit tondre *alors* ses brebis sur le Carmel, *de la tribu de Juda.*

3. Il s'appelait Nabal, et sa femme Abigaïl. Abigaïl était très-prudente et fort belle, mais pour lui, c'était un homme dur, brutal et très-méchant; il était de la race de Caleb.

4. David, ayant donc appris dans le désert que Nabal faisait tondre ses brebis,

5. Lui envoya dix jeunes hommes, auxquels il dit : Allez-vous-en sur le Carmel trouver Nabal ; saluez-le de ma part civilement,

6. Et dites-lui : Que la paix soit avec mes frères et avec vous, que la paix soit dans votre maison, que la paix soit sur tout ce que vous possédez.

7. J'ai appris que vos bergers, qui étaient avec nous dans le désert, tondent *vos brebis.* Nous ne leur avons jamais fait aucune peine, et ils n'ont rien perdu de leur troupeau pendant tout le temps qu'ils ont été avec nous sur le Carmel.

8. Demandez-le à vos gens, et ils vous le di-

bunt tibi. Nunc ergo inveniant pueri tui gratiam in oculis tuis, in die enim bonâ venimus : quodcumque invenerit manus tua, da servis tuis et filio tuo David.

9. Cùmque venissent puer David, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine David, et siluerunt.

10. Respondens autem Nabal pueris David, ait : Quis est David? et quis est filius Isai? Hodiè increverunt servi qui fugiunt dominos suos.

11. Tollam ergo panes meos et aquas meas, et carnes pecorum quæ occidi tonsoribus meis, et dabo viris quos nescio unde sint?

12. Regressi sunt itaque pueri David per viam suam, et reversi venerunt, et nuntiaverunt ei omnia verba quæ dixerat.

13. Tunc ait David pueris suis : Accingatur unusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis, accinctusque est et David ense suo ; et secuti sunt David quasi quadringenti viri : porrò ducenti remanserunt ad sarcinas.

14. Abigail autem, uxori Nabal, nuntiavit unus de pueris suis, dicens : Ecce David misit nuntios de deserto ut benedicerent domino nostro, et aversatus est eos.

15. Homines isti boni satis fuerunt nobis, et non molesti ; nec quidquam aliquando periit omni tempore quo fuimus conversati cum eis in deserto :

16. Pro muro erant nobis, tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pavimus apud eos greges.

17. Quam ob rem considera et recogita quid facias, quoniam completa est malitia adversùm virum tuum et adversùm domum tuam, et ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui.

18. Festinavit igitur Abigail, et tulit ducentos panes et duos utres vini et quinque arietes coctos et quinque sata polentæ et centum ligaturas uvæ passæ

ront. Que vos serviteurs trouvent donc maintenant grâce devant vos yeux, car nous venons *à vous* dans un jour de joie : donnez à vos serviteurs, et à David votre fils, tout ce qu'il vous plaira.

9. Les gens de David étant venus trouver Nabal, lui dirent ces mêmes paroles de la part de David, et attendirent sa réponse.

10. Mais Nabal leur répondit : Qui est David, et qui est le fils d'Isaï, *pour que je lui fasse des présents?* On ne voit autre chose aujourd'hui que des serviteurs qui fuient leur maître.

11. Quoi! j'irai prendre mon pain et mon eau, et la chair des bêtes que j'ai fait tuer pour ceux qui tondent mes brebis, et je les donnerai à des gens que je ne connais point!

12. Les gens de David, étant retournés sur leurs pas, vinrent le retrouver, et lui rapportèrent tout ce que Nabal leur avait dit.

13. Alors David dit à ses gens : Que chacun prenne son épée. Tous prirent leurs épées, et David prit aussi la sienne, et marcha, suivi d'environ quatre cents hommes; et deux cents demeurèrent pour garder le bagage.

14. Alors un des serviteurs de Nabal dit à Abigaïl, sa femme : David vient d'envoyer du désert quelques-uns de ses gens pour saluer notre maître, mais il les a rebutés avec rudesse.

15. Ces gens-là nous ont été très-utiles, et ils ne nous ont fait aucune peine; tant que nous avons été avec eux dans le désert, il ne s'est rien perdu *de nos troupeaux.*

16. Ils nous servaient comme de muraille, tant de nuit que de jour, pendant le temps que nous avons été au milieu d'eux avec nos troupeaux ; *ils nous ont mis à couvert des courses des Philistins.*

17. C'est pourquoi pensez-y bien, et voyez ce que vous avez à faire, car quelque grand malheur est près de tomber sur votre mari et sur votre maison, parce que cet homme-là est un fils de Bélial; et personne ne saurait plus lui parler, *tant il est violent et emporté.*

18. En même temps Abigaïl prit en grande hâte deux cents pains, deux vaisseaux pleins de vin, cinq moutons prêts à manger, cinq boisseaux de farine, cent paquets de raisins secs

et ducentas massas caricarum, et posuit super asinos.

19. Dixitque pueris suis : Præcedite me, ecce ego post tergum sequar vos. Viro autem suo Nabal non indicavit.

20. Cùm ergo ascendisset asinum et descenderet ad radices montis, David et viri ejus descendebant in occursum ejus; quibus et illa occurrit.

21. Et ait David : Verè frustra servavi omnia quæ hujus erant in deserto, et non periit quidquam de cunctis quæ ad eum pertinebant; et reddidit mihi malum pro bono.

22. Hæc faciat Deus inimicis David et hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent, usque manè, mingentem ad parietem.

23. Cùm autem vidisset Abigail David, festinavit, et descendit de asino, et procidit coram David super faciem suam, et adoravit super terram,

24. Et cecidit ad pedes ejus, et dixit : In me sit, domine mi, hæc iniquitas; loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis et audi verba famulæ tuæ.

25. Ne ponat, oro, dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal, quoniam secundùm nomen suum stultus est, et stultitia est cum eo; ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos, domine mi, quos misisti.

26. Nunc ergo, domine mi, vivit Dominus (et vivit anima tua!) qui prohibuit te ne venires in sanguinem, et salvavit manum tuam tibi! et nunc fiant sicut Nabal inimici tui, et qui quærunt domino meo malum.

27. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo, et da pueris qui sequuntur te dominum meum.

28. Aufer iniquitatem famulæ tuæ; faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Domi-

et deux cents cabas de figues sèches. Elle mit tout cela sur des ânes,

19. Et dit à ses gens : Allez devant; je vais vous suivre. Et elle ne dit rien de tout cela à Nabal, son mari.

20. Etant donc montée sur un âne, comme elle descendait au pied de la montagne, elle rencontra David et ses gens qui venaient dans le même chemin.

21. David disait alors : C'est bien en vain que j'ai conservé dans le désert tout ce qui était à cet homme, sans qu'il s'en soit rien perdu, puisque après cela il me rend le mal pour le bien.

22. Que Dieu traite les ennemis de David dans toute sa sévérité, et qu'il y ajoute *de plus grandes peines*, si je laisse rien en vie demain au matin de tout ce qui appartient à Nabal, homme ou bête.

23. Abigaïl ayant aperçu David, descendit de dessus son âne, et lui fit une profonde révérence en se prosternant le visage contre terre.

24. Elle se jeta à ses pieds, et lui dit : Que cette *méchante* iniquité, mon seigneur, tombe sur moi. Permettez *seulement*, je vous prie, à votre servante de vous parler, et ne refusez pas de l'entendre.

25. Que le cœur de mon seigneur et de mon roi ne soit point sensible à l'injustice de Nabal, parce qu'il est insensé; et son nom même, *qui signifie fou*, marque sa folie; car pour moi, mon seigneur, je n'ai point vu les gens que vous avez envoyés.

26. Maintenant donc, mon seigneur, vive le Seigneur, et vivez vous-même, puisque le Seigneur vous a empêché de venir répandre le sang, et qu'il vous a retenu la main *en m'envoyant au-devant de vous;* et que vos ennemis qui cherchent les moyens de vous nuire, deviennent semblables à Nabal.

27. Mais recevez, *je vous prie*, ce présent, que votre servante vous apporte pour vous, mon seigneur, et pour en faire part à tous vos gens.

28. Remettez l'iniquité de votre servante; *ce pardon si généreux est digne d'un homme sur qui Dieu a de grands desseins;* car le Seigneur

ni, domine mi, tu præliaris : malitia ergo non inveniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ.

29. Si enim surrexit aliquando homo persequens te et quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viventium apud Dominum Deum tuum : porrò inimicorum tuorum anima rotabitur quasi in impetu et circulo fundæ.

30. Cùm ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia quæ locutus est bona de te, et constituerit te ducem super Israel,

31. Non erit tibi hoc in singultum et in scrupulum cordis domino meo, quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris; et cùm benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ.

32. Et ait David ad Abigail : Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodiè te in occursum meum ; et benedictum eloquium tuum ;

33. Et benedicta tu, quæ prohibuisti me hodiè ne irem ad sanguinem et ulciscerer me manu meâ :

34. Alioquin, vivit Dominus Deus Israel, qui prohibuit me ne malum facerem tibi! nisi citò venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal usque ad lucem matutinam mingens ad parietem.

35. Suscepit ergo David de manu ejus omnia quæ attulerat ei, dixitque ei : Vade pacificè in domum tuam ; ecce audivi vocem tuam, et honoravi faciem tuam.

36. Venit autem Abigail ad Nabal ; et ecce erat ei convivium in domo ejus quasi convivium regis, et cor Nabal jucundum ; erat enim ebrius nimis : et non indicavit ei verbum pusillum aut grande usque manè.

37. Diluculò autem, cùm digessisset vinum Nabal, indicavit ei uxor sua verba hæc, et emortuum est cor ejus intrinsecùs, et factus est quasi lapis.

38. Cùmque pertransîssent decem dies, percussit Dominus Nabal, et mortuus est.

très-certainement établira votre maison, parce que vous combattez pour lui. Qu'il ne trouve donc en vous aucun mal pendant tous les jours de votre vie.

29. S'il s'élève un jour quelqu'un qui vous persécute, mon seigneur, et qui cherche à vous ôter la vie, votre vie, précieuse au Seigneur votre Dieu, sera du nombre de celles des vivants, qu'il tient comme en sa garde; mais celle de vos ennemis sera agitée et jetée bien loin, comme une pierre lancée avec effort dans une fronde.

30. Lors donc que le Seigneur vous aura fait les grands biens qu'il a prédits de vous, et qu'il vous aura établi chef sur Israël,

31. Le cœur de mon seigneur n'aura point ce scrupule ni ce remords, d'avoir répandu le sang innocent et de s'être vengé lui-même; et quand Dieu vous aura comblé de biens, vous vous souviendrez, mon seigneur, de votre servante *et du conseil qu'elle ose aujourd'hui vous donner*.

32. David répondit à Abigaïl : Que le Seigneur Dieu d'Israël soit béni de vous avoir envoyée aujourd'hui au-devant de moi; que votre parole soit bénie,

33. Et soyez bénie vous-même de ce que vous m'avez empêché de répandre le sang et de me venger de ma propre main ;

34. Car, sans cela, je jure par le Seigneur Dieu d'Israël, qui m'a empêché de vous faire du mal, que si vous ne fussiez venue promptement au-devant de moi, il ne serait resté en vie demain au matin dans la maison de Nabal ni homme ni bête.

35. David reçut donc de sa main tout ce qu'elle avait apporté, et lui dit : Allez en paix dans votre maison ; j'ai fait ce que vous m'avez demandé, et c'est en considération de votre personne que je l'ai fait.

36. Abigaïl ensuite retourna vers Nabal, et elle trouva qu'il faisait dans sa maison un festin de roi ; son cœur nageait dans la joie, car il avait tant bu qu'il était tout ivre. Abigaïl ne lui parla de rien juqu'au matin.

37. Le lendemain, lorsqu'il eut dissipé les vapeurs du vin, sa femme lui rapporta tout ce qui s'était passé; et son cœur fut comme frappé de mort en lui-même, et il demeura *insensible* comme une pierre.

38. Dix jours après, le Seigneur frappa Nabal, et il mourut.

39. Quòd cùm audisset David mortuum Nabal, ait: Benedictus Dominus, qui judicavit causam opprobrii mei de manu Nabal, et servum suum custodivit à malo, et malitiam Nabal reddidit Dominus in caput ejus. Misit ergo David, et locutus est ad Abigail ut sumeret eam sibi in uxorem.

40. Et venerunt pueri David ad Abigail in Carmelum, et locuti sunt ad eam dicentes : David misit nos ad te ut accipiat te sibi in uxorem.

41. Quæ consurgens adoravit prona in terram, et ait : Ecce famula tua sit in ancillam ut lavet pedes servorum domini mei.

42. Et festinavit, et surrexit Abigail, et ascendit super asinum; et quinque puellæ ierunt cum eâ, pedissequæ ejus : et secuta est nuntios David. Et facta est illi uxor.

43. Sed et Achinoam accepit David de Jezrael; et fuit utraque uxor ejus.

44. Saül autem dedit Michol filiam suam, uxorem David, Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

39. David ayant appris la mort de Nabal, dit : Béni soit le Seigneur, qui m'a vengé de la manière outrageuse dont Nabal m'avait traité, qui a préservé son serviteur du mal qu'il était près de faire, et a fait retomber l'iniquité de Nabal sur sa tête, *sans que j'y aie eu part!* Cependant David envoya vers Abigaïl, et lui fit parler pour la demander en mariage.

40. Les gens de David vinrent la trouver sur le Carmel, et lui dirent : David nous a envoyés vers vous pour vous témoigner qu'il souhaite de vous épouser.

41. Abigaïl aussitôt se prosterna jusqu'à terre, et dit : Votre servante serait trop heureuse d'être employée à laver les pieds des serviteurs de mon seigneur.

42. Abigaïl ensuite, se levant promptement, monta sur un âne; et cinq filles qui la servaient allèrent avec elle. Elle suivit les gens de David, et elle l'épousa.

43. David épousa aussi Achinoam, qui était de Jezraël; et l'une et l'autre furent ses femmes.

44. Saül, de son côté, donna Michol, sa fille, femme de David, à Phalti, fils de Laïs, qui était de Gallim.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Mortuus est autem Samuel (1). Quoto anno regni Saülis decesserit Samuel, incertum est, et tanta in eo assignando varietas, quanta in constituendo spatio regni Saülis. Quâ in re nobis laborandum non est, qui supra statuimus, Saülis regnum non fuisse productum ultra biennium. Quocirca cùm paulò ante Saülem defunctus fuerit Samuel, non est dubitandum sub finem anni secundi regni decessisse. Seder Olam tradit cap. 13, Samuelem ante Saülis obitum quatuor tantùm mensibus fuisse defunctum.

Et congregatus est universus Israel, et planxerunt eum. Scriptura sacra, quæ à quotidiani sermonis usu non recedit, universali voce significat ea, in quibus multitudinis potiùs est, et frequentiæ, quàm propria universalitatis ratio. Sic totus Israel dicitur secutus Absalomem lib. 2 Reg. cap. 25, et totus mundus abire post Christum dicitur, Joannis cap. 12, v. 19, et tamen scimus, neque totum mundum abiisse post Christum, neque totum Israelem adhæsisse Absalomi. Sic ergo quia frequentes ex omnibus tribubus Israelis interfuerunt Samuelis exequiis, ideò universus Israel ad illius funus et planctum congregatus dicitur. Porrò quid sit apud Hebræos plangere in alicujus funere, docuit Hieron. Epist. 25, ad Paulam : « Stephano, inquit, fecerunt Hierosolymæ fratres planctum magnum. Et utique planctus « magnus non in plangentium exanimatione, « ut tu putas, sed in pompâ funeris, et exe-

(1) *En ce temps-là Samuël mourut, et tout Israël le pleura.* Samuël meurt, et tout le peuple s'assemble à ses funérailles. Un prophète qu'ils avaient comme rejeté pendant qu'il vivait, et qu'ils laissaient dans une vie particulière, sans le prier de prendre part au gouvernement, les touche de regret à sa mort par le souvenir de sa vertu. Et l'on voit ici ce qui arrive presque toujours aux grands hommes, qu'on les méprise ou qu'on les considère peu durant leur vie, mais qu'on ne laisse pas enfin de rendre à leur mémoire la vénération et les louanges qui lui sont dues. *Memoria justi cum laudibus*, dit le sage. (Sacy.)

« quiarum frequentiâ intelligendus est. Denique de Jacob Scriptura sic loquitur : Et « ascendit Joseph sepelire patrem suum : et « ascenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, « et seniores domûs ejus, et seniores omnis « terræ Ægypti, et omnis domus Joseph, et « fratres ejus. Et post paululùm : Et ascende- « runt cum eo quadrigæ et equites, et facta « sunt castra grandia nimis. Ac deinde : Et « planxerunt eum planctu magno, et forti ni- « mis. Planctus iste solemnis non longas Ægy- « ptiis imperat lacrymas, sed funeris monstrat « ornatum. Juxta quem modum Aaron quoque, « et Moysem fletos esse manifestum est. »

Sepultus est autem in Ramatha, natali videlicet solo; inde tamen illius ossa longè post Constantinopolim fuisse translata, magnâque haberi in veneratione tradit Hieronymus contra Vigilantium; Nicephorus, lib 14, capite 10. Ibi autem in illius honorem templum fuisse à Justiniano constructum, auctor est Procopius lib. 5, de Ædificiis Justiniani.

Consurgensque David descendit in desertum Pharam. *Pharam* oppidum est, de quo Hieronymus in Locis hebraicis, v. *Faran*. Quod esse dicit trans Arabiam junctum Saracenis, qui in solitudine vagi errant : et per hoc iter fecisse filios Israel, cùm de monte Sina castra movissent. Sed est etiam desertum à Sinai monte usque ad illam partem terræ promissionis, quæ attingit fines Juda, in quo deserto habitârunt Ismaelitæ, qui et Saraceni, ut docet supra Hieronymus; et descendit hoc tempore David. Quod ipse indicat, imò meo judicio docet ipse David non obscurè, cùm dicit Psal. 119 : *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! habitavi cum habitantibus Cedar*. Cedarenos autem habitâsse in deserto Pharam, nemini credo dubium. Cùm autem David ex speluncâ, quæ erat in montibus Engaddi, migrâsse dicitur ad tutiora loca, ad Pharam, ut apparet, profectus est; ad illam, inquam, partem deserti, quæ non longè abest ab his locis, ubi antea David et illius socii habuêre latibulum; nempe à Ziphæis, Maon, et Carmelo, de quo statim; quæ omnia proxima sibi sunt, et pertinent ad tribum Juda, ut liquet ex Josue cap. 15, v. 55. Non tamen constat, quo in loco primùm consederit David, postquàm ex Engadditano secessu profectus est. Videtur autem elegisse sibi collem Hachila, ut indicat cap. 26, in regione Ziphæorum.

Vers. 2. — (1) Erat autem vir quispiam in solitudine Maon. Diximus, Carmelum proximum esse solitudini Maon, in Ziphæorum, ut reor, finibus. Eo autem loco vir erat potens nomine Nabal, cui res erat ampla pecuaria, et rustica, homo ingenio illiberali, distorto et duro, ex genere Caleb, cui uxor erat ingenio, moribus diversa, tum etiam eleganti formâ, et prudentiâ singulari, nomine Abigail (1).

Vers. 4. — Cum ergo audiisset David in deserto, quòd tonderet Nabal gregem suum. Commune fuit Hebræis, cùm fructus perciperent sive ex agris et vineis, sive ex pecore, habere lætos et geniales dies. De messe est illud Isaiæ c. 9 : *Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores captâ prædâ*. Hoc idem de vindemiâ dicit Isaias, cap. 16, v. 10 : *Auferetur lætitia et exultatio de Carmelo, et in vineis non exultabit, neque jubilabit, vinum in torculari non calcabit, qui calcare consueverat; vocem calcantium abstuli*. Pro *voce calcantium*, cùm hæc eadem repeteret Jerem. cap. 48, v. 33, *celeusma* posuit. *Nequaquàm*, inquit, *calcator uvæ solitum celeusma cantabit*. Eodem modo in ovium tonsione, quando major è pecude capitur fructus, dies genialibus celebrantur conviviis; quod planè docet hic locus. Neque enim nôsset David conviviis indulgere splendidis Nabal, nisi experientiâ nôsset (maximè cùm vitam aliquandiù pastoritiam egisset) dùm tondentur greges, dies sumi hilares et splendidos. Quod etiam docuit Absalom : nam cùm tonderet gregem, invitavit Davidem regem ad convivium; neque aliam adduxit causam, quàm quòd eo dio greges tonderentur. Sic autem Absalom ad patrem, c. 13, v. 24 : *Ecce tondentur oves servi tui; veniat, oro, rex cum servis suis ad servum suum*. Et v. 27 : *Fecerat Absalom convivium, quasi convivium regis*. Juxta patriam igitur consuetudinem Nabal homo potens, splendidum amicis et famulis convivium adornârat, quod v. 36, quasi convivium regis fuisse

(1) Possessio ejus in Carmelo. Hebræus : *Opus ejus in Carmelo;* negotia et possessiones. Ætatis illius census omnis et opes in gregibus erant; et montes Palæstinæ plerique divites erant pascuis; quare non semel meminit Scriptura fœni et herbarum montium. *Opus* valet interdùm divitias, censum : *Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis*, id est, frater prodigi, cujus res omnes brevi dilapidabuntur. (Calmet.)

(1) De genere Caleb. Sermo est hic de Calebo filio Jephone, suâ in Deum fide celebri. Septuaginta et Arabs : *Homo est caninus*, cynicus, impudens, ferus, brutalis. Syriacus : *Rabidus*. Innuere videtur Josephus, illum Cynicorum vitæ genus secutum fuisse; quod inter absurda est absurdissimum. (Calmet.)

traditur. Quam occasionem David perire noluit, sed decem ex sociis, quos secum habuit in deserto, cum his mandatis mittit ad Nabal. Jubet primùm, ut illum verbis salutent humanissimis, precenturque non ipsi solùm, sed etiam toti familiæ, et his qui cum ipso aderant, quos benevolentiæ gratiâ fratres appellat; rebus denique omnibus, quæ ad ipsum quoquo modo pertinerent, pacem, id est, fortunam bonam, ne videlicet illis aliquid contingat adversum; et doceant tandem, quo in statu sit illorum sine ullo suo merito vexata conditio : quemadmodùm cùm extrema paterentur in eâ solitudine, nullam tamen ipsius pastoribus attulerint molestiam; cujus rei pastores ipsos testes accersere non esset difficile. Quare cùm in die bonâ venerint, quando dies sunt abundantes et hilares, orare se, ut ex illâ tantâ rerum abundantiâ ad homines inopes, neque malè de gregibus pastoribusque meritos pars aliqua pertineat. Ad hæc mandata, quæ, ut erant à Davide præscripta, à decem legatis delata sunt, sic respondit homo durus et agrestis (1).

(1) Vers. 6. — Sit fratribus meis et tibi pax. Hebræus : *Et dices illi : Ad vitam, et tu pax, et domus tua pax.* Opto tibi valetudinem et vitam; tu et familia tua tranquillè, prosperè ac quietè vivatis. Chaldæus : *Et dicetis sic : Per vitam tuam, et tu pax et domus tua pax.* Septuaginta : *Et dicetis hæc : In horas et tu salvus, et domus tua, et omnia tua salva.* Pergas facere in multos annos id quod hodiè fecisti. (Calmet.)

Vers. 7. — Nunquam eis molesti fuimus. Id utique satis erat, ut Nabalem sibi promererentur, atque modestiæ suæ præmium ab illo referrent. Beneficii loco habendum est, si armati homines, potentes simul egentesque, potentiâ suâ non abutuntur, ut vi non rapiant ea quæ nemo ab illis tueri potest. Cùm illis libera sit facultas mali impunè patrandi, beneficii loco habendum est, si à malo abstinuerint. Sed David ejusque milites nedùm sua erga Nabalem beneficia verbis non amplificant, potiùs minuunt, nec nisi minimam partem commemorant. Non enim tantummodò hostile nihil servis Nabalis intulerant, sed et amicè illos non semel juverant : *Boni satis nobis fuerunt, et non molesti,* fatentur servi illi cum Abigail loquentes; adduntque : *Pro muro nobis erant* (adversùs hostes) *tam in nocte quàm in die.* Nihilne præmii hæc merebantur? (Calmet.)

Vers. 8. — In die enim bona venimus. Opportunè venimus, quo tempore domus tua omnis gaudet. Moribus receptum erat, ut cùm oves tondebantur, festi et læti dies agerentur. Per idem tempus Absalom Davidem patrem suum et fratres sororesque suas invitavit, ac neci tradidit Amnonem, ut injuriam sorori suæ Thamari illatam ulciscereturt.

Da filio tuo David. Ita loquitur sive ob ætatem Nabalis, Davide senioris, sive quòd Nabal ad eamdem tribum Judæ ad quam et David, pertineret. (Calmet.)

Vers. 10. — Quis est David? et quis (1) est filius Isai? Hodie increverunt servi, qui fugiunt dominos suos. Non solùm non tradidit Nabal id quod per legatos supplex oraverat David, sed etiam illos, et Davidem ipsum contumeliis oneratos dimisit. Et primùm ignorare se dicit Davidem, dùm ait : *Quis est David?* Quo dicendi genere tunc utimur, quando aliquem contemnimus, aut nihil illi nos debere significamus; quasi ille nullo ad nos modo, jureque pertineat. Quomodò Pharao cùm mandatum per Moysem accepisset à Domino, quasi Deum neque revereretur, neque curaret, dixit, Exod. 5, v. 2 : *Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, et dimittam Israel? Nescio Dominum, et Israel non dimittam.* Deinde appellat *filium Isai,* quod, ut diximus cap. 20, genus est convicii.

Hodie increverunt servi. Hæc non ad Davidem solùm spectant, sed etiam ad Davidis socios, quos servos appellat fugitivos, et tamen reges videri volunt et aliis imperare, quæ sibi ad victum, vitæque subsidium necessaria sunt; quod intolerabilis est non arrogantiæ solùm, sed etiam impudentiæ. Illud, *increverunt servi,*

(1) *Nabal répondit : Qui est David, et qui est le fils d'Isaï?* La dureté de Nabal doit épouvanter les riches, et leur faire craindre qu'ils ne manquent à la charité qu'ils doivent à ceux qui sont dans le besoin, et principalement de ceux qui sont persécutés injustement. Nabal devait avoir de lui-même prévenu David. Cette exacte discipline des gens de David, que ses serviteurs mêmes avaient admirée, devait lui avoir ouvert les yeux, pour trouver les occasions de lui témoigner quelque reconnaissance en un temps où il pouvait juger que David ne prenant rien pouvait avoir besoin de tout. Mais ce riche malheureux de l'ancienne loi fait voir aussi bien que celui de la nouvelle, que la folie est d'ordinaire jointe aux richesses, et que peu de ceux qui ont de grands biens, ont en même temps assez de sagesse pour en bien user. Bien loin de prévenir la nécessité de ceux qui souffrent, ils rejettent même leurs demandes lorsque l'extrémité où ils sont réduits a forcé leur honte, et les a contraints de découvrir leurs besoins. Leur avarice est ingénieuse pour se couvrir de prétextes spécieux, et pour faire voir que c'est la raison même qui les oblige à se dépouiller des sentiments de l'humanité.

Tout le monde est plein aujourd'hui de serviteurs qui fuient leurs maîtres. Nabal joint l'insulte à la dureté, et il est l'image de tant de personnes qui, au lieu de se déclarer pour les affligés, et de secourir ceux qu'on voulait opprimer injustement, prennent le parti des plus forts, et traitent d'ennemis publics ceux qui ne pensent, comme David, qu'à vivre dans l'innocence sans faire tort à personne, et qui conservent toujours des sentiments d'affection et de tendresse envers ceux mêmes qui les haïssent sans aucun sujet. (Sacy.)

sic accipiunt communiter interpretes, ut putent significari multiplicatos esse servos à dominorum suorum dominatu fugitivos, et ex illis conflatum esse latronum infensum et copiosum agmen. Quod mihi placet, maximè cùm verbum *rabbu*, pro quo noster interpres, *increverunt*, reddidit, id frequentiùs significet. Sed sanè verbum illud non solùm in quantitate et numero, sed etiam in qualitate incrementum valet. Quare qui honore augetur, et dignitate, ut magister et doctor, *rab* appellatur, seu *rabi*. Sanè illud Job 32, v. 9, *lorabim iechamu*, pro quo Vulgatus: *Non sunt longævi, sapientes*, alii *honorabiles* convertunt, ut Pagninus; alii *magnates*, ut Tigurina, et Vatablus. Et quidem verbum latinum *incresco*, non tam quantitatem discretam, id est, augmentum in multitudine, quàm incrementum in quantitate continuâ, aut dignitate valet. Quare ego in hanc explicationem magis propendeo, et Nabal verba in hunc modum accipio: Hodie servi vilissimi, qui propter sua aut flagitia, aut æris alieni, quod dissolvere non possunt, grave pondus, à dominis quorum imperio suberant, effugerunt, increverunt, id est, spiritus arrogant sibi regios, ad aliquod quasi dignitatis incrementum sublati, ita ut ab aliis, quasi à vectigalibus et subditis, victum suo sibi jure imperiosè exigant. Sed neque id extorquebunt à me, neque committam, ut quæ tonsoribus meis, ac domesticis paravi, illa devorent, quos neque novi, neque nôsse velim.

Mentitur hoc loco planè Nabal; neque enim hoc loco David quasi dominus imperat, sed quasi rerum omnium egenus supplex orat, quodcumque porrigere voluerit alimentum. *Quodcumque*, inquit, *invenerit manus tua, da servis tuis.* « Quid differunt, inquit Theodore- « tus, hæc verba à verbis, quibus utuntur men- « dici? » Sed sanè si verum esset, quod Davidi, et sociis objicit Nabal, satis *haberet* gravem offensionis causam; est enim intolerabile, eos, qui cùm ex humili sint, et obscuro loco, videri tamen volunt principes, et aliis jus dicere, et in aliorum non solùm opes, sed corpus plenam habere potestatem. Quâ de re acuta sunt sapientium virorum, et amara convicia. Duo, aut tria producam, tu plura invenies. Horatius in Epodo ode 4, ad quemdam, qui è servili conditione ad magistratum evectus inflatus incedebat:

Lupis et agnis quanta sortitò obtigit,
Tecum mihi discordia est,
Ibericis peruste funibus latus,
Et crura dura compede.
Licet superbus ambules pecuniâ,
Fortuna non mutat genus.
Videsne Sacram metiente te viam
Cum bis ter ulnarum togâ,
Ut ora vertat hùc et hùc euntium
Liberrima indignatio?

Cum eâdem indignatione, atque offensione Tibul. lib. 2, Eleg. 3.

Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coegit
Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

Vers. (1) 12. — Regressi sunt itaque pueri David. Cùm ergo duriùs essent accepti, re prorsùs infectâ servi Davidis redierunt ad illum, et quomodò à barbaro illo homine forent excepti, retulerunt. Ad quorum verba sic exarsit David, ut statim decreverit de tam inurbanâ atque ingratâ responsione sumendam esse vindictam. Quare edicit omnibus, ut accingant se ferro; quod etiam ipse fecit, et relictis ad sarcinas ex eo numero ducentis, quadringentos alios armatos eduxit, et rectà tetendit ad locum, unde supplices fuerant superbè et inhumanè repulsi (2).

Vers. 14. — (3) Abigail autem uxori Nabal

(1) Vers. 11. — Tollam aquas meas, ut ejusmodi hominibus tradam? Aqua hic ponitur pro quocumque potionis genere, ut panis pro annonâ. Septuaginta vertunt, *vinum meum*. Syriacus et Arabs, *potum meum*. Vino utique non carebat Nabal, quippe qui turpissimè ebrius eâ die fuit, v. 36.

Carnes pecorum, quas pro messoribus meis paravi. Hebræus: *Victimam meam*, quæ mactavi animalia. Porrò eâdem voce significantur non minùs animalia ob convivium mactata, quàm quæ Domino immolantur. (Calmet.)

(2) Vers. 13. — *Alors David dit à ses gens : Que chacun prenne son épée.* David commande à ses gens de s'armer pour détruire la maison de Nabal. C'est une vengeance excessive, et que nous ne devons pas nous mettre en peine d'excuser en David, puisqu'il la condamne ensuite lui-même, et qu'il rend grâces à Dieu de ce qu'il ne l'a pas abandonné à la chaleur indiscrète de sa colère. Il est pourtant vrai que cette action de Nabal était très-digne de la haine, non seulement des hommes, mais de Dieu même, comme il a paru par la manière si prompte et si extraordinaire dont il l'a punie.

Ceci nous fait voir qu'il ne suffit pas de n'avoir point de bien qui soit mal acquis, et de ne point désirer celui des autres, si on use de celui que l'on a reçu de Dieu pour satisfaire son luxe ou son avarice, sans se mettre en peine d'en faire part à ceux qui souffrent, principalement lorsqu'ils sont aimés de Dieu, et qu'ils ne sont tombés dans la disgrâce des hommes que pour avoir tâché de suivre ses ordres avec une exacte fidélité. (Sacy.)

(3) Aversatus est eos, durè illos repulit. Hebræus ad litteram: *Involavit in illos*, tanquàm avis quæ in prædam ruit. *Iratus est*, vel

NUNTIAVIT UNUS DE PUERIS SUIS. Facilè servi, qui tunc aderant, cùm durè Nabal, et contumeliosè supplices jussit longè facessere, conjectârunt, quo animo responsum illud esset acceptuirus David, cujus spiritus et ingenium noverant ex longâ consuetudine, quam cum illo habuerunt in solitudine Maon. Quare occurrendum censuerunt justissimæ Davidis indignationi, à quo tam Nabal, quàm illius familiæ paratum videbant esse malum. Cùm autem nemo Nabal propter illius in malo consilio offirmatum animum, et quia ab illo nihil opportunum exorari posse existimabant, admonere non auderent de periculo, quod jamjam imminere suspicabantur, adeunt illius uxorem Abigail, cujus prudentiâ credebant sedatum iri Davidis offensionem. Illorum igitur unus edocet, quid orârit David, et quid fuerit illius petitioni responsum à Nabal; indignum videri tanto viro, à quo nihil gregibus esset allatum mali, imò à quo greges multùm commoditatis habuerint, tam fuisse rusticè ac barbarè responsum, ut pro beneficiis contumeliam extorserit. Quare consideret iterùm atque iterùm, quid facto opus sit, nisi prorsùs de ipsius viro, totâque familiâ actum esse velit. Accessit enim extremus malitiæ cumulus, neque videtur ulteriùs differendum esse supplicium, quod tanta viri intemperies accersit; neque ejus esse ingenii hominem ferocem, et stolidum, ut proponi illi, aut ab illo sperari possit aliquid opportunum. Quare ipsa viri partes atque familiæ suscipiat (1).

VERS. 18. — FESTINAVIT IGITUR ABIGAIL. Nihil cunctata Abigail, quia nullam vis morbi medicinæ moram patiebatur, illa paravit omnia, quæ Davidi in illis rerum angustiis usui futura existimabat. Quæ omnia, ut apparet, pro se, suisque Nabal ad splendidum illud tonsorium-que convivium abundanter paraverat. Sumit itaque ducentos panes, et utres duos vini plenos, quinque arietes coctos, et idoneè comparatos ad mensam. Ubi Vulgatus, *quinque arietes coctos*, Hebraicè est, *quinque arietes factos*; id est, paratos ad mensam; Hebræi enim eodem interdùm sensu accipiunt *facere*, ac *præparare*. Sic Genes. 18, v. 7 : *Festinavit, et coxit illum*. Hebraicè : *Festinavit facere illum*. Et Joan. 13, v. 2 : *Cœna facta*, id est, parata.

ET QUINQUE SATA POLENTÆ. *Satum* mensura est Hebræorum, quæ, ut dicit Hieronymus ad illud Matth. 13, v. 33 : *Quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus*, modium continet, et semissem. Ubi Vulgatus *polentæ*, Hebraicè est *keli*, id est, *farina spicarum tostarum*. Hispanica translatio vertit : *Trigo verde tostado*. Quid sit *polenta*, diximus supra, cap. 17, ubi David dicitur ephi polentæ fratribus suis attulisse, neque aliud esse arbitror, quod hìc allatum est ab Abigail.

ET CENTUM LIGATURAS UVÆ PASSÆ, ET DUCENTAS MASSAS CARICARUM. *Ligaturæ uvarum* jam *siccarum*, quæque passæ sunt solem, et ad antiquitatem servantur, sunt, ut opinor, racemi alligati funiculo, quæ appellari commodè solent *fasciculi*, qui certum, ut opinor, modum, aut pondus habent; alioqui nihil certum dixisset sacer historicus, cùm ligaturæ illæ esse possent valdè inter se dissimiles. Translatio Hispanica vertit : *Cien seras depasas, y docientas de higos*. Rab. David *tortas* interpretatur; solent enim *caricæ*, seu *ficus*, sic comprimi, ut ad tortarum similitudinem conformentur. Hispanus dicit, *pan de higos*; Chaldæus, *libras*; omnes fortassè verè, quia massæ; seu tortæ libram unam pendunt.

VERS. 19. — DIXITQUE PUERIS SUIS : PRÆCEDITE ME. Imposuit hæc omnia asinis Abigail, jussitque servos antecedere, ut oblatis muneribus occupent Davidem ad cædem intentum, et illum à sumendâ vindictâ remorentur. Sumpsit illa, opinor, aliquid moræ, ut se honestè componeret, quò regiis oculis gratior appareret, sicut etiam aliquot post seculis fecit Judith. Satis enim notum est speciem valere plurimùm ad capiendos et movendos animos; ut docuit Phryne famosa meretrix, quæ cùm causâ laboraret, et damnanda jam judicio videretur, suâ tamen pulchritudine perfecit, ut mortis, aut infamiæ periculum effugeret. Statim ergo subsecuta est servos, neque viro suo

invectus est in illos. Chaldæus : *Abominatus est in eos*, contempsit illos. Septuaginta : *Declinavit ab eis*, ab illis secessit. (Calmet.)

(1) VERS. 15.— *Ces gens-là nous ont été très-commodes*. Ces paroles nous font voir ce que nous avons marqué un peu auparavant, qu'encore que David eût auprès de lui une troupe de gens pauvres et qui étaient accables de dettes, il les faisait vivre néanmoins parmi leur extrême indigence dans un très-grand ordre, et qu'il leur avait persuadé les sentiments qu'il avait lui-même, qu'il vaut mieux souffrir le mal que de le commettre, et qu'une pauvreté innocente est préférable sans comparaison à des richesses injustes. (Sacy.)

VERS. 16. — PRO MURO ERANT NOBIS, id est, nos defendebant ab incursu hostium. Jure ergo annonam ab eis poscebat David; cives enim alere debent milites præsidiarios, qui eos eorumque bona contra hostes tutantur et propugnant. (Corn. à Lap.)

consilium aperuit, ne fortè profectionem illam impediret, aut quia moræ aliquid interponere, cùm res esset agenda festinatò, futurum ex usu non putabat. Occurrit autem Davidi ad ipsas montis radices, non longè videlicet ab eo loco, ubi daturus esset Nabal suæ ingratitudinis atque stultitiæ pœnas (1).

Vers. 21.—Et ait David : Verè frustra servavi omnia, quæ hujus erant. Quo tempore occurrit Davidi Abigail, loquebatur David aut secum, aut cum sociis, injuriam repetens, et ignominiam, quam nullo suo merito acceperat à Nabal. Dicebat frustra servatos esse illius greges, et cùm nihil interea dùm ipse ageret in eâ solitudine passi fuerint, nullam ab homine scelesto receptam esse gratiam, imò potiùs singularem extortam esse contumeliam.

Vers. 22. — Hæc faciat Dominus inimicis David, et hæc addat (2). Hæc sine dubio imprecationis est apud Hebræos frequentissima forma ; sed omninò novus imprecandi modus. Cùm enim *hæc faciat*, et *hæc addat*, aliquid significent infaustum et dirum, nihil videtur sibi David imprecari mali, si hostibus eveniant illa, quæ harum vocum usitata significatio portendit. Explicuimus hæc ad illud c. 20: *Requirat Dominus de manu inimicorum David.* Quæ tu vide; et insuper adde his verbis aliquid videri significatum, lætum quidem hostibus Davidis, ipsi tamen Davidi maximè contrarium. Ac si dicat David : Det hostibus meis Deus, ut sint in acie superiores, ut me de vitæ statu dejiciant, ut quæ ego gloriosè fecisse videor, illorum obscurentur meliori successu. Hæc quidem imprecatio est, neque à litterâ, ut apparet, extorta ; quæ aliquid indicat, quod in Davidis caput duriùs intorquetur.

Mingentem ad parietem. Variè hic locus à variis exponitur. Quidam intelligi hic putant eos, qui ex rationali naturâ firmo jam sunt et adulto corpore, quique jam ad parietem possunt levare vesicam. In his est Abulensis, et Chaldæus, dùm reddit *cognoscentem cognitionem.* Alii ad virilem sexum ista contrahunt, quia ille loquendi modus minùs convenit generi femineo. Communior est illa sententia, quæ his verbis canem describi putat. Quod mihi omninò placet; et favet huic sententiæ, quòd vox hebraica, pro quâ Vulgatus reddidit, *mingentem ad parietem*, est *mastin:* quæ vox apud Hispanos canem significat *pastoritium.* Sunt autem apud Hispanos voces non paucæ ex Hebræorum fonte, sicut *malsin*, huic similes, quæ detractorem, seu delatorem valent, et complures aliæ.

Secundò opinor hanc esse proverbialem hyperbolem, quâ furoris effervescentiam significamus, et studium vindictæ. Quod et res ipsa indicat, et aliæ proverbiales formæ his adjunctæ non obscurè probant. Lib. 3 Reg. 14, v. 10 : *Percutiam de Jeroboam mingentem ad parietem, et clausum, et novissimum in Israel : et mundabo reliquias domûs Jeroboam, sicut mundari solet fimus usque ad purum.* Non dubium est, quin hæc hyperbolicè dicta fuerint : neque enim omnes usque ad novissimum percussi sunt in Israel, neque domus Jeroboam sicut fimus ad purum usque mundata est. Esse verò hanc proverbialem formam docet ipse loquendi modus sæpiùs iteratus. Quod si ita est, præstitisset, quod juramento minatus David fuerat, si grave aliquod damnum intulisset Nabali. Id enim valet proverbialis ille dicendi modus, etiamsi nullum attigisset canem, aut non adeò graviter illius familiam deformâsset. Quod si ita est, nor est cur tantoperè laborent alii, ut Davidem à peccato vendicent, cùm tantùm hoc dicendi modo significare voluerit, quàm esset, et quàm jure offensus, cùm non solùm homo ille miserorum non sublevaret inopiam, cùm ab illis magnum sæpè beneficium accepisset; sed etiam gravibus illos conviciis onerâsset. Succensebat itaque uni Nabal, quia illum tantùm habuit injurium, quem, ut opinor, sustulisset è medio, et eos qui se pro domini

(1) Vers. 20. — Cum descenderet ad radices montis, David et viri ejus descendebant in occursum ejus. Hebræus ad litteram : *Cùm descenderet illa in obscuritate montis, ecce David et viri ejus descendentes in occursum ejus.* David è montibus Pharan, Abigail è Carmelo descendebant. *Obscuritas montis* innuere potest iter arboribus umbrosum. Chaldæus : *In latere montis.* (Calmet.)

(2) Quid jurat David ? an ægrè laturus erat, si Deus districtè adversarios suos puniret? Septuaginta aliter explicant : *Hæc faciat Deus ipsi David, et hæc addat*, etc. Sed Hebræus, Chaldæus, Vulgata, et ipsi pariter Septuaginta in aliis codicibus legunt : *Hæc faciat Deus inimicis David.* Reputandum est igitur hâc jurandi formulâ David imprecari quidem sibi mala omnia, nisi de Nabal exigat ultionem; sed mali ominis evitandi gratiâ nomine suo omisso, inimicorum suorum nomen substituisse.

Syriacus et Arabs : *Si quidquam ex his quæ habet, relictum fuerit usque ad matutinum, appensum ad parietem.* Omnes trucidabo; quin et in domo Nabalis, si quid offendam, omnia rapiam. Chaldæus vertit : *Si reliquero in domo ejus hominem quemcumque cognoscentem*, qui bonum à malo per ætatem dignoscat. Sed neutra interpretatio verum hujus loci sensum pandere nobis videtur. Quare alterutra è relatis mitio retinenda est. (Calmet.)

sui defensione opposuissent, si qui forent; atque etiam ejusdem bona, quæ negârat, dissiparet et perderet, ab innocentibus autem abstineret. Quare si quod ibi peccatum, leve fuit, de quo paulò accuratiùs ad finem capitis.

VERS. 23. — CUM AUTEM VIDISSET ABIGAIL DAVID, FESTINAVIT, ET DESCENDIT DE ASINO, ET PROCIDIT CORAM DAVID SUPER FACIEM SUAM (1). Descendebat absque dubio David pedes de monte; quare cùm illum placare vellet Abigail, ipsa quoque pedes illum adire, et supplicare voluit. Desiliit igitur quamprimùm ex asino, et ante Davidis pedes Hebræorum more procubuit in faciem; et illo ritè adorato orationem habuit tam attemperatè, ac sapienter instructam, qualem in summo etiam oratore admiraremur. In quâ, propositâ honestatis atque utilitatis specie, æstuantem refrigeravit animum, et vindictam inhiantem compescuit. Totam autem orationem habuisse videtur ad Davidis pedes adorabunda.

VERS. 24. — IN ME SIT, DOMINE MI, HÆC INIQUITAS. Mira exordiendi, seu insinuandi ratio, qualis in causâ turpi adhiberi solet ab oratore, qui personam removet turpem, et honestam inducit. Audiret quidem cum offensione David nomen Nabal, in cujus vesanam intemperiem totus excanduerat; quare de Nabal in principio nihil, sed de se ipsâ loquitur Abigail, in quâ nihil apparebat, quod videretur aliquâ vel levissimâ vexatione mulctandum, et in suum caput, si quid est à Davide conceptum acerbitatis, derivat, quasi seipsam ream admissi à conjuge sceleris constituat. Quasi diceret : Si quid contra te peccatum est, ego luam; in meo capite, quodcumque fuerit sceleris, expiato. Quæ ratio dùm ab innocente proponitur, plurimùm habet ponderis ad veniam. Sic Paulus de Onesimo fugitivo servo ad Philemonem, quem servo suo placare studet : *Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me; si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.* An dubitaret Philemon Paulo ignoscere, aut illi negare quod orabat pro Onesimo, cùm causam in se totam recepisset Onesimi? Mira hæc fuit eloquentia Pauli; sed neque minor fuit Abigail, cùm causam in se conjugis totam recepit. Sic ego cum aliis hæc prima orationis verba interpretor.

Sed addo explicationem aliam fortassè veram, ita ut *iniquitas* non significet peccatum, sed peccati pœnam, quod in Scripturâ sacrâ familiare est. Audierat Abigail, quid sibi mali imprecaretur David, nisi ex rebus Nabal usque ad mingentem ad parietem disperderet, quod religiosum principem adducere potuit, ne ab illo desisteret consilio, quod juramento atque execratione firmaverat. Ab hoc itaque metu liberat Davidem Abigail, dùm in seipsâm derivat, quod timere ille poterat à perjurio. Quasi diceret : Quod tutè tibi imprecatus est mali, id, te sospite, in caput meum Deus convertat. Quod optimum etiam comparandæ benevolentiæ artificium est. Hanc explicationem non improbat Hugo : cui similis est illa Rebeccæ, Genes. cap. 27, v. 13 : *In me sit ista maledictio, fili mi.*

LOQUATUR, OBSECRO, ANCILLA TUA IN AURIBUS TUIS. Hoc etiam ad benevolentiam facit, dùm se ejus, à quo aliquid inire vult gratiæ, famulam appellat, et orat, sibi ut permittat loqui, quod illius est, qui se fatetur subditum, et ad alterius arbitratum se comparare.

VERS. 25. — NE PONAT, ORO, DOMINUS MEUS REX (1) COR SUUM SUPER VIRUM ISTUM INIQUUM

(1) *Abigaïl fit une profonde révérence à David, et elle se jeta à ses pieds.* Les femmes chrétiennes ont dans Abigaïl un rare exemple de leur conduite, lorsqu'elles se trouvent engagées par l'ordre de Dieu avec une personne, qui ayant l'autorité sur elles, n'a pas assez de raison pour se conduire elle-même. Elles doivent ménager extrêmement leur humeur, comme cette femme admirable, et ne leur point donner d'avis à contre-temps, mais attendre les occasions favorables de leur inspirer ce qu'ils doivent faire. Quand ils sont tombés dans quelque faute considérable, comme Nabal, elles ne doivent point perdre inutilement le temps à des reproches qui ne serviraient de rien, mais travailler promptement comme Abigail à y apporter le remède. Nabal s'était exposé, par sa dureté et par ses paroles offensantes, à se perdre avec toute sa maison; et Abigaïl répare aussitôt par sa prudence une faute qui aurait pu avoir des suites funestes. Elle croit que ce serait une bassesse ou une malignité indigne de la grandeur et de la pureté de son âme, d'avoir moins d'estime d'un aussi grand mérite qu'était celui de David, parce que sa vertu lui avait suscité des persécuteurs, et qu'il était haï pour les mêmes raisons qui auraient dû le faire aimer et respecter de tout le monde. Elle le révère comme ayant été choisi de Dieu pour être roi de son peuple, et pour donner après lui une race de princes à la maison d'Israël, et elle l'exhorte à ne pas ternir sa gloire par une action de vengeance indigne de ce qu'il était et de ce qu'il devait être un jour. *Puisque vous combattez pour le Seigneur,* dit-elle, *qu'il ne se trouve en vous aucun mal tout le temps de votre vie.* (Sacy.)

(1) Nomen *rex* neque in Hebræo, neque in Chaldæo, neque in Septuaginta legitur. Nondùm regis titulo David ornabatur.

NE PONAT COR SUUM SUPER VIRUM ISTUM INIQUUM NABAL : QUONIAM SECUNDUM NOMEN SUUM STULTUS EST. Hebræus : *Ne ponat dominus meus*

NABAL, QUONIAM SECUNDUM NOMEN SUUM STULTUS EST. Ita jam nominat odiosum hominem Nabal, quod omninò præterire non poterat, ut tamen illum aliquâ ratione, si non ab errore, at certè à gravitate sceleris excuset, cùm illum hominem appellat stultum, quique errore potiùs, et stupore mentis lapsus fuerit, quàm consilio, cùm nihil consideratè responderit. Iniquum sanè fuisse confitetur, ita tamen ut à stultitiâ præcipuè illâ, quantacumque est, manârit iniquitas. Ut autem depulsio culpæ illa optima est, quæ ignorantiam causatur, sic qui stultitiam adducere potest in excusationem, magnum habet supplicii, atque adeò sceleris effugium. Stultitia enim, atque mentis tarditas, aut rationis quocumque modo impeditus usus magnam habet cum ignorantiâ cognationem. Quare multi cùm de nimiâ sermonis sive licentiâ, sive inverecundiâ accusarentur, ebriatem, aut amentiam in excusationem attulerunt. Sic ergo nunc Abigail non negat aliquid iniquum fecisse Nabal, illi autem veniam dicit esse concedendam, quia juxta nomen suum (*Nabal* enim *stultum* valet) stultus est, neque rerum momenta perpendit.

cor suum ad virum hunc Belial, quia secundùm nomen suum sic ipse. Porrò *Nabal* est *stultus*. *Ponere cor suum super aliquid*, vernaculâ Hebræorum phrasi est sollicitum esse pro aliquo. *Homo Belial* est impius, et *Nabal* stultus. (Calmet.)

Que le cœur de mon seigneur et de mon roi ne soit point sensible à l'injustice de Nabal. Tout ce qu'Abigaïl dit à David est un excellent modèle de la manière pleine de respect dont nous devons parler aux grands du monde, principalement lorsqu'ils sont irrités contre nous. Car encore que ce ne soit qu'une femme qui parle, il est aisé néanmoins de reconnaître que c'est Dieu même qui remue son esprit et qui lui met dans la bouche des paroles si vives et si touchantes. Rien n'est si humble ni si modéré, et en même temps rien n'est si sage et si élevé que ce qu'elle dit.

Elle représente à David qu'il n'est pas moins lui-même intéressé qu'elle à lui accorder la prière qu'elle lui fait, et que s'il obéit à sa colère qui lui persuade de sacrifier Nabal et toute sa maison au ressentiment de sa vengeance, il se ravira à lui-même sa plus grande gloire. Elle l'exhorte à ne pas faire dans la chaleur de sa passion ce qu'il condamnerait aussitôt qu'elle se serait un peu ralentie, et de ne pas souiller du sang de tant d'innocents, ses mains destinées à porter le sceptre de la maison d'Israël. C'est là l'idée de la grandeur véritable que les princes devraient toujours avoir dans l'esprit. C'est être roi que d'être au-dessus des emportements et des faiblesses humaines, et de commander aux hommes en la même manière que leur commandent les lois, qui ne sont sujettes à aucune impression étrangère, et que l'on peut appeler la voix de l'équité seule et de la raison. La justice, la bonté et la modération *sont les bases du trône des princes*, selon la parole du Saint-Esprit, et les pierres les plus précieuses de leur couronne. C'est à quoi se rapporte toute cette prière d'Abigaïl, qui paraît si simple, et qui est en même temps si artificieuse et si enlevante dans sa divine simplicité. (Sacy.)

EGO AUTEM ANCILLA TUA NON VIDI PUEROS TUOS. A sceleris gravitate aliquâ ex parte tuetur Nabal mentis stupor, et ingenii tarditas; Abigail autem, quæ prudens erat, et quid observantia, pudor, et recta exigeret ratio, probè noverat, quæ in se quicquid erat culpæ ante derivaverat, alio modo à se totam removet culpam. Ait enim, neque vidisse se servos, quos ante miserat David, neque quicquam eorum quæ gesta sunt, donec abiissent, re infectâ, servi, cognovisse. Quocirca levem in conjuge, et in se nullam hæsisse culpam ostendit.

VERS. 26. — NUNC ERGO, DOMINE MI, VIVIT DOMINUS, ET VIVIT ANIMA TUA, QUI PROHIBUIT TE, NE VENIRES IN SANGUINEM, ET SALVAVIT ANIMAM TUAM TIBI. Juramento confirmat Abigail, quæ priùs simplici quâdam narratione affirmârat, se videlicet nihil cognovisse de nuntiis. De significatione autem, et pondere hujus juramenti alibi à nobis pluribus dictum est, Isaiæ 62, num. 92. Nunc breviter dico, hanc esse juramenti vim. Sicut vivit Deus, aut sicut vivus est Deus, et non mortuus, sicut lignea gentilium simulacra, ita verum est, me de tuorum servorum petitione, aut etiam adventu nihil agnovisse. Illud, *et vivit anima tua*, eodem etiam modo explicari potest, *sicut certum est te vivere*, aut, *ita vivas, sicut hoc verum est.*

QUI PROHIBUIT TE, NE VENIRES IN SANGUINEM. Hic locus in duas patet explicationes. Altera est, prohibitum esse Davidem à Domino, ne sanguinem effunderet Nabal, et illorum, quos ad cædem animo designâsset; et eo modo salvavit Deus animam ejus, quia aliter peccato foret inquinata. Ita communiter interpretes, Abulensis, Lyra, Dionysius, Hugo, Cajetanus. Et hæc explicatio mihi potior. Alia est, prohibitum esse Davidem, aut potiùs liberatum à Deo, ne veniret in sanguinem, id est, ne occideretur, aut percuteretur ab hostibus, quos habuit potentissimos, ita ut ex ipsius corpore effusus fuerit sanguis ab hostili manu; liberatus quoque, ne quis ipsi toties appetitam eripuerit animam. Notum est, quàm periculosus fuerit Davidis cum giganteæ molis hoste congressus; quoties ad mortem quæsitus à Saüle; quoties ab illius sive apertâ vi, sive occultis insidiis liberatus.

Et nunc fiant sicut Nabal inimici tui, et qui quærunt domino meo malum. Si priorem explicationem amplectare, sic commodè locum istum expones. Facile tibi fuit Nabal, à cujus sanguine Deus tuum, ô David, gladium, et furorem continuit, et ejus familiam omninò disperdere : atque utinam reliqui, qui nunc oppugnant te, et tuum sitiunt sanguinem, tam facilè abs te deleri possint, quàm potuit Nabal; nihil sanè timeres ab illorum potentiâ, neque in illis ad unum extinguendis quicquam assumeres negotii. Si verò magis posterior placeat explicatio, illi commodè hanc explicationem attexes : Utinam hostes, quorum tu modò insidias, atque arma fugis, et quorum causâ per scopulos et salebras incertis sedibus vagaris, tali sint ingenio atque consilio, quali nunc est homo amentissimus Nabal! neque enim tibi necessarium foret subire latebras, habitare solitudinem tam arentem et asperam; sed ubicùmque locorum esses sine metu, cùm neque vis esset in hostibus ad pugnandum, neque ad investigandum aliquid industriæ.

Vers. 27. — Quapropter suscipe benedictionem hanc (1). Conclusio est orationis non tam longæ, quàm prudentis, et ad placandum offensum animum opportunæ. Cùm ita sit, ut in Nabal nihil nisi stultitia, et stupor reprehendenda sint (neque enim hæc fecit odio tui, sed quia ingenio est inurbano et duro); et in me nihil invenias, quod damnare atque punire possis, nisi fortè mulctandam utes ignorantiam, fac tandem, ut jam benignior atque placatior hoc xeniolum et hospitale munus accipias, quo te, sociosque tuos supplex, lubensque prosequor.

Vers. 28. — Aufer iniquitatem famulæ tuæ. Se Abigail illatæ injuriæ, aut illiberalis hospitii ream appellârat; et si quod in conjugis caput supplicium esset constitutum, eidem se obnoxiam, futuram esse dixerat. Nunc ergo orat, ut immemor Nabal, sibi uni remittatur hæc noxa; neque in suo capite, quod tantùm obnoxium esse vult, iniquitatem puniat.

Faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Domini, domine mi, tu prælaris. Duo adducit argumenta, eaque gravissima Abigail, ut doceat minimè decere Davidem, aut ex illius usu fore vindictam sumere de Nabal. Altera, quia ille futurus est rex Israel, quod credo jam vulgò notum erat, et frequenti sermone diffusum : et illa prudenter ex eo conjectabat, quia David prælia sæpè iniit pro Dei gloriâ, neque ullam recusavit molestiam et aleam, si in eo agi divinam gloriam, et populi salutem intelligeret. Minimè verò decet regem, aut illum qui cum potestate fuerit, privatas persequi inimicitias, aut injurias ulcisci proprias : et hoc est et verum, et externorum etiam scriptorum testimonio commendatum. Notum est illud Adriani, qui renuntiatus imperator, à vindictâ destitit illius, quem privatus insectabatur : quare cùm illi occurrisset, dixit, *evasisti;* quasi diceret : Hoc unum perficere potui, ne mihi pœnas dares, cùm imperator injurias suas persequi honestè non possit. Seneca lib. 3, de Irâ capite 25 : *Proprium est magnitudinis veræ non se sentire percussos. Sic immanis fera ad latratum canum lenta respexit. Sic irritus ingenti scopulo fluctus assultat. Qui non irascitur, inconcussus injuriâ perstitit : qui irascitur, motus est.* Et quidem vix princeps videtur tolerabilis, qui ab irâ rapitur, et furori succumbit. Benignitas, et clementia conciliat animos; difficile, inexorabile, quodque sibi non temperat ingenium, alienat. Quæ sententia sæpè apud profanos invenitur. Quare optimum est hoc consilium datum ab Abigail, ut cum bonâ populi gratiâ iniret David, et conservaret regnum. Et quidem si propriæ vindex injuriæ David ex Israelitide gente occidisset Nabal, et illius familiam deformâssêt, difficilem habuisset, aut certè minùs faventem populum, quem regio erat moderaturus imperio.

Malitia ergo non inveniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. Ita in Davide æquitatem, et fidelitatem tam in Deum, quàm in populum commendat, propter quæ omnium sibi gratiam, benevolentiamque promeruit, ut etiam hortetur, ne perpetuum illum benè instituti animi cursum interrumpat, ne quæsitam à populo gratiam, et æquitatis opinionem novo aliquo, et inexpectato errore contaminet. Quod illi, si toto vitæ tempore religiosè servaverit, magno usui futurum est.

Vers. 29. — Si enim surrexit aliquando homo persequens te, et quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viventium (1). Hæc est alia ratio planè

(1) Ita Hebræi appellant ea quæ largiuntur munera, quòd fortè non sine benedictionibus et gratiarum actionibus acciperentur, nec sine faustis imprecationibus verbisque officiosis darentur. *Eulogias* vel *benedictiones* appellat S. Paulus datam pro egenis stipem; idemque nomen eodem sensu usurpatum non semel apud ecclesiasticos scriptores recurrit. (Calmet.)

(1) Levi quâdam mutatione textûs hujus Hebræi commodo hoc sensu sententia redditur :

gravissima, quæ adducere debuit inflammatum Davidis animum ad æquitatem et clementiam, quia qui in alios clemens est, ille divinam sibi vindicat clementiam et patrocinium, si quando in ipsum hostilis furor, aut quævis alia durior fortuna consurgat. Et ita omninò accidit ; nam cùm multa ab extraneis, neque pauca à domesticis passus fuisset David, ab illis tamen omnibus liberavit illum Deus. Neque ignorabat ille, clementiâ et mansuetudine divinum parari patrocinium, quando in illius imploratione suam Domino mansuetudinem repræsentat. Psal. 131 : *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus.*

Anima domini mei custodietur quasi petra viva apud Dominum meum; sed anima inimicorum tuorum eri. quasi rotata in fundâ. Justorum et impiorum animas inter sese opponit, ut lapidem vivum lapidi fundæ; lapidem probatum, solidum, utilem, lapidi rejecto et inutili, omnibus usibus, præterquàm fundæ, inepto. Ita sanè duo comparationis membra directè inter se opponuntur, eademque lapidis allegoria retinetur.

Vel aliter : Anima domini mei erit *quasi petra viva conservata in canistro* domini mei ; vicissim autem anima adversariorum tuorum erit *ceu petra agitata in fundâ*, et procul jacta. *Petra viva* hìc est petra solida, lævis, apta manui periti funditoris. Comparationem hanc nobilem et argumento aptam reddit summa Hebræorum opinio de fundâ, et usus Davidis in victoriâ de gigante relatâ. *Petra viva,* vel *vitæ,* phrasis est non Scripturæ modò, sed probatissimis etiam scriptoribus familiaris. S. Petrus Jesum Christum *lapidem vivum* appellat, monetque : *Ad quem accedentes lapidem vivum..... et ipsi tanquàm lapides vivi superædificamini.* Lapides in usum ædificii appellantur lapides vitæ ; et *dare vitam* est interdùm *ædificare. Joab vivificavit residuum urbis,* id est, ædificavit. Samaritani insultantes interrogabant Judæos , possentne *vivificare lapides* ustos veteris Jerosolymæ, an scilicet iis uti lapidibus possent. Denique cultiori eloquio scriptores phrasim hanc familiariter adhibent. Virgilius Æneidos 1, vers. 171 :

. . . . *Vivoque sedilia saxo.*

Æneidos 3, v. 688 :

. . . . *Vivo prætervehor hostia saxo.*

Ovidius in Fastis libro 2 :

Antra subit tofis laqueata et pumice vivo.

Et libro 5 :

Hactenùs ut subiit vivo rorantia saxo
Antra. (Calmet.)

Allegor. et tropol. : *Fasciculus viventium,* est catalogus vel potiùs cœtus et concilium sanctorum Dei amicorum et electorum ad vitam æternam (vice versâ *fasciculus morientium,* est catalogus damnatorum ad mortem æternam. Hi enim, ait Isaias c. 24, 22, *congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum*); lapis verò in fundâ rotatus, sunt impii et reprobi ejiciendi in gehennam et mortem æternam. Ita Eucherius, Angelomus, Glossa, idque propter quinque analogias. Prima est, quia, ut ait Eucherius, « fasciculus astringitur ut conservetur; sic enim electi pressuris tribulationum constringuntur, ut iis admoniti per manus Redemptoris in perpetuum conserventur; quia verò reprobi, quò lautiores in vitâ sunt, eò longiùs à divinæ visionis gloriâ projiciuntur, idcircò lapidi fundæ comparantur; quò videtur allusisse regius vates psal. 87 : *Ipsi verò de manu tuâ repulsi sunt.* » Secunda, quæ est ejusdem, « quia sicut fasciculus vinculo quodam et nexu colligatur, ita sanctorum cœtus eâdem fide, eâdem spe, eodem charitatis vinculo constringitur, et uno eodemque divino præsidio undique cingitur. » Tertia, « quia sicut fasciculus florum in manu ad oblectationem gestatur, ita electos omnes Deus in manu suâ gestat, et virtutum odore, qui ex illis afflatur, continuò delectatur, juxta illud Sapient. 3 : *Justorum animæ in manu Dei sunt;* quamvis sit ibi propriè sermo de protectione quâ Deus sanctos tuetur, unde subditur : *Non tanget illos tormentum mortis.* » Quarta, « quia sicut fasciculus non nisi ex certis iisque lectissimis floribus conficitur, ita prædestinatorum numerus ex certis, iisque charitatis, virtutumque cæterarum odore ac suavitate redolentibus, existit. » Quintò fasciculus notat ordinem gradusque gloriæ sanctorum : sicut enim in fasce flos uni alteri ordinatè inseritur, et unus præ alio emicat, sic et in cœlo sancti pro meritis suum tenent locum et ordinem, unusque præ alio dotibus gratiæ et gloriæ resplendet : *Stella enim à stellâ differt in claritate; sic et resurrectio mortuorum,* 1 Cor. 15, 41. Hæc et plura dixi Amos, c. 9, v. 5, ad illa : *Fasciculum suum super terram fundavit. Fasciculus* ergo *viventium,* idem est quòd *liber vitæ.*

Porrò Sebast. Munsterus, licet hæreticus, hìc quippiam notatu dignum affert pro suffragiis defunctorum, veterique ritu orandi pro mortuis : Per *fasciculum,* inquit, *viventium,* « intelligunt Hebræi solium majestatis, sub quo aiunt justorum animas in seculo alio quiescere. » Hinc etiam est, ut in tumbis suis passim insculpant hanc sententiam : *Anima ejus sit in fasciculo viventium;* sicuti, *requiescat anima ejus,* etc., de quibus liber qui inscribitur : *Precationes Judæorum pro defunctis,* quem vertit Genebrardus. (Corn. à Lap.)

Quasi in fasciculo viventium. Sensus difficilis non est, translatio paulò obscurior. Quidam metaphoram tractam esse putant ab arborum ramis, qui in fasces colligati servantur in aquis aut humentibus locis, donec in locum transplantentur , ubi firmas agant radices et diuturnas. Et juxta hanc translationem sensus erit : Interim dùm in alieno degis et peregrino loco, et remotus ab eo, in quo es æternum habiturus domicilium, servaberis à Deo, sicut virides cum suo succo ac vitâ servantur rami , quorum in suo postea loco futurus est in omnem æternitatem uber et jucundus proventus. Ita Lyra, Dionysius, et Hugo, cum Petro Co-

mestore; et hi duo postremi *vitium* legunt; sed cur ita legerint, non video.

Ego hìc licet metaphoram in fasciculo cognoscam, alium tamen esse sensum existimo. Fasciculus congregationem significat, eorum maximè, qui eodem vitæ instituto, et morum similitudine conveniunt. Sic reprobi, quia in morum studiorumque similitudine consenserunt, in unum fasciculum dicuntur colligandi, et in eumdem suppliciorum locum extrudendi, Matth. 13 : *Colligite zizania, et alligate in fasciculos ad comburendum.* Et Isaiæ 24 : *Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, et claudentur in carcerem.* Quare custodiri in fasciculo viventium, nihil est aliud, quàm inter viventes numerari, et à morte eximi, quæ hominem à viventium fasciculo dissolvit. De fasciculo diximus non pauca ad illud Amos 9 : *Fasciculum suum super terram fundavit.* Erit ergo sententia et facilis, et pluribus aliis Scripturæ sacræ locis consentanea, futurum esse Davidem in fasciculo viventium, quia nemo illorum, qui ipsius insidiantur vitæ, optata consequetur, quia illum Deus ab omni vi, atque hostili machinatione præstabit incolumem. Quod de misericorde sæpiùs audimus, cujus pars esse videtur ab ulciscendis injuriis abstinere. Et clarè cecinit David, Ps. 40 : *Beatus vir, qui intelligit super egenum, et pauperem; in die malâ liberabit eum Dominus. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terrâ, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.* Et quidem ita contigit Davidi; nam cùm innumeris se præliis implicuisset, et varias varii molirentur insidias, longam tamen traxit ætatem, et senectus illum potiùs, ac naturæ necessitas, quàm ferrum extinxit, aut oblata vis. Hanc porrò metaphoram, quæ statim huic ex adverso respondet de inimicis David, satis aptè declarat.

Porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi impetu et circulo fundæ. Quæ in fasciculo sunt, nec dissoluta, ac dissipata, ipsa se ab injuriâ, et interitu colligatione tuentur; et dùm integra sunt, dominorum custodiam non amittunt. His comparatur David, et qui dùm operibus student pietatis, divinam sibi tutelam promeruerunt. His verò contrarii sunt, qui bonos persequuntur, et quos à suâ custodiâ, curâque paternâ Dominus abjecit. Hos igitur rotandos esse dicit, sicut lapides ad emissiones circumaguntur, et rotantur in fundâ; et eo impetu excutiendos, quo lapidem ejaculantur funditores. Quâ similitudine his, qui hostile aliquid contra Davidem moliuntur, omnia minatur, et prædicit infausta : Ut enim lapis, aut plumbum, quod ex fundâ torquetur, antequàm procul excutiatur, circumagitur, rotaturque vehementer; quare cùm adhuc est in fundibularii manu, motum habet vehementem, et dùm excutitur, vehementiorem multò; ac tandem procul amandatur, neque ad ejus, à quo missus est, manum revertitur. Sic etiam bonorum hostis nunquàm habet requiem, quia ex quo cum bonis inimicitias suscepit, in fundâ locatur, et tunc aut rotari incipit, aut adigi longiùs.

Duo hìc observanda in fundâ et lapide quorum seorsùm meminit Abigail; alterum est rotari, quod in *circulo* fundæ expressum est; alterum excuti, quod significatur in *impetu*. De circulo, seu rotatu ex disciplinâ veteri satis constat. Vegetius lib. 3, cap. 14 : « Funditores sunt, qui fundis ex lino, vel setis factis (has enim dicunt esse meliores) contorto circa caput brachio dirigunt saxa. » Quod esse funditoribus usitatum, docet illud Ovid. lib. 4 Metamorph. :

Deque sinu matris ridentem, et parva Learchum
Brachia tendentem rapit, et bis terque per auras
More rotat fundæ.

Virgilius lib. 9 Æneid. :

Stridentem fundam positis Mezentius armis,
Ipse ter adductâ circùm caput egit habenâ.

Et iterùm lib. 11 :

Et fundam tereti circùm caput egit habenâ,
Strimoniamque gruem, aut album dejecit olorem.

Qualis verò sit impetus, quo ex fundâ lapis, aut plumbum excutitur (nam plumbeæ ex fundâ pilæ, seu glandes excutiuntur), mox constabit. Is igitur est impetus glandis è materiâ plumbeâ, è fundâ vibratæ, ut in aere liquescat, ardore à violento nimis impetu concepto. Id docet Virgilius lib. 9, de quo proximè, ubi cùm ageret de glande, quam excussit funda, subdit :

Et media adversi liquefacto tempora plumbo
Diffidit.

Lucretius lib. 6 :

. . . . . *Plumbea verò*
Glans etiam longo cursu volvenda liquescit.

Ovidius item Metamorph. :

Non secùs exarsit, quàm cùm Balearica plumbum
Funda jacit : volat illud et incandescit eundo,
Et quos non habuit, sub nubibus invenit ignes.

Quod item Aristoteles docuit lib. 2 de Cœlo; et Seneca lib. 2 naturalium Quæstionum : « Aera, inquit, motus extenuat, et extenuatio

« accendit. Sic liquescit excussa glans fundâ, « et attritu aeris velut igne distillat. » Ex his constat qualis sit illorum status atque conditio, qui justis, seu veriùs Deo contradicunt. Ut enim lapis aut excutitur ex fundâ, aut in eâ rotatur, et susdeque volvitur in circulo fundæ, sic impius in jugi quâdam sollicitudine ac turbine versatur, et tandem eò projicitur, ubi mortem subeat sempiternam.

Vers. 30. — Cum ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia, quæ locutus est bona de te, non erit tibi hoc in singultum, et scrupulum cordis. Non dubium quin homo prudens, quique ab aliis observari et amari cuperet, si in altiori loco sederet, qualis est regius, doleret graviter, cùm à se reperiret admissum aliquid vel crudele, vel injustum, maximè in suos : serò enim illa, in quibus aliquid turpitudinis est, exuri possunt ex aliorum memoriâ, qui non omninò fidendum esse putant illi, cujus ingenium aut nimiùm præceps esse noverunt, aut parùm clementiæ et æquitatis amans. Hoc ergo monet Abigail, ut apud se iterùm et sæpiùs reputet David, ne aliquid nunc, dùm suo nimiùm obsequitur furori, infigat animo, quod in æternum cruciet, et incessanter ploret. Illud est enim *esse in singultum,* quia diuturnam plorandi suggerat materiam; et *in scrupulum,* quia nunquàm deerit quod conscium crudelitatis animum semper compungat et exagitet.

Quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris. Singultus et scrupulus ideò vexarent Davidis animum, quòd innoxium sanguinem suâ manu, et privatâ auctoritate profuderit. Innoxium verò sanguinem appellat Nabalis, quòd etiamsi ingratus fuerit et iniquus, intemperantis et maledicæ linguæ, nihil tamen admiserat, cur capitali pœnâ, neque à potestate publicâ mulctari debuerit. Neque enim alienum rapuit, sed suum homini supplici negavit : in quo licet reprehendi possit inclementia et sermonis inurbani libertas, non tamen ea fuit utriusque gravitas, ut cum tam severo supplicio comparata, Nabalis sanguis judicari non possit innoxius. Adde, quòd licet proverbialis esset dicendi forma, quâ suam offensionem et iram expresserat David, verba tamen aliquid significabant majus, nempe omnium, quæ ad illam familiam pertinebant, interitum, usque ad canem, et si quid cane vilius : quare fieri non poterat, ut aliquis ex tantâ multitudine sanguis non esset innoxius. Altera causa esset singultûs, et scrupuli, quia quod publica potestas pro alienâ injuriâ vindicandâ facere potuisset non iniquè, id si quis in suâ causâ suâ manu atque judicio faceret, non esset non iniquum. Porrò David eo tempore licet esset unctus à Samuele, et rex aliquando futurus designatus, at tunc neque populus illum regem admiserat, neque designationem illam omnes, sed admodùm fortassè pauci cognoverant. Quare neque justè, neque legitimè suas tunc poterat injurias persequi.

Et cum benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. Duas hìc ego expositiones intucor. Altera est orare Abigail, ut quando David regnum obtinuerit, ad quod jam antea à Domino designatus est, ipsius recordetur, et regiam in ancillam suam liberalitatem ostendat. Ita Abulensis et Dionysius. Imò quidam ex Hebræis putant hanc esse prophetiam Abigail, quasi præsenserit futurum, ut brevi Nabal excederet è vivis, et ipsa advocanda ad regii thalami societatem. Hoc posterius confutat meritò Abulensis. Altera expositio est, cujus ego neminem patronum video, tunc cogniturum esse Davidem, cùm ad regiam sedem sublatus fuerit, quàm hoc documentum fuerit opportunum, quo nunc ab effundendo innoxio sanguine revocatus est; neque enim tam haberet gratum populum, quem in regiam fidem, tutelamque susceperat; neque ab illo jus acciperet regium, quem tam innoxii et fraterni sanguinis effusione graviter offendisset. Quis enim dubitat, cùm tamdiu Uriæ cædes, et violatus thalamus Davidis animum acerbè compunxerit, natareque fecerit nocturnis lacrymis lectum, in quo decumberet, ploraturum quoque, laturumque molestè Nabalis cædem, et familiæ innocentis juratum exitium? Quare recordaretur hujus tam opportuni documenti, et gratias ageret ei, cujus occursu, admonitioneque prudenti, manus suas revocâsset impollutas à sanguine (1).

Vers. 32. — Et ait David ad Abigail : Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodie te in occursum meum. Resipuit David ad hanc tam gravem et attemperatam orationem, et recepit se ab eo furore, quem ante

(1) Vers. 31. — Et cum benefecerit Dominus domino meo, scilicet tibi, ut te ad regnum evehat, recordaberis ancillæ tuæ, ut scilicet mihi benefacias; videtur præsagire et tacitè petere Abigail, ut asciscatur in uxorem Davidis, eique regi fiat regina.

(Corn. à Lap.)

conceperat, et gratias agit primùm Deo, qui hanc mentem dedit Abigail, ut se offerret obviam, et æstuantem animum ardore vindictæ quasi gelida irrorata restingueret. Deinde Abigail, quæ sermone usque adeò prudenti armatas manus, et spiritus ad cædem anhelantes inhibuit. Nam si non se mediam interposuisset, statuerat jam omninò ex familiâ, rebusque Nabal, neque mingentem ad parietem esse relinquendum, idque antequàm matutinæ lucis sese radii diffunderent. Accepit igitur hospitale munus, quod attulerat, atque illam domum cum honore, ac bonâ gratiâ dimisit (1).

(1) Benedictum eloquium tuum. Hebræus : *Benedicta discretio tua*, consilium tuum, sapientia tua, *esto benedicta*. Septuaginta: *Benedictus modus tuus*, agendi ratio.

Que le Seigneur soit béni, lui qui vous a envoyée aujourd'hui au-devant de moi; et soyez bénie vous-même, de ce que vous m'avez empêché de me venger de ma propre main. David reconnaît que Dieu lui a fait la plus grande grâce qu'il lui pouvait faire, et que cette femme si sage lui a rendu un service qu'il ne peut assez estimer, qui est de l'avoir empêché de ternir par le sang l'innocence de sa vie, et de déshonorer sa puissance en l'employant à perdre les hommes, au lieu que sa gloire devait être de les conserver.

Il ne faut pas douter que plusieurs des gens de David ne fussent ravis de le voir ainsi armé pour se venger lui-même, et qu'ils ne contribuassent de tout leur pouvoir à allumer encore et à justifier son ressentiment, qui lui allait faire recueillir des dépouilles sanglantes d'une entreprise qui était très-violente en elle-même, quoiqu'elle eût les apparences de la raison. On peut dire qu'ils avaient alors dans le cœur cette pensée qu'un païen a dite depuis : *Tout est permis à des gens armés, après qu'on leur a refusé ce qui est juste.*

Arma tenenti,
Omnia dat, qui justa negat.

Et cependant David reconnut très-bien que ceux qui lui étaient les plus fidèles en toutes sortes d'occasions, et qui exposaient tous les jours leur vie pour sauver la sienne, lui donnaient en celle-ci un mauvais conseil. Il vit, au contraire, qu'Abigail qui s'opposait au dessein qu'il avait formé, et qui lui en faisait voir l'injustice et les suites dangereuses, lui parlait comme si Dieu même lui eût parlé, et lui donnait lieu de reconnaître qu'il se rendrait l'ennemi de sa propre gloire, s'il se vengeait ainsi de l'insolence et de la dureté d'un seul homme par le meurtre de tant d'innocents.

Les rois seront heureux, s'ils imitent l'exemple d'un si grand prince, s'ils modèrent leurs ressentiments lors même qu'ils auront été offensés, et s'ils appréhendent sur toutes choses de se laisser prévenir contre des gens innocents, de ternir la gloire de leur règne par des actions auxquelles on peut donner souvent des louanges fausses et intéressées, lorsque Dieu les condamne d'injustice et de violence. Car ils doivent toujours se souvenir que quelque grands qu'ils soient, ils sont hommes, et qu'ainsi ils peuvent être surpris, ou par leur propre mouvement, ou par des impressions étrangères. Mais ils doivent espérer qu'ils trouveront des personnes qui les empêcheront de tomber dans ce péril et qui leur diront la vérité, comme fit alors cette femme éclairée de Dieu, s'ils sont aussi disposés que David le fut en cette rencontre, à la recevoir et à la suivre. (Sacy.)

(1) Honoravi te, vel aspectum tuum. Hebræus : *Tuli facies tuas*. Septuaginta : *Suspexi faciem tuam*. Nimis leviter et temerè David juraverat. Quare sententiam sapienter mutat. Docet S. Ambrosius : « Est contra officium « nonnunquàm solvere promissum, juramentum custodire. » (Calmet.)

Vers. 35. — Honoravi faciem tuam (1). Sicut confundere faciem alicujus, est facere ne quod orat, exoret, sed repulsus abeat re non impetratâ, sic honorare alicujus faciem, est postulata concedere. Utriusque exempla obvia sunt in Scripturâ. Lib. 3 Reg. cap. 2, v. 16, dixit Adonias ad Bethsabee : *Petitionem unam precor à te, ne confundas faciem meam.* Et ibid., v. 20, sic Bethsabee ad Salomonem filium : *Petitionem unam parvulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam.* Revereri alicujus faciem, vel suspicere, aut erubescere, frequens est. Hoc verò idem est, quòd *honorare faciem;* quæ cùm ad alia etiam multa pateant, ad usum, de quo proximè, frequenter adhibetur.

Nunc videndum, an dùm injuriam suam persequitur David, et de Nabalis exitio tam seriò cogitat, idque interpositâ jurisjurandi religione confirmat, grave aliquod peccatum admiserit. Quidam negant, in quibus est Theodoretus q. 57 et 58, quia magno usui fuerat David gregibus Nabal, cùm esset in deserto; neque supplices Davidis preces in tantâ rerum angustiâ repulsam illam contumeliis plenam pati debuerunt. Quare q. 58, affirmat jusjurandum de delendâ Nabalis familiâ fuisse iræ non injustæ; pepercisse autem, sapientis et moderatæ cogitationis.

Neque deest aliqua vel ratio, vel indicium, quæ suadeant ab hoc consilio atque juramento abfuisse peccatum. Neque enim ideò irascebatur David, quòd Nabal exiguum illud vitæ subsidium præcisè negavit, sed quòd sibi ac sociis turpem irrogâsset ignominiam, dùm fugitivos appellat servos, quæ vox ingenuis animis gravem inurit contumeliam. Quòd autem hanc notam ex suo, suorumque nomine delere voluerit David, ipse docuit v. 39, qui cùm

audiisset mortuum esse Nabal, dixit : *Benedictus Dominus, qui judicavit causam opprobrii mei de manu Nabal.* Hanc verò tam turpem, tamque ab ingenuis animis alienam notam expiare videtur potuisse David in capite Nabal. Adde quòd lib. 3 Reg. cap. 15, v. 5, unum tantùm peccatum dicitur admisisse David : *Eò quòd fecisset David rectum in oculis Domini, et non declinâsset ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Uriæ Hethæi.*

Sed est communis aliorum opinio, in hoc consilio atque conatu peccâsse non leviter Davidem. Quod tenent Abulensis q. 5, Cajetanus, Dionysius. Neque est illius sententiæ ratio difficilis, quia, ut paulò ante diximus, tam severi supplicii comparatione Nabalis sanguis erat innoxius, cùm neque grave videretur delictum, sive negata ab illo alimenta consideres, sive irrogatam ab immoderatâ linguâ contumeliam. Neque si scelus esset capitale, puniri debuit nisi à publicâ atque legitimâ potestate, qualem tunc nondùm acceperat David, cùm non tam esset constitutus et admissus à populo, quàm unctus et designatus ad regnum. Quòd si etiam innocentes delere constituerat, cùm usque ad canes grassaturum diceret ferrum, quo se ac suos ad illud hostile negotium accinxerat, quæ ulla erit honestatis species, quæ tantæ crudelitati possit obtendi? Accedit, quòd ipsemet David, v. 34, fatetur in eâ cæde quam animo designaverat, interventurum fuisse peccatum, nisi prudens Abigail, ac festiva sedulitas arma extorsisset è manibus.

At quî, dices, fieri potuit, ut semel tantùm peccaverit David, ut nuper dicebamus ex lib. 3 Reg. cap. 15, nimirùm quando Uriæ thalamum adulterio, et manus sanguine fœdavit? Hoc ipsum ego dicerem de numerato populo, in quo fuisse peccatum, illudque non leve, probant multa hominum millia, quæ in illius sceleris expiationem extincta sunt, 2 Reg. 24. Hoc autem peccatum ad verbum Uriæ non pertinebat, ut vides. Huic igitur rationi respondeamus oportet.

Interpretes non aliam adhibent solutionem, quàm alia peccata, quæ fatentur à Davide patrata, ejus esse ordinis ac gradûs, ut cum hoc peccato de Uriæ cæde comparata, peccata existimari non debeant. Quare putant eo loco de peccatis, ut ipsi loquuntur, enormibus tantùm esse sermonem, qualia, præter Uriæ verbum, non fuère reliqua. Ita Abulensis in cap. 15 lib. 3 Reg. q. 3; Hugo, Dionysius, Lyra, Cajetanus. Quæ solutio aliis fortassè meritò, mihi nullo modo satisfacere potuit. Quare tentabo alias adhibere solutiones, ex quibus lector, quam volet, eligat, nisi omnes omninò reprobandas putet.

Et antequàm ad illarum vim et pondus explicandum aggredior, observo usitatum esse in Scripturâ sacrâ, ut quædam proponat eo modo, ut de omnibus generibus ac modis intelligenda esse videantur, quæ tamen de uno tantùm genere, aut ordine explicari debent necessariò : aut cùm de omnibus aliquid affirmet, aut neget, aliquid tamen addit, quod excludendum sit, aut addendum universali signo. Oseæ cap. 9, omnes filii Ephraim, aut extinguendi dicuntur in utero, aut statim à partu perituri : *Ephraim quasi avis, avolabit gloria eorum à partu et ab utero et ab conceptu.* Et statim addit : *Quòd etsi genuerint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus.* Jeremiæ cap. 44, v. 27 : *Consumentur omnes viri Juda, qui sunt in terrâ Ægypti, gladio et fame, donec penitùs consumantur.* Sed statim dicuntur ex eo numero aliquot fore non consumendi : *Et qui fugerint gladium, revertentur de terrâ Ægypti viri pauci.* Et in hoc ipso argumento sunt exempla admodùm illustria. Hic enim ipse David facturus dicitur omnes Dei voluntates, Actor. 13, v. 22, et tamen in verbo Uriæ à Dei voluntate declinavit. Quare necesse non erit, ut secundùm Scripturam hæc verba quàm verissima sint, ut nullo modo in aliquo peccatorum genere peccaverit David. Quod autem genus peccatorum negetur, explorandum est.

Quædam admisit peccata David, antequàm regnum iniret Israel, quædam, ubi regni sceptrum consecutus est; alia, quæ ad privatam, alia, quæ ad publicam œconomiam dissolvendam ac corrumpendam pertinerent. Si verum esset, quod putat Abulensis, in numeratione ac censu populi, de quo 2 Reg. cap. 24, non peccâsse Davidem, sed potiùs peccatum illud esse populi, solutio hujusmodi non esset difficilis : dici etenim posset, nunquàm peccâsse Davidem, excepto verbo Uriæ, ex quo regnum obtinuit. Nam cùm de cæde Nabal consilium iniit, nondùm Israelitici regni gubernaculum sumpserat. Sed quod Abulensis putat, nemini probatur : cur enim tam grave supplicium subiisset populus, nisi grave aliquod peccatum præcessisset? Neque ignorabat Joab illam numerationem non fore sceleris expertem, cùm illum ab ejusmodi facto deterrere voluit. Et

ipse rex apertè confessus est, cùm dixit v. 10: *Peccavi valdè in hoc facto, sed precor, Domine, ut transferas iniquitatem servi tui, quia stultè egi nimis.* Quæ autem fuerit hujus peccati gravitas, dicemus suo loco.

Dici fortassè posset, tantùm in Uriæ verbo peccâsse Davidem, quia illud tantùm peccatum publicum fuit, cùm re ipsâ Uriæ thalamum adulterio fœdaverit, et Uriam innocentem occiderit; reliqua verò peccata neque in actum prodierint, neque fuerint omninò manifesta. In Scripturâ verò sacrâ illa dicuntur esse, quæ facta cognoscuntur; et illa facta esse negantur, quæ ignota sunt. Sic Melchisedech ad Hebr. 7, sine patre esse dicitur, sine matre, et sine genealogiâ, quia de ipsius genere atque natalibus nihil est à Scripturâ sacrâ proditum. Hoc sensu spurii *sine patre* dicuntur, et his notantur litteris S. P., id est, *sine patre,* quia incertis sunt nati parentibus. Cùm ergo Davidis animum atque consilium non fuerit consecuta cædes Nabal, et quid ipse cogitaverit, illi tantùm nôssent, quorum ipse manus in Nabal, illiusque familiæ exitium armâsset; et hominum vulgus cogitationes hominum neque videat, neque curet, illud tantùm esse peccatum judicat, quod exitus probat. Quare apud vulgares homines imperitamque multitudinem, à quorum loquendi consuetudine Scriptura sacra recedere non solet, non sat est, peccatum voluisse, aut aliquem adhibuisse conatum, nisi voluntatem et studium consequatur eventus. Idcircò hoc peccatum esse vulgus non putabat, quia neminem videbat extinctum, neque quo sensu fuerit David profectus, meditabatur. Sed huic expositioni obstat numerati populi manifestum peccatum, illudque septuaginta mille hominum interitu punitum.

Alio modo dici posset David tantùm semel peccâsse in casu Uriæ, quia tunc ut homo privatus, suæ obsecutus libidini peccavit; si qua verò alia fuerunt peccata, admisit ut publica persona, quale fuit numerâsse populum, aut aliquod tulisse judicium non æquum, aut certè hoc, de quo nobis in præsentiâ commentatio. Sed neque hoc ullo modo satisfacit, quia etiam in aliis peccatis suis affectibus obsecutus est: furori nimirùm, aut studio vindictæ, cùm ad Nabalis cædem anhelabat; ambitioni, cùm populi censum haberi voluit; aut, ut nonnulli volunt, avaritiæ. Quare non errore lapsus est in publicâ causâ procurandâ, sed privatâ malitiâ, dùm plus satis suis sibi affectibus indulget.

Res est sanè difficilis, in quâ laborârunt plurimùm interpretes, qui fermè omnes eò inclinant, ut putent in uno tantùm Uriæ verbo peccâsse Davidem, quia hoc fuit enorme; reliqua verò illius comparatione exigua, sive genus illorum, seu durationem spectes. Quam ego sententiam sic explico: In Scripturâ sacrâ usitatum est, ut si pauca desint ex magno numero, nihil existimetur defuisse. Unde si ex multis unus peccavit homo, nullus peccâsse dicitur, et omnes dicuntur non peccâsse. Sic quia David multa edidit opera laudabiliter et sanctè, etiamsi aliquando peccâverit, quia id fuit perquàm rarò, nunquàm peccâsse traditur, aut quod idem est, omnes Dei fecisse voluntates. Sic de illo Actor. cap. 13, v. 22: *Inveni David filium Jesse, virum secundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Et Eccli. cap, 49, v. 4, dicitur non admisisse peccatum. Et idem affirmatur de Josiâ atque Ezechiâ, qui licet aliquando peccaverint, id fecêre perquàm rarò, et innumeris benefactis, peccatorum suorum nomen atque memoriam obtriverunt. *Præter David, et Ezechiam, et Josiam, omnes peccatum commiserunt: nam reliquerunt legem altissimi reges Juda, et contempserunt timorem Dei.*

Ut ergo peccata numero pauca, ubi rectè facta occurrunt numero plurima, nulla existimantur, sic etiam peccata, quæ aut levia sunt, aut quæ brevi fuerunt ab animo benè constituto detersa, neque diù insederunt, obstinatæ conscientiæ, censentur non fuisse: sicut natus non existimatur, qui ubi primùm est exceptus in lucem, statim interiit. Quomodò puer ex adulterio natus ex Bethsabee non numeratur in filiis David, quia vix dùm natus interiit. Et cùm filia Archisynagogi verè mortua fuerit, Christus tamen, Matth. cap. 9, dixit *non esse puellam mortuam,* quia nempe citò erat ad vitam reditura. Et idem Christus Joan. 17, dixit *se non esse in mundo,* quia citò erat abiturus è mundo. Sic. l. 3 de Divortiis, uxor si brevi est reversa, non dicitur divertisse. Id quoque Hieronymus docet Epist. ad Rusticum, et habetur in cap. *Septies* 23, de Pœnit. d. 3: « Septies cadit justus, et resurgit. Si cadit, quomodò justus; « si justus, quomodò cadit? Sed justi vocabu- « lum non amittit qui per pœnitentiam sem- « per resurgit. » Cùm igitur in verbo Uriæ, id est, in peccato contra Uriam, diu hæserit David, quia jam natus erat ex adulterio filius, quando à Natham prophetâ reprehensus resipuit, et egit pœnitentiam, illud solum pec-

catum admisisse narratur. Cætera omnia statim execratus est, ut primùm ad se rediit, quale fuit hoc, quod ad orationem Abigail confestim damnavit, et gratias egit, quòd ab illâ prohibitus gladium in vaginam reconderet, et manus referret à cæde puras. Quocirca optimè juxta communem hominum sensum, et Scripturæ consuetudinem, excepto verbo Uriæ, nunquàm declinâsse dicitur David à viis Domini, quia vel modicè deflexit, vel statim rediit. Quæ verò ita fiunt, vulgus hominum à peccatorum nomine et turpitudine liberat.

An verò David violato ad preces Abigail juramento peccaverit, cùm Nabali pepercerit, cui extrema omnia fuerat minatus, non est quæstio difficilis, quam diluit Augustinus serm. in Decollatione Joannis Baptistæ, et Beda homil. 44 in eodem festo, ubi negant ibi intercessisse peccatum, sed potiùs grave in executione fuisse futurum. Vide 22, q. 4.

Vers. 36. — Venit autem Abigail ad Nabal, et ecce erat ei convivium in domo ejus, quasi convivium regis. Rediit domum Abigail læta, quòd à conjugis jugulo Davidis ferrum avertisset, quem invenit hilarem, et multitudine convivarum, et splendore genialis convivii. Erat enim regio instructum apparatu, id est, abundans et splendidum, quale à regibus exhiberi solet. Est autem usitatum, et penè proverbiale in Scripturâ, ut quæ eximia sunt, regum esse dicantur. Sic Cantic. 7, sponsæ capilli purpuræ assimilantur regiæ, id est, pretiosæ. Et Isai. 60, lactanda dicitur Ecclesia regum mammillâ, id est, suavi ac nobili. Et magnæ deliciæ regum esse dicuntur, Genes 49 : *Præbebit delicias regibus.* Cùm autem conjugem jucundum et obvium invenisset, nihil illi eorum, quæ gesta fuerant, aperuit, tum ne nocturnum illud convivium intempestivâ narratione turbaret, tum quia in temulentis commota mens est, et parùm rebus percipiendis aut considerandis idonea. Expectavit igitur matutinam lucem, ut cùm vinum per otium edormisset, rem totam cognosceret, et quid præsens ille rerum articulus exigeret, accuratiùs expenderet.

Vers. 37. — Et emortuum est cor ejus extrinsecus, et factus est quasi lapis. His verbis grandis significatur stupor, qui ex subito quodam horrore, et ex duro atque inopinato successu ac nuntio concipitur, qui solet sic hominem vehementer afficere, ut exsanguem reddat et exanimem. Dicitur autem cor Nabalis emortuum, quia sic obstupuit, ut omnem amiserit sensum, quod sæpè in metu atque dolore contingit. Legimus enim, et vidimus sæpè multos sic fuisse exanimatos dolore, ut habiti etiam fuerint pro mortuis. Quare in gravi stupore, atque ægritudine animi, et mens excidisse, et oculis lux sublata quibusdam fuisse dicitur. Sic sanè Ovidius de se lib. 1 de Tristibus eleg. 3, ex eo quod aliis contigisse viderat :

Non aliter stupui, quàm qui Jovis ignibus ictus
Vivit et est vitæ nescius ipse suæ.
Ut tamen hanc animi nubem dolor ipse removit,
Et tandem sensus convaluêre mei.

Neque aliud significant illa poetarum fabulosa commenta, quæ fingunt Niobem, cùm filiorum cædem audisset, conversam fuisse in lapidem, quàm illam præ nimio dolore amisisse sensus omnes, et instar lapidis obriguisse. Hoc omninò accidit Nabali, ubi primùm didicit, quo in periculo fuerit, et quàm abfuerit parùm ut inter epulas et cœtus ebriorum, ebrius ipse et amens occideretur. Hæc fuit sine dubio causa, cur cor mortuum esse dicatur interiùs. Est enim ridiculum, quod docent quidam Hebræorum magistri, ideò in lapidis similitudinem induruisse cor, quia vehementer doluit Nabal oblata Davidi ab uxore munera suis facultatibus fuisse detracta.

Vers. 38. — Cumque pertransiissent decem dies, percussit Dominus Nabal, et mortuus est. Decem dies transegit Nabal alienus à se ipso, ita ut lapidem potiùs, aut caudicem, quàm hominem vocares : quibus exactis interiit à Domino percussus, an novâ aliquâ plagâ, vel ingravescente magis cordis duritie, incertum est : aliquid tamen accidisse à sensuum stupore et cordis induratione diversum, verisimilius, quia post decem dies percussus esse dicitur, novâ videlicet plagâ, sicut indicat ipsum dicendi genus.

Vers. 39. — Benedictus Dominus, qui judicavit causam opprobrii mei de manu Nabal, et servum suum custodivit a malo. Hinc colligebat Abulensis, ut nos supra notavimus, non tam Davidem succensuisse Nabali, quòd rogatum vitæ subsidium denegâsset, quàm quòd legatos onerâsset conviciis, et Davidis socios fugitivorum ignobilem turbam appellâsset. Ego in opprobrio utrumque cognosco, et irrogatam ignominiam Davidi ac sociis, et negatum esse quod petebatur, alimentum; repulsam enim pati opprobrium quoddam est. Unde qui non exorat, quod orat supplex, confundi dicitur,

aut erubescere, ut paulò ante dicebamus. Agit ergo gratias David Deo, quòd non permiserit vindictam opprobrii illius sumi à mortali manu; sed ipse inclementiæ atque injuriæ illius vindex esse voluerit. Quibus verbis agnoscit conatum illum non esse futurum sceleris expertem, quando se à malo servatum esse profitetur.

Et malitiam Nabal reddidit Dominus in caput ejus. Malitia Nabal fuit ingratus animus, inclementia, verborum libertas, et linguæ immoderata procacitas; quæ luit homo ille rusticus et barbarus capitali pœnâ. Et licet ejusmodi supplicium irrogari soleat leviori ac veniali culpæ, qualis fuit uxoris Loth, quæ in statuam salis conversa est, Genes. 19, et Prophetæ, qui occisus fuit à leone, 3 Reg. cap. 13, tamen improbabile non est aliquid à Nabale commissum esse gravius, cùm indigentibus, benèque de se meritis, quo tempore rebus abundaret omnibus, subvenire noluerit, propter quod tam severo decreto in illius caput actum est.

Vers. 39. — Et locutus est ad Abigail, ut sumeret eam sibi in uxorem (1). Placuit Davidi plurimis de causis Abigail, et quòd speciosa esset, ac liberali formâ, quòd eloquio prudens, et optima mater familiâs, et quòd illius operâ manus suas servâsset innoxias, et communem totius populi invidiam et odium declinâsset, quam non effugisset, si contribulem suum Nabal propter negatam alimoniam occideret. Quare illam uxorem sibi assumere decrevit, deque eâ re legationem misit. Quam illa accepit lubens, et quasi magnum agnoscere beneficium, procubuit in faciem, et absentem Davidem, ex Hebræorum opinor consuetudine, supplex adoravit. Et insuper addidit, existimare se benè secum agi, si modò liceat in domo David è servulorum pedibus sordes abluendo detergere (1).

Vers. 42. — Et festinavit, et surrexit Abigail. Non distulit Abigail postulata complere, neque deterruit à nuptiis aut Davidis inopia, aut sterilis et vasta solitudo, in quâ vagus et profugus incertis semper sedibus errabat; neque Saülis potentia, qui nullum non movebat lapidem, ut quem amabat conjugem, opprimeret. Sed confestim assumpsit secum puellas quinque pedissequas et honorarias, et secuta nuntios, seu verius paranymphos et pronubos, ad Davidem abiit, et cum eo connubiali vinculo sociata est. Quid deinde fecerit Abigail, dùm vagus et extorris in sylvis vagaretur novus maritus, Scriptura non tradit; est tamen verisimile, rediisse in Carmelum, ut rem familiamque curaret, interim dùm David incertis per sylvas sedibus erraret: neque enim verisimile est, habere voluisse Davidem secum in confragosis locis, et expositis Saülis insidiis, feminam delicatam et nobilem, et quæ futura erat cum suo comitatu femineo militibus impedimento maximo. Absens verò præstare poterat varios usus illi exulum turbæ, cùm præbere posset ad victum necessaria, commodare hospitium, si quando ad Carmelum, qui non procul aberat, diverteret. Cùm autem jam habuit certam sedem extra Saülis regnum, in terrâ Philisthinorum, in civitate Siceleg, ibi secum habuit Abigail, ut constat cap. 30; nam inde ab Amalecitis abducta dicitur captiva, et in civitate Geth cap. 27.

Hæc autem Abigail meliori, quàm aliæ uxo-

(1) David ducens Abigail, repræsentavit Christum, qui sibi Ecclesiam ex gentibus despondit. « Hæc enim amisso viro, cui ante juncta fuerat, transivit ad Christum, censu pio « dives, humilitatis et fidei, misericordiæ quoque dotata patrimonio, etc., cui sponsus « jucunditatem confert et gratiam, emundans « eum ab omnibus pulchritudinis ejus impedimentis, » ait S. Ambros. Epist. 35 ad Iren. Qui et subdit Achinoam alteram Davidis uxorem significâsse synagogam Judæorum. « Achinoam enim, inquit Ambrosius, Hebr. idem « est, quòd *fratris mei commotio;* talis autem « fuit synagoga, quam nutantem inveniens « diabolus, sicut leo diruit et jucunditatem « ejus abstulit, et arescere fecit fructus ejus, « juxta illud psalm. 45 : *Posuisti nos in parabolam gentibus, commotionem capitis in populis.* » Aptiùs tamen Pagnin. in Nom. Hebr.: « Achinoam, inquit, Hebr. idem est quòd, « *frater jucunditatis,* sive pulchritudinis; aut, « *frater meus decor,* sive jucunditas; » quod Judæis ad Christum conversis aptè congruit. (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 41. — Ecce ancilla tua sit in ancillam, ut lavet pedes servorum Domini mei. Abigail absentem Davidem, quasi præsentem in legatis ab eo missis alloquitur, ejusque se vocat famulam et ancillam; atque hâc suâ humilitate meruit fieri ejus uxor et regina Israelis. Unde ipsa typus fuit B. Virginis, quæ electa à Deo in sponsam, et à Verbo in eâ incarnando in matrem, dixit Gabrieli archangelo: *Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundùm verbum tuum.* Ideòque ipsa ancilla Dei facta est mater Dei. Verè Eccles. c. 26, v. 1 : *Mulieris bonæ,* inquit, *beatus vir, numerus enim annorum illius duplex; mulier fortis oblectat virum suum, et annos vitæ illius in pace implebit; pars bona, mulier bona,* etc.; et v. 16 : *Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum. Gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata.* Talis enim fuit Abigail. (Corn. à Lap.)

res, loco apud Davidem esse debuit, tum propter alia ingenii liberalis ornamenta, tum quia illum subsidio juvit, atque consilio; et quia eo illi nupsit tempore, quando inops erat, extorris et vagus, et potentissimi regis insidiis et armis appetitus ad cædem. Aliæ uxores tunc in illius thalamum sociali fœdere venerunt, unâ exceptâ Achinoam, quando aut rex erat renuntiatus, aut certè eo apud omnes habitus loco, ut in exercitu Saülis princeps haberetur, et ab illo cuncti summa sperarent omnia. Quare ipsa, cùm Davidi nupsit, multò quàm ille erat locupletior. Cui dicere potuit multò veriùs, quàm Œnone Paridi, cui servo atque pastori nupserat, à quo tamen, cùm è regio sanguine ortum se esse cognovit, derelicta fuit : ad quem illa sic graviter meritòque conquesta :

Nondùm tantus eras, cùm te contenta marito
Edita de magno flumine Nympha fui.
Qui nunc Priamides (adsit reverentia verò)
Servus eras, servo nubere Nympha tuli.

Vers. 43. — Sed et Achinoam accepit David ex Jezrael. Eodem tempore, quo duriùs vexabatur à Saële, alteram etiam duxit uxorem, ex quâ primogenitum suscepit Adoniam; quam etiam secum habuit in Siceleg, ut habes infra, cap. 30. Erat autem Jezrael in tribu Juda, in eo ipso loco, in quo aliquandiù vagatus est David, non longè à Maon, Ziph, Carmelo : has enim simul numerat Josue, cap. 15, v. 55.

Vers. 44. — Saul autem dedit Michol filiam suam, uxorem David, Phalti filio Lais (1). Hinc apparet, quàm esset ingenio instabili Saül, cùm uxorem abstulerit, quam antea tradiderat Davidi, cùm priùs illum futurum esse regem agnovisset; à quo precibus obtinuit et lacrymis, ut sui generis ac nominis rationem haberet. Jam verò sic est in diversa mutatus, ut ablatâ filiâ, quæ servandæ fidei atque amicitiæ vinculum esse poterat, ruperit nexum qui fœderis illius, aut solus, aut maximus esse debuit. Multa hìc quærit Abulensis, an videlicet in his nuptiis aut dissolvendis, aut contrahendis peccaverit Saül, et David, Michol, et Phalti; quas ego quæstiones prudens omitto, quia mearum partium esse non puto. Videat apud Abulensem, qui plura volet (2).

(1) Tradunt, vel potiùs more suo fabulantur Rabbini, Phalti non cognovisse Michol, eò quòd gladius inter ipsum et Michol interjaceret, ideòque ipsum mansisse illiberem sine filiis. Alii asserunt id eum fecisse ex studio pietatis et castitatis. Alii alia comminiscuntur; sunt enim ipsi non vasorum, sed opinionum et somniorum figuli. (Corn. à Lap.)

(2) Qui erat de Gallim; urbs erat facilè Benjaminitica, quippe quæ ab Isaiâ 10, 30, cum urbibus ejus tribûs, Laisa et Anathoth, recensetur. Septuaginta editionis Romanæ legunt *Romma;* Complutenses, *Gallim.* (Calmet.)

CAPUT XXVI.

1. Et venerunt Ziphæi ad Saül in Gabaa dicentes : Ecce David absconditus est in colle Hachila, quæ est ex adverso solitudinis.

2. Et surrexit Saül, et descendit in desertum Ziph, et cum eo tria millia virorum de electis Israel, ut quæreret David in deserto Ziph.

3. Et castrametatus est Saül in Gabaa-Hachila, quæ erat ex adverso solitudinis in viâ; David autem habitabat in deserto. Videns autem quòd venisset Saül post se in desertum,

4. Misit exploratores, et didicit quòd illùc venisset certissimè.

5. Et surrexit David clam, et venit ad locum ubi erat Saül; cùmque vidisset locum in quo dormiebat Saül, et Abner filius Ner, princeps militiæ ejus, et Saü-

CHAPITRE XXVI.

1. Cependant ceux de Ziph vinrent trouver Saül à Gabaa, et lui dirent : David est caché dans la colline d'Hachila, qui est vis-à-vis du désert.

2. Saül prit aussitôt avec lui trois mille hommes choisis de tout Israël, et alla chercher David dans le désert de Ziph.

3. Il campa sur la colline d'Hachila, qui est vis-à-vis du désert, sur le chemin. David demeurait alors dans ce désert; et comme on lui dit que Saül venait l'y chercher,

4. Il envoya des gens pour le reconnaître, et il apprit qu'il était venu très-certainement.

5. Il partit donc sans bruit, et s'en vint au lieu où était la tente de Saül. Il remarqua le lieu où était la tente de Saül et d'Abner, fils de Ner, général de son armée; et voyant, *par le profond silence qui régnait dans tout le camp,*

lem dormientem in tentorio, et reliquum vulgus per circuitum ejus,

6. Ait David ad Achimelech, Hethæum, et Abisai filium Sarviæ, fratrem Joab, dicens : Quis descendet mecum ad Saül in castra? Dixitque Abisai : Ego descendam tecum.

7. Venerunt ergo David et Abisai ad populum nocte, et invenerunt Saül jacentem et dormientem in tentorio, et hastam fixam in terrâ ad caput ejus ; Abner autem et populum dormientes in circuitu ejus.

8. Dixitque Abisai ad David : Conclusit Deus inimicum tuum hodiè in manus tuas : nunc ergo perfodiam eum lanceâ in terrâ semel, et secundò opus non erit.

9. Et dixit David ad Abisai : Ne interficias eum; quis enim extendet manum suam in Christum Domini, et innocens erit?

10. Et dixit David : Vivit Dominus! quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies ejus venerit ut moriatur, aut in prælium descendens perierit,

11. Propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini. Nunc igitur tolle hastam quæ est ad caput ejus, et scyphum aquæ, et abeamus.

12. Tulit igitur David hastam et scyphum aquæ qui erat ad caput Saül, et abierunt; et non erat quisquam qui videret et intelligeret, et evigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos.

13. Cùmque transîsset David ex adverso, et stetisset in vertice montis de longè, et esset grande intervallum inter eos,

14. Clamavit David ad populum et ad Abner, filium Ner, dicens : Nonne respondebis, Abner? Et respondens Abner, ait : Quis es tu qui clamas et inquietas regem?

que Saül dormait dans sa tente, et tous ses gens autour de lui,

6. Il dit à Achimélech, Héthéen, et à Abisaï, fils de Sarvia, frère de Joab : Qui veut venir avec moi dans le camp de Saül? Abisaï lui dit : J'irai avec vous.

7. David et Abisaï allèrent donc la nuit parmi les gens de Saül, et trouvèrent Saül couché et dormant dans sa tente; sa lance était à son chevet, fichée en terre; et Abner et tous ses gens dormaient autour de lui.

8. Alors Abisaï dit à David : Dieu vous livre aujourd'hui votre ennemi entre les mains; je vais donc avec ma lance le percer jusqu'en terre d'un seul coup, et il n'en faudra point un second.

9. David répondit à Abisaï : Ne le tuez point; car qui étendra la main sur l'oint du Seigneur, et sera innocent?

10. Et il ajouta : Vive le Seigneur! à moins que le Seigneur ne frappe lui-même Saül, ou que le jour de sa mort n'arrive, ou qu'il ne soit tué dans une bataille, *il ne mourra point.*

11. Dieu me garde de porter la main sur l'oint du Seigneur! Prenez seulement sa lance qui est à son chevet et sa coupe, et allons-nous-en.

12. David prit donc la lance et la coupe qui était au chevet de Saül, et ils s'en allèrent. Il n'y eut personne qui les vît et sût ce qui se passait, ou qui s'éveillât; mais tous dormaient, parce que le Seigneur les avait assoupis d'un profond sommeil.

13. David étant passé de l'autre côte, s'arrêta sur le haut d'une montagne qui était fort loin, y ayant un grand intervalle entre lui et le camp;

14. Il appela de là à haute voix les gens de Saül, et Abner, fils de Ner, et lui cria : Abner, ne répondrez-vous donc point? Abner lui répondit : Qui êtes-vous, vous qui criez *de la sorte*, et troublez le repos du roi?

15. Et ait David ad Abner : Numquid non vir tu es? et quis alius similis tuî in Israel? quare ergo non custodisti dominum tuum regem? ingressus est enim unus de turbâ ut interficeret regem dominum tuum.

16. Non est bonum hoc quod fecisti. Vivit Dominus! quoniam filii mortis estis vos qui non custodîstis dominum vestrum, christum Domini. Nunc ergo vide ubi sit hasta regis, et ubi sit scyphus aquæ qui erat ad caput ejus.

17. Cognovit autem Saül vocem David, et dixit : Numquid vox hæc tua, fili mi David! Et ait David : Vox mea, domine mi rex.

18. Et ait : Quam ob causam dominus meus persequitur servum suum? quid feci? aut quod est malum in manu meâ?

19. Nunc ergo audi, oro, domine mi rex, verba servi tui : Si Dominus incitat te adversùm me, odoretur sacrificium; si autem filii hominum, maledicti sunt in conspectu Domini, qui ejecerunt me hodiè ut non habitem in hæreditate Domini, dicentes : Vade, servi diis alienis.

20. Et nunc non effundatur sanguis meus in terram coram Domino, quia egressus est rex Israel ut quærat pulicem unum, sicut persequitur perdix in montibus.

21. Et ait Saül : Peccavi : revertere, fili mi David; nequaquàm enim ultra tibi malefaciam, eò quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodiè; apparet enim quòd stultè egerim, et ignoraverim multa nimis.

22. Et respondens David ait : Ecce hasta regis; transeat unus de pueris regis, et tollat eam.

23. Dominus autem retribuet unicuique secundùm justitiam suam et fidem; tradidit enim te Dominus hodiè in manum meam, et nolui extendere manum meam in christum Domini.

15. David lui dit : N'êtes-vous pas un brave homme? et y a-t-il quelqu'un dans Israël qui vous vaille? Comment donc n'avez-vous pas gardé le roi votre seigneur? car il est venu quelqu'un d'entre le peuple pour tuer le roi votre seigneur.

16. Ce n'est pas là bien faire votre devoir. Vive le Seigneur! vous méritez la mort, vous autres, qui avez si mal gardé votre maître, qui est l'oint du Seigneur. Voyez donc maintenant où est la lance du roi, et la coupe qui était à son chevet.

17. Saül reconnut la voix de David, et lui dit : N'est-ce pas là votre voix que j'entends, mon fils David? David lui dit : C'est ma voix, mon seigneur *et mon* roi.

18. Et il ajouta : Pourquoi mon seigneur persécute-t-il son serviteur? Qu'ai-je fait? de quel mal ma main est-elle souillée?

19. Mon seigneur *et mon* roi, souffrez que votre serviteur vous dise cette parole : Si c'est le Seigneur qui vous pousse contre moi, qu'il reçoive l'odeur du sacrifice; mais si ce sont les hommes, ils sont maudits devant le Seigneur de me chasser ainsi aujourd'hui de son héritage, afin que je n'y habite point, en *me* disant : Allez, servez les dieux étrangers *parmi les nations qui les adorent.*

20. Que mon sang donc ne soit point répandu sur la terre à la vue du Seigneur. Et fallait-il que le roi d'Israël se mît en campagne pour courir après une puce, comme on court par les montagnes après une perdrix?

21. Saül lui répondit : J'ai péché; revenez, mon fils David; je ne vous ferai plus de mal à l'avenir, puisque ma vie a été aujourd'hui précieuse devant vos yeux; car il paraît que j'ai agi comme un insensé, et que j'ai été mal informé de beaucoup de choses.

22. David dit ensuite : Voici la lance du roi; que l'un de ses gens passe ici, et qu'il l'emporte.

23. Au reste, le Seigneur rendra à chacun selon sa justice et selon sa fidélité; car il vous a livré aujourd'hui entre mes mains, et je n'ai point voulu porter la main sur l'oint du Seigneur.

24. Et sicut magnificata est anima tua hodiè in oculis meis sic magnificetur anima mea in oculis Domini, et liberet me de omni angustiâ.

25. Ait ergo Saül ad David : Benedictus tu, fili mi David ; et quidem faciens facies, et potens poteris. Abiit autem David in viam suam, et Saül reversus est in locum suum.

24. Comme donc votre âme a été aujourd'hui précieuse devant mes yeux, qu'ainsi mon âme soit précieuse devant les yeux du Seigneur, et qu'il me délivre de toute angoisse

25. Saül répondit à David : Béni soyez-vous, mon fils David ; vous réussirez certainement dans vos entreprises, et votre puissance sera grande. David ensuite s'en alla, et Saül s'en retourna chez lui.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa. Facilè nôsse potuerunt Ziphæi adhuc Saülem esse malè in Davidem animatum, quandò abductam ab illius thalamo filiam alieno tradidisset, quod in toto regno non potuit esse, propter rei ipsius gravitatem et naturam, non manifestum. Quare quod antea fecerunt, iterùm nunc aggrediuntur. Docent igitur regem in colle Hachilà suum sibi commilitonibusque perfugium posuisse Davidem. Quam occasionem perire noluit Saül, et assumptis ex Israelis præcipuo robore tribus hominum millibus, eò se quàm celerrimè contulit, et castra non longè à Davidis statione metatus est.

In Gabaa Hachila (1). Idem est *Gabaa Hachila*, quòd collis Hachila ; Gabaa enim idem est, quòd collis, ut pluribus ostendimus cap. 7, in principio, ad illud v. 1 : *In domum Aminadab in Gabaa.*

Vers. 3. — Videns autem quòd venisset Saul. Non potest diù celari principum incessus, cùm sine magno tumultu ac strepitu fieri non possit. Quare accepit David sive à rumore incerto, sive à nuntio ab amicis occultè destinato appulisse Saülem ad illum locum, qui proximus erat ipsius latebris ; quod ubi per exploratores certum esse cognovit, ipse clam ingressus castra, observavit diligenter locum, ubi regium erat tentorium. Reversus igitur ad suos, duos elegit socios, quos ad opus, quod destinârat animo, secum adduceret. Cùmque aliis dormientibus, ad Saülis tentorium accessissent, invenerunt illum decumbentem, et profundo quodam sopore captum, qualis reliquam etiam multitudinem occupârat. Erat autem ad ejus caput hasta defixa, quia, ut supra vidimus, erat regiæ dignitatis insigne, et eâ fortassè notâ significabatur regium illum esse tabernaculum. Cùmque Abisai, alter è duobus, quos sibi David ad nocturnum illud opus socios assumpserat, cerneret in eo rem esse statu, ut facilè res tota uno tantùm ictu posset absolvi, licere sibi petit à David, ut regem occidat, et semel, et toties intenta à rege pericula declinent. Negat David polluendas esse regio sanguine sacrilegas manus, neque fas esse, ut qui sacro est oleo delibutus, excipiat ferrum à quoquam è suo contubernio ; neque defuturas esse causas, quæ illum possint regno ac spiritu privare : esse enim Deum injuriarum vindicem, qui causam tuetur et ulciscitur innocentum ; esse naturalem aliquam vim, quæ mortalem naturam morti tradat ; neque defuturos alios hostes, qui Hebræorum fines assiduè populantur et turbant : si ab his illi mors afferatur, ferendum esse ; nullo verò modo à se, vel à suis regio corpori afferendam esse vim (1).

(1) Collis hujus situs ignoratur, sed à Ziph non procul constituendus est. Docet Scriptura, fuisse illum *ex adverso solitudinis*, vel ad *dexteram deserti*, forte Ziph, cùm hic Ziphæi loquantur. Hebræus et Septuaginta : Ad d[illegible] *Jesimon.*

(1) Vers. 4. — Quod illuc venisset certissimè. Heb. *Quòd venisset ad certum locum.* Certior primò factus est, Saülem iter ad sese quærendum suscepisse ; tum per submissos viros explorâsse certum, ubi versabatur, locum. Septuaginta : *Vidit David, quia venit Saül post se in desertum.* Chaldæus : *Vidit quia venit Saül verè.* Reddunt quidam : *Quia venerat ad aliquid certum præstandum.* Hanc eamdem vocem supra, 23, 23, auctor Vulgatæ ita reddidit : *Revertimini ad me ad rem certam.*

(Calmet.)

Vers. 5. — Cumque vidisset.... Saulem dormientem in tentorio, seu potiùs dormire putâsset, neque enim certò id nôsse poterat, cùm in castra nondùm venisset. Quæ Hebræa vox vertitur hic *tentorium*, significare poterat currum ; nec abs re credimus, Saülem instructum fuisse tecto curru Arabibus et cæteris aliis populis erraticam vitam agentibus familiari. Justinus libro 1 de Scythis : « Uxores liberosque « secum in plaustris vehunt, quibus coriis im- « brium hiemisque causâ tectis, pro domibus « utuntur. » Septuaginta exponunt pariter de plaustro, vel de *lampene* ; quod autem favet lampenæ, vel tentorio gestatorio, illud est, quòd Saül cubuerit, defixâ humi et ad caput

Vers. 12. — Tulit igitur David hastam et scyphum. Quemadmodùm priùs aliquid ex Saülis chlamyde sustulerat, quò suæ vitæ periculum, et hostis sui clementiam atque observantiam

lectuli hastâ; quod vix ac ne vix quidem de plaustro intelligi potest. Vertunt alii : *Saül dormiebat intra septa castrorum.* Censent illi, totum vallum ambiisse disposita circum plaustra et impedimenta, et in centro hujus septi Saülis tentorium constitutum fuisse. Aquila : Ἐν στρογγυλώσει, *In rotunditate.* Lucifer Calaritanus apud Nobilium : *In stragulis pretiosis.*

(Calmet.)

Vers. 6. — Achimelech Hethæum. Quis iste fuerit Achimelech, ignoratur. Facilè vir erat Judæus, ideò fortè Hethæus appellatus, quòd apud Hethæos degeret, uti Caleb Cinæus dicitur; sive Hethæam originem referens, ad Judæorum sacra transiisset. Abisai filius erat Sarviæ sororis Davidis, in cujus aulâ primas deinceps adeptus est, et parti copiarum ipsius præfuit. Appellatur semper *filius Sarviæ;* patris nomen ignoratur. (Calmet.)

David dit à Abisaï : Qui veut venir avec moi dans le camp de Saül? et ils trouvèrent Saül dormant dans sa tente. David nous donne encore une fois, dans ce chapitre, un exemple parfait de l'amour sincère que nous devons avoir pour nos ennemis. Car ce n'est pas les aimer comme il faut que de se vaincre soi-même en quelque occasion passagère, et leur témoigner de l'affection; quoique plusieurs s'estimeraient déjà beaucoup s'ils en étaient venus là. Dieu veut que nous ayons un fonds de douceur et de tendresse à leur égard, comme David, et une préparation de cœur pour leur faire du bien, qui se découvre aussitôt que l'occasion s'en présente. Il veut que nous conservions cette disposition envers eux, lors même que nous avons reconnu, comme David, que cette modération est inutile pour gagner leur cœur, et qu'ils demeurent aussi durs après des témoignages si sensibles de notre amour, qu'ils l'étaient auparavant.

Nous devons donc imiter en quelque sorte nos ennemis, en faisant le contraire de ce qu'ils font. Et comme ils sont opiniâtres dans la haine qu'ils ont contre nous, malgré toutes les raisons qui les obligeraient de l'étouffer, nous devons aussi être opiniâtres en quelque sorte dans l'amour que nous avons pour eux, *pertinaciâ fidei*, dit saint Cyprien, en surmontant l'aversion qu'ils nourrissent contre nous, par la bonne volonté que nous conserverons toujours pour leur personne, selon la parole de saint Paul : *Ne vous laissez pas vaincre par le mal; mais surmontez le mal par le bien.*

Saint Grégoire ne peut s'empêcher de gémir, et il nous apprend à gémir avec lui, lorsqu'il fait réflexion sur cette histoire. Il déplore l'enchantement qui se trouve dans les prospérités de cette vie, et il plaint l'aveuglement des hommes, qui en craignent tous les maux, quoiqu'ils nous soient si avantageux pour notre salut. « David affligé et persécuté, dit-il, fait « paraître une tendresse incroyable pour ses « ennemis. Et lorsqu'il sera paisible dans son « royaume, il fera mourir cruellement un « homme admirable, qui le servait avec un

cognosceret, sic etiam nunc è Saülis tentorio hastam et scyphum sustulit David, ut ab illo iterùm suam servatam esse vitam apertè cognosceret. *Hasta,* ut diximus, regium erat in-

« courage invincible, et qui exposait tous les « jours sa vie pour lui donner des preuves de « sa fidélité et de son zèle. »

(Sacy.)

Vers. 9. — Quis extendet manum suam in Christum Domini, et innocens erit? In Saülem, principem licet iniquum, quem etiam meritò exsecrari poterat David, nefas tamen David ipse reputavit manus injicere violentas, privatus nempe in regem. Maximè observanda semper est principum auctoritas, et regis persona habenda est inviolabilis, quamvis à tyranno, usurpatore, injusto, et viro Saülis moribus simili, geratur. Erga reges suos tanto obsequio teneantur Orientales, ut jubentibus illis cæco modo pareant, nihilque apud illos rariùs occurrat, quàm defectiones et cædes regum, quarum crebra adeò exempla in historiâ Romanâ, Anglicâ et Gallicâ suppetunt.

(Calmet.)

Moraliter, disce hic à Davide, quàm prælatos et principes etiam improbos et nobis adversantes revereri debeamus, quasi *Christos Domini*, nec eos verbo, multò minùs verbere lædere. Rursùm quantoperè Deus eos quos parat ad magna, ut alios regant, exerceat adversitatibus et persecutionibus. Sic enim per Saülem exercuit Davidem, ut ejus virtutem acueret, dignumque regno efficeret. Quare hæ persecutiones Saülis non fuerunt aliud Davidi quàm exercitationes, præparationes et dispositiones ad regnum, idque Saül agnovit dicens v. 15 : *Faciens facies, et potens poteris.* Simili modo solent principes, episcopi, rectores subditos quos ad regimen parant, variis gravibusque imperiis, oneribus, increpationibus, mortificationibus exercere, ut eorum virtutem probent, augeant, perficiant, utque ipsi discant in regimine subditis compati. Nemo enim rectè imperat, nisi qui rectè paret. Nemo sentit jugum obedientiæ quod aliis imponit, nisi qui priùs illud subiit et expertus est; qui enim illud non subiit, imperiosè regit et *dominatur in cleris*, ait S. Petrus. *Bibentes vinum in phialis, et optimo unguento delibuti*, inquit Amos c. 6, 6, *et nihil patiebantur super contritione Joseph.*

(Corn. à Lap.)

Vers. 10. — Vivit Dominus.... nisi dies ejus venerit; supple, nunquàm in animum inducam, ut vitam illi adimam. *Dies ejus* est dies obitûs naturalis. Usurpari solet, hominem obire ante diem suum, non absolvere dies suos, non complêsse dimidium dierum suorum, ut acerba cujuspiam mors innuatur. Animadvertit non semel S. Joannes Evangelista, Jesum Christum captum non fuisse ab Judæis, *quia nondùm venerat hora ejus.*

(Calmet.)

Vers. 11. — Scyphum aquæ. Hebræus ad litteram : *Vas aquæ* potabilis, ut se pro more ferventium regionum refrigeraret, vel lotione purgaret. Vox originalis usurpatur de vasis, ubi aqua, vel oleum continetur. Sunt qui indicari his verbis credant vas, ubi venter exoneratur; quod inutile prorsùs erat in castris,

signe, sicut aliis sceptrum. De *scypho* multa meditantur interpretes. Quidam matellam esse putant, id est, vas, quod urinam excipit. Et quidem urinam aquam appellari apud Hebræos, res est nota, ut nos pluribus ostendimus ad illud Ezech. 7 : *Omnia genua fluent aquis.* Et Jerem. 9 : *Quis dabit capiti meo aquam?* Existimare præterea aliquis posset, hoc pertinere ad genus aliquod purificationis. Satis enim notum est purificationem, id est, lotionem, Judæis esse valdè familiarem, quia facilè existimabant maculam contrahi contactu rei etiam naturæ non immundæ. Quare, ut constat ex Joan. cap. 2, hydrias habebant in privatis domibus, quibus se ab omni mundarent labe. Quod etiam faciebant, si quid in somnis accideret impurum. Quare in nocte sæpè lavabantur, quia huic immunditiæ nox erat magis opportuna. Ita Clemens Alexandrinus, lib. 4 Strom. cap. 7 : « Hic erat mos Judæorum, ut « etiam sæpè in lecto tingerentur. » Quapropter mirum non est, si rex, qui aliis eâ in re exemplo esse debuit, scyphum habet paratum ad illud familiare ac frequens purgationis genus.

Ego scyphum ad Saülis caput fuisse puto, ad sedandam sitim, aut ad ardorem, qui ex æstu, laboreque concipitur, refrigerandum. Solet enim noctu sitis, et calor urere eos, qui sunt in viâ, præsertim æstuosâ, qualis illa fuit, quia in tempus incidit, quo tondentur oves, quod non procul distat à tempore messis. Dicitur autem *scyphus aquæ*, quia in illo aqua portabatur; quod nomen, ut reor, non amisisset, etiamsi vinum, aut aliquid aliud poculentum portaret. Ut enim in pane, ex Hebræorum idiomate, quodcumque esculentum, sic in aquâ quodcumque poculentum intelligitur. Sanè in Hebræorum mensis sæpè panis et aquæ nomen tantùm auditur, cùm tamen fercula sint, et pocula diversa. Lib. 1 Reg. cap. 13, sæpiùs auditur panis, et aqua, cùm tamen verisimile sit, aliquid præter aquam, et panem adhibitum fuisse ad mensam. Quis enim credat à prophetâ viro Dei, quem ad mensam hospitalem adduxerat, aquam tantùm, et panem fuisse porrectum? Isaiæ cap. 3 : *Auferam à Jerusalem omne robur panis, et omne robur aquæ.* Et 4 Reg. 6 : *Pone panem et aquam coram eis, ut comedant et bibant.* Et statim indicatur aliquid esse appositum præter panem et aquam : *Appositaque est eis ciborum magna præparatio.* Hæc mihi verisimilia sunt; nihilominùs eò magis inclinat animus, ut putem in regio scypho aquam esse tantùm, quia id sonat littera, et aqua eo loco ac tempore plures habuit usus, quàm vinum.

Alii subtiliùs rem hìc esse credunt de clepsydrâ, vel horologio aquatili, quasi scilicet jam tum in belli usum obtineret.

Præstò erat Saüli scyphus plenus aquâ ad caput lecti positus. Mos obtinet apud magnates Turcas, ut nunquàm itineri se committant, quin nec deambulent oblectamenti gratiâ absque præcedenti phialâ aquæ puræ ad potum paratæ, quod inter necessaria viatica ponunt. Derlac Anecdoct. Poloniæ tom. 1, p. 500; inter munera legatis Holsthein data, plena aquâ lagena non deerat. Itin. Moschov. in Persid. in tom. 1, p. 369. (Calmet.)

Omnes dormiebant, qcia sopor Domini irruerat super eos. In tantâ multitudine nemo fuit in Saülis castris, quem non occupaverit profundus sopor. Dominus enim, qui Davidis causam et vitam ab iniquo et barbaro rege tuebatur, somnum immisit usque adeò altum, ut eo quasi sepulti, quotquot erant in acie, nihil, aut parùm distarent à morte. Sopor Domini aut ideò dicitur, quia infusus à Deo, aut quia gravis fuit; quæ enim in quolibet genere magna sunt, illa Dei esse specie proverbiali dicuntur (1).

Vers. 14. — Clamavit David ad populum, et ad Abner. Discessit David cum hastâ et scypho, id est, cum suæ innocentiæ ac fidelitatis testimonio. Cùm inde procul in locum sublimem et tutum ascendisset, unde si quid eâ nocte Saül contra moliretur adversum, paratum haberet effugium, hanc ad populum, sed præcipuè ad Abner militiæ principem habuit orationem : Ecquid, ô Abner, habes, quod pro te ad objecta perfidiæ crimina respondeas?

(1) Vers. 13. — Cumque transisset David ex adverso et stetisset in vertice montis de longe. Prudenter id fecit David, ne si in castris Saülis mansisset, ab aliquo militum ejus occideretur. Secessit ergo in montem, ut fugere posset si quis eum insecutus fuisset, ut eminùs è monte clamans per tota Saülis castra monti subjecta audiretur. Vide hìc ut David in omnes formas se transformet, ad Saülem placandum, sanandum et salvandum. Verè Comicus : *Illud nimirùm est sapere, si ubicumque opus sit animum possis flectere.*

Alleg. Eucherius : « Venit, ait, David, id « est, Christus ad Judæos hostes suos dormientes in suâ infidelitate; non eos occidit, « sed tulit ab eis scyphum aquæ, id est, gratiam legis; tulit et sceptrum regale, regni scilicet potestatem, quam pro magno « habebant, et unde se protegebant temporaliter, et quam adversùs Deum per incredulitatem gerebant. Deinde victor noster David de castris eorum regressus, transcendit « in altitudinem montis cœlorum. »

(Corn. à Lap.)

Cùmque Abner nomen illius, cujus accusabatur voce, audire studeret, et quòd dormienti regi obstreperet, increparet, respondit David, dignos esse morte omnes quotquot essent in castris, quia pro regis capite fideles excubias non egerunt; sed præcipuè Abner, quia cùm vir esset militiæ princeps, et vir fortissimus, cui credita fuerat et salus publica, et regii corporis vigilans ac fida custodia, minùs tamen fideliter datas sibi partes obiisset, cùm ingredi potuerit ad regis usque tabernaculum unus è turbâ, ut regem occideret, quod quidem per regii capitis custodes perficere tutò ac facilè potuit, cùm hi illius audaciæ neque latus opposuissent suum, quod facere debuerant, neque ullum dedissent fidelis animi testimonium. Ut autem hoc fieri potuisse, imò et fuisse factum ostendat, jubet Abner, ut videat, an è regio tabernaculo sublatum sit aliquid, et ubi sit hasta regiæ dignitatis insigne, et scyphus aquæ, qui ad regis caput erat, et inde intelligat eodem modo regium caput ab humeris tolli potuisse, quo illa à tabernaculo, et ab ipso propè capite regis sublata sunt.

Vers. 15. — Ingressus est enim unus de turba, ut interficeret regem. Licet non eo animo ingressus fuerit David, ut Saülem occideret, nihil tamen commentus est falsum, quia reverà Abisai occidisset regem, nisi ab eo conatu foret à Davide prohibitus. Aut certè ibi subaudienda est conditionalis aliqua particula, sicut in Scripturâ sæpè, in hunc sensum : Si aliquis è turbâ vellet regem occidere, fecisset hoc facilè, cùm ex tanto numero nemo vigilaret. Ita Abulensis, quæst. 19, dùm sic explicat : « Potuit ingredi aliquis de turbâ, ut interficeret regem. » Et in eumdem sensum transtulit hispanica translatio : *Pudiera venir alguno de el pueblo.* Et quidem à domesticis quoque principum caput custodiendum est, cùm hi etiam interdùm non minùs sint infensi, quàm externi, maximè cùm duro sunt ingenio, et in subditos hostiliter affecti. Neque mihi dubium est plurimos in castris magis esse in Davidem quàm in Saülem affectos, qui illum vivere ac vigere, hunc autem extinctum esse cuperent (1).

(1) Vers. 16. — Filii mortis estis vos qui non custodistis dominum vestrum. Erant custodes hi dormientes excusabiles et extra culpam, quia vigilare non erat in eorum potestate et libertate. Nam Deus sopore immisso cogebat eos dormire, ut dictum est v. 12. David autem vocat eos *filios*, id est, reos *mortis*, quia actus hic dormiendi secundùm se spectatus damnabilis erat, dignusque morte; unde vigiles qui in castris noctu excubant, si à capitaneo dormientes inveniantur, trucidantur, quia illorum somnus creat periculum evidens totis castris, ne ab hoste invadantur et evertantur. (Corn. à Lap.)

Vers. 17. — Numquid vox hæc tua fili mi David? Ad vocem David, qui procul, et Abner, qui propè loquebatur, expergefactus est Saül, et subitò à seipso mutatus. Qui cùm humaniùs illum compellàsset, suamque in illum benevolentiam ostendisset, suam causam apud benevolum, et ut erat eo articulo rerum species, apud judicem non iniquum ageret; rogat quænam sit causa, quæ illius animum ad sumendum de innocente supplicium tam acerbè ac pertinaciter impellat?

Vers. 19. — Si Dominus incitat te adversum me, odoretur sacrificium. Ex tribus causis provenire potuit hæc tam dura atque diuturna vexatio, ut benè Abulensis, quæst. 22. Aut quia à Deo movebatur Saül, ut Davidem tolleret de medio; aut quia eò regium animum invidorum hominum fallaces et inimicæ voces impellebant; aut quia à suo sive genio, sive spiritu rex instigabatur, ut Davidem opprimeret. De hâc extremâ, licet esset omnium verissima, non loquitur David, ne regi aliquid objiciat indignum et turpe, quo regium vultum pudefaciat, et ut suam in illum observantiam ostendat. De primâ agit libentiùs, et docet se non recusare, quominùs mortem subeat, si ita de se Dominus per regem de suo capite statuat. Quare sicut victima neque obluctans, neque clamans ad altare ducitur, sic ipse placaturus suo sanguine divinam offensionem, regio cultro non invitus jugulum submittet, ut ex suo corpore fiat, exigente atque approbante Deo, suavissimi odoris holocaustum. Id enim esse puto, *odoretur sacrificium.* Cùm enim quod Deus ab homine sacrificium exigit, gratum existimetur, sic etiam existimatur Dominus, quem accensa victima odorem exhalat, libenter excipere, et odorari suaviter. Qui dicendi modus usitatus est in Scripturâ. Sic Genes. 8, odoratus dicitur Dominus sacrificium Noe, id est, gratum habuisse sacrificium, et millies audimus sacrificium esse aut offerri Domino in odorem suavitatis. Quare nihil aliud dicit hoc loco David, quàm se libenter futurum esse victimam, si Deus ita velit, et ad id Saülis animum tam urgeat vehementer.

Si autem filii hominum, maledicti sunt in conspectu Domini. Hæc est altera causa, cur tam obstinato odio videri Saül potuit persecutus

Davidem, quia alii ardenti Saülis animo faces admovebant; hos autem invisos esse dicit, et execrabiles Domino, quia innocentem hominem non solùm ex paternâ domo, natalique solo, sed etiam ex Israelitide terrâ abire compellunt, cùm in illâ, dùm regius improborum halitu ignescit furor, stabile habere domicilium aut hospitium non liceat. Ex quâ hominum invidiâ, orationeque malevolâ id consecutum est, ut dixisse videantur, non solùm ut patrias sedes exul, sed ut patriam religionem relinquam; id enim valet quod statim subjicitur :

Vade, servi diis alienis. Quia in finibus Israel David tutus esse non poterat, cùm regum plurimi sint oculi, et manus longæ, coactus est in alienis regionibus, in quibus impia impuræ religionis simulacra coluntur, commorari. Quare, ut vidimus cap. 21, ad Achis abiit regem Geth, et iterùm cap. 27. Fuit autem apud Moabitas, cap. 22. Cùm autem Hebræorum varium esset ingenium, et modò in hanc, modò in illam, tanquàm hospites, religionem diverterent, fiebat, ut ad illam se religionem applicarent, quam in honore esse videbant in illis regionibus, ad quas immigrare contigisset. Quare in Ægypto coluerunt idola, licet non indigna solùm, quæ ullum apud cordatos homines honorem obtinerent, sed etiam omninò ridicula, ut nos pluribus ostendimus ad illud Ezech. cap. 16 : *Fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis.* Et cap. 20, ad illud : *Et in idolis Ægypti nolite pollui.* Et probat illud Josue cap. ult., v. 14 : *Auferte deos, quibus servierunt patres vestri in Mesopotamiâ et in Ægypto.* Et Isaiæ cap. 2 : *In die illâ projiciet homo idola argenti sui, et simulacra auri sui, quæ fecerat sibi, ut adoraret talpas et vespertiliones.* Quòd etiam, dùm essent Babylone, Chaldæorum deos adoraverint, docuimus in nostris Commentariis in Ezechielem cap. 16, ad illud : *Fornicata es cum filiis Assyriorum.* Et Jerem. 16, v. 13, ad illud : *Servietis ibi diis alienis.* Et idem accidit aliis, qui ad regiones alias non captivi, sed peregrini et hospites appulerunt. Psal. 105, v. 35 : *Et commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum, et servierunt sculptilibus eorum, et factum est illis in scandalum.* Cùm autem Deus illorum cognovisset ingenium, vetuit, ne cum gentibus miscerent connubia, aut res haberent, rationesque communes, quia futurum videbat, ut abjuratâ patriâ religione, sequerentur alienam. Dùm igitur hi Saülem instigant, ut Davidem persequatur, id etiam efficiunt, ut illum ad gentilium regiones excedere compellant, quibuscum sine veræ religionis injuriâ, ac sine periculo abjurandæ pietatis commorari non potest. Perinde igitur est, dicere Saüli, *persequere Davidem*, ac dicere Davidi : *Vade ad gentilium fines, et illorum cole impia simulacra* (1).

(1) Vers. 19. — *David dit à Saül : Si c'est le Seigneur qui vous pousse contre moi, qu'il reçoive l'odeur du sacrifice que je lui offre.* David nous fait voir admirablement par ses paroles l'humilité sage et éclairée avec laquelle les saints se sont tellement soumis à l'ordre de Dieu, qui les châtiait dans les persécutions qu'on leur a suscitées, qu'ils n'ont pas laissé de découvrir l'injustice et la violence de ceux qui ne travaillaient qu'à les opprimer. Il reconnaît que c'est Dieu qui est la première cause de ce qu'il souffre. Il adore cette main souveraine qui le frappe, non comme un juge qui punit un criminel, mais comme un médecin qui veut guérir son malade, et il le prie de recevoir cette douceur avec laquelle il épargne son plus grand ennemi, et cette patience invincible qu'il conserve dans tous ses maux, *comme un sacrifice d'agréable odeur.* Mais en même temps il s'élève avec force contre ceux qui lui rendaient de mauvais offices auprès de ce prince, qui donnaient des interprétations malignes à ses actions les plus innocentes, et qui, au lieu d'adoucir la mauvaise volonté que Saül avait conçue contre lui, s'efforçaient au contraire, de l'aigrir et de l'envenimer de plus en plus. *Si ce sont les hommes*, dit-il, *qui vous irritent contre moi, ils sont maudits devant Dieu, de me chasser ainsi aujourd'hui de l'héritage du Seigneur, afin que je n'y habite point, en me disant : Allez, servez ces dieux étrangers.* Ces persécuteurs de David ne lui disaient pas de bouche ces mêmes paroles; mais ils les lui disaient par leurs actions, en le contraignant en effet, autant qu'il était en leur pouvoir, d'aller servir les dieux étrangers, puisque, le bannissant, par la persécution qu'ils lui suscitaient, de toutes les terres du peuple de Dieu, ils le forçaient, en cette extrémité où ils l'avaient réduit, d'aller chercher sa sûreté parmi les Philistins et les idolâtres. Car la jalousie que Saül et ceux qui flattaient sa passion avaient formée contre David était si injuste et si furieuse, qu'ils auraient été ravis qu'il eût abandonné aussi bien le culte que le peuple du vrai Dieu, et qu'il eût été déshonoré publiquement comme un apostat et un adorateur des idoles.

C'est ce qui a paru quelquefois en l'Eglise même dans la haine que des personnes injustes ont conçue contre les saints. On les a retranchés de la communion des fidèles ; on les a déchirés comme s'ils eussent été les ennemis de la vérité, et on a souhaité qu'ils se fussent jetés dans le parti des hérétiques, par la même passion qui les avait fait décrier publiquement comme les partisans de l'erreur et de l'hérésie. Tant il est vrai qu'il n'y a rien de si injuste ni de si cruel que l'envie, depuis qu'elle s'est une fois emparée du cœur des hommes. Il n'y a point de vérité si sainte qu'elle ne soit prête à violer, pour détruire la réputation de celui qui est l'objet de sa haine. Elle lui impose

Vers. 20. — Et nunc non effundatur sanguis meus in terram coram Domino. Videtur David significâsse, non incitari à Domino Saülem, sed ab hominibus invidis, qui Davidis ipsius extinctam gloriam cupiunt, aut veriùs, licet ipse honoris gratiâ taceat, à seipso, instimulante invidiâ, et urgente diabolo. Quare orat, ne suus effundatur sanguis in terram, sicut victimæ, quæ coram Domino ad aram immolatur. Illud *in terram* proverbiali figurâ aliquid indicat inutile, id est, ex quo nullus provenit fructus. Quod etiam Latinus eâdem dicendi formâ significat. Sic sanè Cicero lib. 9, Epist. ultimâ. Vide plura supra cap. 3, ad illud: *Et non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram.* Et huic significationi accommodatè subjungitur:

Quia egressus est rex Israel, ut quærat pulicem unum, sicut persequitur perdix in montibus. Verè in terram deflueret sanguis David, quia neque fuisset effundenti Saüli usui, neque gloriæ. Non magis, quàm si rex tantus unum captaret pulicem, et in re tantulâ tantùm otii viriumque consumeret. Quod paulò ante dixerat, cap. 24, v. 15 : *Quem persequeris, rex Israel? canem mortuum, et pulicem unum.* Aut certè persequitur, sicut auceps perdicem sequitur, avem innoxiam, facitque illam pavitantem et fessam in montibus errare. Ubi David cùm priùs seipsum comparatione culicis extenuaret, nunc suum angorem et metum perdicis similitudine significat. Illud, *persequitur,* passivè hoc loco ponitur, cùm tamen activam potiùs significationem habeat. Neque est, cur ideò fastidiosi quidam grammatici plus satis suo indulgentes genio, ne dicam ingenio, nostrum interpretem reprehendant, quòd abusus fuerit vi significationeque vocabuli. Ut enim observavit optimè Serarius super cap. 2 Judith, ad illud : *Prædavit omnes filios Tharsis*, hoc etiam in verbis deponentibus fecerunt antiqui, neque ideò à posteris sunt improbati. Dixit apud Nonium Ennius, *criminat;* Accius, *miserarent,* et, *contempla;* Turpilius, *proficisceret;* Pacuvius, *moderant.* Sic apud alios ait inveniri, *miro, osculo, tuto, populo, perscruto,* et plura alia, quæ longum esset numerare. Quæ voces in terminatione passivâ passivam quoque significationem videntur habuisse. Neque majorem licentiam assumpsit sibi noster interpres, quàm in aliis etiam verborum aut significationibus, aut formis assumpserunt antiqui.

Vers. 21. — Et ait Saul : Peccavi. Revertere, fili mi David. Compunctus Saül tam modestâ et gravi Davidis oratione, ab errore simul ac furore resipuit. Quare suum primùm peccatum confitetur, et quem hostem priùs appellârat, filium compellat, et ut ad antiquum locum et ordinem revertatur invitat, promittitque depositurum se cum errore animum priorem, neque unquàm admissurum, ut aliquid meritò à regiâ potentiâ et offensione timere possit, cùm jam semel atque iterum reipsâ cognoverit, debere se Davidi vitam suam, quam tutò et facilè potuisset adimere : unde etiam intellexerit, quanto in errore versatus sit, et quàm aliena susceperit ab humanitate et à prudenti ratione consilia.

Vers. 22. — Ecce hasta regis, transeat unus de pueris regis. Ad hæc David cum obtulisset, quam in fidei suæ testimonium abstulerat hastam, quod priùs oratione significaverat simplici, interpositâ jurisjurandi religione confirmat. Judicem enim implorat, testaturque Deum, ut talem se utrilibet eorum præbeat, qualem alter in alterum æquitatem fidemque præstiterit; et tanti faciat Deus ipsius vitam, quanti ipse fecit vitam Saülis, cui non permisit nocere quemquam, cùm tamen multorum in illum incitaretur furor : et liberet ipsum ab omni vexatione, vitæque periculo, sicut ipse Saülis vitam ab imminente jam morte liberavit (1).

Vers. 25. — Et quidem faciens facies, et potens poteris. Ex Davidis clementiâ et fide in regem suum, præsagit quodammodò Saül, quis illum in eo, quod erit vitæ reliquum, exitus

de faux crimes; elle lui en souhaite de véritables; elle ne craint ni les menaces de Dieu, ni les jugements des hommes; et elle efface du cœur de celui qui en est possédé, tous les sentiments, non seulement du christianisme, mais même de l'humanité et de la raison. (Sacy.)

(1) Vers. 23. — Dominus retribuet unicuique secundum justitiam suam et fidem. Nunquàm non justus est Deus, fidelis, sincerus, æquus, sive cùm præmia largitur, sive cùm pœnas infligit. Vel potiùs : Deus præmia sua ac pœnas hominum meritis aptat; nunquàm non illorum justitiæ et inconstantiæ in bono rationem habet. (Calmet.)

Vers. 24. — Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, quasi dicat : Sicut vita tua magnò æstimata fuit mihi, ut illam tangere et lædere noluerim, cùm illam haberem in manu et potestate meâ, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, ut Deus hanc meæ clementiæ congruam mercedem et talionem rependat, ut vitam meam contra tuas insidias conservet, itàque ostendat se eam vehementè æstimare et magnifacere, *et liberet me de omni angustiâ.* (Corn. à Lap.)

maneat. Et quasi Dei, à quo David suæ fidei atque æquitatis judicium ac testimonium optaverat, vocem assumeret, respondit talia, qualia a Deo summo judice ac teste sperari poterant, et qualia postea satis cumulatè confirmavit eventus. Illa porrò ejusdem vocis geminatio magnam habet epitasim. *Faciens facies*, id est, facies omnia expeditè et facilè, neque studiis tuis deerit successus. *Potens poteris*, id est, potentissimus eris, in omni negotio, quod aggressus fueris, quicquid se difficultatis objecerit, superabis.

CAPUT XXVII.

1. Et ait David in corde suo : Aliquando incidam unâ die in manus Saül ; nonne melius est ut fugiam, et salver in terrâ Philisthinorum, ut desperet Saül cessetque me quærere in cunctis finibus Israel? fugiam ergo manus ejus.

2. Et surrexit David, et abiit ipse et sexcenti viri cum eo ad Achis filium Maoch, regem Geth.

3. Et habitavit David cum Achis in Geth, ipse et viri ejus (vir et domus ejus), et David et duæ uxores ejus, Achinoam Jezraelitis, et Abigail uxor Nabal Carmeli.

4. Et nuntiatum est Saüli quòd fugisset David in Geth, et non addidit ultra quærere eum.

5. Dixit autem David ad Achis : Si inveni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in unâ urbium regionis hujus ut habitem ibi ; cur enim manet servus tuus in civitate regis tecum?

6. Dedit itaque ei Achis in die illâ Siceleg ; propter quam causam facta est Siceleg regum Juda usque in diem hanc.

7. Fuit autem numerus dierum quibus habitavit David in regione Philisthinorum, quatuor mensium.

8. Et ascendit David et viri ejus, et agebant prædas de Gessuri et de Gerzi et de Amalecitis ; hi enim pagi habitabantur in terrâ antiquitùs, euntibus Sur usque ad terram Ægypti.

9. Et percutiebat David omnem terram, nec relinquebat viventem virum et mulierem ; tollensque oves et boves et asinos et camelos et vestes revertebatur, et veniebat ad Achis.

10. Dicebat autem ei Achis : In quem

CHAPITRE XXVII.

1. Après cela David dit en lui-même : Je tomberai l'un de ces jours entre les mains de Saül. Ne vaut-il pas mieux que je m'enfuie, et que je me sauve dans le pays des Philistins, afin que Saül désespère *de me trouver*, et qu'il cesse de me chercher, comme il fait, dans toutes les terres d'Israël ? Je me retirerai donc loin de sa domination.

2. Ainsi David, *après s'être assuré de la bonne disposition des Philistins à son égard*, partit, et s'en alla avec ses six cents hommes chez Achis, fils de Maoch, roi de Geth.

3. Il y demeura avec ses gens, dont chacun avait sa famille ; et il y amena ses deux femmes, Achinoam de Jezraël, et Abigail, *qui avait été* femme de Nabal du Carmel.

4. Saül fut averti que David s'était retiré à Geth, et il ne se mit plus en peine d'aller le chercher.

5. Or, David dit à Achis : Si j'ai trouvé grâce devant vos yeux, donnez-moi une des villes de ce pays où je puisse demeurer ; car pourquoi votre serviteur demeure-t-il avec vous dans la ville royale?

6. Achis lui donna donc dès ce jour-là Sicéleg ; et c'est de cette manière que Sicéleg est venue aux rois de Juda, qui la possèdent encore aujourd'hui.

7. David demeura dans les terres des Philisthins pendant quatre mois.

8. Il faisait des courses avec ses gens, et pillait Gessuri, Gerzi et les Amalécites ; car ces bourgs étaient autrefois habités *par ces peuples*, depuis le chemin de Sur jusqu'au pays d'Egypte.

9. Et, *comme ces peuples étaient au nombre de ceux que Dieu avait anathématisés*, il tuait tout ce qu'il rencontrait dans le pays, sans laisser en vie ni hommes ni femmes ; et après qu'il avait enlevé les bœufs, les brebis, les ânes, les chameaux et les habits, il revenait trouver Achis.

10. Et lorsqu'Achis lui disait : Sur qui avez-

irruisti hodiè? Respondebat David : Contra meridiem Judæ; et contra meridiem Jerameel ; et contra meridiem Ceni.

11. Virum et mulierem non vivificabat David nec adducebat in Geth, dicens . Ne fortè loquantur adversùm nos. Hæc fecit David, et hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitavit in regione Philisthinorum.

12. Credidit ergo Achis David, dicens : Multa mala operatus est contra populum suum Israel : erit igitur mihi servus sempiternus.

vous couru aujourd'hui? David lui répondait : Vers la partie méridionale de Juda, vers le midi de Jéraméel et le midi de Céni.

11. *Or*, David ne laissait en vie ni homme ni femme, et il n'en amenait pas un à Geth, de peur, disait-il, que ces gens-là ne parlent contre nous. C'est ainsi que David se conduisait, et c'est ce qu'il avait accoutumé de faire pendant tout le temps qu'il demeura parmi les Philistins.

12. Achis se fiait donc tout-à-fait à David, disant : Il a fait de grands maux à Israël, son peuple ; c'est pourquoi il demeurera toujours attaché à mon service.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et ait David in corde suo, aliquando incidam una die in manus Saul (1). Satis videbatur cautum esse Davidis saluti à regiâ fide, si tamen in Saüle aliquid regia fides haberet firmamenti. Sed quia quàm esset versatile Saülis ingenium, multiplici experientiâ cognoverat David, maximè cùm illum invaderet atque agitaret dæmon, non putavit, post orationem, quæ plena videbatur humanitatis et officii, magis se esse tutum à periculo, quàm cùm maximè spiritus habebat hostiles, et minacibus verbis omnia compleret. Quare statuit ad aliena se regna subducere, ad quæ non se porrigeret Saülis potentia, ut tandem eventu desperato, à consilio illo jampridem obstinato desisteret. Quare surrexit statim cum sexcentis viris, et profectus est ad Achis, qui tunc imperio Geth nobilem in Palæstinâ civitatem obtinebat (1).

(1) *David dit en lui-même : Je tomberai entre les mains de Saül.* David avait reçu de grandes assurances de la part de Dieu, qu'il le protègerait contre Saül, et qu'il l'élèverait ensuite sur le trône. Il savait qu'il avait été sacré roi. Samuël lui avait confirmé cette vérité ; et cette force si extraordinaire qui venait du ciel, et qui l'avait rendu vainqueur des lions et des géants, en était un gage. Jonathas et Saül même lui avaient témoigné être persuadés de ce choix que Dieu avait fait de sa personne ; et ils lui avaient dit en termes formels, qu'ils savaient très certainement qu'il serait un jour roi d'Israël. Il ne pouvait donc pas douter que la parole et le dessein de Dieu ne dût avoir son effet. Mais comme il ne savait pas de quelle manière Dieu devait exécuter cette volonté, il se croyait obligé d'agir avec prudence, afin de pourvoir à la sûreté de sa personne et de ses gens, en se mettant à couvert de la violence de Saül. Car, comme remarque très-bien saint Chrysostôme, le dessein de Dieu n'est pas que ses serviteurs demeurent oisifs, et qu'ils attendent tout du secours extraordinaire de sa providence. Il veut qu'ils se rabaissent dans les moyens humains, et qu'ils se servent de la raison et de la lumière de la foi qu'il leur a donnée, pour éviter les périls qui les menacent, et pour se défendre des ennemis qui les veulent perdre.

(Sacy.)

(1) Vers. 2. — Abiit ad Achis filium Maoch regem Geth. Achis appellatur filius Maacha in 3 Regum 2, 39. Ante aliquot annos receperat sese David ad Achis regem Geth ; at præsentissimum vitæ discrimen nonnisi simulatâ stultitiâ evitavit. Verisimillimum est, ad hunc eumdem Achis nunc rediisse Davidem, quocum post fugam suam de reditu per amicos egerit, ac securitatis sponsionem acceperit. Nec ingratis auribus hæc excepit Achis, quippe qui Davidem et strenuum esse per se militem, et selectissimam habere secum manum nôsset ; quare è re esse Philisthæorum censuit, si eum virum ab hostibus ita averteret, ut pacem iterùm cum rege et populo suo componere vix ac ne vix quidem posset. Quod attinet ad fidem Davidis, facilè intelligere poterat Achis futurum, ut sanctiùs illam erga regem sibi fœdere et patrocinio junctum, quàm cum hoste crudelissimo ac inimico rege tueretur. Porrò Achis et David fœdus illud commodum uterque sibi ducebat ; David enim sese molestiâ penitùs liberabat, impediebatque Saülem, ne sese insectari pergeret ; Achis verò vires Israelis non modicè minuebat, tantum virum ad Philisthæos convertens.

At enim jurene David transigere poterat, et fœdus componere cum hostibus populi et religionis ? Licebatne illi absque imprudentiæ notâ credere se Philisthæis ? quam enim satis tutam sponsionem nancisci poterat à gente perfidâ, et Judæis nunquàm non infestissimâ ? Quanto discrimini et se pariter et religionem objiciebat ? Nonne perinde id erat ac si, hæreditate Domini abjectâ, consilia hostium juvaret, hostium, inquam, id molientium, ut Davidem ad cultum deorum profanorum converterent, quò reditum sibi omnem præcluderet, et exitium minimè reparandum pareret ? Actum est de fiduciâ probi Israelitæ in Deum, quæ semper in Davide excelluit : quâ in re si humanæ politices regulas secutus dicatur, quid in illo supererit, quod virum secundùm cor Dei exhi-

Vers. 3. — Et habitavit David cum Achis in Geth, ipse, et viri ejus, vir, et domus ejus. Obtinuit David ab Achis Israelitarum hoste, et qui tunc, ut est valdè verisimile, aliquid in Israelitas meditabatur hostile, aliquem locum, ubi cum suis habitaret pacificè, cùm tamen antea, ut vidimus cap. 21, quasi stultum oneratum conviciis excedere jussisset. Quia satis tam longâ fugâ, et tam pertinaci Saülis odio, insectationeque cognoverat, non benè inter utrumque convenire. Quare cùm congrediendum esset Philisthinis cum Saüle, commodum putabat habere secum Davidem, de cujus in re militari virtute eximiâ, prudentiâque mirabili multa audierat, videratque, qui non inutilem videbatur, si socius adderetur, navaturus operam. Cùm autem ad illud usque tempus, qui secuti fuerant Davidem, suas alibi uxores, filios, et familiam reliquissent, quia magno pugnaturis et per scopulos salebrasque penè continenti fugâ gradientibus impedimento futura videbantur, nunc jam cùm stabile haberent domicilium, visum est ex usu fore, si secum uxores liberosque traducerent, cùm oneri jam ampliùs futuri non essent, et in finibus Hebræorum, si in illis fortassè relicti essent, parùm essent tuti à Saülis insidiis, qui commodè in uxores et filios acerbitatis virus posset evomere, quod in illorum parentes et conjuges concepisset. Illud enim valet, *vir, et domus ejus,* id est, quilibet, et ejus familia. Quòd enim *vir* aliquando valeat universale signum, et sit idem quòd *quilibet,* satis est notum. Et sicut alii suas secum habuerunt uxores et filios, sic etiam David eòdem transtulit duas uxores Abigail et Achinoam. Sanè cap. 30, v. 3, ex Siceleg, ubi exules illi consederunt, adductæ esse dicuntur ab Amalecitis captivæ uxores, filii et filiæ illorum, qui nunc ad Philisthinos commigrâsse narrantur.

Vers. 5.— Dixit autem David ad Achis : Si inveni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in una urbium (1). Aliquandiù videtur David cum socis in urbe regiâ consedisse; quod cùm minùs videretur opportunum et sibi ac suis commilitonibus, cùm, ut destinârant animo, prædas securè ac commodè agere non possent, tum etiam uxoribus, et liberis : nam illarum pudor non videbatur tutus à Philisthinorum petulantiâ, et horum mores aliquid meritò timere poterant à vicinorum labe; quare oravit David ab Achis, ut suam benevolentiam, et quantùm obtinuisset apud ipsum gratiæ, hoc uno argumento et probaret aliis, et sibi ostenderet, si una ex omnibus assignaretur civitas, ubi ipse cum suis separatus ab aliis seorsùm habitaret. Quasi non deceret aut regium nomen, aut regiæ sedis majestatem ibi commorari peregrinos et exules, ubi rex viveret, et regni magistratus, et proceres. Acquievit rex Davidis postulatis, deditque civitatem Siceleg, quæ quia ab his, qui erant è tribu Juda, habitata fuit, in Judæ funiculum contributa est (2).

Vers. 7. — Fuit autem numerus dierum, qui-

beat ? Si Dei spiritu ducente agebatur, quo jure sese discrimini deficiendi à fide objicere potuit ? Profectò vix apud Achis fuit, cùm solitum agendi morem plurimùm mutavit; dolo enim malo usus est in Achis, qui spei plurimùm in illo posuerat; privatâ auctoritate hostilia exercet in Gessuri, Gerzi, et Amalecitas; vires Saülis gravissimè minuit, coactâ ad se ingenti selectissimorum hominum manu; denique jungens sese copiis Philisthinorum, parat se in principem et in populum suum certamini. Appendices hæ sunt consilii à Davide initi, quod nos in præsenti expendimus.

Ingenuè fatendum est, ægrè admodùm Davidem excusari in iis quæ gessit toto eo tempore, quo apud Philisthæos fuit : sed iniquum pariter est, virum damnare in rebus, quas nec reprobat Scriptura, neque habemus undique exploratas. Profectò si David privato consilio suo, et inconsulto Domino ad Achis fugit, grande sanè discrimen religionis ac vitæ adivit. Quis verò credat, virum prudentem adeò et pium, qui nihil Domino inconsulto aggrediebatur, sibi in re tanti momenti defuisse, opportunisque cautionibus certò sibi priùs de fide Achis non spopondisse ? Alibi verò examinabimus ea quæ hic objiciuntur de ejus simulatione, de armis in Gessuri et Gerzi motis, tum et de animi præparatione arma cum Philisthæis in expeditione Israeliticâ sociandi.

(Calmet.)

(1) Hebræus : *In una urbium agri,* ut ab urbibus maritimis, magisque frequentatis distinguatur. (Calmet.)

(2) Vers. 6. — Dedit ei Siceleg, urbem sitam maximè ad meridiem tribûs Juda, nec longè absentem ab Horma, vel Harma, loco Israelitarum cæde, iter habentium per desertum, celebri. Transiit deinde in ditionem regum Juda, successorum Davidis, sive quòd totum ejus imperium ac jus in illum translatum fuerit, sive quòd cùm illam haberet, cùm bellum Philisthæos inter et Israelitas cœptum est, Israelitæ ea retinuerint, quæ belli initio possidebant. Militari enim lege sancitum est, ut quæ in his rerum eventibus quis tenet, hæc deinceps possideat.

Siceleg primùm quidem tribui Juda assignata, deinde transiit ad Simeonitas. Sed Philisthæis denique cedens, illis ad Davidem usque paruit. Tunc tribui Juda reddita est. Quod autem hic addit scriptor, urbem hanc ad ætatem usque suam regibus Juda paruisse, id probat vixisse illum diù post Samuelem, qui diem jam obierat, cùm hæc acciderunt.

(Calmet.)

BUS HABITAVIT DAVID IN REGIONE PHILISTHINORUM, QUATUOR MENSIUM (1). Modus dicendi observandus est. Ubi Vulgatus, *numerus dierum quatuor mensium*, Hebraicè est : *Dies et quatuor menses.* Solet autem Scriptura, cùm certum aliquod tempus definit, præmittere dies, quibus amplior aliqua summa completur. Judic. 19, ubi Vulgatus : *Mansitque apud eum quatuor mensibus,* Hebraicè est : *Diebus quatuor mensium.* 2 Reg. 19 : *Quot sunt dies annorum vitæ meæ.* Et Ps. 89 : *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.* Quare *numerus dierum quatuor mensium* nihil est aliud, quàm quatuor menses. Aut certè si verba in Hebraico textu accuratiùs expendas, quæ sic habent, *dies et quatuor menses,* sensus erit, aliquot dies supra quatuor menses Davidem fuisse in illâ civitate commoratum, qui dies pauci fuisse videntur, nempe duo, aut quatuor. Quòd si illud, *et,* expositivè sumas, ita ut idem valeat, quòd *id est,* ut in Scripturâ frequens, sensus erit facilis, et nostræ translationi consentaneus : Fuit David ibi aliquot dies, id est, aut nempe quatuor menses, seu dies, quibus quatuor complentur menses.

VERS. 8. — ET ASCENDIT DAVID, ET VIRI EJUS,

Achis donna à David Siceleg pour sa demeure. Il est marqué dans les Paralipomènes que lorsque David était à Siceleg, plusieurs vaillants hommes qui devaient être plus attachés que les autres aux intérêts de Saül, étant comme lui de la tribu de Benjamin, vinrent se rendre à David. Dieu donnait ainsi à David de temps en temps des marques de sa protection, et du respect qu'il imprimait dans le cœur des autres pour son mérite et pour sa personne, parmi les traverses de ce misérable état où la haine de Saül l'avait réduit.

Car c'est ainsi qu'il a accoutumé d'agir envers les saints, selon la remarque de saint Chrysostôme. « Il ne les laisse pas toujours ni « dans les périls ni dans l'assurance ; mais il « mêle les consolations avec les peines qu'ils « souffrent, et il fait de la suite de leur vie « comme un tissu et une chaîne admirable de « biens et de maux. » (Sacy.)

(1) Hebræus : *Dies et quatuor menses;* quod interpretum plerique accipiunt de anno et quatuor mensibus. Nec sanè minori tempore opus erat, ut hæc omnia, quæ David apud Philisthæos gessit, implerentur. Distinguendum ego maluerim tempus moræ Davidis inter Philisthæos in Geth, à morâ in Siceleg. Quatuor menses illum substitisse crediderim in Geth, per annum et ampliùs in Siceleg. Quæ in hoc capite narrantur, ea pertinent ad tempus moræ Davidis in Geth, uti ad sensum demonstrant v. 9, 10 et 11, ubi legimus, Davidem ab expeditionibus suis reducem, regem convenisse, eumque certiorem de rebus à se gestis fecisse; neminem verò eorum qui sibi occurrebant, vivum reliquisse, ne adversùs sese aliquid regi proderent. (Calmet.)

David demeura dans les terres des Philistins pendant quatre mois. Il ne faut pas douter que les ennemis de David, après sa retraite vers Achis, ne l'aient fait passer pour un ennemi déclaré du roi et de l'état; et néanmoins il est vrai de dire qu'en cette rencontre l'accusé, qu'il semblait difficile de justifier, était très-innocent, et que ses accusateurs, au contraire, qui faisaient les zélés pour les intérêts de Saül, étaient très-coupables, puisqu'ils ne pouvaient reprocher à David que son malheur, dont leur imposture était la première cause. Car il n'avait été réduit à cette malheureuse nécessité de chercher un refuge parmi les Philistins, que parce que ses calomniateurs le représentaient sans cesse à Saül comme l'ennemi de sa personne et de son royaume, et que ce prince, blessé par sa propre envie, et aigri encore par celle des autres, ayant effacé de son souvenir les services que David lui avait rendus avec tant de fidélité et tant de gloire, était résolu de le traiter comme un homme digne des plus grands supplices, quoiqu'il ne méritât que des récompenses. David cependant conserve dans son exil une affection inviolable pour ceux-là mêmes qui le haïssent si injustement. Sa personne est malgré lui parmi les Philistins, mais son cœur demeure toujours lié inséparablement au peuple de Dieu. Il paraît au dehors ennemi des Israélites, et néanmoins il n'aime en effet que ceux que Dieu aime, et il hait ceux que Dieu veut que l'on persécute comme les ennemis de son nom.

Cet homme de Dieu a été, dans cet état si fâcheux où il se trouvait alors, l'image de quelques saints, qui sont tombés dans une disgrâce qui a beaucoup de rapport avec la sienne. Car on les a bannis, non du royaume d'Israël, mais de celui de Jésus-Christ, qui est son Eglise. On leur a reproché qu'ils étaient les ennemis de la vérité, eux qui auraient voulu donner mille fois leur vie pour la soutenir; et on les a traités non seulement comme suspects, mais comme coupables d'erreur et d'hérésie, quoiqu'ils fussent les défenseurs invincibles de la foi orthodoxe et du dépôt de la tradition sainte qu'ils avaient reçue de leurs pères.

Mais en quelque état qu'ils se soient trouvés, et en quelque extrémité qu'on les ait réduits, ils ont toujours témoigné qu'ils n'avaient jamais eu d'autres intérêts que ceux de Dieu, et ils sont demeurés attachés inviolablement à cette même Eglise, de la communion extérieure de laquelle on s'était efforcé de les séparer. Saint Augustin nous assure que « de « grands hommes ont été persécutés de cette « sorte, et que ces exemples ne sont pas si rares « que l'on se l'imaginerait, mais qu'au con- « traire il y en a plus que l'on ne pourrait « croire. » Et après avoir dépeint admirablement la foi humble et la charité invincible de ces innocents persécutés, qui ont toujours conservé une affection sincère envers ceux mêmes qui les avaient traités avec tant d'injustice et de violence, il ajoute, *que Dieu, qui voit dans le secret, couronne ces personnes dans le secret; hos coronat in occulto Pater in occulto videns.* (Sacy.)

ET AGEBAT PRÆDAS DE GESSURI (1). Ex eo loco egrediebatur David ad vicina loca Israelitis et Palæstinis, quæ neque ad hos, neque ad illos pertinebant, ex quibus agebat prædas, quibus sibi ac suis parabat ad vitam necessaria. Quondam enim, id est, sub hoc tempus, quando nondùm regnum inierat David, Gessuræi, Gerzæi et Amalecitæ, alieni ab Hebræorum religione, regionem incolebant Israelitarum finibus vicinam ab eâ parte, quæ à Syriâ ad Ægypti terminos porrigitur. Quando verò scriptis mandata sunt, sive à Gad, sive à Nathan, jam erant hi pagi vel subjecti regibus Israel, aut facta in illis gravis aliqua mutatio, propter quam nulla fuerit inter illos, atque Israeliticum populum concertatio. Sanè David ex Maachâ filiâ regis Gessur suscepit Absalomem, l. 2 Reg. c. 3, quod argumentum est, Gessuræos aut subjectos esse, aut fœderatos Davidi. Hieronymus in Tradit. Hebr. aliam affert solutionem. Ait enim primùm hos populos non pertinuisse ad regnum Achis; dici autem habitatos antiquitùs in terrâ, quia quieti et securi habitati fuerant, et nullius hostis depræ-dationem perpessi. Quæ explicatio indicat, aut statuit *habitati* importare securitatem et otium. Sed quominùs hæc expositio placeat, facit, quòd cum Gessuræis et Gerzæis numerantur etiam Amalecitæ, qui paulò ante hoc tempus non solùm spoliati bonis, sed penè deleti fuerant à Saüle.

Chaldæus pro *antiquitùs* transtulit *à seculo*, et tunc sensus erit non alienus, ab initio gentes illas regiones occupâsse in finibus Israel, quia nunquàm ab illis à novis legitimisque dominis deturbati sunt.

Mihi verisimiliùs est, vicos aliquos expugnatos à Davide exiguos, ubi agebant præcipuè viri, qui greges alebant, remque tractabant pecuariam et rusticam, qui, antequàm David datam sibi à Palæstinorum rege civitatem habitaret, ipsi quoque vicos illos exiguos habitabant. Neque enim sexcenti viri civitates illas oppugnare aut possent, aut auderent, quæ essent civibus frequentes, et aliquid haberent ad resistendum virium. Cùm autem neque vir ullus aut mulier superesset, insuper greges omnes inde essent abducti, verisimile est, eversos fuisse pagos illos, et in pastorum tantùm mapalia fuisse conversos. Quem statum videntur habuisse, quo tempore hæc à scriptore sacro monumentis sunt tradita : nam ante illum ibi fuerant cœtus hominum, qui civilibus legibus et civili congregatione vivebant. Hæc maximè videntur expedita. Quare relicti sunt postea Amalecitæ, Gessuræi, et Gerzæi, licet illorum aliqua pars esset occisa, quam debellare postea, aut sociali fœdere adjungere sibi possent reges Israel.

VERS. 9. — ET VENIEBAT AD ACHIS. Postquàm vicos habitatoribus, gregibusque vastaverat David, veniebat ad Achis, ut quid esset ab illo tentatum, peractumque referret, tum ut illi aliquid impertiretur à prædâ, quò illius gratiam et benevolentiam conservaret.

VERS. 10. — DICEBAT AUTEM EI ACHIS : IN QUEM IRRUISTI HODIE? RESPONDEBAT DAVID, CONTRA MERIDIEM JUDÆ (1). Putabat Achis præ-

(1) *David faisait des courses avec ses gens, et il tuait tout ce qu'il rencontrait dans le pays.* Nous avons vu auparavant que David dans ses disgrâces même a toujours continué de combattre les Philistins, qu'il considérait comme les ennemis irréconciliables de Dieu et de son peuple.

Ceux *de Gessuri et de Gerzi,* dont il est parlé en ce lieu, étaient des restes des Chananéens, comme il est marqué dans le livre de Josué, et l'une de ces nations que Dieu avait commandé d'exterminer sans miséricorde. Car ils avaient commis autrefois des crimes détestables, comme il est marqué dans le livre de la Sagesse. Ainsi c'était par une sévérité pleine de justice que Dieu avait ordonné que l'on les traitât de cette sorte. (Sacy.)

(1) Hebræus : *In quem effudisti te hodiè?* vel planiùs : *Excurristine hodiè?*

CONTRA MERIDIEM JERAMEEL. Jerameel modica est regio, ditionis Juda, jacens maximè ad meridiem, quam possidebant posteri Jeramee lis, filii Hesronis natu majoris.

CONTRA MERIDIEM CENI. Regio est hæc Cinæorum, unde Jethro originem referebat, quam deinde Cinæi ex Jethro nati, et unà cum Israelitis Terram promissionis frequentantes, obtinuerunt. (Calmet.)

Lorsqu'Achis disait à David : Où avez-vous couru aujourd'hui? il lui répondait : Vers la partie méridionale de Juda. David répond d'une telle sorte à Achis, qu'il lui fait croire qu'il pillait les terres d'Israël et qu'il y tuait beaucoup de monde, quoiqu'il fît tout le contraire, et qu'il n'exerçât ses violences que sur les ennemis du peuple de Dieu. Ainsi on ne peut pas excuser ces paroles de mensonge ; néanmoins cette conduite de David ne diminue en rien la certitude de cette règle de notre religion que saint Augustin a établie avec tant de lumière, qu'il n'est jamais permis de mentir. Car toutes les actions des saints ne sont pas saintes. Ils étaient grands devant Dieu, mais ils étaient hommes ; et s'ils sont tombés quelquefois dans des fautes légères, comme est celle-ci, ou même dans les plus grandes, comme il est arrivé à David à l'égard d'Urie et de Bethsabée, ils les ont réparées ensuite par le mérite d'une vertu extraordinaire, et par les fruits d'une longue et sincère pénitence.

Ce que nous pouvons donc apprendre de cette conduite de David, c'est que nous devons

das illas quarum ad ipsum pars perveniebat non exigua, ablatas esse de terrâ Judâ : quia Saülis Judæorumque omnium, in quos summam habebat potestatem Saül, hostem se profitebatur, quasi ab illis multis esset incommodis affectus. Quare solebat, cùm illi primùm occurreret, interrogare, ex quo populo abduxisset prædam, quam invasisset regionem et gentem. Cui David, ne sua proderet consilia, aut aliquo se mendacio constringeret, sic callidè moderabatur responsum, ut Achis intelligeret tentatos esse Hebræorum fines, et ab illis abactam esse prædam. Dicebat igitur, se profectum in regionem Judææ meridionalem, cùm tamen Judæ fines non attigisset, quia pars illa, quam prædabundus invaserat ad partem Judææ meridionalem pertinebat. Sic ergo dissimulabat veritatem, ut nihil veritati falsum affingeret.

Vers. 11 — Virum et mulierem non vivificabat David, neque adducebat in Geth, dicens : Ne forte loquantur adversum nos. Timebat David, ne qua illarum gentium cædes et depræda tio ad Palæstinos permanaret ; quare ex tantâ multitudine nullum voluit esse superstitem, ne sibi ac suis, si res esset detecta, grande malum induceret. Illud, *non vivificabat*, idem valet, quòd *occidebat*, sicut *non sanctificare*, idem quòd *polluere, et sanctificare* idem quòd *non polluere*. De quo loquendi genere egimus pluribus ad illud c. 21, vers. 5 : *Sanctificabitur in vasis*. Quam consuetudinem servavit vigilantissimè David, quamdiù inter Palæstinos commoratus est. Ex quo prudenter conjectabat Achis, habiturum se Davidem perpetuum atque fidelem servum, cùm nunquàm videretur reversurus ad populum suum, quem sic concidisset plagis, et rebus ad vitam necessariis toties exuisset.

Hic multa quærit Abulensis, quæ curiosus lector ab illo petet. Quærit primùm, q. 16, an David contra hasce gentes pugnare, et tot atterere detrimentis potuerit? Et respondet, illum non peccâsse, quia Scriptura hæc Davidis facinora inter illius peccata non connumerat. Deinde, quia licebat Israelitis alienos populos, qui in assignatâ sibi regione consedissent, occidere. Deuter. c. 20, v. 16, cùm sermo esset de gentibus, quæ in terrâ Chanaanitide consederant, quam filii Israel essent occupaturi, dicitur : *De his civitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omninò permittes vivere, sed interficies in ore gladii*. Idem Numer. 33, v. 55. Gessuræi autem, et Gerzæi, qui aliter existimantur dici Machati, in finibus habitabant Israel, Josue c. 13, v. 13. Et licet Amalecitæ extra fines habitarent Israeliticos, quia erant Idumæi, tamen reges Israel mandatum acceperant à Domino, ut illos ad unum interficerent. Vide quæ nos suprà, c. 15. Cùm autem David rex esset designatus, et à Saüle rege chiliarchus præpositus, publicam quodammodò potestatem habebat, ut eos, qui alienas occupaverant sedes, inde pellerentur, non solùm bonis, sed etiam vitâ mulctati, sicut à Domino fuerat ante præceptum.

Illud mirum, quomodò tamdiù celari potuit Palæstinis, prædas, quas frequenter videbant à Davide referri, non esse ab aliis quàm ab Hebræis deportatas, cùm cædes tot virorum ac mulierum, et expugnati atque vastati habitatoribus pagi magistratus excitare debuerint, ut tantæ stragis investigarent auctores, qui sanè, si vel mediocris adhiberetur inquisitio, occultari non possent. Si causas consideres humanas, nempe Davidis solertiam, locorum distantiam, quæ illa interdùm quæ magna sunt, in hominum cognitionem venire non sinit, omnes levissimæ sunt. Nam licet ea quæ magna sunt, aliquando premantur, non tamen opprimuntur; erumpunt enim tandem, et rumore nuntio aures etiam implent longè distantes. Neque illa quæ gesta sunt à Davide, usque adeò fuêre interjecto spatio separata, ut non à Palæstinis videri oculis, ac manu etiam contrectari potuerint. Quare hæc uni divinæ providentiæ tribuenda sunt, quæ sic favit Davidis consiliis et votis, ut liberârit, ut vidimus, non semel à Saüle, et res hasce, quæ naturâ suâ celari non poterant, ita moderatus est, ut nec in suspicionem ac mentem Palæstinorum venire potuerint (1).

(1) Vers. 12. — Multa mala operatus est. Hebræus : *Fœtere faciendo fecit fœtere in populo*. Septuaginta : *Abominans, abominatus est in populo suo Israel*. (Calmet.)

beaucoup craindre de tomber dans le mensonge, puisque les saints même n'ont pu l'éviter entièrement dans les nécessités fâcheuses où ils ont été réduits. Ainsi nous devons faire souvent avec saint Augustin cette réflexion si digne de la sainteté du christianisme, que cette vie est malheureuse en cela même qu'il est quelquefois nécessaire pour la conserver de blesser la vérité, qui nous devrait être aussi sainte et aussi inviolable que Dieu même. (Sacy.)

CAPUT XXVIII.

1. Factum est autem in diebus illis, congregaverunt Philisthiim agmina sua ut præpararentur ad bellum contra Israel. Dixitque Achis ad David : Sciens nunc scito quoniam mecum egredieris in castris, tu et viri tui.

2. Dixitque David ad Achis : Nunc scies quæ facturus est servus tuus. Et ait Achis ad David : Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus.

3. Samuel autem mortuus est, planxitque eum omnis Israel, et sepelierunt eum in Ramatha urbe suâ ; et Saül abstulit magos et ariolos de terrâ.

4. Congregatique sunt Philisthiim, et venerunt, et castrametati sunt in Sunam ; congregavit autem et Saül universum Israel, et venit in Gelboe.

5. Et vidit Saül castra Philisthiim, et timuit, et expavit cor ejus nimis.

6. Consuluitque Dominum ; et non respondit ei, neque per somnia neque per sacerdotes neque per prophetas.

7. Dixitque Saül servis suis : Quærite mihi mulierem habentem pythonem, et vadam ad eam, et sciscitabor per illam. Et dixerunt servi ejus ad eum : Est mulier pythonem habens in Endor.

8. Mutavit ergo habitum suum, vestitusque est aliis vestimentis, et abiit ipse et duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem nocte. Et ait illi : Divina mihi in pythone, et suscita mihi quem dixero tibi.

9. Et ait mulier ad eum : Ecce tu nôsti quanta fecerit Saül, et quomodò eraserit magos et ariolos de terrâ : quare ergo insidiaris animæ meæ ut occidar?

10. Et juravit ei Saül in Domino dicens : Vivit Dominus ! quia non eveniet tibi quidquam mali propter hanc rem.

11. Dixitque ei mulier : Quem suscitabo tibi? Qui ait : Samuelem mihi suscita.

12. Cùm autem vidisset mulier Samuc-

CHAPITRE XXVIII.

1. En ce temps-là, les Philistins assemblèrent leurs troupes, et se préparèrent à combattre contre Israël. Alors Achis dit à David : Assurez vous que je vous mènerai avec moi à la guerre, vous et vos gens.

2. David lui répondit : Vous verrez maintenant ce que votre serviteur fera. — Et moi, lui dit Achis, je vous confierai toujours la garde de ma personne.

3. Or, Samuël était mort : tout Israël l'avait pleuré, et il avait été enterré dans la ville de Ramatha, lieu de sa naissance ; et Saül, *par son conseil,* avait chassé les magiciens et les devins de son royaume

4. Les Philistins s'étant donc assemblés, vinrent camper à Sunam, *dans la tribu d'Issachar;* Saül de son côté réunit toutes les troupes d'Israël, et vint à Gelboé.

5. Et ayant vu l'armée des Philistins, *qui était fort nombreuse,* il eut peur, et son cœur se troubla.

6. Il consulta le Seigneur ; mais le Seigneur ne lui répondit ni en songes ni par les prêtres ni par les prophètes.

7. Alors, *entrant dans une espèce de désespoir,* il dit à ses officiers : Cherchez-moi une femme qui ait un esprit de python, afin que j'aille la trouver, et que par son moyen je puisse consulter *le démon.* Ses serviteurs lui dirent : Il y a à Endor une femme qui a un esprit de python.

8. Saül se déguisa donc, changea d'habits, et s'en alla, accompagné de deux hommes seulement. Il vint la nuit chez cette femme, et lui dit : Consultez pour moi l'esprit de python, et évoquez-moi celui que je vous dirai.

9. Cette femme lui répondit : Vous savez tout ce qu'a fait Saül, et de quelle manière il a exterminé les magiciens et les devins de toutes ses terres : pourquoi donc me tendez-vous un piège pour me perdre ?

10. Saül lui jura par le Seigneur, et lui dit : Vive le Seigneur ! il ne vous arrivera de ceci aucun mal.

11. La femme lui dit : Qui voulez-vous voir ? Il lui répondit : Faites moi venir Samuël.

12. La femme ayant vu *tout d'un coup paraî-*

lem, exclamavit voce magnâ, et dixit ad Saül : Quare imposuisti mihi ? tu es enim Saül.

13. Dixitque ei rex : Noli timere ; quid vidisti ? Et ait mulier ad Saül : Deos vidi ascendentes de terrâ.

14. Dixitque ei : Qualis est forma ejus ? Quæ ait : Vir senex ascendit, et ipse amictus est pallio. Et intellexit Saül quòd Samuel esset, et inclinavit se super faciem suam in terrâ, et adoravit.

15. Dixit autem Samuel ad Saül : Quare inquietâsti me ut suscitarer ? Et ait Saül : Coarctor nimis ; siquidem Philisthiim pugnant adversùm me, et Deus recessit à me, et exaudire me noluit, neque in manu prophetarum, neque per somnia : vocavi ergo te ut ostenderes mihi quid faciam.

16. Et ait Samuel : Quid interrogas me, cùm Dominus recesserit à te, et transierit ad æmulum tuum ?

17. Faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu meâ, et scindet regnum tuum de manu tuâ, et dabit illud proximo tuo David ;

18. Quia non obedîsti voci Domini, neque fecisti iram furoris ejus in Amalec : idcircò quod pateris fecit tibi Dominus hodiè.

19. Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philisthiim ; cras autem tu et filii tui mecum eritis, sed et castra Israel tradet Dominus in manus Philisthiim.

20. Statimque Saül cecidit porrectus in terram ; extimuerat enim verba Samuelis, et robur non erat in eo, quia non comederat panem totâ die illâ.

21. Ingressa est itaque mulier illa ad Saül (conturbatus enim erat valdè), dixitque ad eum : Ecce obedivit ancilla tua voci tuæ, et posui animam meam in manu meâ, et audivi sermones tuos quos locutus es ad me :

22. Nunc igitur audi et tu vocem an-

tre Samuël, *sans qu'elle eût fait aucun enchantement,* jeta un grand cri, et dit à Saül : Pourquoi m'avez-vous trompé ? car vous êtes Saül.

13. Le roi lui dit : Ne craignez point. Qu'avez-vous vu ? J'ai vu, lui dit-elle, *comme* un dieu qui sortait de la terre.

14. Saül lui dit : Comment est-il fait ? — C'est, dit-elle, un vieillard couvert d'un manteau. Saül reconnut donc que c'était Samuël ; et, *sans qu'il le vît*, il *lui* fit une profonde révérence en se baissant jusqu'à terre.

15. *Alors* Samuël dit à Saül : Pourquoi avez-vous troublé mon repos en me faisant évoquer ? Saül lui répondit : Je suis dans une extrême angoisse : les Philistins me font la guerre, et Dieu s'est retiré de moi ; il ne m'a voulu répondre ni par les prophètes ni en songes : c'est pourquoi je vous ai fait évoquer, afin que vous m'appreniez ce que je dois faire.

16. Samuël lui dit : Pourquoi vous adressez-vous à moi, puisque *je vous ai dit positivement que* le Seigneur vous a abandonné, et qu'il est passé du côté de votre rival ?

17. Car le Seigneur vous traitera comme je vous l'ai dit de sa part : il arrachera votre royaume de vos mains, pour le donner à David votre semblable,

18. Parce que vous n'avez point obéi à la voix du Seigneur, ni exécuté l'arrêt de sa colère contre les Amalécites ; c'est pour cela que le Seigneur vous envoie aujourd'hui ce que vous souffrez.

19. Il livrera même Israël avec vous entre les mains des Philistins. Demain vous serez avec moi, *au rang des morts,* vous et vos fils ; et le Seigneur abandonnera aux Philistins le camp même d'Israël.

20. Saül tomba aussitôt et demeura étendu sur la terre, car les paroles de Samuël l'avaient épouvanté, et les forces lui manquèrent, parce qu'il n'avait point mangé de tout ce jour-là.

21. La magicienne vint à lui, dans le trouble où il était, et lui dit : Vous voyez que votre servante vous a obéi, que j'ai exposé ma vie pour vous, et que je me suis rendue à ce que vous avez désiré de moi :

22. Ecoutez donc aussi votre servante, et

cillæ tuæ, et ponam coram te buccellam panis, ut comedens convalescas et possis iter agere.

23. Qui renuit, et ait : Non comedam. Coegerunt autem eum servi sui et mulier, et tandem, auditâ voce eorum, surrexit de terrâ et sedit super lectum.

24. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, et festinavit et occidit eum, tollensque farinam miscuit eam, et coxit azyma,

25. Et posuit ante Saül et ante servos ejus. Qui cùm comedissent, surrexerunt et ambulaverunt per totam noctem illam.

souffrez que je vous serve un peu de pain, afin qu'ayant mangé, vous repreniez vos forces, et que vous puissiez vous mettre en chemin.

23. Saül le refusa et lui dit : Je ne mangerai point. Mais ses serviteurs et cette femme le contraignirent de manger; et s'étant enfin rendu à leurs prières, il se leva, et s'assit sur le lit *de la table.*

24. Or cette femme avait dans sa maison un veau gras, qu'elle alla tuer aussitôt; elle prit de la farine, la pétrit, et en fit des pains sans levain;

25. Et elle servit devant Saül et ses serviteurs *ce qu'elle avait préparé.* Après donc qu'ils eurent mangé, ils s'en allèrent et marchèrent toute la nuit *pour se rendre à l'armée.*

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Factum est autem in diebus illis, congregaverunt Philisthiim agmina sua. Cùm jam fermè quartum mensem in terrâ Philisthinorum complevisset David, habuerunt Philisthini, sicut antea sæpè, maximos militum delectus, quos in Hebræorum fines educerent. Tunc Achis admonuit Davidem, ut se ac suos ad expeditionem illam compararet; cui David suam prolixè promisit operam, quasi sui in regem animi, atque virtutis editurus esset illustre documentum. De cujus fide, atque virtute bellicâ cùm nullo modo dubitaret Achis, illius cohortem sui capitis voluit esse custodem. Quare suo lateri semper adesse jussit.

Hoc loco multa dubitant et quærunt interpretes. Primùm, quo sensu dixerit David, tunc cogniturum esse Achis, quid facturus esset, nempe in ipso pugnæ congressu. Verba enim nihil certò definiunt, neque magis Philisthinorum, quàm Hebræorum rationibus favent. Lyra pugnaturum putat fuisse Davidem contra Saülem pro Philisthæis; quod eâ ratione probat, quia aliter infidelis esset Philisthinorum regi Achis, à quo multis fuerat non solùm tectus, sed etiam ornatus modis, cui sui capitis custodiam crediderat, et de cujus virtute ac fide summa sperabat omnia; quem securum et incautum in fraudem et periculum impulisse sine gravi peccato non posset. Neque desunt graves aliquot causæ tum ex parte Saülis, tum ex parte Davidis, quæ ipsum ab omni eximerent suspicione flagitii. Ex parte quidem Saülis, quia fieri potuit, ut aliqua pacta cum Philisthæis inita legitimè violaverit, quales essent induciæ ad certum aliquod tempus, et alia, quæ inter hostes solent sanctè servari. Quod quidem mirabile non est, cùm maligno ageretur spiritu, utpote arreptitius, et sæpè quam dederat Davidi fidem, violârat. At ex parte Davidis, quia ille jus habebat ad regnum, quod Saül injustus possessor occupabat. Quare ut illud sibi ab injusto possessore vindicaret, bellum inferre potuit, et ad illud uti Palæstinis adjutoribus. Quòd autem Palæstini subjugare sibi noluerint Hebræorum imperium, et illius compellari reges, ex eo probat, quia Saüle cæso, et Hebræorum exercitu profligato, nihil curârunt ampliùs; imò Isboseth Saülis filius rex ab exercitu et populo appellatus est. Hæc Lyra, in cujus sententiam Glossa interlinearis inclinat, quæ ad illud : *Nunc scies quæ facturus est servus tuus,* addit : *Pro te contra hostes tuos.* Neque aliud videtur sentire Vatablus, qui verba proxima in hunc modum exponit : *Si ita decreveris* (nempe ut tecum, ô Achis, in prælium egrediar), *vide quid me velis facere.*

Contrarium omninò placet Cajetano, in quam cogitationem his maximè conjecturis adducitur. Quia tam longè erat, ut Saülis optaret interitum, ut auditâ illius cæde vestem disciderit, quod in dolore summo faciebant Hebræi, et in illum egit capitali pœnâ, qui de occiso Saüle pretiosa ab illo expectabat evangelia. Addo ego, quia cùm aliquando illum tutò ac facilè interficere potuisset, ab illius tamen cæde manus abstinuit. Quòd autem prodere voluerit Achis, et cum illo consiliis agere fraudulentis, non putat creditu difficile, cùm ingratus fuerit Jonathæ, privando filium ejus medietate bonorum, et ingratus et proditor Uriæ, quem fraudulentis consiliis interemit.

Hæc Cajetanus, cujus etiam sententiæ favet, quòd si David pro Palæstinorum rege pugnare contra Saülem voluisset, dixisset hoc verbis non obscuris, quæque in contrariam possent detorqueri sententiam, sed expressè aliquid, ac definitò significantibus, quò majorem sibi à rege gratiam iniret. Cum Cajetano consentit Abulensis q. 5.

Burgensis mediam quamdam ingreditur viam, et primùm argumentis Syræ, malò firmiora opponit argumenta; quod etiam facit Abulensis q. 5, et tandem dicit, profecturum quidem fuisse Davidem cum Achis, nisi prohibuissent Palæstinorum satrapæ. Quid autem ibi facturus fuerit, nondùm statuisse, sed rem totam divinæ voluntati atque providentiæ permisisse. Atque ideò consultò nil affirmâsse certò, sed tantùm visurum esse regem, quid ipse, cùm pugnandi adforet articulus, facturus esset. Quâ verò ratione Deus et famæ, et conscientiæ Davidis consuluerit, capite statim proximo constabit. Neque enim pugnavit contra Saülem, neque quam alligârat Palæstinorum regi prodidit fidem; hæc sententia minùs mihi videtur impedita (1).

(1) Vers. 2. — Nunc scies quæ facturus est servus tuus. Argumenta fidei meæ et servitutis apertissima tibi exhibebo; nunc dabo specimen virtutis meæ bellicæ, et mei in te studii. Pronus hic est verborum sensus; nec aliter accipiebat Achis, neque aliter quisquam accipiet, qui animum præjudicitis vacuum servabit. Quis autem affirmet, hùc spectasse Davidem, et in hâc re intimos animi sui sensus sincerè expressisse? Profectò si ille verborum ambagibus utendum sibi censuit, si incerto hoc et ambiguo sermone regi nihil polliceri, sed tantùm fallere hominem officiosis verbis moliebatur, animo tamen certus nihil eorum præstandi, quæ ex ipso exspectabantur, statuitque opportunum tempus opperiri, quo Numinis providentia suam ipsius fidem solveret, integrâ nominis sui famâ et conscientia; si hùc, inquam, spectabant Davidis verba, actum est de ejus sinceritate et æquitate. Si vero arbitreris, sponsione hâc suâ, fore ut quatis futurus esset, exhiberet, nihil aliud intellexisse, quàm quòd partes gentis suæ, relictis Philisthæis, propugnaturus esset, vel denique quod odiosus inter utrosque mansurus esset; tunc utique Davidi aliquid probo viro indignum tribuitur, illum nempe ita se gessisse, ut æterna infamia tot ab illo egregiè gestis oriretur. Liberalitati et amicitiæ Achis adeòne malè respondendum fuisset? Si denique reputemus, Davidem statuisse arma jungere cum Philisthæis adversùs populum suum, eâque in re nihil in leges peccare deliquisse, quippe qui justo bello decertaret pro rege sibi fœderato, qui suo ipsius jure in regnum Israëlis adversùs Saülem, injustum usurpatorem et inimicum, tueretur; hæc, inquam, si reputemus, reus agetur David in leges maximè naturales, ut ultioni suæ satisfaciat; servatque ejus fide erga regem fœderatum, ejus odium in patriam, fratres, regem, ac denique in conscientiam suam pessumdabitur. Ut igitur David excusetur, id solum suppetit, quòd nimis properè atque imprudenter fidem suam ad socianda cum Achis in eâ expeditione arma obligaverit.

Custodiam caputis mei ponam te cunctis diebus. Sic prosequitur: *Principem custodiæ corporis ponam te cunctis diebus.* Argumentum, quantùm Achis Davidi fideret (Calmet.)

Vers. 3. — Samuel autem mortuus est, planxitque eum omnis Israel. Accommodatè ad hoc tempus iterat sacer historicus, quod c. 25 ante narraverat de morte Samuelis, quia in summis rerum angustiis, cùm ad manum ut antea solitus, Samuelem non haberet, spiritum consuluit pythonicum, et veneficiæ feminæ magicis carminibus Samuelem sibi excitari studuit. Porrò hic præteritum perfectum pro plusquàm perfecto positum est, quod apud Hebræos non est infrequens, cùm tempore careant plusquàm perfecto. Exempla habes non pauca apud Salmeronem proleg. 25, regulâ 4. Erit ergo sensus minùs obscurus, si ita legas: *Samuel autem mortuus fuerat, planxeratque eum omnis Israel.*

Et Saul abstulit magos et ariolos de terra. Hoc etiam hic traditur, licet alieno loco, quia id exigit historia. Dicitur enim Pythonissa mulier ideò timuisse magicas artes exercere, ne ad Saülis aures aliquando permanaret. Quo tempore perniciosum hoc hominum genus regio edicto sublatum fuerit à Saüle, incertum est. Potuit sanè hoc curâsse Saül, cùm primùm regnum iniit, ut sublatis dæmonum oraculis, seu fallacibus, callidisque responsis, ad Deum omnes consulendum accederent, resque publica magis ex divinâ, quàm diabolicâ voluntate regeretur, quod maximè bonorum atque prudentium conciliare potuit voluntates. Seu certè posterioribus diebus, cùm jam frequenter à dæmone vexatus, minùs apud alios esset in amore ac pretio, quasi minùs haberet religionis, cùm minùs in rerum administratione consilii, et in servandâ fide constantiæ minùs, imò et ferè nihil habuisset. Quocirca, ut religiosi animi aliquod ederet publicum et illustre testimonium, edicto cavit, ne ullus deinceps in suo regno permitteretur vivere, qui magicis artibus, et fallacibus responsis, nimis credulum et stultum populum deluderet. Justinus Martyr, q. 52 ad gentes, aliam adducit causam: « Divinatrices, inquit, abstulit Saül, eo facto

« se Deum conciliaturum sperans, ut suam « ille sententiam, quà eum ut regno indignum « repudiaverat, mutaret. Non ariolorum odio « habens impietatem, sed regni adamans ad- « ministrationem. Et quia consilium ejus « Deus non probavit, propterea eum ita reli- « quit, ut illos is requireret, quorum non bono « instituto patraverat cædem. »

Vers. 4. — Congregatique sunt Philisthiim, etc. Eduxerunt Palæstini exercitum in Sunam; contra hos Saül quàm maximas potuit copias armavit, produxitque in montes Gelboe. Cùmque Palæstinorum castra attentè prospiceret, eorumque et numerum, et ordinem, totumque militarem instructum esset contemplatus, vehementer expavit (1).

Vers. 6. — Consuluitque Dominum, et non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas (2). Multis modis consuevit Dominus suam hominibus voluntatem et futuros rerum eventus significare. Per somnia, ut fecit Nabuchodonosori, Pharaoni, Laban, utrique Joseph, sponso videlicet Virginis, et Patriarchæ, qui Ægyptum fame et inopiâ levavit. Quod tamen Saüli, cùm maximè cuperet, concessum non est. Ex Hebræorum sententiâ tradit Hieronymus, solere Judæos, cùm per somnia aliquid à Deo oberri sibi volunt, jejunare priùs, et orationi vacare. Unde hoc sumpserint, ipsi viderint. Dicunt tamen, Saülem, cùm Deum per somnia consultum esse vellet, id omisisse, atque ideò nullum per quietem accepisse responsum. Neque per sacerdotes, quorum nonnullos fuisse cum Saüle non est improbabile : nam licet omnes sacerdotes, quotquot erant in Nobe, ubi tunc erat tabernaculum, occidisset, tamen alii plurimi erant sub id tempus in variis Israeliticæ terræ finibus dispersi, quos nullo modo tetigit Saül, quia cùm procul essent à Nobe, neque consilio, neque auxilio adjuvère Davidem. Fuisse autem eo tempore plurimos, ex eo liquet, quia David 1 Paralip. c. 24, id est, paulò post hæc tempora, sacerdotes in sedecim classes, seu ordines divisit.

Sed dices, non alio modo solitos esse sacerdotes Deum consulere, quàm per ephod, quod cùm secum abstulisset Abiathar supra c. 23, v. 6, non erat per quod sacerdotes alii Deum consulere potuerint. Respondet Abulensis, q. 14 et 15, non fuisse in tabernaculo, aut inter sacerdotes unum tantùm ephod, sed plura, sicut alia sacerdotum ornamenta non fuère simplicia, sed pro majori minorive dierum solemnitate alia atque alia adhibebantur. Quare potuit esse ephod, vel antequàm Abiathar ad Davidem confugeret, vel certè quod postea à sacerdotibus concinnatum est, ne ad similes casus hoc divini oraculi magnum instrumentum deesset. Et quidem adhibitum fuisse ephod ad hanc Saülis interrogationem, ex eo constat : nam ubi Vulgatus habet *per sacerdotes*, Hebraicè est באורים *ba urim*, id est, *per splendores*, aut *illustrationes*. *Urim* autem fuisse in ephod, res est satis nota. Fuisse quoque in Saülis exercitu Prophetas, non videtur difficile, cùm propè Gabaa patriam Saülis fuerit ille Prophetarum chorus, in quo Saül ipse ante prophetaverat, supra c. 10. Cùm ergo nihil non tentâsset Saül, ut à Deo responsum aliquod exprimeret, Deus tamen illi quem jam tanquàm indignum à regiâ sede, imò ab hominum societate dejecerat, nullum reddidit ad interrogata responsum.

Vers. 7. — Quærite mihi mulierem habentem pythonem (1). *Pythius* Apollinis nomen est, seu quia pythonem serpentem interfecit,

(1) Vers. 4. — In Sunam. Urbs est tribûs Issachar, quam Eusebius et S. Hieronymus collocant 5000 passibus ab Hermon, meridiem versus. Procul non aberat à torrente Cison, qui in valle Jezraelis fluebat.

Venit in Gelboe. Montes sunt ad meridiem vallis, in quâ *Sunam*. (Calmet.)

(2) *Saül consulta le Seigneur; mais il ne lui répondit, ni par les songes, ni par les prêtres, ni par les prophètes.* Nous voyons en plusieurs endroits de l'Écriture, que Dieu averti les hommes en ces trois manières : 1° Il leur parle *en songe*, comme il a parlé à Jacob, à Salomon, à saint Joseph dans l'Évangile, et à beaucoup d'autres. 2° Il leur parle *par les prêtres*. C'est ainsi que nous avons vu auparavant qu'il a parlé à Saül ou à David, qui a dit souvent à Abiathar qu'il se revêtit de l'éphod, pour apprendre ce que Dieu désirait de lui. 3° Il leur parle *par les prophètes*, comme il a fait savoir à Saül sa volonté par Samuël, et depuis à David par le prophète Nathan.

Saül tâcha pour lors de reconnaître la volonté de Dieu en quelqu'une de ces trois manières; mais Dieu ne lui répondit point. Samuël pendant sa vie avait fait savoir à Saül les ordres de Dieu, et Saül les avait violés. Ce prince témoigne maintenant les vouloir connaître, et il ne se trouve personne qui les lui découvre. Car il est juste que Dieu, dans cette vie, où il dissimule avec une si extrême douceur les injures qu'il reçoit des hommes, se venge au moins d'eux par son silence; et qu'après qu'ils l'ont méprisé lorsqu'il leur parlait, il les méprise lorsqu'ils semblent vouloir encore entendre sa voix, et qu'il ne leur parle plus. (Sacy.)

(1) Hebræus ad litteram : *Quærite mihi mulierem habentem ob*, vel, ut alibi legitur, *ha-*

seu quia illius inter gentes præcipua existimabantur oracula; id enim indicat verbum Græcum πυνθανεσθαι. Unde qui ab hoc existimantur afflari, exagitari, impleri, seu aliquâ, illustrari

bentem oboth. Postrema hæc verba usurpantur interdùm de utre vel sacco ex corio, liquoribus continendis; quasi scilicet innueretur, feminas divinatrices inter loquendum intumuisse, velut aliquid in ventre continerent. Septuaginta. *Quærite mihi feminam ventriloquam,* vel ex imo ventre loquentem.

Endor, urbs est in valle Jezraelis, ad radices montium Gelboe, in quibus exercitus Saülis castrametatus erat. (Calmet.)

Saul ait à ses officiers: Cherchez-moi une femme qui ait l'esprit de Python, c'est-à-dire un esprit de divination et de magie. On peut remarquer dans cet exemple de Saül un étrange renversement de l'esprit humain. Quand Samuël est venu dire à Saül de la part de Dieu qu'il combattît les Amalécites, qu'il l'assurait de la victoire, mais qu'il exterminât toute cette nation, parce qu'elle avait mérité d'être traitée de la sorte, il n'a obéi ni à Dieu ni à son prophète, et il a fait tout le contraire de ce qui lui avait été commandé. Et maintenant, après avoir rejeté les avis de Samuël pendant sa vie, il a recours au démon et à la magie pour le ressusciter après sa mort, afin qu'il apprenne de lui ce qu'il peut espérer du secours de Dieu dans l'extrême péril où il se trouve.

Cet égarement d'esprit qui paraît en ce prince a quelque rapport à la conduite irrégulière de quelques-uns, qui ayant eu le bonheur d'être éclairés par quelque grand serviteur de Dieu, sans qu'ils aient cessé pour cela de faire leur propre volonté, après que Dieu a retiré à lui ces personnes, et qu'il en a mis d'autres en leur place, qui sont animées du même esprit, quoiqu'en un degré inférieur à celui de ces premiers, en appellent toujours à la mémoire des morts, et se servent de l'estime qu'ils témoignent avoir pour une excellente personne qui n'est plus, afin de justifier le peu de soumission qu'ils ont pour ceux qui remplissent leur place, et qui les pourraient servir très-utilement s'ils les considéraient comme les organes que Dieu a choisis pour leur apprendre sa volonté.

On peut dire alors que c'est en quelque sorte vouloir ressusciter Samuël après sa mort, sans considérer qu'on ne lui a point obéi pendant sa vie. Et c'est parler comme le Saint-Esprit que de dire que cette action tient quelque chose de la magie à laquelle Saül eut alors recours, puisqu'elle n'a point d'autre principe que de ce qu'on ne veut pas se soumettre à l'ordre de Dieu, et de ce que l'on préfère sa propre volonté à la sienne, qui est un dérèglement auquel Samuël, en reprochant à Saül sa désobéissance, ne craint pas de donner *le nom de magie. Quasi peccatum ariolandi est, nolle acquiescere.* (Sacy.)

« La pythonisse d'Endor, qui évoqua l'ombre de Samuël, est assez connue. Il est vrai « qu'il est fort étrange que ce mot *Python,* qui « est grec, fût connu des Juifs du temps de « Saül. Plusieurs savants en ont conclu que « cette histoire ne fut écrite que quand les

cognitione, *pythii* dicuntur, aut pythiæ, seu pythonissæ, qualis fuit Sibylla Cumæa apud Virgilium l. 6 Æneid., et illa puella, de quâ Actor. 14. Species plurimas pythonici spiritûs

« Juifs furent en commerce avec les Grecs, « après Alexandre. » Ces prétendus savants devraient aussi conclure que le Deutéronome et le Lévitique sont postérieurs à Alexandre. Ecoutons là-dessus le même incrédule : « On « peut remarquer encore qu'il est bien étrange « que le mot *Python* se trouve dans le Deutéronome, long-temps avant que ce mot grec « pût être connu des Hébreux : aussi n'est-il « pas dans l'hébreu. » Quoi! il est *étrange* et *bien étrange* qu'un *mot grec* qui ne pouvait être connu des Hébreux ne se trouve pas *dans l'hébreu!* Il nous paraît qu'il n'y a rien ici *d'étrange,* que cette étrange façon de raisonner. Le mot, qui dans l'original répond à *pythonicus spiritus,* est *ob.* C'était un esprit ou démon qui parlait à voix basse de la tête, des aisselles, ou des parties de la génération du devin ou du mort. Au troisième livre des Rois, *ob* parle par la partie de la génération de la pythonisse. L'original l'appelle *femme qui a un ob;* les Septante, *gunaïka engastrimuthon,* femme qui parle du ventre, ou qui a dans le ventre un démon qui répond à ceux qui l'interrogent. Au verset suivant *ob* est appelé *spiritus ventriloquus,* esprit qui parle par le ventre.

Observons que les Septante et les Pères de l'Eglise grecque, en parlant de la *pythonisse,* ne se servent jamais de ce terme *Python,* mais toujours de celui d'*engastrimuthos.* Le terme de *Python* est des Grecs postérieurs, comme le regarde Hésychius, au mot *engastrimuthos.*

Nous savons bien que des gens ne veulent pas croire qu'on puisse parler, en répondant d'une voix sourde qui paraît sortir du creux du ventre, et comme de dessous la terre. Mais divers savants modernes, entre autres Eugubinus, Cœlius Rhodiginus, Oleaster, etc., attestent qu'ils ont vu des hommes et des femmes *ventriloques* ou *engastrimuthes,* qui répondaient du ventre. Il y en a même des exemples plus récents. L'auteur du Dictionnaire de Trévoux, art. *Ventriloque,* raconte qu'il a connu un officier ventriloque qui, à l'armée, s'amusait quelquefois à donner l'alarme à ses camarades en parlant de cette manière. M. l'abbé de La Chapelle a donné un traité sur les *ventriloques,* où il raconte en détail ce qu'exécute le ventriloque de Vienne en Autriche et celui de Saint-Germain-en-Laye. Enfin nous avons vu nous-mêmes un ventriloque genevois, nommé Comte, qui faisait partir sa voix d'endroits différents, à sa volonté, tantôt d'une cave, tantôt d'un galetas, tantôt du milieu de la rue où il n'y avait aucun passant, etc. D'où nous pouvons conclure que la plupart des ventriloques anciens n'étaient que des imposteurs. Revenons à Voltaire.

« La réputation de l'oracle de Delphes, « ajoute-t-il, pénétra jusque dans l'Asie-Mineure, dans la Syrie, et enfin jusque dans « la Palestine; il est très-vraisemblable que la « Pythonisse d'Endor est une de ces gueuses « qui tâchaient de gagner leur vie à imiter, « comme elles pouvaient, la Pythie de Del-

enumerat Abulensis, q. 22, quas hoc loco referre longi esset negotii, et ad nostrum institutum non admodùm necessarii. Tantùm dico, duo esse pythonum genera, quia eorum

« phes. » Tous les savants avaient cru jusqu'ici que les Grecs avaient tiré de l'Orient, surtout des colonies phéniciennes, leurs usages, leurs fables, leurs superstitions et en particulier l'art de la divination, pratiqué de toute antiquité chez les Egyptiens et les Chananéens. Le critique lui-même est convenu que les Phéniciens ont éclairé la Grèce et lui ont donné l'alphabet. Aujourd'hui ce sont les Grecs qui, même avant le temps de Saül, enseignent l'art de la divination aux habitants de la Palestine. Laissons ce paradoxe dénué de preuves et contraire à l'histoire, mais remarquons que l'histoire de la Pythonisse d'Endor est une preuve irrétragable qu'au temps de Saül l'existence des esprits invisibles, et la subsistance des âmes après la mort, étaient des dogmes constants chez les Hébreux. Nous ne pensons pas, au reste, que ce fut en vertu de l'évocation de la magicienne que Samuël apparut et annonça à Saül sa destinée; ce fut en vertu du décret de Dieu qui voulut que son arrêt lui fût prononcé par le prophète dont il avait tant de fois méprisé les avertissements.

« Mais pourquoi Saül livra-t-il le combat? » C'est qu'il n'était plus en son pouvoir de l'éviter. Après avoir entendu cet arrêt foudroyant, il marche toute la nuit pour arriver à son camp qui est attaqué le lendemain à la pointe du jour. Il est clair que le combat fut de la part de Saül un coup de désespoir.

« L'ombre de Samuël était venue de l'enfer « avec son manteau; a-t-on des manteaux en « enfer? » Samuël apparut sous la forme sensible, sous laquelle Saül l'avait vu sur la terre, afin qu'il sût tout d'un coup que c'était lui.

« Saül ne vit point Samuël, puisque sur le « portrait que la Pythonisse lui fit du personnage qu'elle voyait, il se prosterna la face « contre terre. » Le texte porte formellement que *Saül connut que c'était Samuël*. Il ne pouvait d'ailleurs méconnaître l'air et la voix du prophète; c'est donc parce qu'il le reconnut très-bien qu'il se prosterna par frayeur et par respect.

« Samuël dit à Saül : Tu seras demain avec « moi. Saül sera-t-il sauvé? sera-t-il damné? « Samuël est en enfer, mais il n'est pas probablement dans l'enfer des damnés; il est dans « l'enfer des élus. » Le mot enfer ne se trouve pas dans tout le chapitre qui contient cette histoire, et ces paroles de Samuël : *Vous serez demain avec moi*, signifient : *Vous serez au nombre des morts comme moi.*

« Dieu n'avait pas besoin de faire un miracle « pour apprendre à Saül qu'il serait battu par « les Philistins, et qu'il périrait dans la bataille. » Si Dieu ne faisait des miracles que quand il en a besoin, il n'en ferait jamais, puisqu'il est le maître de faire agir les causes physiques comme il lui plaît et sans que le cours de la nature paraisse dérangé ou interrompu.

« Enfin faire paraître Samuël en conséquence de l'évocation de la Pythonisse, « c'était convaincre les assistants de l'efficacité

hoc loco meminit sacer historicus. Quidam sunt, quorum corpora obsidet et implet pythius, id est, dæmon, et per hominem sic affectum sua fundit oracula; qualis erat Sibylla apud Virgilium l. 6, et puella, de quâ Act. 14. Qui verò talia à pythonico spiritu patiuntur, ἐγγαστρίμυθοι vocantur, id est, qui de ventre loquuntur, aut quorum spiritu, seu halitu, et in illorum ore, à dæmone, qui in ventre, aut visceribus latet, verba formantur. Hi à Saüle exterminati dicuntur, ut habes in aliquot latinis, vulgatisque translationibus, quæ v. 3 habent : *Et interfecit eos, qui pythones habebant in ventre.*

Alii sunt *pythones*, quia in assumptis corporibus loquuntur, et quia à diabolo per assumpta corpora responsa captant, spiritum dicuntur habere pythonicum. Hi verò existimantur evocare mortuorum animas, quæ manes appellantur, ut ab illis aliquid, quod mortalium assequi non potest intelligentia, sciscitentur. An verò animæ illæ veræ sint mortuorum, aut certè species quædam, et inanes umbræ à dæmone objectæ, qui harum fraudum ac spectrorum callidissimus est et maximus architectus, alia quæstio est, de quâ mox aliquid. Illud certum, sic existimari non à gentilibus modò, sed etiam ab Hebræis, ut sanè videtur Saül existimâsse, et illi, quos ipse in consilium et societatem adhibuit Pythonissæ quærendæ. De hâc manium evocatione, seu excitatione, quæ ψυχομαντία, seu νεκρομαντία, id est, per mortuos divinatio, multa gentiles. Virgilius in Pharmaceutriâ :

His ego sæpè lacum fieri, et se condere sylvis
Mœrin, sæpè animas imis excire sepulcris,
Atque satas alio vidi traducere messes.

Et lib. 4 Æneid., sic Dido ad sororem de veneficiis :

Nocturnosque ciet manes, mugire videbis
Sub pedibus terram.

Horatius satyrâ 8 :

Cruor in fossam confusus, et inde
Manes elicerent, animas responsa daturas.

Longum esset recensere omnia, quæ hâc de re prodiderunt antiqui. Quis porrò ritus, quæ cæremoniæ adhiberi solerent ab his veneficiis ad evocandas animas, tradit Horatius supra,

« de son art. » Le trouble dont la Pythonisse fut saisie en apercevant ce prophète fut plus que suffisant pour démontrer qu'il n'apparaissait pas en vertu du pouvoir de cette femme, puisqu'elle fut étonnée elle-même du succès de l'évocation : il n'y eut donc aucun danger d'erreur pour les assistants. (Duclot.)

Seneca in Œdipo, Lucanus lib. 6. Tu plura vide apud Martinum del Rio l. 4 Magiæ c. 2, q. 6, sect. 2.

Illi verò manes, seu mortuorum animæ non excitantur verborum, seu characterum efficacitate, aut ullâ dæmonum arte, sive potentiâ dæmonum; sed quædam finguntur mortuorum imagines, seu inanes umbræ, quibus vivorum oculis specie vanâ dæmones illudunt. Ita Tertullianus l. de Animâ c. 57. Latè hâc de re 26, q. 5, c. 14, et ibi Augustinus. Ex quo apparet, nullo modo excitatum à Pythonissâ Samuelem.

Hic porrò gravis est quæstio, an verè ac propriè excitatus fuerit Samuel, vel tantùm illius Saüli ac Pythonissæ apparuerit phantasma. Ex antiquis Patribus nonnulli crediderunt, non verum Samuelem, sed illius umbram apparuisse Saüli, eo argumento persuasi, quòd nulla sit magica, aut humana seu creata facultas, quæ possit ex destinato à Domino loco manes, seu animas evocare; et multò minùs eas quæ sunt in justorum sinu, et Domini complexu. Ita Tertullianus lib. de Animâ c. 57; Justinus q. 52, ad Gentes; Augustinus l. qq. veteris Testamenti q. 27, et l. 2 de Doctrinâ Christianâ c. 23; utrumque habetur 26, q. 5, c. *Nec mirum*. Hieronymus Matth. 6, vocat *Samuelis phantasma*. Basilius in c. 8 Isaiæ, ascendentes deos, dæmones esse dicit, qui tamen mutatâ sententiâ, ep. 80, animam dicit fuisse Samuelis. Rupertus in hunc locum c. 17; Isidorus l. 8 Orig. c. 9. Inter alia, quibus suam sententiam confirmant Augustinus et Rupertus, hoc addunt quasi non infirmum hujus cogitationis argumentum, quia Samuel, aut, ut ipsi putant, Samuelis umbra dixit Saüli, die crastinâ Saülem et illius filios secum esse futuros, id est, eodem loco: at eodem loco non fuerunt Samuel et Saül, cùm longè diversa fuerit illorum vita, diversa merita.

Nihilominùs vera est, et penè communis posteriori seculo sententia, verum esse Samuelem, quo Saül futuros rerum eventus sine ullo errore atque illusione didicit. Ita Augustinus l. de Curâ pro mortuis agendâ c. 15 et 16, ubi priorem sententiam apertè mutavit. Ambrosius l. 1 in Lucam c. de Zachariâ turbato: « Samuel, inquit, post mortem se- « cundùm Scripturæ testimonium futura non « novit. » Justinus Martyr Dialogo cum Tryphone, ex eo probat animas relicto ac dimisso corpore manere superstites, quòd Samuelis anima apparuit Saüli. Quare aut mutavit sententiam, aut quæstiones illæ ad Gentes, ut nonnullis placet, à Justino non sunt. Basilius Epist. 80; S. Thomas 1 p. q. 89, a. 8, ad 2, ait negari non posse non esse umbram, sed animam Samuelis, quæ Saüli prædixit, quis illum in diem crastinum exitus maneret, dummodò Ecclesiastici admittatur auctoritas: at hoc tempore S. Thomas canonicam illi libro auctoritatem non negaret. Idem tenent omnes, quorum in libros Regum extant Commentarii: Abulensis, Cajetanus, Dionysius, Lyra, Hugo. Item Franciscus Suarez in 3 p. S. Th. t. 2, q. 52, disp. 42, sect. 2; Bellarminus t. 1, l. 4, c. 11; Martinus del Rio l. 2 Disquis. magic. q. 6, et q. 26, sect. 4; Vallesius de sacrâ Philosophiâ c. 33. Adde Josephum l. 6 Ant. c. 15. Neque ratio deest gravis ex sacræ Scripturæ testimonio desumpta: nam juxta Septuaginta translationem l. 1 Paralip. c. 10, in fine, apertè dicitur visus esse Samuel: *Interrogavit Saül in ventriloquo ad quærendum, et respondit ei Samuel propheta.*

Sed est locus illustris, cui si antiqui Patres fidem inesse canonicam cognovissent (antiquis enim temporibus nihil erat de hujus libri auctoritate definitum, ut constat ex S. Thomâ supra citato), aliter sine dubio fuissent locuti. Est autem hâc de re illustre testimonium Ecclesiastici c. 46, ubi illa de Samuele narrantur, quæ nullo modo in Samuelis umbram et speciem inanem convenire possunt. Illa porrò, quæ de Samuele dicuntur, omnia propriam habent, et historicam fidem, non figuratam, et secundùm nudam et externam speciem; quare hoc etiam historicam habeat fidem oportet. *Et post hæc,* inquit (dixerat autem quæ non ad speciem et figuram simulata, sed quæ ad rei veritatem historicè contigerunt), *dormivit, et notum fecit regi, et ostendit illi finem vitæ suæ, et exaltavit vocem ejus de terrâ in prophetiâ delere impietatem gentis.* Locus hic illustris totus in laudando Samuele consumitur à v. 16, ad finem usque capitis, ubi brevi quâdam complexione omnia fermè Samuelis gesta narrantur. At si tantùm apparuisset Samuelis umbra, et hæc veteratorio dæmonis artificio simulata, quæ esset Samuelis tanta commendatio? Turpi potiùs pars hæc extrema Samuelis vitam obscuraret notâ, quàm illustraret encomio. Quis porrò sanus sibi persuadeat eâ figuratâ aut phantasticâ Samuelis oratione contra impietatem, quam ipse induxerat, et omni studio firmare laborabat, aliquid diabolum

fuisse molitum? Prophetia præterea non est ab inani umbrâ, neque aliquis prophetâsse dicitur, nisi propriâ loquatur voce, qualis hæc fuisse dicitur. Non autem vox esset Samuelis, si à diabolo fuisset in Samuelis imagine formata. Præterea ostendisse dicitur Samuel regi finem vitæ suæ, quod sanè Samuel alibi fecisse non legitur, nisi hoc loco; quare si hunc esse verum Samuelem non putemus, nullum inveniemus locum hujus prophetiæ.

Jam reliquum est, ut illis tandem occurramus, quæ nostræ communique sententiæ ab aliis opponuntur. Et primùm fatemur aliquando contingere, ut figuræ atque umbræ, rei figuratæ partes et proprietates tribuantur. Sic qui in somnis speciem vidit Pauli, aut Christi, Christum se vidisse dicit. Sanè Pharao neque spicas viderat, neque vaccas ad ripam Nili, aut Nabuchodonosor priùs statuam, deinde arborem; et tamen ille vidisse se dicit in quiete spicas et vaccas, et hic arborem et statuam. Sed planè, ut vides, multa hìc dicuntur, et c. 46 Ecclesiastici, quæ non benè in umbram conveniunt; et cùm verba Samuelem sonent, neque in verborum proprietate aliquid videatur absurdum, verborum omnimoda proprietas deserenda non est.

Neque illud plus habet difficultatis, quod dixit Samuel : *Cras tu et filii tui mecum eritis:* quibus verbis significare videtur Samuel, eodem futurum esse loco Saülem, quo ipse fuisset, id est, in Abrahæ sinu, justorum nimirùm receptaculo. Sed est alia omninò hujus loci sententia : nihil enim aliud Saüli Samuel significare voluit, quàm excessurum è vivis esse Saülem, sicut ipse excessit, et aggregandum esse defunctorum numero. Qui loquendi modus usitatus est Hebræis, qui dùm aliquem mortuum esse significant, hoc fermè modo explicare solent : *Appositus est ad parentes,* seu *aggregatus est cum mortuis; esse,* aut, *requiescere,* quod non tam ad animam, quàm ad corpus pertinet. Quod etenim ad corpus attinet, in hoc seculo eadem penè sanctorum et impiorum conditio est, imò hominum ac bellularum, ut considerabat Ecclesiastes c. 3, v. 19 : *Unus interitus est hominum et jumentorum, et æqua utriusque conditio : sicut moritur homo, et illa moriuntur.* Samuel igitur nihil hic de loco animabus destinato affirmat, sed de sepulcro et pulvere, in quem dissolvenda erant Saülis ac filiorum corpora. Et quidem qui ita loquuntur : *Omnes metam veniemus ad unam; æquâ lege necessitas sortitur insignes et imos; omnium idem est exitus :* et similia, de corpore tantùm loquuntur; nam animarum ipsi etiam gentiles magnam agnovêre diversitatem. Et in Scripturâ sæpiùs audimus aliquos appositos esse ad parentes suos, aut cum parentibus dormiisse, quorum vita et mores fuêre dissimillimi.

Quod verò hìc videtur esse difficillimum, quodque plurimos eò perpulit, ut non veram Samuelis animam, sed præstigiosam umbram esse putaverint, suam quoque solutionem habet non difficilem. Dicunt enim hi excitatum esse Samuelem à Pythonissâ necromantide, ut satis à litterâ significari putant, et impium esse existimari viri sanctissimi animam dæmonis imperio, et evocatione mulierculæ vilissimæ, suam relinquere quietem, et piorum consortium, imò à Dei manu reluctantis, et ipsam quoque reluctantem divelli : *Justorum enim animæ in manu Dei sunt.* Si excitatum esse dicamus à Pythonissâ, idem ego, quod isti, lubens confiterer; neque enim prudens aliquis, opinor, admitteret, veram alicujus animam, viri præsertim sancti magicis incantationibus è suis sedibus, in quibus à divinâ supremâque potestate collocata fuerat, evocari posse. Dico igitur Samuelis animam evocatam à Deo, non à necromantide, neque magicas artes in evocationem illam quicquam operatas. Quare si tunc artis magicæ vires omnes exprompsit Pythonissa, et illâ exercente necromanticas leges anima Samuelis apparuit, non tamen virtute aut potentiâ carminum excitata est, sed à Domino missa in Pythonissæ atque Saülis oculos emersit.

Sed, ut verum fatear, persuadere mihi nunquàm potui ad evocandam Samuelis animam aliquid operatam esse Pythonissam, aut eorum aliquid, quæ leges præscribunt necromanticæ tentâsse, quod putavit supra Bellarminus; sed antequàm expediret applicaretque veteratoriæ illius artis instrumenta, et carmina proferret necromantica, excitatam fuisse à Domino Samuelis animam, et eventu ipso subsecuto, præventum et occupatum fuisse magicum studium. Quod his mihi rationibus persuadeo : Primùm, quia simul atque allocutus est Saül magam illam, liberavitque metu, quem ex ipsius Saülis contra maleficos edicto conceperat, apparuit Samuelis animâ. At sacra illa necromantica, et quæ solemnes et legitimi ritus, multùm desiderabant temporis; quos ego nunc omitto, quia res est molesta, et

minùs fortassè necessaria. Tantùm adducam, quæ apud Senecam, ut manes evocaret Laii, fecisse dicitur Tiresias; neque mihi dubium est, has leges impositas à diabolo omnibus ubique necromanticis et omnibus ubique regionibus esse communes. Sic autem in Œdipo Seneca :

Tunc fossa tellus, et super rapti rogis
Jaciuntur ignes. Ipse funesto integit
Vates amictu corpus, et frontem quatit;
Lugubris imos palla perfundit pedes;
Mortifera canam taxus astringit comam;
Nigro bidentes vellere, atque atræ boves
Retrò trahuntur; flamma prædatur dapes,
Vivumque trepidat igne ferali pecus.
Vocat inde manes, teque qui manes regis,
Et obsidentem claustra lethalis lacùs.
Carmenque magicum volvit, et rapido minax
Decantat ore, quicquid aut placat leves,
Aut cogit umbras. Irrigat sanguis focos,
Solidasque pecudes urit, et multo specum
Saturat cruore. Libat, et niveum insuper
Lactis liquorem fundit et Bacchum manu
Lævâ, canitque rursùs, et terram intrans
Graviore manes voce et attonitâ ciet.

Nec pauciora ad opus idem necromanticum adducit Lucanus l. 6, et Horatius satyrâ 8, eosdem penè ritus et leges in feminâ quâdam veneficâ ac necromantide describit. Quantùm putas temporis in his parandis atque exhibendis hæc femina Pythonissa consumeret? At statim, absque ullâ morâ, et absque hoc magico apparatu, apparuisse dicitur Samuel.

Secundò, quia turbata est vehementer Pythonissa, quod ex eo videtur contigisse, quia non eo modo atque habitu egressa est Samuelis anima, quo reliquæ, quæ à magicis evocantur carminibus, seu potiùs, quia priùs apparuit quàm adhibiti essent et necromantici ritus, et magica vis.

At dices: Si Deus aperire voluit Saüli, quàm difficiliis illum manebat exitus, cur in tempus illud distulit, in quo videri potuit factum à Pythonissâ, adspirante atque favente diabolo? Respondeo primò, Deum expectâsse tempus, quod maximè videbatur opportunum, ut illud etiam peccatum lueret Saül, quod consulto Pythone recens admiserat. Et quia tunc maximè ad angoris atque curarum levamentum, quid futurum, aut quid facto opus esset, scire cupiebat. Ad illud igitur tempus servavit responsum illud durum, quando videbatur fore gravissimum. Deinde quia futurum forsitan videbat aut gratum, aut dubium, et omninò falsum futurum diaboli responsum; illius fraudes prævertere voluit oraculo verissimo, quod licet regiis auribus minùs accideret jucundum, erat tamen magis illi rerum articulo conveniens, ut cognito priùs crastino infortunio, et inevitabili morte, aut aliter res disponeret Israeliticas, aut quod multò verius est, ut grandia, et jamdiù peccata cohærentia, maturâ pœnitentiâ deleret. Hæc mea conjectura est, quæ à Dei naturâ mitissimâ non abhorret. Jam ad textum.

Dicunt Hebræi, ut tradit Hieronymus in Tradit. Hebr., hanc Pythonissam matrem esse Abner, et tanti viri et principis militiæ causâ non fuisse cum reliquis veneficis occisam. Sed quâ id conjecturâ cognoscere potuerint, non video. Illud video minùs cum hâc opinatione congruere, quòd ut Abner erat ex tribu Benjamin, sic etiam illius mater in eâdem tribu commorari debuit: at Endor, ubi illa vivebat Pythonissa, erat in tribu Issachar. Deinde, quia cùm illa esset uxor Ner Saülis fratris (Ner enim filius erat Cis, supra cap. 14, v. 16), non poterat ignorare Saülem; at illum non agnovit, nisi postquàm apparuit Samuelis anima, à quâ didicit Saülem esse illum, quem, quia vulgarem habitum assumpserat, aliquem è vulgo fuisse credidit. Adde, quòd ex Hebræorum sententiâ, ut dicit Lyra, unus è duobus Saülis sociis fuit Abner, ex quo ipsa discere, aut conjectare potuit illum esse Saülem; neque enim militiæ princeps comitaretur alium (1).

Vers. 12. — Cum autem vidisset mulier Samuelem, exclamavit (2). Vidit utique statim

(1) Vers. 8. — Mutavit habitum suum, ne feminam terreret, neve exercitus animis desponderent, si fortè absentiam suam, hâc præsertim de causâ, assecuti fuissent.

Vers. 11. — Samuelem mihi suscita. Agnoscimus hic vetustatem necromantiæ, quæ dogmatis de immortalitate animæ consecutio est et appendix. Gloriabantur magi, se eâ virtute evocandi ex inferis animas pollere, constituendique mortalibus præsentes, ad futurorum arcana reseranda. Horatius libro 1, satyrâ 8 :

..... *Cruor in fossam confusus, ut inde*
Manes elicerent, animas responsa daturas.
(Calmet.)

(2) *La femme ayant vu paraître Samuël, jeta un grand cri.* La surprise si extraordinaire que cette femme témoigne *par ce grand cri*, fait voir qu'elle ne crut nullement que cette apparition de Samuël fût un effet de son art magique, mais qu'elle fut persuadée au contraire que ce qu'elle voyait devant ses yeux venait d'une cause plus qu'humaine, dont la vertu était inconnue à cette noire science dont elle

antequàm expectaret illum esse venturum, quia illa nondùm leges implêrat necromanticas, neque Thessalicis carminibus evocaverat; aut quia non illo modo apparebat illa animata species, quo apparere solent animæ, quæ magicis eliciuntur cantibus. Ex quibus intelligitur ab alio, quàm à Pythonissâ evocatam esse Samuelis animam.

Tu es enim Saul. Queritur saga illa se à Saüle fuisse deceptam, cùm agere se putaret cum aliquo de turbâ, ac tandem Saülem esse cognovit, quem omnium maximè timebat. Sed quomodò tunc illi notus Saül? Hebræi multa hìc suo more delirant, finguntque, quod magis futurum esse putant ad populi plausum. Dicunt enim, ut refert Magister Hist. scholast., mortuum magicè suscitatum à pedibus primò moveri, et surgere, nisi ad regis votum suscitetur; tunc enim à capite surgit. Alii dicunt Prophetam, nisi sciscitante rege, suscitari non posse. Mihi verius videtur, quod Josephus refert, à Samuele didicisse veneficam, Saülem esse, cujus votis esset obsecuta, aut certè à dæmone, quem sibi mulier illa familiarem habuit. Sed nihil est certum.

Deos vidi ascendentes de terra. Hìc quoque Hebræi miri sunt: dicunt enim, ut Theodoretus refert, q. 62: « Quòd quæ per ventrilo- « quas reduci videntur animæ, reducebantur « pedes sursùm habentes; alii autem quòd su- « pinæ, ut qui sepeliuntur. Et ideò ventrilo- « qua cùm vidisset Samuelem rectum ascen- « dentem, obstupuit, et dixit: Ego video « deos. » Ac si diceret: Majus aliquid video, et divino similius in eo, quem ascendentem de terrâ video, quàm in aliis, qui magicis eliciuntur carminibus; quare opus Dei hoc esse puto: neque enim in hoc hominum genus ulla esse potuit magica potestas; imò talis est splendor, ut non aliquem è mortalium numero, sed Deum ipsum immortalem esse putem. Neque mirum, si ita senserit muliercula rudis, et falsis sæpè imaginibus delusa, cùm rebus sordidis, et speciebus assueta deformibus, nihil unquàm vidisset aut augustum, aut aliquâ ratione venerabile. Est autem usitatum inter gentiles, ut quidquid eximium est, et naturam, aut statum hominum videtur excellere, Deum esse dicant, aut divino simile; à quorum ingenio non longè aberrant, qui inter Hebræos, mores, aut artes expressêre gentilium.

faisait profession. Aussi les interprètes de l'Ecriture demeurent d'accord que cette apparition de Samuël se fit par un ordre particulier de la justice de Dieu; et ils l'expliquent en deux manières.

Les uns croient, selon le sentiment de saint Augustin, que le démon qui se transfigure en ange de lumière, se présenta alors à Saül sous la forme de Samuël. Il lui dit néanmoins des choses très-justes et très-véritables, parce que Dieu le lui avait commandé. Ainsi nous voyons dans l'Evangile que les démons rendent témoignage à la divinité du Fils de Dieu, et qu'ils déclarent dans les Actes par la bouche d'une possédée qui avait l'esprit de Python aussi bien que cette femme, que saint Paul et saint Barnabé *étaient les serviteurs du Dieu vivant, qui annonçaient aux hommes la voie du salut.* Car Dieu agit avec un pouvoir souverain, non seulement sur les hommes les plus méchants, comme il a prophétisé autrefois par la bouche de Balaam et de Caïphe, mais par les démons mêmes, et il est si grand que les ennemis éternels de sa vérité et de sa justice en deviennent les témoins et les interprètes quand il lui plaît.

Il y en a d'autres qui croient que ce fut l'âme même de Samuël qui apparut à Saül, non par quelque secret de la magie, puisque cette femme fut épouvantée de ce qu'elle vit alors, mais par un ordre caché de la justice et de la toute-puissance de Dieu, qui fit que le péché même de Saül devint son supplice. Car s'étant voulu soustraire en quelque sorte au souverain empire de Dieu, dans le désespoir où il était de ce qu'il n'avait pas voulu lui répondre, et ayant recours au démon, qui est son ennemi, pour apprendre quel serait le succès du combat qu'il devait donner le lendemain, Dieu se sert contre lui de la magie même par laquelle il avait tâché de découvrir les secrets de l'avenir, et ce prince malheureux trouve marqués dans cette école même de l'enfer les ordres du ciel. Dieu fait que l'âme de Samuël qu'il avait désiré de voir se présente à lui, et qu'elle l'assure que David contre lequel il brûlait d'une si cruelle envie, allait monter sur le trône, et que pour lui il perdrait le lendemain en un même jour, la bataille, ses enfants, la couronne et la vie.

Saint Augustin, en répondant à Simplicien, évêque de Milan, sur ce qu'il lui avait proposé touchant cette apparition de Samuël, explique plus au long la première opinion, et il marque seulement la seconde, qu'il laisse douteuse, sans vouloir alors la décider. Mais néanmoins, écrivant à Dulcitius sur le même sujet, il semble qu'il croie la seconde aussi vraisemblable que la première, parce qu'elle est beaucoup favorisée par ce qui est dit dans l'Ecclésiastique à la louange de Samuël: *Samuel rendit témoignage à la vérité devant le Seigneur et devant son Christ. Il ne reçut rien de qui que ce soit, et personne ne lui put rien reprocher. Après cela il s'endormit du sommeil des justes, et il fit connaître au roi la fin de sa vie. Sa voix s'éleva du fond de la terre, pour prophétiser la ruine des impies.* Saint Augustin ajoute encore que l'âme même de Samuël a pu se présenter à Saül, puisque nous voyons dans l'Evangile que Moïse après sa mort a paru véritablement avec Elie sur la montagne de Thabor. (Sacy.)

Ubi Vulgatus *deos*, hebraicè est אלהים *elohim;* quæ vox plerùmque Deum significat; aliquando autem aliquid eximium, quales sunt angeli, et judices, et heroes : et cùm sit forma pluralis, aliquando tamen verbum sibi asciscit singulare. Quare nihil hìc diceret alienum à vocis sive proprietate, sive usu, qui in *elohim* virum aliquem eximium agnosceret; et quidem Chaldæus *angelum* reddidit. Quòd verò in hâc plurali formâ res intelligatur singularis, probat Saülis interrogatio, quæ relativum subdidit singulare. *Qualis est*, inquit, *forma ejus?* Theodoretus supra probabile censet voluisse Deum potestates sanctas ascendere cum Samuele simul, tum ut clarior appareret Samuelis gloria, tum ut ea, quæ ab illo prædicerentur, majorem haberent auctoritatem et fidem (1).

Vers. 14. — Vir senex ascendit, et ipse amictus est pallio. Talis apparuit Samuel, qualem illum extremo vitæ tempore agnoverat Saül : erat enim senex, judex, et Propheta; et licet non ex sacerdotali genere, sed ex Levitico, sacerdotali tamen munere functus est. Et eam ob causam arbitror habuisse pallium, ex quo Saül, tanquàm ex propriâ ac familiari notâ, Samuelem esse cognovit.

Et inclinavit se super faciem suam in terra, et adoravit. Ubi ex relatione Pythonissæ didicit Saül adstare sibi Samuelem, cujus sanctitatem, et quàm fuerit populo necessarius, non semel fuerat expertus, inclinavit se, quod in supplici majorum observantiâ penè legitimum erat Hebræis, et procumbens in faciem illum adoravit : sicut capite 25, v. 23, fecit Abigail ante Davidem, et David ante Saülem, cap. 24, v. 9. Quare nihil hìc novum fecit Saül, sed quod homo supplex ante majorem aliquam potestatem, seu excellentiam præterire non poterat.

Vers. 15. — Quare inquietasti me? Quies dicitur locus, ubi quis quietas sibi sedes, et stabile atque pacificum domicilium nactus. Unde ferarum cubilia quietes appellavit Lucretius lib. 1 :

Namque canes ut montivagæ persæpè ferai
Naribus inveniunt intectas fronde quietes.

Quare qui educeret aliquem è suâ quiete, aut loco jam stabili et certo, ille *inquietare* diceretur quiescentem, maximè cùm in utrâque litteraturâ *requiescere* dicantur mortui, aut quod idem fermè est, *dormire*, et *jacere*. Quasi ergo ægrè ferret Samuel ad auras redire, et communem hanc lucem, quam habebat invisam, de Saülè queritur, quòd illius operâ, aut certè ad illius votum deseruerit sedem, in quâ suam sibi quietem jam agere incœperat.

Coarctor nimis, siquidem Philisthiim pugnant, etc. Rationem reddit Saül, cur consilium illud extremum ceperit, et illa tentaverit per maleficam illam feminam scrutari, quæ lex eo modo sciscitari non sinit, quia in eas rerum angustias adductus est, ut non consilium solùm, sed etiam mens omninò defecerit. Palæstini enim magnas in gentem Israelitidem instruxêre copias, à quibus sibi et populo omnia timet extrema, cùm recessisse Deum, à quo uno sperari poterat salus, conjecturâ multiplici didicerit, cùm variâ ratione consultus respondere noluerit, sicut antea, neque per somnia, neque per Prophetas. Quare tot urgentibus in eâ desperatione malis, coactum se fuisse ad illum denique confugere, quem magistrum, et ducem fidelem et verum in bellorum administratione cognoverat, ut ab illo in eâ rerum concursatione discat, quid opus sit facto.

Vers. 16. — Quid interrogas me, cum Dominus transiferit a te? Hoc uno verbo omnia Samuel complexus est mala, quæ homini possunt in omni loco, ac tempore, et causarum omnium iniquitate contingere. Quid enim homo non metuat derelictus à Deo? Aut quod infortunium aut pestis non invadat eum, quem divinæ manûs custodia non protegit? Quare optimè Samuel derelictum à Domino Saülem ab omni spe solatioque depellit, dum dicit inanem esse consultationem omnem, et omne consilium ac subsidium humanum esse futile, si contra stet divina severitas, et

(1) Vers. 13. — Deos vidi ascendentes de terra. Deos, id est, Deum. Hebr. enim est *Elohim*, id est, Deum, id est, hominem quemdam divinum, puta Samuelem; hunc enim duntaxat vidit, ut patet ex seq. Fabulatur ergo R. Kimchi, dùm ait illam duos vidisse, scilicet Mosen et Samuelem; sic et alii Rabbini docent cum Samuele ascendisse Mosen, qui in eodem carcere clausus morabatur; unde in libro Jalcut sic dicitur : « *Deos vidi ascendentes* « *de terrâ*. Hinc habetur non fuisse solum Samuelem qui ascendit, sed duos fuisse, « unum Samuelem, alterum Mosen, cui Samuel dixit : *Forsitan ad judicium vocor; veni* « *ergo mecum, ut testificeris nullum esse verbum* « *in lege scriptum, quod non servaverim.* » Verùm hìc est Judaismus. Jam enim in morte suâ Samuel ut cæteri homines judicatus acceperat suam sententiam, certusque erat de suâ felicitate, sicut et alii patres qui cum eo in limbo versabantur. Rursùm in libro Samuel dicitur : *Multi justi ascenderunt cum eo.*

(Corn. à Lap.)

offensio hominum injuriis provocata. Et quid non speret David, contra quem immortale odium concepit, ac diù fovit Saül, cùm ad illum se converterit Deus, illiusque causam patronus et vindex tueatur?

Vers. 17. — Faciet enim tibi Dominus, sicut locutus est in manu mea (1). Non mutavit Deus, quod ante Saüli fuerat minatus, neque semel audierat à Samuelis ore. Quare hoc ipsum modò iterat Samuel, et ait ereptum Saüli regnum traducendum esse ad Davidem : et causam repetit, cur eo supplicio mulctandus sit, quia videlicet divinæ voci obsecùtus non est, neque in delendo Amalec, quem Deus de terrâ, imò de hominum memoriâ exterminatum esset voluit, divino furori satisfecit. Addit porrò prioribus minas aliquot novas, dicitque Israeliticum populum, et castra, quæ nunc habet eo consilio comparata, ut hostium castris et viribus opponat, subactum iri Palæstinorum manu, et crastinam lucem illi futuram esse postremam, in quâ tam ipse, quàm

(1) *Le Seigneur vous traitera comme je vous l'ai dit de sa part, parce que vous n'avez point exécuté l'arrêt de sa colère contre les Amalécites.* La manière dont Samuël prononce à Saül l'arrêt de sa condamnation, est bien remarquable. Il lui déclare que la cause de tout ce qu'il souffre, et des maux où il allait tomber, est parce qu'il n'avait pas obéi à Dieu, pour perdre les Amalécites.

Ce prophète si éclairé semble oublier en quelque sorte les autres crimes de Saül. Il ne lui reproche point le meurtre de plus de quatre-vingts prêtres revêtus de leurs habits sacrés, ni la désolation plus que barbare de toute la ville sacerdotale de Niobé. Il ne lui reproche point cette haine si injuste et si cruelle dont il était animé contre David qui n'avait que du respect pour lui, et qui lui avait sauvé deux fois la vie, lorsque Dieu le lui avait livré entre les mains. Le prophète ne lui parle point de toutes ces choses. Mais il remonte tout d'un coup à la source de tous ses désordres, et il ne lui parle que du péché de sa désobéissance, qui fut comme le premier anneau de cette longue chaîne de crimes qu'il commit ensuite, et la principale cause de sa réprobation. Car comme dès lors il abandonna Dieu par cette désobéissance présomptueuse, Dieu aussi l'abandonna à lui-même, et il le livra au déréglement de son cœur.

C'est pourquoi on doit craindre extrêmement de manquer à Dieu en quelque occasion, qui est grande devant ses yeux, quoiqu'elle puisse paraître moins considérable à notre imprudence et à notre orgueil. Car alors Dieu, par un juste arrêt, retire de l'âme sa lumière qu'elle a méprisée, et elle marche dans ses propres ténèbres sans savoir où elle va. Elle tombe sans s'apercevoir qu'elle est tombée, et elle se blesse mortellement sans reconnaître même ses blessures, bien loin de les ressentir.

(Sacy.)

illius filii, quos in aciem educet, hanc auram deserent et viventium cœtum, et ad mortuorum, quorum Samuel ipse unus est, numerum accedent.

Hic nobis explorandum, an una tantùm Pythonissa Samuelem viderit ascendentem, et unus tantùm Saül loquentem audierit. Quod ad priorem partem attinet, putant Abulensis q. 29, Lyra hic, et Dionysius, uni tantùm veneficæ feminæ visum esse Samuelem. Quod ideò probant, quia si Saül spectrum illud animatum quodammodò vidisset, non quæsiisset à Pythonissâ, qualis esset forma; ipse enim spectare potuisset singula, neque alienis indigeret oculis ac voce.

Sed objiciet hic aliquis, à Pythonissâ videri evocatam Samuelis animam, quando illi uni tantùm apparuit. Respondeo, non sine gravi causâ illi præter cæteros oblatam esse, ut illius testimonio et ipsa nôsset, et alii ab eâ discerent, quanta esset, quàmque illustris Samuelis anima comparatione aliarum, quas ipsa cantionibus magicis solita esset in lucem evocare. Nam primùm videre se dixit ascendentes è terrâ deos, id est, aliquid humano majus, cujus majestate deterrita est. At priùs licet artem illam necromanticam diù exercuisset, et sæpè, nihil ejusmodi unquàm viderat : reliquæ enim animæ, quæ magicis elici carminibus existimantur, obscuræ sunt, et ideò communiter vocantur umbræ tristes, squalidæ, quarum te potiùs species terreat, quàm delectet, potiùs contemptum, quàm dignitatem ullam et venerationem præ se ferat. Sic sanè poetæ ex eo, quod usu frequenter evenit, cùm evocantur manes, aut cùm ultrò sese dormientium, aut etiam vigilantium oculis objiciunt, obscuri finguntur, et nubili, quosque vix aut agnoscas, aut audias. Sic sanè de Didone Virgilius lib. 6 :

Quam Troïus heros
Ut primùm juxta stetit, agnovitque per umbram
Obscuram (qualem primo qui surgere mense
Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam).

Primum mensem vocat primum diem mensis, quando neque lyncei oculi discernere possunt nascentem lunam. Eodem modo evocatas animas exsangues et nubilas describit Seneca in Œdipo act. 3 :

Convocat Ditis feri
Exsangue vulgus illicò ut nebulæ leves
Volitant, et auras libero cœlo trahunt.

Cùm ergo aliquid obscurum et informe ad illud usque tempus vidisset Pythonissa, et

nunc aliquid videret majus et illustrius, idque admirabunda non obscurè significâsset, planè ostendit aliquid esse magnum, quod apparuerat, quod aliorum nemo discernere ac judicare poterat; unde et Samueli aliquid accrescebat gloriæ, et illius verbis magna conciliabatur auctoritas. Hanc ob causam opinor oblatam fuisse Pythonissæ Samuelis animam. Quod quispiam dicat, vidisse quoque Saülem, neque tamen, cùm severus esset, et torvus Samuelis vultus, singula notare potuisse, atque ideò eâ de re maleficam rogâsse, in quâ plus esset animi, non me ad suam cogitationem difficilem habebit. Quia reverà timidus atque turbatus animus, quique rebus horribilibus, quales sunt illorum animæ, qui ex vivis abierunt, et larvatæ formæ, videndis assuefactus non est, nequit de rebus judicare, imò neque res ipsas intueri liberè.

Quod ad secundam quæstionem attinet, communis est sententia, uni tantùm Saüli audita fuisse Samuelis verba. Ita Abulensis, et Lyra, Dionysius, et alii. Quod ideò sibi persuadent, quia cùm Saül exanimatus cecidit ad verba Samuelis, Pythonissa ingressa est ad illum, ut releyaret lapsum, ciboque reficeret. Neque enim ingrederetur locum, ubi Saülem Samuel allocutus fuerat, in quo sine dubio cecidit Saül, nisi priùs fuisset egressa. Saül porrò, ut solus futuros rerum eventus acciperet, exclusit foràs non solùm maleficam feminam, sed etiam duos socios, quos secum attulerat; qui sanè si durum audiissent Samuelis oraculum, hortarentur illum, aut ne rursùs repeteret castra, ubi sibi crastino die pereundum audierat; aut certè, quando tradendæ erant in hostium manus Hebræorum acies, aliter de illis quàm antea decerneret. Hanc fuisse causam arbitror, cur unus Saül loquentem Samuelem audierit. Non nego alios etiam interesse potuisse, neque tamen audiisse, aut vidisse quidquam. Quod in similibus visionibus et audimus temporibus nostris, et antiquis non semel contigisse legimus. Daniel capite 10, v. 7, solus vidit visionem, et sermones audivit, quæ fuerunt ejusmodi, ut nihil in eo virium reliquerint, et in terram exanimatus ceciderit, sicut modò Saül. Idem penè de Pauli sociis dicitur, Actor. cap. 9 et 22. Utro horum modorum contigerit, incertum est; audiisse præter Saülem neminem, magis probabile.

Dubitari præterea posset, an Samuelis anima assumpto proprio, vel alieno corpore se videndam obtulerit. Communiter auctores apparuisse dicunt in corpore aereo. Ita Abulensis q. 33, et sicut Moyses in transfiguratione, et angeli, cùm apparent, corpus sibi formant et aptant ex aere, ut dicit S. Thomas in capite 17 Matth., sic etiam Samuel non corpus resumpsit proprium, quod jam extabuerat, sed aliud sibi finxit ex alienâ materiâ (1).

Vers. 20. — Statimque Saul cecidit porrectus in terram. Non potuit Saül Samuele tonante ac fulminante subsistere, atque ideò quantus quantus erat collapsus est. Hujus porrò casûs duæ assignantur causæ, et quia gravissimæ fuêre Samuelis minæ, quæ illum integris viribus et benè pastum omninò dejicerent, quis enim ad vicinæ mortis nomen

(1) Vers. 19. — Cras tu et filii tui mecum eritis. Duo in hoc textu quærentur : 1° An prælium illud, in quo Saül interfectus est, mane alterius dici ab hâc visione contigerit; 2° an Saül æternâ damnatione reprobatus fuerit, deductusque ad inferos cum dæmone, qui verba ad ipsum fecisse creditur. Ad primum quod attinet, constat, vocem *cras* non semper propriè usurpari, sed et indicare frequenter tempus futurum et indefinitum, uti : *Cùm interrogaverit te filius tuus cras, dicens : Quid est hoc? Respondebis ei : In manu forti eduxit nos Dominus de terrâ Ægypti.* Et : *Quando interrogaverint vos filii vestri cras, dicentes : Quid sibi volunt isti lapides? respondebitis eis : Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fœderis Domini.* Sed in hoc, quem versamus, loco, maximè probabile est, vocem *cras* ad litteram usurpari oportere; nihil enim nos cogit aliter dictum accipere. Saül itineri se dedit vespere, ut veniret in Endor, locum castris suis satis vicinum. Consulere potuit commodè Pythonissam, apud illam cœnare, et ad castra regredi, antequàm dies adolesceret. Philisthæi prælium iniverunt, in quo Saül victus cessit; fuso autem fugatoque exercitu, gladio se transfodit. Hæc omnia absolvi commodè poterunt mane alterius diei ab eâ die vel nocte, quâ Pythonissam consuluit. Aliter tamen Usserius explicat, cùm aliquot dies à consultatione Pythonissæ ad prælium Gelboe fluxisse arbitretur.

Altera quæstio de salute regis nihilò majori difficultate solvitur. Si enim Saül necem sibi violentam intulit, uti docet Scriptura capite 31, 4, quis de æternâ ejus reprobatione ambigat? Illata enim sibi violenta mors crimen est à Deo æternis suppliciis puniendum. Si rex interficiendum se tradidit Amalecitæ, uti ille gloriatur capite 1 libri sequentis, nihil æquius de illo statuendum est; paris est enim fermè criminis, necem sibi per se ac per alium consciscere. Itaque sententia, quæ Saülem ad reprobos et damnatos rejicit, communi Patrum atque interpretum suffragio admittitur. Ne verò in longum examen quæstionis hujusce de salute vel reprobatione Saülis veniamus, reputandum est, verbis illis Samuelis vel dæmonis : *Cras tu et filii tui mecum eritis*, nihil aliud quàm futuram ejus mortem designari : Cras ad alteras mundi plagas, ad mortuos scilicet, venietis.

(Calmet.)

non exhorruit? et quia totam illam diem, et noctem jejunus transegerat. Hebræus habet, *totâ die, et totâ nocte.* Unde necesse erat, ut languerent vires, et ille non procul abesset ab exanimi.

Vers. 21. — Ingressa est itaque mulier ad Saulem. Egressa fuerat, ut apparet, mulier, sicut alii etiam Saülis socii, ne conscii essent eorum, quæ ipse à Samuele doceri aut voluit, aut potuit. Quare ut primùm in terram exanimatus cecidit Saül, quem casum, ut est verisimile, consecutus est gemitus, eo excitata est venefica mulier, et statim accurrit, ut illius languorem et deficientem animum aliquâ ratione revocaret. Quapropter hortatur illum, ut vel cibo se modico reficiat, et quò eum ad suam voluntatem et studium pelliciat, proponit, quid suæ voluntati debeat, cùm certum adierit famæ vitæque periculum, dùm illius causâ artem exercet necromanticam, cui indictum esset capitale supplicium.

Posui animam meam in manu mea. Hebræorum est proverbium, quo certum significatur vitæ discrimen. Quo usus est Jonathas ad patrem de David supra, cap. 19 : *Posuit animam suam in manu suâ, et percussit Philisthæum.* Job. cap. 13, v. 14 : *Animam meam porto in manibus meis.* Ps. 118, v. 109 : *Anima mea in manibus meis semper.* Unde sumatur metaphora, non est conjectare difficile. Nam quæ manibus tenemus, illa variis sunt exposita periculis, nempe ut excidant, aut eripiantur è manibus; quia alia, quæ gestantur omnia, alligata sunt corpori, ut patet de vestimentis et ornamentis omnibus (nam Hebræis nullum esse capitis tegumentum, res est nota) : quare difficilè excidunt, aut detrahuntur è corpore. At quæ manu gestantur, soluta sunt, et si compressam manum explices, continuò excidunt. Cùmque manus, quæ omnium operum administræ sunt, expeditas esse oporteat, si quando aliquid nobis faciendum occurrat, id, quod erat in manibus, confestim abjicimus, quare proximum est ut pereat, ut ipsa docet experientia. Adde, quòd aliis ea, quæ in manibus sunt, quæque facilè porrigi possunt, facilè appetuntur à curiosis oculis, facilè ab his, qui minùs belli sunt et urbani, petuntur, et non nisi difficilè negantur. Quare quæ manu geris, perinde habere debes, atque si aliena forent. Hæc ratio est, ut opinor, hujus proverbialis metaphoræ; alii alias adducunt. Quocirca qui in manibus dicit animam suam portari, nil aliud significare vult, quàm vitam suam proximam esse periculo; sicut illa conservari non possunt diù, quæ gestantur in manibus. Longè alia sors est illorum, quorum animæ sunt in Dei manibus; de quibus Sap. cap. 3, v. 1 : *Justorum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis.* Et Deut. 33, v. 4, de Deo : *Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt.* De his dixit Christus Joan. 10, v. 28 : *Oves meæ non peribunt in æternum, et non rapiet eas quisquam de manu meâ. Et nemo potest rapere de manu Patris mei.* Qui locus mirificus est pro obedientiâ, per quam vir religiosus animam suam et seipsum in manu Domini constituit, ut de se suo tantùm arbitratu disponat.

Et ponam coram te buccellam panis. Hoc penè proverbiale est apud Hebræos, ut cùm parcum aliquod et tenue alteri convivium offerunt, modestiæ gratiâ *buccellam* appellitent *panis,* quia hæc maximè est frugalis et tenuis. Quid sit *buccella,* aut cur *panis* dicatur *buccellatus,* diximus in nostris Commentariis super Acta, capite 2, v. 46, ad illud : *Frangentes circa domos panem.* Quæ hunc in locum transcribere non erit abs re, quia non minùs hìc quàm illìc necessaria.

Hàc de re optimè Baronius 1 tomo Annal. anno 38, ubi dicit, accepisse se à Rabbino judaicæ antiquitatis peritissimo, solitos esse olim Judæos panes ita fingere, ut profundæ lineæ in decussim trajectæ illos ita distinguerent, ut crebræ ac minutæ tanquàm areolæ conclusæ lineis per totam panis faciem relinquerentur, quæ *buccellæ* vocantur. Sanè apud Romanos panes in quadras distingui notum est, et probat satis Virgilii moretum, ubi in fingendis placentis rustica mulier hunc ordinem servâsse dicitur. Non tamen credo quadram dici quartam partem panis, ut est communis fermè hominum existimatio, sed quadratam illam buccellam, quam lineis transversis descriptam esse diximus. Idque mihi persuadeo, quia βλωμίλιος est panis juxta rationem nominis, qui buccellatim distinguitur : at nemo buccellam dicet quartam partem panis ; sed *blomilius,* ut inquit Athenæus lib. 3, est quem Romani quadratum appellant. Item quia plurimas esse quadras in placentis tradit Martialis libro 9, epigram. 92 :

Et plurima secta quadra de placenta,

Quod de quatuor partibus dici non solet. Et idem lib. 6, epig. 74, quadram aliquid esse minutum, ac vile indicat.

Cùm mittis turdumve mihi, quadramve placentæ,
Sive femur leporis, sive quid his simile,

Buccellas misisse tuas te, Pontia, dicis.

Ecce quomodò quæ priùs *quadra*, nunc *buccella* dicitur. Accedit, quòd cùm panis rotundus sit, ut in moreto docet Cybele, de quâ Virgilius :

Jamque subactum
Format opus, palmisque suum dilatat in orbem,
Et notat impressis æquo discrimine quadris,

Non benè quarta pars appellaretur *quadra*, quia quarta pars circuli quadrari non potest. Et quidem instrumenta mensarum, quibus suppositis minutim epulas concidimus, tunc *quadræ* dicuntur, si quadratæ fuerint; si rotundæ, dicuntur orbes. Adde quòd Hesiodus 2 lib. Operum et Dierum, meminit panis in triginta duas buccellas dissecti, ἄρτὸν δειπνήσας τετράτρυφον ὀκτάβλωμον. Quod Joannes Zezes ibidem ita explicat, ut panis quatuor habeat incisiones, easque in crucis similitudinem trajectas, ita ut quælibet octo *buccellas* habeat, quæ efficiunt triginta duas buccellas. Errant igitur, qui putant apud Hesiodum, panem in octo buccellas, aut quadras esse divisum; neque enim quocumque modo quatuor lineas in solido describas, octo possunt effici partes. *Buccellati panis* meminit Ammianus Marcellinus, lib. 7; Spartianus in Pescennino, et Paulinus, et Therasia in Epist. 36 inter epistolas Augustini. Panis autem ille est, qui ad diuturnitatem excoquitur, qui vulgò *bis coctus* dicitur, aut *nauticus* : qui ideò *in buccellas* distinctus est, ut sulci in pane altiùs impressi intima etiam nuda atque aperta torrentibus flammis exhibeant. Neque aliam ob causam puto panem à Romanis trajectis in adversum lineis incidi.

Idem etiam in usu esse apud Hebræos indicat modus ipse loquendi : nam *frangi panis* dicitur, *fragmen*, et *fragmentum panis*, et *buccellæ* nomen frequens. Quòd verò manu tantùm frangi potuerint supra dicti panes, faciebant incisiones illæ, seu lineæ profundæ, quæ buccellas quadrabant.

Vers. 25. — Qui renuit, et dixit : Non comedam. Eò adductus est Saül severâ illâ Samuelis denuntiatione, ut libenter videretur cum honestâ et voluntariâ morte futuram ignominiam et mortem commutaturus, quam ab hostili ferro metuebat. Quare cùm ab inediâ mallet perire, quàm à ferro, negavit sumendum esse cibum, cùm tamen neque toto illo die, neque nocte, ut est in Hebraico textu, quicquam gustâsset. Seu certè, quia in summo dolore ac desperatione aliquod existimatur consolationis genus, nullam consolationem admisisset. Sic apud Senecam Œdipus in Thebaide Act. 1 : *Unica Œdipo est salus, non esse salvum.* Coactus tamen mulieris et sociorum precibus, surrexit de terrâ, ubi prostratus ante jacuerat, et sedit super lectum, nempe triclinarem, ut mos illius temporis ferebat, quem ab Ægyptiorum convictu, apud quos diù inveterârat, traxerunt Hebræi, ut ibi oblatos à Pythonissâ cibos acciperet (1).

Vers. 24. — Mulier autem illa habebat vitulum pascualem (2). *Pascualis vitulus* est, qui aliter vocatur *saginatus*, et *altilis*, quem ad delicias, seu similes usus alunt domi viri, qui sunt paulò lautiores; qualis videtur esse hæc venefica mulier, cùm etiam lectulos habuisse videatur discubitorios, seu triclinares. Tales certè habuit pater ille, qui apud Lucam cap. 15, filium, qui dissipatâ substantiâ suâ domum reversus est, admisit, in cujus adventum vitulum alium pascualem et saginatum occidit.

Tollensque farinam miscuit eam, et coxit azyma. Hic cibus facilè parabilis est; quod item fecisse traditur Abraham, Genes. cap. 18, dùm pro trium angelorum convivio vitulum occidit, et dixit Saræ : *Accelera tria sata similæ, commisce, et fac subcinericios panes.* Quos hìc appellat Abraham *subcinericios*, ii nunc dicuntur *azymi*; neque enim his fermentum additur, neque adhiberi poterat, quia omnis moræ erat Saül impatiens, et fermentatio non brevem moram exigebat.

Vers. 25. — Et ambulaverunt per totam noctem illam. Plurimùm ex illâ nocte absumpsisse videbatur nocturnum illud negotium, quod sanè brevi tempore absolvi non potuit. Quare quicquid erat spatii ad castra usque, ex quibus paulò ante discesserant, magnâ celeritate conficiendum fuit. Hìc Hebræi multa de Saülis fidelissimâ constantiâ, qui cùm videret

(1) Sedit super lectum. Sedebant olim veteres super lectos in cubiculo, uti nos hodie super cellas. Lectis insce nebantur vel tantùm modò ut quietem, vel ut cibum caperent. Lectus autem fortassè convivalis erat. Priam Æneam convivali lecto insidentem, narrantemque eventuum suorum historiam, exhibet Virgilius Æneidos 2 :

Inque toro pater Æneas sic orsus ab alto.
(Calmet.)

(2) Septuaginta pro, *vitulo pascuali* legunt : *Vitulum lacticinem.* Auctor Vulgatæ non rarò redeat Hebræum : *Vitulum de armento.* Bochartus, *vitulum ligaminis*, vitulum in stabulo detentum, ut saginetur : quæ gemina est originalis interpretatio. Malunt alii : *Vitulum alligatum ad trituram.* (Calmet.)

sibi eodem, quo appulisset, die, oppetendam esse mortem, deesse tamen sibi maluit, quàm suis, reique publicæ : et cùm nosset hostili ferro suum devotum esse jugulum, non tamen sic illud exhorruit, ut non audacter in medios inimicorum cuneos irruperit.

CAPUT XXIX.

1. Congregata sunt ergo Philisthiim universa agmina in Aphec; sed et Israel castrametatus est super fontem qui erat in Jezrael.

2. Et satrapæ quidem Philisthiim incedebant in centuriis et millibus; David autem et viri ejus erant in novissimo agmine cum Achis.

3. Dixeruntque principes Philisthiim ad Achis : Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philisthiim : Num ignoratis David, qui fuit servus Saül regis Israel, et est apud me multis diebus vel annis, et non inveni in eo quidquam ex die quâ transfugit ad me usque ad diem hanc?

4. Irati sunt autem adversùs eum principes Philisthiim, et dixerunt ei : Revertatur vir iste, et sedeat in loco suo in quo constituisti eum, et non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis adversarius cùm præliari cœperimus ; quomodò enim aliter poterit placare dominum suum nisi in capitibus nostris?

5. Nonne iste est David cui cantabant in choris dicentes : Percussit Saül in millibus suis, et David in decem millibus suis?

6. Vocavit ergo Achis David, et ait ei : Vivit Dominus! quia rectus es tu et bonus in conspectu meo ; et exitus tuus et introitus mecum est in castris ; et non inveni in te quidquam mali ex die quâ venisti ad me usque in diem hanc ; sed satrapis non places :

7. Revertere ergo, et vade in pace, et non offendas oculos satraparum Philisthiim.

8. Dixitque David ad Achis : Quid enim feci, et quid invenisti in me servo tuo, à die quâ fui in conspectu tuo usque in diem hanc, ut non veniam et pu-

CHAPITRE XXIX.

1. Cependant toutes les troupes des Philistins s'assemblèrent à Aphec, et Israël de son côté vint camper à la fontaine de Jezraël.

2. Les princes des Philistins marchaient à la tête de leurs troupes, de leurs compagnies et de leurs régiments; et David, accompagné de ses gens, était à l'arrière-garde avec Achis.

3. Alors les princes des Philistins dirent à Achis : Que veulent ces Hébreux? Achis leur répondit : Est-ce que vous ne connaissez pas David, qui a servi Saül, roi d'Israël? Il y a nombre de jours ou même quelques années qu'il est avec moi, et je n'ai rien trouvé à redire en lui depuis le jour où il s'est réfugié auprès de moi jusqu'aujourd'hui.

4. Mais les princes des Philistins se mirent en colère contre lui, et lui dirent : Que cet homme-là s'en retourne, qu'il demeure au lieu où vous l'avez mis, et qu'il ne se trouve point avec nous à la bataille, de peur qu'il ne se tourne contre nous au milieu du combat; car comment pourra-t-il autrement apaiser son maître que par notre sang?

5. N'est-ce pas là ce David à qui ceux qui dansaient disaient dans leurs chants de réjouissance : Saül en a tué mille, et David dix mille?

6. Achis appela donc David, et lui dit : Vive le Seigneur! pour moi je ne trouve en vous que sincérité et fidélité ; j'approuve la manière dont vous vous êtes conduit à l'armée; vous n'avez point fait de démarche dans mon camp qui ne m'ait agréé, et vous ne m'avez donné aucun sujet de plainte depuis le temps où vous êtes venu auprès de moi jusqu'aujourd'hui ; mais vous n'agréez pas aux princes.

7. Retournez-vous-en donc, et allez en paix, afin que vous ne blessiez point les yeux des princes des Philistins.

8. David dit à Achis : Qu'ai-je donc fait, et qu'avez-vous trouvé dans votre serviteur, depuis le temps où j'ai paru devant vous jusqu'à ce jour, pour ne pas me permettre d'aller avec

gnem contra inimicos domini mei regis?

9. Respondens autem Achis locutus est ad David : Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus Dei; sed principes Philisthinorum dixerunt : Non ascendet nobiscum in prælium.

10. Igitur consurge manè, tu, et servi domini tui qui venerunt tecum; et cùm de nocte surrexeritis, et cœperit dilucescere, pergite.

11. Surrexit itaque de nocte David ipse et viri ejus ut proficiscerentur manè et reverterentur ad terram Philisthiim; Philisthiim autem ascenderunt in Jezrael.

vous et de combattre contre les ennemis de mon seigneur *et de mon* roi?

9. Achis répondit à David : Je sais que vous êtes un homme de bien, vous êtes à mes yeux comme un ange de Dieu; mais les princes des Philistins ont décidé que vous ne vous trouveriez point avec eux dans le combat :

10. C'est pourquoi tenez-vous prêt demain dès le matin, vous et les serviteurs de votre maître qui sont venus avec vous; levez-vous avant le jour, et sitôt qu'il commencera de paraître, allez-vous-en.

11. Ainsi David se leva avec ses gens pendant la nuit pour partir dès le matin et retourner au pays des Philistins; et les Philistins marchèrent sur Jezraël.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Congregata sunt ergo Philisthiim universa agmina (1). Quæ hoc loco narrantur, antecesserunt illa, quæ de Saüle ac Pythonissâ proximè à nobis explicata sunt. Nam quæ de Pythonissâ tradita proximè, pridie contigerunt ante extremam pugnam Saülisque cædem : at hic continentur quomodò se Philistæi ad bellum comparaverint, et quæ sit agminis, ordinumque descriptio. Præcedebant in acie satrapæ, id est, principes Philisthinorum, qui centenis millenisque præerant : extremum claudebat agmen rex Achis, cui summa erat in bellicâ administratione potestas. Huic aderat David, cum sexcentis aliis, quos prætorianos Achis, et sui capitis custodes ex omnibus elegerat. Quod non probârunt Philisthinorum principes, cùm parùm tuta videretur illa societas, quæ ex inimicorum gente, contra quos erat illa tanta molitio comparata, foret ascita. Ad quos Achis satis sibi jampridem exploratam fuisse dixit Davidis fidem, in quo nihil tot mensibus, aut annis, deprehensum affirmat, quod in dubium vocare possit illius animum; atque ideò non videri ex usu fore illum à suâ societate dimittere, cujus ipse virtutem et militarem industriam toties esset expertus (2).

(1) In Aphec. Hic Aphec locus est longè alius à celebri ejusdem nominis altero. Jacebat hic inter montes Thaborem et Gelboe, in valle Jezraelis. Collatis inter se v. 4 et 11 hujus capitis, intelligimus, Philistæos primùm quidem substitisse in Aphec, tum Sunam versùs processisse, inde ad Jezraelem esse progressos. Saülis castra consederant ad fontem Jezraelis, id est, propè fontem vallis sive urbis Jezraelis, atque ibi facilè prælium initum est. (Calmet.)

(2) Vers. 2. — Satrapæ Philisthiim incedebant in centuriis et millibus. Hebræus ad litteram : *Principes Philisthiim transeuntes ad centena et millena.* Lustrabant copias per centenos et millenos, ante se transeuntes. Eamdem facilè distribuendi exercitûs disciplinam quam Hebræi, servabant pariter Philisthæi, ut dividerent per quinquagenos, centenos et millenos; singulis autem hisce agminibus suus erat præfectus, principibus vel satrapis subditus; David cum suis postrema exercitûs cum Achis tenebat. Hebræus legit : *Transeuntes in novissimo cum Achis;* transeuntes ad lustrum postremi cum Achis; vel tantùm, principes Philistæi agebant copias suas, divisas in minora agmina, ex centenis vel millenis. David ejusque agmen transierunt novissimi, post copias Achis, sed ab illis segregati et distincti. (Calmet.)

Vers. 3. — (1) Et est apud me multis diebus vel annis. Quatuor tantùm menses, et aliquot præterea dies fuit David in terrâ Philisthiim, ut habemus c. 27, v. 9. Quid ergo nunc affir-

(1) David... est apud me multis diebus vel annis. Textus ad litteram : *David fuit mecum jam istis diebus, vel jam istis annis;* jam aliquo abhinc tempore vel etiam annis virum hunc mecum habui. Septuaginta : *Fuit mecum hunc secundum annum.* Editio Romana : *Fuit nobiscum dies hunc secundum annum.* Syriacus : *Mansit apud nos duobus annis et mensibus.* Arabs : *Anno et mensibus aliquot.* Commentariorum scriptores quidam censent, falsò id asseruisse Achis; auxisse enim aiunt datâ operâ tempus moræ Davidis apud se ad annos, cùm nonnisi quatuor mensibus fuisset, uti constat ex cap. 27, 7. Malumus tamen, Davidem fermè biennio mansisse apud Achis; cujus temporis quatuor menses egerit in Geth, reliquum in Siceleg. (Calmet.)

Les princes des Philistins dirent à Achis : Qu'est-ce que c'est que ces Hébreux-là? Dieu veille toujours à la garde de ses saints, et c'est avec grande raison qu'ils se reposent sur lui de tout ce qui peut leur arriver en ce monde de plus fâcheux, et qu'ils lui disent avec le même David, qu'il protège si divinement en cette rencontre : *Toutes mes aventures sont entre vos*

mat Achis multos dies, vel annos apud se commoratum esse Davidem? Ego si mentitum fuisse dixero Achis, nihil alienum dixero à gentilium more, quibus non tam veritatis, quàm utilitatis ratio gravis est. Neque id mirum, cùm sub id tempus inveniamus non semel Davidem etiam fuisse mentitum, tum cùm loqueretur cum Achis tribus hisce capitibus, et priùs in Nobe cum sacerdote summo. Hanc ego solutionem optimam omnium, et expeditam maximè esse arbitror : quam aliis in locis adhibere necesse est, cùm aliquid audimus ab his, quorum neque canonica est auctoritas, neque probata fides, licet probati mores : Scriptura etenim sacra non omnia probat, quæ ex aliorum ore refert, quia aliorum interdum mendacia commemorat, et tantùm habemus ex canonicâ Scripturarum fide, illa fuisse narrata, non tamen illis veram, aut etiam historicam inesse fidem. Quâ de re nos pluribus ad illud Micheæ cap. 5 : *Parvulus es in millibus Juda.*

Sed fortassè excusari Achis posset à mendacio, licet ego non putem admodùm esse laborandum, ut illum à mendacii labe vendicemus, quia hic dicendi modus in eâ regione proverbialis esse potuit ad significandum aliquid, quod etsi brevi tempore factum, aut observatum fuerit, ejus tamen esset naturæ, ut haberi possit pro diuturno. Quomodò si dicas : Dedi amico meo Petro decem et mille, cùm tantùm decem illi tribueris, quia ea est amoris vis, ut illi, si peteret, aut egeret, mille non negares. Et de firmâ domo, quam post decem annos æquâsti solo, quæque aliter videbatur in multa secula permansura, verè diceres durâsse decem annos, et multa secula, quia contra multorum seculorum injurias extaret, si non esset ante suum tempus æquata solo. Sic igitur, quia fidelissimum putabat Davidem rex Achis, ait se aliquot mensibus illius fidem explorâsse ; neque aliud in eo deprehensurum, etiamsi multis secum annis illum haberet : vel retinuisse illum apud se aliquot mensibus, neque dubitaturum habere multis annis, cùm de illius fide suspicaretur nihil.

Vers. 4. — Irati sunt autem adversus eum principes (1). Non satisfecit principum cogitationi, ac voto, regis excusatio, quia Deus ita Palæstinorum consilia, ad Davidis studia temperabat, ut neque datam regi violaret fidem, neque contra Dei populum, cognatumque genus

mains : In manibus tuis sortes meæ. Cet homme de Dieu se trouve dans l'état du monde le plus embarrassant, sans qu'il paraisse aucune ouverture pour en sortir. Il était persuadé qu'il ne pouvait nullement combattre contre Saül qui était son souverain, ni contre le peuple de Dieu auquel il était inséparablement uni, et dont les Philistins étaient les ennemis mortels. Il savait de plus qu'il avait été sacré roi des Hébreux, et qu'ainsi c'aurait été combattre contre lui-même, que de contribuer par sa valeur et par celle de ses gens à la défaite de l'armée d'Israël et à la victoire des Philistins. D'ailleurs il avait de grandes obligations à Achis, roi de Geth, et il ne pouvait se défendre contre la haine et la violence de Saül, que par le secours qu'il recevait de ce prince, qui se persuadait que David lui avait été et lui serait toujours très-fidèle.

Dans cette extrémité où il se trouve, il accompagne le roi Achis lorsqu'il va joindre ses troupes à celles des Philistins, et il paraît dans leur armée comme étant très-résolu de combattre contre Saül et contre le peuple de Dieu. Il ne faut pas douter qu'ayant des sentiments si contraires à ce qui paraissait de lui au-dehors, il ne criât à Dieu au fond de son cœur, afin qu'il le délivrât de ce péril, dont il n'y avait qu'une main toute-puissante qui le pût tirer. Car encore qu'il ne parût alors aucune trace par où ce secours du ciel aurait pu venir, il savait néanmoins que Dieu se plaît à se déclarer en faveur de ceux qui ont mis leur espérance en lui, lorsque tous les moyens humains pour les sauver leur sont fermés, et qu'il n'y a plus que Dieu qui soit assez grand pour les délivrer.

C'est ce que nous voyons arriver en cette rencontre. David se trouve au milieu de ses plus grands ennemis. Ils sont les maîtres de sa personne et de sa vie, et ils en peuvent disposer comme il leur plaira. Ils savent même qu'il est leur ennemi le plus redoutable, comme ils le témoignent en termes clairs, et que les Israëlites l'ont élevé par leurs louanges au-dessus de Saül même, tout roi qu'il était. Et néanmoins ils ne concluent pas, que le plus sûr pour eux serait de se défaire d'un homme qui leur avait fait et qui pouvait leur faire encore tant de maux, mais seulement qu'il faut le renvoyer avec ses gens de peur que, ne pensant qu'à faire sa paix avec son prince, il tourne ses armes contre eux lorsqu'ils seront engagés dans le combat.

Ainsi, par un admirable effet de la providence de Dieu, David ne se voit point réduit malgré lui à combattre contre Saül en se rendant coupable de désobéissance et de révolte, ni à passer aussi pour un ingrat envers Achis, auquel il avait de très-grandes obligations. Mais Achis le conjure lui-même de faire ce qu'il désirait de tout son cœur, qui était de se retirer avec ses gens et de retourner à Siceleg, sans qu'on pût l'accuser d'avoir manqué aux règles, ou de l'honneur, en fuyant le com-

bat, ou de la reconnaissance, en n'assistant pas un prince qui l'avait protégé dans son malheur. (Sacy.)

(1) Revertatur.... ne fiat nobis adversarius. Hebræus : *Revertatur, ne fiat nobis Satan,* id est, adversarius, calumniator. Usurpatur id etiam sæpè de malo dæmone, qui communis est hominum adversarius. (Calmet.)

arma versaret. Quare indignati graviter contra regem Achis, monent, aut veriùs cogunt, ut nullo modo Davidem in suis castris versari patiatur, sed reducat in locum, ubi ille stabile ac proprium domicilium assignârat. Nihil enim fore tutum ab hoste domestico, qui possit, cùm signa collata fuerint, ad hostem transfugere, aut in medio castrorum hostibus navare non inutilem operam. Neque esse verisimile, illum sic esse animo in suos populares infenso, ut non optet inter illos agere, et apud regem suum in gratiam redire. Quod nullâ aliâ re meliùs obtinere posset, quàm si Israeliticæ gentis hostes malè mulctaverit. Quidvis autem ab illo timeri posse, cùm vir esset audax et strenuus, cui publico plausu, et puellari cantico plus in re militari gloriæ, quàm Saüli datum est.

Vers. 6. — Vocavit ergo rex David, et ait ei. Molestè tulit Achis principum exercitûs obstinata consilia. Vocat ergo Davidem, cui id etiam futurum esse molestum existimabat, et captatâ priùs benevolentiâ, quid constitutum esset à satrapis et principibus, ostendit. Ait igitur, sibi Davidis fidem esse perspectam, et illius mores et ingenium, et placuisse semper, et nunc etiam vehementer probari; et quod ad se attinet, nihil de priore voluntate ac sensu fuisse mutatum. Quare perinde est, atque si ipsi, ut ante convenerat, assiduè hæreret, neque à suo discederet latere, quocùmque ferret pedem, sive egrederetur, sive ingrederetur, sive aliquid etiam occultum et insidiosum tentaret; neque de re illâ dubitandum esse, cùm ipsi caput suum, vitamque crediderit. Neque id mirum, cùm toto tempore, quo vixit apud ipsum, nihil invenerit, quod ullus jure queat reprehendere : verumtamen satrapis visum esse aliter, qui aliis de causis ex usu suo futurum esse negant, illum habere secum commilitonem. Neque fieri posse, ut ipse contra nitentibus illorum studiis aliquid moliatur ex suâ sententiâ. Quare ne in se concitet satraparum odia, et oculos offendat, recedat feliciter in designatam sibi civitatem, ibique pacificè in bellorum strepitu securus cum sociis agat.

Exitus tuus et introitus tuus mecum. Hoc dicendi modo explicari solet summa principum, aut plena à principibus alteri communicata potestas, qualem habuisse dicitur David, 1 Reg. 18, qui cùm factus esset chiliarchus, egrediebatur et intrabat in conspectum populi. Vide quid nos in illum locum. Porrò *in ingressu*, et *egressu*, sive *in exitu*, atque *introitu*, omnia alicujus opera significantur. Sic 2 Reg. 3, v. 25, dixit Joab ad David de Abner : *Venit ad te, ut deciperet te, et sciret exitum tuum et introitum tuum*. Quod explicuit statim, cùm addidit : *Et nôsset omnia quæ agis*. Et 3 Reg. 3, v. 7, Salomon de se ipso : *Ego autem sum puer parvulus, et ignorans egressum et introitum meum*. Psal. 120 : *Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum*. Juxta hæc sensus erit, quem supra expressit, *exitum* et *ingressum* Davidis, futurum cum Achis ingressu atque exitu, id est, nunquàm Davidem à regio latere recessurum; vel in omnibus, quæ facturus esset David, habiturum auxiliatorem et patronum regem ipsum, qui nunquàm Davidis conatus et consilia deseret (1).

(1) Vers. 6. — Vivit Dominus. Juravit Achis per Deum Jehovah, sive ut religioni Davidis sese accommodaret, ac tutius illi pignus fidei suæ daret, sive quòd agnosceret Deum Jehovah non unicum quidem numen, sed è cæteris unum, iis persimile, quorum greges in aris profanorum colebantur. Exprobrat Sophonias 1, 5, Judæis sacramenta per *Jehovah* et per *Melchom* nuncupata. Porrò Melchom numen erat Ammonitarum. Jurabant sæpè profani per numina eorum quibuscum agebant. Fortè etiam Scriptura, narrans hìc jusjurandum quo se Achis obstrinxit, illud his verbis expressit : *Vivit Jehovah*, ut innueret, eum principem suo more jurâsse, sacramento adeò inviolabili et religioso, ac si Hebræus quispiam prolato nomine *Jehovah* dejerâsset. (Calmet.)

Achis dit à David : Je n'ai trouvé en vous qu'une fidélité tout entière, mais vous n'agréez pas aux princes. Achis témoigne à David qu'il lui avait paru *le plus fidèle de tous les hommes, et qu'il le considérait comme un ange de Dieu*, et néanmoins il le supplie de se retirer, parce qu'il n'agrée pas aux princes des Philistins. C'est là la manière dont les grands du monde aiment d'ordinaire les vrais serviteurs de Jésus-Christ. Car encore qu'ils révèrent leur vertu et qu'ils soient très-persuadés de leur innocence, néanmoins, lorsqu'ils reconnaissent qu'ils sont devenus suspects à ceux qui tiennent les premières places dans le monde, ils sont bien aises de ne paraître point liés avec eux, et ils semblent leur dire par leurs actions ce qu'Achis dit à David en cette rencontre : Pour moi je vous considère comme un ange de Dieu; rien n'est plus pur que votre foi et votre vertu, mais vous avez le malheur de ne pas plaire à ceux auxquels nous sommes obligés de ne pas déplaire : *Bonus es in oculis meis sicut angelus Dei; sed satrapis non places.*

Nous voyons dans les Paralipomènes que, lorsque David quitta l'armée d'Achis, et qu'il revint à Siceleg, plusieurs vaillants hommes de la tribu de Manassé vinrent se joindre à lui, et qu'il venait chaque jour un si grand nombre d'Israélites pour le secourir, qu'il s'en forma enfin une grande armée. Dieu montrait assez par cette protection si particulière de David

Vers. 8. — Dixitque David ad Achis : Quid enim feci ? Cùm nihil Davidi magis esset in votis, quàm neque pro Philisthinis, neque contra Dei populum, sibique cognatum dimicare, dissimulavit tamen animum suum, et finxit grave sibi videri, cùm nihil commeruisset, expelli tamen se à regio comitatu, et indignum censeri qui in Palæstinorum acie numeretur. Ad quem Achis sibi illius fidem satis esse probatam, neque Dei angelum magis sibi placere, quàm Davidem, sed aliter satrapis esse visum. Quare omninò illi esse ab acie discedendum, quod ut faciat, ubi primùm illucescat, hortatur; quod fecit David non gravatè. Et eodem tempore, quo David reversus est ad suos, Palæstini moverunt in Jezrael, ubi sua Hebræi castra locaverant.

Quærit Abulensis, q. 9, cur Achis homo paganus, qui de angelorum naturâ nihil fortassè nôrat, aut audierat, dixerit angelo Davidem esse similem. Ego hujusce rei tres invenio causas. Prima est, audivisse quidem Achis ab Hebræis, quos habuit vicinos, et quibuscum, temporibus maximè pacificis, consuetudinem habuit, angelos esse divinæ voluntatis nuntios et interpretes, qui sicut Dei fidelissimi essent ministri, sic nemo de illorum fide dubitabat. Et cùm in eis scientiam esse nôssent præstantissimam, et majestatem magnam, et speciem augustam, utpote à divinâ libatam, fiebat, ut quæ in quocumque genere eximia sunt, proverbiali specie significarentur angelorum comparatione ac nomine. Unus David multa nobis suppeditabit exempla. Lib. 2, cap. 14, v. 17, sic Thecuitis femina : *Sicut angelus Domini, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur.* Et iterùm, v. 20 : *Tu autem, domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam angelus Dei.* Et cap. 19, v. 27, sic ad eumdem dixit Miphiboseth : *Tu autem, domine mi rex, sicut angelus Dei es.* Cùm autem proverbialem hunc dicendi modum sæpiùs, ut est verisimile, audiisset Achis, eodem usus est ad explicandum quid de Davidis fide ac bonitate sentiret; et cùm ageret cum Hebræo, Hebræorum proverbium usurpavit. Sanè Assuerus Hebraici proverbii usum non ignorabat, quando Esther prudentissima femina illius majestatem et gloriam, angeli Dei comparatione significavit. Sic enim illa ad regem, cap. 15, v. 16 : *Vidi te domine, quasi angelum Dei, et conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ.* Hæc mihi propria est, atque germana solutio. Afferam tamen aliam, quæ mihi difficilis non est.

Cùm aliquid magnum esse, et divino simile significare volumus, à Deo missum, aut de cœlo lapsum esse dicimus. Esse porrò apud gentiles deorum nuntios, res est nota : sic Jovis Mercurius, Junonis Iris mandata perferunt, et legationes obeunt. Denique de cœlo dicuntur venisse, qui omni carent labe, in quibus summa sunt omnia : nam qui de terrâ sunt, et cum terrenis habitant, aliquid semper trahunt à terrenâ mole, et concretione mortali. Quare Cato, cujus apud Romanos gravissima fuit, et penè divina fides et auctoritas, de cœlo potiùs lapsus, quàm de humano conceptu natus esse dicitur. Sic sanè Juvenalis satyra

Tertius è cœlo cecidit Cato.

Aut igitur hâc aut illâ ratione laudatur David à Palæstino rege. Utraque gravis videtur ad laudem, utraque non aliena (1).

qu'il était prêt à achever son ouvrage, et à faire enfin monter sur le trône cet homme *qui était selon son cœur,* pour couronner l'humilité en sa personne, et pour faire voir en même temps à toute la terre un exemple effroyable de la punition des superbes, dans la chute et dans la mort funeste de Saül. (Sacy.)

(1) Vers. 9. — Bonus es tu in oculis meis, sicut angelus Dei. Ne minimam quidem suspicionis umbram in te nactus sum; tam longè te abesse puto à perfidiâ ac perduellione, ut angelus cœlitùs lapsus mihi videare. (Calmet.)

CAPUT XXX.

1. Cùmque venissent David et viri ejus in Siceleg die tertiâ, Amalecitæ impetum fecerant ex parte australi in Siceleg; et percusserant Siceleg, et succenderant eam igni,

2. Et captivas duxerant mulieres ex eâ, à minimo usque ad magnum; et non interfecerant quemquam, sed secum duxerant; et pergebant itinere suo.

3. Cùm ergo venissent David et viri

CHAPITRE XXX.

1. Trois jours après, David, arrivant avec ses gens à Sicéleg, *trouva que* les Amalécites, ayant fait des courses du côté du midi, étaient venus à Sicéleg, l'avaient prise et y avaient mis le feu.

2. Ils en avaient emmené les femmes captives et tous ceux qu'ils y avaient trouvés, depuis le plus petit jusqu'au plus grand; ils n'avaient tué personne, mais ils emmenaient tout avec eux, et s'en retournaient.

3. David et ses gens, étant donc arrivés à Si-

ejus ad civitatem, et invenissent eam succensam igni, et uxores suas et filios suos et filias ductas esse captivas,

4. Levaverunt David et populus qui erat cum eo voces suas, et planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ.

5. Siquidem et duæ uxores David captivæ ductæ fuerant, Achinoam Jezraelitis, et Abigail uxor Nabal Carmeli.

6. Et contristatus est David valdè, volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima uniuscujusque viri super filiis suis et filiabus; confortatus est autem David in Domino Deo suo.

7. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech : Applica ad me ephod. Et applicavit Abiathar ephod ad David.

8. Et consuluit David Dominum dicens : Persequar latrunculos hos, et comprehendam eos an non? Dixitque ei Dominus : Persequere, absque dubio enim comprehendes eos, et excuties prædam.

9. Abiit ergo David ipse et sexcenti viri qui erant cum eo, et venerunt usque ad torrentem Besor; et lassi quidam substiterunt.

10. Persecutus est autem David ipse et quadringenti viri; substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant torrentem Besor.

11. Et invenerunt virum ægyptium in agro, et adduxerunt eum ad David; dederuntque ei panem ut comederet et biberet aquam,

12. Sed et fragmen massæ caricarum et duas ligaturas uvæ passæ. Quæ cùm comedisset, reversus est spiritus ejus et refocillatus est; non enim comederat panem neque biberat aquam tribus diebus et tribus noctibus.

13. Dixit itaque ei David : Cujus es tu? vel unde, et quò pergis? Qui ait : Puer ægyptius ego sum, servus viri amalecitæ; dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertiùs.

céleg, et ayant trouvé la ville brûlée, et leurs femmes, leurs fils et leurs filles emmenées captives,

4. Ils élevèrent tous la voix et pleurèrent jusqu'à ce que leurs larmes fussent épuisées.

5. Les deux femmes de David, Achinoam de Jezraël, et Abigail, veuve de Nabal du Carmel, avaient aussi été emmenées captives.

6. David fut saisi d'une extrême affliction, car le peuple voulait le lapider, tous étant dans une douleur amère d'avoir perdu leurs fils et leurs filles; mais il mit sa force et sa confiance dans le Seigneur son Dieu.

7. Et il dit au grand-prêtre Abiathar, fils d'Achimélech : Prenez pour moi l'éphod. Et Abiathar se revêtit de l'éphod pour David.

8. Et David consulta le Seigneur en lui disant : Poursuivrai-je ces brigands, et les prendrai-je ou ne les prendrai-je pas? Le Seigneur lui répondit : Poursuivez-les, car indubitablement vous les prendrez, et vous retirerez de leurs mains tout ce qu'ils ont pris.

9. David marcha aussitôt avec les six cents hommes qui l'accompagnaient, et ils vinrent au torrent de Bésor, où quelques-uns d'entre eux s'arrêtèrent étant fatigués.

10. Et David poursuivit les Amalécites avec quatre cents hommes de ses gens, y en ayant eu deux cents qui n'avaient pu passer le torrent de Bésor parce qu'ils étaient las.

11. Ils trouvèrent en chemin un Egyptien, qu'ils amenèrent à David, et auquel ils donnèrent du pain à manger et de l'eau à boire,

12. Avec une partie d'un cabas de figues, et deux paquets de raisins secs. L'Egyptien ayant mangé reprit ses esprits et revint à lui, car il y avait déjà trois jours et trois nuits qu'il n'avait ni bu ni mangé.

13. David lui dit : A qui es-tu? d'où viens-tu? et où vas-tu? Il lui répondit : Je suis un esclave égyptien, qui sers un Amalécite; mon maître m'a laissé là parce que je tombai malade avant-hier.

14. Siquidem nos erupimus ad australem plagam Cerethi et contra Judam et ad meridiem Caleb, et Siceleg succendimus igni.

15. Dixitque ei David : Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait : Jura mihi per Deum quòd non occidas me et non tradas me in manus domini mei, et ego ducam te ad cuneum istum. Et juravit ei David.

16. Qui cùm duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem universæ terræ, comedentes et bibentes, et quasi festum celebrantes diem pro cunctâ prædâ et spoliis quæ ceperant de terrâ Philisthiim et de terrâ Juda.

17. Et percussit eos David à vespere usque ad vesperam alterius diei, et non evasit ex eis quisquam nisi quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos et fugerant.

18. Eruit ergo David omnia quæ tulerant Amalecitæ, et duas uxores suas eruit;

19. Nec defuit quidquam à parvo usque ad magnum, tam de filiis quàm de filiabus et de spoliis, et quæcumque rapuerant omnia reduxit David.

20. Et tulit universos greges et armenta, et minavit ante faciem suam; dixeruntque : Hæc est præda David.

21. Venit autem David ad ducentos viros qui lassi substiterant nec sequi potuerant David, et residere eos jusserat in torrente Besor; qui egressi sunt obviàm David et populo qui erat cum eo. Accedens autem David ad populum, salutavit eos pacificè.

22. Respondensque omnis vir pessimus et iniquus de viris qui ierant cum David, dixit : Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quidquam de prædâ quam eruimus, sed sufficiat unicuique uxor sua et filii; quos cùm acceperint, recedant.

23. Dixit autem David : Non sic facietis, fratres mei, de his quæ tradidit nobis Dominus, et custodivit nos, et dedit

14. Car nous avons fait une irruption vers la partie méridionale des Céréthiens, vers Juda et vers le midi de Caleb, et nous avons brûlé Sicéleg.

15. David lui dit : Pourras-tu me mener à ces gens-là? L'Egyptien lui répondit : Jurez-moi par le nom de Dieu que vous ne me tuerez point et que vous ne me livrerez point entre les mains de mon maître, je vous mènerai où ils sont. David le lui jura.

16. L'Egyptien l'ayant donc conduit, ils trouvèrent les Amalécites, qui étaient couchés sur la terre par toute la campagne, mangeant et buvant, et faisant une espèce de fête pour tout le butin et les dépouilles qu'ils avaient prises sur les terres des Philistins et de Juda.

17. David les chargea et les tailla en pièces, depuis ce soir-là jusqu'au soir du lendemain, et il ne s'en échappa pas un, excepté quatre cents jeunes hommes qui montèrent sur des chameaux et s'enfuirent.

18. David recouvra donc tout ce que les Amalécites avaient pris, et il délivra ses deux femmes.

19. Il ne se trouva rien de perdu, depuis le plus petit jusqu'au plus grand, tant des garçons que des filles, ainsi que toutes les dépouilles; et David ramena généralement tout ce qu'ils avaient pris.

20. Il reprit tous les troupeaux de moutons et de bœufs, et les fit marcher devant lui; sur quoi ses gens disaient : Voilà le butin de David.

21. Il vint joindre ensuite les deux cents hommes qui, étant las, s'étaient arrêtés et n'avaient pu le suivre, et auxquels il avait ordonné de demeurer sur le bord du torrent de Bézor. Ils vinrent au-devant de lui et de ceux qui l'accompagnaient. David, s'approchant d'eux, leur fit bon visage.

22. Mais tout ce qu'il y avait de gens méchants et injustes à la suite de David commencèrent à dire : Puisqu'ils ne sont point venus avec nous, nous ne leur donnerons rien du butin que nous avons pris; que chacun se contente qu'on lui rende sa femme et ses enfants, et après cela qu'il s'en aille.

23. Mais David leur dit : Ce n'est pas ainsi, mes frères, que vous devez disposer de ce que le Seigneur nous a mis entre les mains, *puisque*

latrunculos, qui eruperant adversùm nos, in manus nostras :

24. Nec audiet vos quisquam super sermone hoc; æqua enim pars erit descendentis ad prælium et remanentis ad sarcinas, et similiter divident.

25. Et factum est hoc ex die illâ, et deinceps constitutum et præfinitum, et quasi lex in Israel usque in diem hanc.

26. Venit ergo David in Siceleg, et misit dona de prædâ senioribus Juda proximis suis, dicens : Accipite benedictionem de prædâ hostium Domini,

27. His qui erant in Bethel, et qui in Ramoth ad meridiem, et qui in Jether,

28. Et qui in Aroer, et qui in Sephamoth, et qui in Esthamo,

29. Et qui in Rachal, et qui in urbibus Jerameel, et qui in urbibus Ceni,

30. Et qui in Arama, et qui in lacu Asan, et qui in Athach,

31. Et qui in Hebron, et reliquis qui erant in his locis in quibus commoratus fuerat David ipse et viri ejus.

c'est lui qui nous a conservés, et nous a livré ces brigands qui étaient venus nous piller.

24. Personne n'écoutera cette proposition que vous faites; car celui qui aura combattu et celui qui sera demeuré au bagage auront la même part au butin, et partageront également.

25. C'est ce qui s'est pratiqué depuis ce jour-là; et il s'en est fait ensuite une règle stable dans Israël et comme une loi, qui dure encore aujourd'hui.

26. David, étant arrivé à Sicéleg, envoya du butin *qu'il avait pris* aux anciens de Juda qui étaient ses proches, en leur faisant dire : Recevez ce présent des dépouilles des ennemis du Seigneur.

27. *Il en envoya* à ceux qui étaient à Béthel, à ceux de Ramoth vers le midi, a ceux de Jéther,

28. A ceux d'Aroër, de Séphamoth, d'Esthamo,

29. Et de Rachal; à ceux qui étaient dans les villes de Jéraméel et dans les villes de Céni;

30. A ceux d'Aram, à ceux du lac d'Asan, à ceux d'Athach,

31. A ceux d'Hébron, et à tous les autres qui étaient dans les lieux où David avait demeuré avec ses gens.

COMMENTARIUM.

VERS. 1 — CUMQUE VENISSENT DAVID, ET VIRI EJUS IN SICELEG DIE TERTIA (1), AMALECITÆ IMPETUM FECERUNT EX PARTE AUSTRALI IN SICELEG.

(1) Triduò post discessum ejus ab Aphec. Leucis ampliùs trigenta Aphec à Siceleg distabat. (Calmet.)

David arrivant à Sicéleg, trouva que les Amalécites l'avaient prise, et qu'ils en avaient emmené les femmes captives. Dieu éprouve long-temps ceux qui sont à lui, et souvent il les rejette dans la tempête lorsqu'ils sont tout près d'entrer dans le port. David allait être roi d'Israël par la mort de Saül, son ennemi; et cependant c'est en ce moment-là même qu'il tombe dans le plus grand péril où il se soit trouvé de sa vie. Étant retourné, lui et ses gens, à Sicéleg, ils la trouvent en cendres, et leurs femmes, leurs enfants, et tous leurs biens enlevés par les Amalécites.

Cette dernière épreuve fit ce que les autres n'avaient pas encore fait, c'est-à dire, qu'elle ébranla la fidélité des gens de David. Ils montrèrent alors qu'il est difficile d'être toujours ami des personnes opprimées, et que la longueur de leurs maux lasse enfin la constance de ceux qui les suivent, et les tentent de les traiter comme s'ils étaient coupables de leur malheur, quoiqu'il n'ait point d'autre cause que leur vertu même. Ainsi David, après avoir perdu tout ce qui lui était le plus cher au monde, a la douleur encore de voir soulever contre lui ceux qui devaient le consoler dans cette affliction, et qui semblaient être toute sa force. Mais s'il était alors sans appui de la part des hommes, il savait que Dieu ne lui manquerait pas en ce besoin, et qu'il est toujours le soutien de ceux qui n'en attendent que de lui seul. (Sacy.)

Noverant, ut ait Lyra, Amalecitæ abesse Davidem, et sexcentos alios ab urbe evocatos ab Achis, et in Palæstinorum castris commorari. Quare cùm a Saüle priùs passi fuissent non leve detrimentum, deinde illius gentis reliquiæ variis excursionibus et prædationibus essent à Davide concisæ, studio vindictæ et ut gravem suarum rerum jacturam aliquâ ratione repararent, ipsi quoque de hostibus, cùm commodè possent, prædas agere; et injuriam ac vicem rependere statuerunt. Cùm ergo, ut Ægyptius Amalecitarum servus retulit infra, v. 14, varias Judæ partes prædabundi lustrarent Amalecitæ, et ibi rumore nuntio cognovissent vacuam à propugnatoribus urbem Siceleg, eò irruperunt, abduxeruntque prædas: et cùm feminas et imbelle vulgus captivum abduxissent; nullum tamen illorum occide-

runt. Tandem cùm urbem animabus opibusque vastatam incendio deformâssent, spoliis onerati ingentibus, in patriam, quam ornare se posse putaverant, gradum referebant. Hæc, aut his similia Lyra, cujus opinioni illud incommodat, quòd statim, v. 16, non solùm ex terrâ Juda, sed etiam ex terrâ Philisthiim dicuntur abegisse prædas Amalecitæ. Quare verisimilius est, eo animo ex patriâ prodiisse latrunculos, ut undecumque sibi prædas abducerent, et ideò præsertim in Siceleg fuisse debacchatos, quia cùm ibi nulli forent propugnatores, qui pro uxoribus laribusque pugnarent, tutò id, ac facilè præstare potuerunt (1).

Vers. 4. — Et planxerunt, donec deficerent lacrymæ. Pervenit David tertio die, ex quo dimissus fuerat ab Achis, in urbem, cùmque civitatem invenissent vacuam à filiis et uxoribus, contemplarenturque non civitatem, sed civitatis triste quoddam et immane bustum, lacrymati sunt omnes usque adeò dolenter et prolixè, ut exhaustæ lacrymæ deficerent, neque quidquam jam humoris superesset, quod aut dolori suo, aut suorum funeribus impenderent. Illud, *deficerent lacrymæ,* aliquid habet observatione dignum. Deficiunt lacrymæ, aut cùm homines stupent, et nimius dolor mentem adimit, ut rigere facit hominem instar saxi. Quod explicuêre poetæ in fabulosâ Niobe, quæ doloris acerbitate, et assiduitate plorandi in lapidem dicitur fuisse conversa. Idem de se cecinit Ovidius lib. de Ponto Eleg. 2 :

Fine carent lacrymæ, nisi cùm stupor obstitit illis,
Et similis morti corpora languor habet.

Exsiccari interdùm lacrymarum fontes, ita ut nihil sit reliquum salsi illius humoris, quod per oculos eliquat et effundit dolor, indicat Basilius, homil. 2 de gratiarum Actione, post medium, et Ambrosius de Obitu Valentiniani. Sanè Jeremias consumptas lacrymas sibi esse dolebat, et fontes lacrymarum optabat, ut populi lamentabilem casum deploraret. Sic autem ille cap. 9 : *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, et plorabo die ac nocte interfectos filii populi mei?* Cui, ut inquit supra Basilius, naturæ lacrymæ non satis erant. Et Cicero, licèt fortassè falsò, ad rei tamen naturam accommodatè dixit Orat. 2 in Antonium : *Hei mihi, consumptis enim lacrymis, infixus tamen pectori hæret dolor.* Hoc modo puto Davidi ac sociis suorum fortunam deplorantibus defecisse lacrymas, quia etiam humor ille defecit, quo stiliant oculi.

Vers. 6. — Volebat enim eum populus lapidare (1). Multæ Davidi fuerunt dolendi et lacrymandi causæ. Prima, quia communis erat neque instauranda videbatur illa calamitas. Deinde quia duas uxores abactas esse viderat, neque nôrat, an à prædonibus essent interfectæ. Tandem quia populum suorum desiderio sic videbat esse commotum, ut non se putaret ab illius lapidatione securum. Cùm verò populus sic effervesceret in iram, ut à suo duce ac principe, à quo nullam accepisset injuriam, exigere voluerit suæ calamitatis pœnas, nulla apparet gravior causa, quàm quia dolet : dolor autem et deliberandi facultatem adimit, et novas excogitat causas, quas fuisse quàm verissimas putat, cùm tamen toto cœlo aberrent à veritate. Alia est præterea hujus populi propria, qui levissimus erat, et hùc atque illùc facili momento flectebatur. Amabat quidem Moysem, sequebaturque ducem datum à Deo, et quasi de cœlo lapsum : sed ubi primum egere cœpit, et siti laborare, sic in illum amens exarsit, ut tantùm non oppresserit. De quo Moyses ipse ad Dominum, Exod. cap. 17, v. 4 : *Quid faciam populo huic? Adhuc paululùm, et lapidabit me.* Sic etiam nunc in Davidem, quem de se non malè meritum cognoverat, quia illi aliquid, sine ullo Davidis merito, duriùs acciderat, sic est affectus, ut facto in illum impetu penè lapidibus oppresserit. Hæc præterea vi-

(1) Vers. 2. — Non interfecerant quemquam. Cives servârunt, vel ut venderent, vel ut in servitii usum haberent (Calmet.)

(1) *David était saisi d'une extrême affliction ; car tout le peuple voulait le lapider; mais il mit sa confiance dans le Seigneur.* Il a été marqué auparavant que lorsque David étant caché derrière une montagne tournait d'un côté, et que Saül avec ses gens le poursuivait de l'autre, il n'espérait plus pouvoir se sauver, et qu'il se croyait près de tomber entre les mains de son ennemi. Mais dans cette rencontre où il semblait avoir tout perdu, jusqu'à l'affection de ses gens mêmes, qui le menaçaient de le lapider pour se venger sur lui d'un malheur qui lui était commun avec eux, l'Ecriture marque *qu'il se fortifia dans la confiance qu'il avait en Dieu, et qu'il espéra contre l'espérance même,* comme saint Paul le dit d'Abraham.

C'est ainsi que les saints s'avancent dans la vertu, et que les épreuves les plus rudes que Dieu leur envoie et dont il les tire, les affermissent de plus en plus dans la foi et dans la patience. L'expérience des secours qu'ils ont déjà reçus de Dieu les assure de ceux dont ils ont besoin à l'avenir, et ils espèrent toujours qu'il leur fera miséricorde, parce qu'il la leur a déjà faite en des rencontres très dangereuses, par une bonté toute gratuite.

deri potuit gravis causa, cur populari motu ad mortem appeti debuerit, quia submovit ex urbe propugnatores omnes, imbelli tantùm turbâ in eâ relictâ (1).

Vers. 7. — Applica ad me Ephod (2). Cùm omnium re desperatâ et languerent studia, et frangerentur animi, erectus est tamen Davidis animus ad benè sperandum. Quare quamprimùm advocat Abiathar, et jubet, ut de rerum eventu, per Ephod, quod secum è tabernaculo tulisse diximus, Deum consuleret. An ex usu foret prædatores illos, à quibus abducta fuerat præda, et civitas exusta, persequi; venturive essent in ipsorum manus, et referenda spolia ab hostibus ablata. Quibus respondit Deus sine ullo dubio deprehendendos esse, ac subigendos hostes, et prædam ex illorum manibus extorquendam (1).

Vers. 9. — Abiit ergo David ipse. Nihil ergo cunctatus David assumpsit secum sexcentos viros, qui magnis, ut res ipsa postulabat, itineribus simul usque ad torrentem Besor omnes pervenêre. Cùm verò eorum aliqui fessi de viâ progredi non possent ulteriùs, ad torrentem illum subsistere coacti sunt. Hi autem fuêre numero ducenti, quibus sarcinarum custodia credita est; alii porrò magis expediti incœptam viam velociori cursu persecuti sunt. Commodum illis accidit, ut puerum quemdam Ægyptium Amalecitæ cujusdam servum offenderent, qui illos rectà perducere potuit ad latronum cuneum (nam ad illum usque locum nullum habuerunt indicium præter vestigia, ut ait Josephus, quæ illi recedentes impresserant, quæ, utpote à magnâ multitudine celari non poterant). Relictus hic fuerat à domino Amalecitâ, quia cùm æger esset, properantium gressus assequi non poterat. Quare affectus ægrè, et extremâ penè fame consumptus jacebat humi moriturus. Qui postea cibo recreatus fugientem revocavit animam; neque enim tribus diebus ac totidem noctibus quidquam gustaverat. Rogatus deinde de viâ ac genere, Ægyptium se esse dixit patriâ, conditione servum, qui cum Amalecitâ domino, à quo ibi foret æger relictus, Amalecitarum agmen secutus est, qui civitates aliquot prædabundi obierunt in Judæâ ac Palæstinâ, ex quibus ad extremum invasêre Siceleg, eamque nudatam civibus incendio denique vastârunt. Quid sit Cerethi, cujus australem plagam oppugnaverunt Amalecitæ, diximus in nostris Commentariis in Sophoniam ad illud cap. 2: *Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum!*

In libro de Traditionibus Hebræorum, qui Hieronymo adscribitur, aliter dicitur in Hebraicis, aliter in Latinis codicibus haberi, in quo minùs videtur probari Latina translatio. Unde meo judicio non leve sumitur argumentum, ut credamus, quod plerique sentiunt, hoc opus non esse Hieronymi. Nam licet istæ Hebræorum dicantur esse Traditiones, non tamen Hieronymus illas hic sine suâ censurâ, illâque non levi, abire permitteret, cùm suam translationem videret improbari, neque omninò cum textu conveniret Hebraico. Sic autem illæ Traditiones hebraicæ: « Cùm in Latinis « codicibus legatur, lassos quosdam substitisse « ad sarcinas, et in Hebræo habeatur, jussos « esse ut residerent ad sarcinas; locus hic « monstrat Hebraicam veritatem in hoc loco « sequi debere, quæ non lassos, sed jussos re- « mansisse ad sarcinas dicit fuisse. Ait enim « ita: *Æqua pars erat descendentis ad prælium,* « *et remanentis ad sarcinas;* quia si lassi re- « mansissent, nulla eis deberetur de prædis « portio. » Hæc ibi, quæ satis se suis compungunt acuminibus (1).

(1) Vers. 6. — Confortatus est David in Domino Deo suo, id est, resumpsit animum fretus spe ac fiduciâ in Deum, ait Vatabl.; injecit Deus hoc robur et hanc spem animo Davidis, ut sperans se Amalecitas cæsurum, eos insequeretur, eisque prædam ex Siceleg abactam extorqueret. Quare David animum tam suum quam sociorum, ad eos insequendum erexit. Ubi ex hebr. vertas: *Confortavit seipsum David in Domino Deo suo,* sperans scilicet in Dei ope se per illam hostes assecuturum et debellaturum. Unde enim humana desunt præsidia, ad divina confugere oportet.

(Corn. à Lap.)

(2) *Abiathar se revêtit de l'éphod, et David consulta le Seigneur, en lui disant: Poursuivrai-je ces brigands?* David était prophète. Il avait reçu une lumière extraordinaire de Dieu, et néanmoins il ne fait rien sans le consulter, afin de n'agir que par son ordre. Nous apprenons par un si grand exemple que l'essence de la piété et de l'humilité chrétienne est de vouloir dépendre de Dieu en toutes choses et de prendre plaisir à soumettre notre volonté à la sienne. C'est ainsi que nous rendrons à Dieu le culte souverain qui lui est dû, et que nous reconnaîtrons qu'étant le créateur de l'être indépendant de tous les êtres, c'est à lui proprement à régler tous les moments et toutes les circonstances de notre vie, et que pour nous qui avons tout reçu et qui attendons tout de lui, il ne nous reste que le désir de le suivre en toutes choses, et la gloire de lui obéir.

(3) Vers. 8. — Latrunculos hos. Hebræus: *Persequar agmen istud?*

(1) Ad torrentem Besor. Torrens iste originem ducebat, seu potiùs colligebatur ex

Vers. 15. — Potes me ducere ad cuneum istum? Rogatus Ægyptius ille servus, an deducere posset ignaros loci ac viæ, ad illum locum ubi prædones Amalecitæ constitisssent,

aquis, quæ è montibus Idumææ fluunt, atque in Mediterraneum supra Gazam devolvebatur. Idem est facilè torrens deserti, falsò nuncupatus torrens Ægypti. Utrùm pleno semper amne flueret, ambigitur; tunc autem aquarum copiâ tumebat.

Vers. 10. — Qui lassi transire non poterant. Reddi posset Hebræus : *Qui segnes fuerunt ad transeundum.* Septuaginta : *Qui sederant trans torrentem.* Chaldæus : *Qui prohibiti sunt à transeundo.* Vox originalis *piger,* sonat ad litteram *cadaver*, animâ et sensu destitutum : usurpatur etiam de pigris et inertibus, ac de iis qui verè lassi sunt et viribus destituti. Syriacus et Arabs censent, substitisse illos ad ripam torrentis, ut vadum prohiberent. Quod si cum veritate constaret, cur alii privare illos exuviarum parte voluissent?

(Calmet.)

Vers. 11. — *Ils trouvèrent en chemin un Egyptien qu'ils amenèrent à David, à qui ils donnèrent du pain à manger.* Dieu avait résolu de sauver David et de lui faire recouvrer tout ce qu'il avait perdu dans le pillage de Sicéleg. Il se sert pour cela de la charité qu'a ce saint pour un pauvre esclave, et de la dureté qu'avait eu son maître de l'abandonner dans un chemin sans s'en mettre en peine, parce qu'il était devenu malade.

Il faut être attentif à témoigner sa bonté et sa compassion dans les moindres rencontres que Dieu nous fait naître, parce que *celui qui est fidèle dans les plus petites choses,* selon la parole de Jésus-Christ, *le sera aussi dans les plus grandes* : et l'on peut dire même que ces choses qui paraissent petites ne le sont point en effet, puisque les plus grandes en dépendent, et que souvent elles en sont le fruit et la récompense. Ainsi cette bonté que David témoigne envers un homme misérable et à demi-mort, fut le moyen dont Dieu se servit pour mettre entre ses mains les Amalécites, et pour le faire passer en un moment d'un état misérable et presque désespéré, à un bonheur qu'il n'aurait osé attendre, qui fut le commencement de cette grandeur souveraine à laquelle la Providence l'allait élever.

(Sacy.)

Vers. 12. — Duas ligaturas uvæ passæ. Septuaginta : *Duos racemos siccos.* Hebræus : *Duos zimmukim.* (Calmet.)

Vers. 13. — Dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi. Tropol. Eucher. : « Quid est, ait, quòd Ægyptius Amalecita puer « in itinere lassatus residet, nisi quòd amator « præsentis seculi peccati sui nigredine oper- « tus sæpè ab eodem seculo infirmus despe- « ctusque relinquitur, ut cum eo nequaquàm « currere valeat, sed fractus adversitate tor- « pescat? Hos ergo eligit Deus quos despicit « mundus, quia plerùmque ipsa despectio ho- « minem revocat ad semetipsum : is enim qui « patrem reliquit, et partem substantiæ quam « perceperat, prodigè expendit, postquàm esu- « rire cœpit, in se reversus dixit : *Quàm multi* facturum se promisit, dummodò David juratus affirmaret, ne ipsum morti dederet, aut domini sui potestati traderet; quod tandem fecit, postquàm à Davidis obligatâ juramento fide sibi cavit.

Quæret hìc aliquis, quomodò servus, qui triduò aberat, nôsse potuerit quo in loco Amalecitæ constitissent, cùm triduano cursu longa potuerint peragrare spatia, et variis locis considere, si fortè citatum illum cursum intermittere placuisset. Hàc de re Abulensis, q. 12. Sed est solutio non difficilis, quia ut nos quotidie audimus, quodque omnibus regionibus commune esse didicimus, latrones certa solent designare loca, in quæ conferant, quæ furto sustulerunt, ut ea pro cujusque labore ac meritis distribuant; ubi suos agant conventus, aut ubi se commodiùs ac securiùs oblectent. Sic puto inter Amalecitas convenerat, ut in certum aliquem locum absoluto prædandi negotio convenirent, ut laxarent defessa corpora, et fatigatos remitterent animos, et primum caperent laboris fructum. Quod audierat Ægyptius ille servus, cùm unus esset è prædonum numero; atque ideò promittere potuit, quod optabat David, et sine ullo errore promissa complere.

Vers. 16. — Et ecce illi discumbebant super faciem universæ terræ. Securos reddebat Amalecitas et quòd jam essent in patriis finibus, in quibus ab hostibus nullam metuebant vim,

« *mercenarii patris mei abundant panibus!* » Et pluribus interjectis : « Quem tamen David « invenit, eique cibum et potum præbuit, quia « manu fortis Dominus abjecta mundi non de- « spicit, et plerùmque eos qui mundum sequi « minimè valentes quasi in viâ remanent, ad « amoris sui gratiam convertit, eisque verbi « sui cibum porrigit, et quasi duces sibi in viâ « dirigit, dùm suos etiam prædicatores facit; « dùm enim Christum peccatorum cordibus « inserunt, quasi David super hostes ducunt, « qui convivantes Amalecitas, velut David « gladio feriunt, qui superbos quosque qui se « in mundo despexerunt, Domini virtute pro- « sternunt. » (Corn. à Lap.)

Vers. 14. — Ad australem plagam Cerethi. Certò credimus, nomen *Cerethim* usurpari hìc pro synonymo nominis Philisthiim. In 2 Reg. 15, 18, legimus Davidem habuisse *legiones Cerethi et Phelethi, et omnes Gethæos, pugnatores validos, qui secuti eum fuerant de Geth pedites;* ex quo rectà inferas Cerethim Philisthæos fuisse.

Ad meridiem Caleb. Non procul à *Cariath Arbe*, vel Hebrone, et à *Cariath Sepher*, urbibus, quas tenebant posteri Calebi, ac Othonielis generis ipsius, in tribu Juda. Amalecitæ commodè omnem eum tractum excurrerunt, incolis absentibus, ac bello Philisthæorum occupatis.

quia et illi nullam contra pararent aciem ad repugnandum idoneam, et tam Palæstini, quàm Hebræi, in quorum finibus luculentas ipsi prædas abegerant, mutuis inter se diffidebant odiis, et acies habebant utrinque paratas ; neque, cùm jam instaret pugnandi necessitas, distrahere poterant vires, quas in majorem hostem undique collegerant. Quare securi discumbebant in herbâ, comedebant lautè, bibebant largiter, geniales denique ac hilares illos agebant dies, sibi vicissim gratulati, quòd excursionem illam tam habuissent fortunatam et facilem.

Vers. 17. — Et percussit eos David a vespera usque ad vesperam. Non fuit difficile David tantam Amalecitarum multitudinem turbâsse priùs ac dissipâsse, deinde peremisse. Quam fuisse ingentem ex eo fit verisimile, cùm ipsius reliquiæ tantùm evaserint, et hæ quadringenti viri fuisse commemorantur. Hanc autem exiguam esse illius multitudinis partem modus ipse dicendi confirmat : *Et non evasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri.* Hanc verò multitudinem tantam quadringenti tantùm viri deleverunt : nam ducenti alii ad torrentem Besor lassi, sarcinarumque custodes substiterant. Accessêre quidem ad Davidem, postquàm ex Palæstinorum castris excessit, viri quidam nobiles, quibus alii se fortassè commilitones ac servi socios addiderant : at illi fuerunt usque adeò pauci, ut non videantur momenti plurimùm attulisse. De quibus lib. 1 Paralip. cap. 12 : *Porrò de Manasse transfugerunt ad David, quando veniebat cum Philisthiim adversùs Saül, ut pugnaret; et non dimicavit cum eis : quia inito consilio remiserunt eum principes Philistinorum, dicentes : Periculo capitis nostri revertetur ad dominum suum Saül. Quando igitur reversus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse Edinas,* etc. (octo numerantur viri principes). *Principes militum in Manasse, præbuerunt auxilium adversùs latrunculos.* Cùm ergo illud copiosum Amalecitarum agmen esset tunc imparatum et inerme, et partim vino, partim somno sepultum, facilè à subito Hebræorum impetu turbari ac dissipari potuit, cùm neque tempus haberent liberum, ut arma sumerent, quæ habebant in sarcinis, vasisque viatoriis involuta, et qui se interim armare potuerunt, ut tradit Josephus, non multò quàm alii difficiliùs cædebantur.

A vespere usque ad vesperam. Duæ sunt vesperæ diebus singulis; altera, quando sol notabili jam flexu ad occasum incumbit, altera propria, quando vesper, id est, nocturnus lucifer primùm apparet. Hoc probat Exod. 12, v. 6; nam ubi Vulgatus habet : *Immolabit eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam*, Hebraicè est, *ben ha arbaiim*, id est, *inter duas vesperas.* Et quidem Josephus de Bello lib. 7, cap. 17, et Ægesippus in Anacephaleosi non longè à principio tradunt, ad Pascha ab horâ nonâ usque ad undecimam hostias cædi, id est, ab unâ usque ad alteram vesperam.

Hinc igitur dubitare aliquis posset, an tota hæc pugna, ac cædes Amalecitarum contigerit *à priori vesperâ*, id est, ab horâ nonâ, quando aut epulis dabant operam, aut temulenti atque gravati somno decumbebant, *ad nocturnam vesperam*, id est, ad undecimam horam, in quâ nondùm edormiissent vinum, et minùs essent ad deliberandum et pugnandum idonei. Vel certè *à vesperâ*, nempe priori, id est, à prandio *ad vesperam* usque subsequentis lucis, ita ut Amalecitarum cædes unum diem naturalem abstulerit. Josephus priorem cogitationem amplectitur : « Duravit, inquit, ea cædes à « prandio usque ad vesperam. » Neque ratio deest ad rem conjecturalem non infirma. Nam *à priori vesperâ* satis spatii fuit, ut quadringenti viri audaces et strenui, in populo securo, et ad subitam illam irruptionem imparato, tantam cædem ediderint. Deinde, quia si nox intercessisset, quæ vias ad fugam aperire solet expeditas et varias, non videbatur futurus ullus, qui cùm fugiendo posset declinare periculum, hostile ferrum inermis expectaret : atque ideò pugna in crastinum diem producenda non fuit.

Verumtamen non est dubitandum, in sequentem diem productam esse cædem, cùm id apertè dicat Vulgata translatio, neque aliquid habeat contra textus Hebraicus. Neque nimis urget opposita ratio ; nam etiam noctu pugnatum est, et qui ex castris, vel potiùs ex ebriosorum convivio se subduxerant, et in saltu se locisque desertis abdiderant, cùm viderent hostium vigilantes oculos, et attentas aures, commovere se non audebant, ne ad se aut motu aut strepitu traherent Hebræos, qui in omnem partem, tanquàm ad conclusam prædam excubabant. Cùm igitur illuxisset, omnes scrutabantur latebras, quemadmodùm venatores, qui prædam odorati, tunc maximè ardent, cùm prædam vident septis esse conclusam. Illa itaque venatio, quia multis in locis dispersa fuit, crastinæ lucis maximam sibi partem vindicavit.

Vers. 18. — Eruit ergo David omnia. Cùm omnes præter quadringentos, qui usi camelorum pernicitate mortem effugerant, essent occisi, neque qui mortem evaserant, aliquid possent secum asportare de prædâ, quia hostis urgebat, quæcumque abstulerant Amalecitæ, integra Davidi, et salva reliquerunt. Quare recepit David duas uxores, neque unus de sociorum familiis fuit, qui non fuerit ab hoste receptus; non filius ac filia, non uxor, non servus, non denique quidquam de spoliis aut gregibus quæ ex urbe vastatâ sublata fuerant. Rediit itaque victor David cum pecudum atque armentorum gregibus, quos ipse pastoritiæ artis non imperitus, præcedentes cogebat.

Vers. 20. — (1) Hæc est præda David. Sicut Israelitides virgines, cùm sublato Philisthæo victor ex acie reverteretur, triumphale cecinêre carmen, illud iterùm ac sæpiùs iterantes : *Percussit Saül mille, et David decem millia*, sic nunc victor ille Hebræorum cuneus Davidi duci suo, et tantæ victoriæ auctori atque auspici, festivum cecinit epinicium, dixitque sæpiùs iterato cantico et triumphali plausu: *Hæc est præda David*. Notum est autem in triumpho à festivâ et gratulante turbâ aliquid accini, quo et lætitia significaretur, et generalis gratulatio, et ducis in dimicando virtus, et in hoste debellando felicitas. Unde tritum illud : *Io triumphe, io Pæan*. Ovidius :

Omnia te metuent, ad te sua brachia tendent:
Vulgus io, magnâ voce, triumphe canet.

Et idem iterùm :

Dicite io Pæan, et io bis dicite Pæan,
Decidit in casses præda petita meos.

Et quæ in tabulis, quæ figi solent in triumphis, aut in triumphantium nummis inscribuntur, illa cantari etiam puto gratulatorio, et triumphali cantico. Quomodò in Augusti nummis legimus : *Rempublicam conservatam, captam Ægyptum, Asiam receptam, servatos cives*. Quis dubitet hæc, et similia, in triumphali plausu populari voce esse cantata? Sic ergo puto benevolâ turbâ cantatum esse : *Hæc est præda David*, et alia quasi legitima, et usitata in gratulatione publicâ, ut: *Vivat David, hosanna! Protegat te nomen Dei!* et alia, quæ in Scripturâ sacrâ frequenter obvia.

Vers. 21. — Venit autem David ad ducentos viros. Antequàm David ad viros accederet, qui ad torrentem Besor lassi, sarcinarumque custodes substiterant, jam ipsi noverant, ab aliquo qui boni nuntii gratiâ alios anteverterat, quàm feliciter à suis res esset confecta. Quare illi Davidi atque victori populo prodierunt obviàm gratulabundi; quibus arridens David, bono animo esse, et à se omnia pro votis sperare jussit. Cùm autem alii, qui iniquo erant, et illiberali animo, quid illâ salutione sibi vellet, non dubiis signis essent odorati, dixêre sub amaro murmure, nihil illis deberi de prædâ, in quâ eruendâ de latronum manu nihil laborâssent; sed satis illis à victore cuneo concessum videri, si quilibet uxorem suam, ac filios recipiat, neque esse, quod præterea ab aliorum, quorum operâ parta victoria est, liberalitate desiderent (1).

Vers. 23. — Dixitque David : Non sic facietis, fratres. Horum vocem humanâ quidem, gravi tamen reprehensione compescuit David; dixitque indignam illam vocem videri, quæ in vulgus exeat, hominumque notitiam, cùm victoria illa à Deo potiùs liberali manu concessa, quàm humanâ virtute atque industriâ comparata sit.

Vers. 24. — Æqua enim pars erit descendentis ad prælium, et remanentis ad sarcinas (2). Ex hoc tempore lex fuit in Israel, ut æquam

(1) Minavit ante faciem suam, dixeruntque... Hebræus ad litteram : *Duxerunt* (ea quæ cœperant) *ante res alias acquisitas* (quas nempe ex hostibus receperant), *et dixerunt*. *Hoc spolium David*. (Calmet.)

(1) Vers. 22. — Omnis vir pessimus et iniquus. Hebræus : *Omnis vir pessimus et Belial*. (Calmet.)

(2) *David dit à ses gens : Celui qui aura combattu et celui qui sera demeuré au bagage, auront la même part au butin.* Comme la charité de David envers ce pauvre esclave avait été en quelque sorte le principe de sa victoire, il veut aussi que la même charité en partage les dépouilles. Il ne peut souffrir que l'on fasse de distinction entre ceux à qui il avait commandé de demeurer au bagage, parce qu'ils étaient trop las pour le suivre, et ceux qui avaient combattu effectivement. *Tout ce qu'il y avait de méchants et de corrompus* parmi ses gens, s'opposent à un ordre si juste, parce qu'ils méprisaient ceux des deux cents hommes qui ne s'étaient point trouvés en état de combattre, et qu'ils s'imaginaient qu'un succès si avantageux était l'ouvrage de la force de leurs bras. Mais David en jugeait d'une manière plus humble et plus véritable. Il était persuadé que c'était Dieu même qui avait combattu pour eux; que cette victoire lui appartenait uniquement, et que toute la gloire lui en était due. Ainsi il ne voulait point faire de différence entre ceux qui n'avaient pu le suivre, parce qu'ils étaient abattus de lassitude, et ceux qui s'étaient trouvés au combat, parce qu'ils étaient tous également redevables à la toute-puissance de Dieu, qui s'était si ouvertement déclarée pour eux; il était même persuadé que ceux qui

partem ferrent ex prædâ, seu victoriâ, qui cum hoste confligerent, et qui ad servandas sarcinas essent ab imperatore designati. Tanta enim fuit apud omnes Davidis auctoritas, tanta legislatoris ac legis humanitas, ut deinceps in eo populo egregium illud factum decreti publici vim et pondus obtinuerit; aliquid simile accidit Numer. cap. 31, ubi cùm filii Israel prædam ex Madianitarum victoriâ retulissent ingentem, dixit ad Moysem Dominus, v. 26 : *Tollite summam eorum quæ capta sunt, ab homine usque ad pecus, tu, et Eleazar sacerdos, et principes vulgi, dividesque ex æquo prædam inter eos qui pugnaverunt, egressique sunt ad bellum, et inter omnem reliquam multitudinem.* Sed neque hic lex ulla constituta est, cùm de illis tantùm Madianitarum spoliis sit illic sermo; neque ibi singulis pars æqualis ex eâ spoliorum divisione tribuatur. Pugnârunt etenim ex omni populo duodecim millia, ex singulis nempe tribubus milleni, ut habes ibidem, v. 4, remanserunt autem in castris ibi, v. 50, sexcenta millia, et mille septingenti triginta; quare ad horum singulos aliorum comparatione pars minima pervenit. Adde, quòd magnum est discrimen inter illos ad quos Madianitarum, et hos ad quos Amalecitarum spolia pervenêre. Illi enim remanserunt in castris, neque se bellorum objecêre periculis; hi verò, licet manus cum hoste non conseruerint, egressi tamen sunt ad pugnam, neque animus, aut studium, sed vires ad reliquum viæ conficiendum defuerunt. Nihilominùs aliquod hic opinor exemplum habuisse Davidem, quod sequeretur, si attentiùs verba textûs expendas : eodem numerantur ordine, qui ingressi sunt pugnam, et qui ad pugnandum egressi, si modò casibus impediti necessariis atque legitimis, interesse prælio non potuêre. Quo modo hi, qui lassi ad torrentem substitêre, qui tamen aliquam operam pugnantibus navârunt non inutilem, dùm sarcinas custodiunt. Expendenda porrò sunt illa verba textûs : *Divides ex æquo prædam inter eos qui pugnaverunt, egressique sunt ad bellum.* Ubi duo constituuntur, ut apparet, militum genera; eorum videlicet, qui cum hoste contulêre manus; et eorum, qui ad pugnandum egressi, quominùs tamen cum hoste confligerent, impediti sunt; quibus æqua debetur spoliorum portio. Neque puto David querulos socios tam reprehendisset liberè, dixissetque his qui remansissent ad sarcinas, æquam deberi spoliorum partem, nisi antiquum hoc habuisset exemplum, exemplum tamen : nam lex ex hoc facto ac tempore primùm inducta est in Israel. Hanc legem post hæc tempora videntur aut accepisse Romani, aut adducti ingenuæ naturæ bonitate idem probâsse quod à Davide in dividendâ hostili prædâ cautum est : ut enim auctor est Polybius lib. 10, idem quod David fecisse traditur Scipio expugnatâ Carthagine : « Tribuni, inquit, æquis portionibus inter milites « pecuniam dividunt : non solùm his qui in sub- « sidio manserunt, sed his quoque qui tento- « ria et sarcinas custodierunt. Imò et ægrotis, « et his qui ad muneris alicujus curationem « fuerant aliò missi (1). »

prendraient le moins de part à la gloire de cette action, y en auraient le plus devant Dieu, et qu'ils seraient les plus dignes de partager avec les autres le butin de la victoire.

Cet exemple est d'une grande instruction pour ceux que Dieu appelle à la défense de sa vérité et de son Eglise, et d'une grande consolation pour ceux qui soulagent autant qu'ils peuvent ceux qui sont destinés à une fonction si importante. Car les premiers doivent considérer que c'est encore plus par la charité et par l'humilité que par la lumière et la science que l'Eglise veut être soutenue contre les erreurs de ceux qui la combattent. Ainsi, lorsque Dieu bénit en quelque sorte leur travail, ils doivent croire que ce succès avantageux est plutôt la récompense de quelques âmes cachées, qui ne cherchent que Dieu et qui ne désirent que sa gloire, qu'il n'est l'ouvrage et le fruit de leurs explications et de leurs travaux. Et ceux qui ne sont pas en état de servir Dieu dans la défense de sa verité et de ses mystères, doivent se consoler dans cette impuissance, puisque s'ils ont une grande charité pour l'Eglise et pour ceux qui la soutiennent, elle leur donnera une grande part aux grâces qui sont attachées à ce ministère si divin. Car Dieu ne regarde dans nos actions que ce qui les rend proprement pures et saintes, qui est l'amour que nous avons pour lui seul, et il réserve les plus grandes récompenses pour ceux qui auront eu plus de zèle pour sa verité et pour sa gloire. (Sacy.)

(1) *Il s'est fait ensuite* (de cette conduite de David) *une règle stable en Israël, et comme une loi qui dure encore aujourd'hui.* Abraham, après la défaite des cinq rois, et Moïse en certaines occasions, ont fait quelque chose de semblable à ce que David fait en celle-ci. Mais ce sage prince a eu cet avantage, qu'ayant imité de si grands saints dans la manière dont il s'est conduit alors, son exemple a passé depuis pour une loi, qui a été observée inviolablement dans Israël. C'est ce qui doit porter les grands rois à faire avec plaisir des actions de générosité et de justice, parce qu'elles peuvent devenir après eux comme *des lois et des règles stables*, fondées sur leur autorité et sur leur exemple, qui survivent à leur personne, qui leur attirent mille bénédictions dans les races suivantes, et

Vers. 26. — Venit ergo David in Siceleg, et misit dona de prædâ senioribus Juda (1). Rediit David in urbem, quam vastatam reliquerat, et Amalecitarum incendio deformatam, ubi cùm aliquot diebus commoratus esset, remque constituisset ab hoste paulò ante turbatam, statuit senioribus Juda, sibique aut sanguinis communione cognatis, aut studiorum officiorumque necessitudine conjunctis, partem aliquam mittendam ex prædâ : unde non difficilè colligitur, illam fuisse non exiguam, quando inter tot viros, quot statim numerantur, distributa est. Voluit autem videri gratus et memor officiorum quæ in suo exilio, ut est non improbabile, à variis excepit. Quare inter hos viros, quos prædæ voluit esse non exortes, illi numerantur, qui erant in his locis, in quibus commoratus erat ipse et viri ejus.

Hæc prædæ distributio facta est, opinor, postquàm David nuntium accepit certum de morte Saülis; nam ut habes lib. 2 Reg. cap. 1, v. 2, tertio die postquàm ob Amalecitarum cæde rediit in Siceleg, didicit mortuum fuisse Saülem et illius filios. Quare non dubitabat ad ipsum venturum esse regnum, ad quod jam ante fuerat à Samuele designatus atque unctus. Brevi autem illo tempore, id est, biduano, aut triduano spatio, non potuit instaurare collapsa, aut dissoluta componere, ac tandem per otium illa dispensare, quæ primùm in suos, deinde in tot oppida ac viros partiri cogitabat. Hâc ergo tam liberali largitione duo agebat David : primùm ostendebat se non esse officiorum immemorem ; deinde ut muneribus, quæ etiam alienorum animos expugnant, suorum contribulium, id est, eorum, qui erant è cognatâ sibi tribu, conciliaret gratiam, ut si quam in adeundo regno, ab adversariis atque invidis oriretur difficultas, illam suorum auxiliari manu superaret. Hæc mihi cogitatio neque aliena videtur à Davidis prudentiâ, neque ab illo temporis articulo, in quo nunc nostra versatur commentatio (1).

qui rendent leur gloire et leur vertu immortelle.

(1) *David envoya du butin qu'il avait pris aux anciens de Juda.* Rien n'est plus généreux ni plus reconnaissant que la vertu qui vient de Dieu et qui tend à Dieu, parce qu'elle est toujours sans orgueil et sans intérêt. David avait reçu dans sa disgrâce des assistances de diverses personnes, et aussitôt que Dieu l'a favorisé d'un heureux succès, il ne pense plus qu'à leur faire part de son bonheur. Ainsi il se conduisait très-sagement dans la prospérité, parce qu'il avait été long-temps dans l'adversité. Ses longues traverses lui avaient appris combien il avait eu besoin de la protection de Dieu et de l'assistance des hommes. Et aussitôt que le calme succède à une tempête où il avait été tout près de périr, il témoigne son extrême reconnaissance, premièrement envers Dieu, qui en était la véritable cause, et ensuite envers les hommes, qui en avaient été les organes et les instruments. (Sacy.)

(1) Vers. 27. — In Bethel. In urbe Bethel Ephraimiticâ, vel *in domo Dei*, id est, in Cariathiarim, ubi erat arca, vel Gabaone, ubi tabernaculum.

In Ramoth ad meridiem, vel in Ramoth meridionale, ut distinguatur à Ramoth Galaad, urbe transjordaninâ. Ramoth meridionalem tribui Simeonis Josue dedit.

Jether. Eusebius et S. Hieronymus in Locis meminerunt *Jethiræ*, in plagâ meridionali Palestinæ, propè *Malatham* 20000 passibus ab Eleutheropoli. Urbs erat tribûs Juda, et sacerdotalis, quæ *Ether* appellatur apud Josue 15, 42.

Vers. 28. — In Aroer, urbe transjordaninâ, ad torrentem Arnon, in tribu Gad. David moram aliquam duxerat in regione Moabiticâ, satis proximâ urbi Aroer, ubi fortè aliquos à necessariis suis reliquit, et unde partier beneficia nonnulla retulerat. Porrò uterque Davidis parens aliquandiù in regione Moabiticâ sub regis patrocinio substiterat. Vide caput 22, 3, 4, 5.

Sephamoth, eadem facilè ac Sephama, de quâ in Numeris 34, 10 ; sed longissimè in transjordaninis aberat.

Esthamo, urbs tribûs Juda, et sacerdotalis, in finibus Eleutheropolis.

Vers. 29. — Rachal. De hâc urbe nihil scimus ; Sel enim tantummodò occurrit. An eadem censenda est cum Hachilâ in deserto Ziph, quò David semel atque iterùm venit?

Jerameel. Vide supra, 27, 10.

Ceni. Angusta Cinæorum regio, ad meridiem maris Mortui.

Vers. 30. — Arama. Urbs est Horma, ubi totam ditionem Aradi anathemati devoverunt Hebræi.

In lacu Asan. Hebræus : *In Chor-Haschan.* Vide Josue 15, 42, et 19, 7, ubi *Asan* tantum appellatur. Tribui Juda primùm assignata, deinde transivit ad Simeonitas.

Athach, eadem fortè cum Athar, *Josue* 19, 7, quæ urbs à Josue cum Asan jungitur, quem admodùm hic Asan cum Athach

Vers. 31. — Hebron, Locus est notissimus. Ex hoc locorum censu magnanimitas Davidis demonstratur, quippe qui, exul licet et omnium indigens, grandia tamen liberalis animi sui specimina exhibet. Nullum locum ex iis, à quibus exceptus fuerat, seu beneficii aliquid retulerat, negligit. Ingentem sanè prædam ex Amalecitis retulerit, opus est. (Calmet.)

CAPUT XXXI.

1. Philisthiim autem pugnabant adversùm Israel ; et fugerunt viri Israel ante faciem Philisthiim, et ceciderunt interfecti in monte Gelboe.

2. Irrueruntque Philisthiim in Saül et in filios ejus, et percusserunt Jonathan et Abinadab et Melchisua, filios Saül.

3. Totumque pondus prælii versum est in Saül ; et consecuti sunt eum viri sagittarii, et vulneratus est vehementer à sagittariis.

4. Dixitque Saül ad armigerum suum : Evagina gladium tuum, et percute me, ne fortè veniant incircumcisi isti, et interficiant me illudentes mihi. Et noluit armiger ejus; fuerat enim nimio terrore perterritus. Arripuit itaque Saül gladium, et irruit super eum.

5. Quod cùm vidisset armiger ejus, videlicet quòd mortuus esset Saül, irruit etiam ipse super gladium suum, et mortuus est cum eo.

6. Mortuus est ergo Saül, et tres filii ejus, et armiger illius, et universi viri ejus in die illâ pariter.

7. Videntes autem viri Israel qui erant trans vallem et trans Jordanem, quòd fugissent viri israelitæ et quòd mortuus esset Saül et filii ejus, reliquerunt civitates suas, et fugerunt ; veneruntque Philistiim, et habitaverunt ibi.

8. Factâ autem die alterâ venerunt Philisthiim ut spoliarent interfectos, et invenerunt Saül et tres filios ejus jacentes in monte Gelboe.

9. Et præciderunt caput Saül, et spoliaverunt eum armis ; et miserunt in terram Philisthinorum per circuitum ut annuntiaretur in templo idolorum et in populis ;

10. Et posuerunt arma ejus in templo Astaroth ; corpus verò ejus suspenderunt in muro Bethsan.

11. Quod cùm audîssent habitatores

CHAPITRE XXXI.

1. Cependant la bataille se donna entre les Philistins et les Israélites. Les Israélites furent mis en fuite devant les Philistins, et il en fut tué un grand nombre sur la montagne de Gelboé.

2. Les Philistins vinrent fondre sur Saül et sur ses enfants ; ils tuèrent les fils de Saül, Jonathas, Abinadab et Melchisua.

3. Et tout l'effort du combat tomba sur Saül ; les archers le joignirent et le blessèrent dangereusement.

4. Alors Saül dit à son écuyer : Tirez votre épée, et tuez-moi, de peur que ces incirconcis ne m'insultent encore en m'ôtant la vie. Mais son écuyer, tout épouvanté *de ces paroles*, ne voulut point le faire. Saül prit donc *son* épée, et se jeta dessus.

5. Son écuyer, voyant qu'il était mort, se jeta lui-même sur son épée, et mourut auprès de lui.

6. Ainsi Saül mourut en ce jour-là, et avec lui trois de ses fils, son écuyer et tous ceux qui se trouvèrent auprès de sa personne.

7. Or les Israélites qui étaient au-delà de la vallée *de Jesraël* et au-delà du Jourdain, ayant appris la défaite de l'armée d'Israël et la mort de Saül et de ses enfants, abandonnèrent leurs villes, et s'enfuirent ; et les Philistins y vinrent et s'y établirent.

8. Le lendemain les Philistins vinrent dépouiller les morts, et ils trouvèrent Saül avec ses trois fils gisant sur la montagne de Gelboé.

9. Ils coupèrent la tête à Saül et lui ôtèrent ses armes, et ils envoyèrent par tout le pays des Philistins pour répandre cette nouvelle *et pour la publier* dans le temple de leurs idoles et parmi les peuples.

10. Ils mirent les armes de Saül dans le temple d'Astaroth, et pendirent son corps sur la muraille de Bethsan *et sa tête dans le temple de Dagon.*

11. Ceux de Jabès de Galaad ayant appris le

Jabes-Galaad quæcumque fecerant Philisthiim Saül,

12. Surrexerunt omnes viri fortissimi, et ambulaverunt totâ nocte, et tulerunt cadaver Saül et cadavera filiorum ejus de muro Bethsan; veneruntque Jabes-Galaad, et combusserunt ea ibi;

13. Et tulerunt ossa eorum, et sepelierunt in nemore Jabes, et jejunaverunt septem diebus.

traitement que les Philistins avaient fait à Saül,

12. Tous les plus vaillants d'entre eux sortirent, marchèrent toute la nuit, et ayant enlevé le corps de Saül et ceux de ses enfants, qui étaient sur la muraille de Bethan, ils revinrent à Jabès de Galaad, où ils les brûlèrent.

13. Ils prirent leurs os, les ensevelirent dans le bois de Jabès, et jeûnèrent pendant sept jours.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Philisthiim autem pugnabant adversum Israel, et fugerunt viri Israel. — Quæ hic narrantur, omnia eodem penè modo repetuntur postea, l. 1 Paral. c. 10, ex quo sumemus, si qua ad historiam plenam atque dilucidam necessaria fore vibebuntur. Hæc pugna accidit paulò postquàm David à Palæstinorum acie digressus est, in quâ ex Israelitide gente nemo fuit, qui non fuerit ab hoste cæsus aut fugatus. Cædes autem maximâ ex parte contigit in Gelboe. In his ceciderunt tres filii Saül, in quem deinde tota Palæstinorum moles incubuit; quem cùm tandem assecuti essent sagittarii, ad mortem usque vulnerârunt (1).

Vers. 4. — Dixitque Saul ad armigerum suum : Evagina gladium tuum, etc. (2). Ut gentium more regnum administrabat Saül, sic etiam gentilium imbiberat spiritus et sensus. Sic enim fecisse legimus illorum aliquos, qui inter gentes magnum sanctitatis atque prudentiæ nomen consecuti sunt, ut ignominiam fugerent, quam vivi et sospites non videbantur declinare posse. Pleni sunt antiquorum Annales illorum exemplis, qui ignobilem vitam cum voluntariâ morte permutârunt, aut servitutem, quam timebant, aut gaudium de suâ calamitate hostium suorum occupaverunt, adacto in sua viscera mucrone. Quos tandem idcircò ita celebravit antiquitas, ac si aliquod dedissent invictæ fortitudinis et animi supra hæc humana sublati documentum. « Stultitia « est, inquit Seneca Epist. 70, timore mortis « mori. Veni, qui occidat, expecta, quid « occupas? Quare suscipis alienæ crudelitatis « procurationem? utrùm invides carnifici tuo, « an parcis? » Hoc postremum spectâsse videtur Saül, ne gaudendi Palæstinis occasionem præberet, ne illuderent capto, et tractato per ludibrium et ignominiam rege, vile haberetur Hebræorum nomen. Sanè hoc intuebatur, vitareque studebat David, l. 2, c. 1, cùm dicebat de Saüle ac Jonathâ peremptis : *Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis*

(1) Vers. 2. — Percusserunt Jonatham et Abinadab et Melchisua, filios Saul. Id Dei consilio factum, ut omnibus filiis Saülis occisis, Davidi viam ad regnum complanaret et sterneret; nam Isboseth, quartus Saülis filius, domi desidens, minùs videbatur bellicosus, et regno tot bellis implicito inidoneus. (Corn. Lap.)

Vers. 3. — Consecuti sunt eum viri sagittarii, et vulneratus est vehementer a sagittariis. Sagittarii illum assecuti, lethaliter vulnerârunt; seu potiùs, sagittarii aggressi sunt ejus agmen, quod nondùm fugerat; et Saül vulnere lethali confossus est. Hebræus : *Sagittarii invenerunt eum jacientes in arcu, et valdè vulneratus est à jacientibus.* Seu potiùs : *Sagittarii aggressi sunt eum, et ipse territus est valdè ab illis.* Posteriorem hanc versionem probant frequenti numero interpretes, accipientes ad litteram verba illa Saülis, relata ab Amalecitâ Davidi : *Tota anima mea in me est;* quare nullo vulnere affectum fuisse regem credunt, cùm sibi gladio necem intulit sed nullam meretur fidem testimonium Amalecitæ, tam multis undique mendaciis refertum. Vero igitur propius reputamus, Saülem necem sibi inferre decrevisse, cùm se lethaliter vulneratum et privatum spe vivendi post vulnus sensit. Septuaginta reddunt : *Invenerunt eum jaculatores viri sagittarii*, assecuti, aggressi sunt; *et vulnerârunt in hypochondria*, seu in inferiori ventre, Theodotion pariter : *In regione propè jecur.* (Calmet.)

(2) Verba hæc facta fuisse ad Doegum, qui Saülis armigerum ageret, credunt interpretes. (Calmet.)

Justum fuit hoc Dei judicium, ut Saül gladium quem injustè strinxerat in Davidem, converteret in seipsum. « Gladio, inquit Hugo, « quo Amalecitis contra præceptum Domini « pepercerat, c. 15, meritò seipsum occidit; « sic qui potestate pro communi utilitate ac- « ceptâ, aut non utitur, aut abutitur, suo se « nimirùm gladio confodit, quo ab hoste de- « fendi debuerat, hostem potiùs juvat. » Unde et coram Amalecitâ cui pepercerat, occidit se, et Amalecites ipsi diadema abstulit, tulitque ad Davidem. Ita tropol., in horâ mortis passiones et vitia, quæ in vitâ occidere et mortificare negligis, te affligent, tibique decus, pacem, vitamque præsentem et æternam auferent; hi enim sunt nostri Amalecitæ. (Corn. à Lap.)

Ascalonis, ne fortè lætentur filiæ Philisthiim, ne exultent filiæ incircumcisorum. Quare ne hanc, quam animo ignominiam conceperat, subiret, domestico maluit, quàm alieno gladio jugulum præbere, quasi hoc moriendi genus foret honestius. Meminerat credo Saül, quomodò gens eadem illusisset Samsoni, cui effoderunt oculos, et alligatum pistrino molere fecerunt, et denique in Dagonis templo benè pastis et potis ludus et jocus fuit. Hoc ne sibi accideret, anticipatâ morte prævenit Saül.

VERS. 4. — ARRIPUIT ITAQUE SAUL (1) GLADIUM, ET IRRUIT SUPER EUM. Instabant, credo, Palæstini, et jam propè aderant; et nisi statim mortem properantem asciscceret, acciperet priùs hostile ferrum, quàm acceptis jam ab hoste vulneribus interiret. Suâ igitur manu peragere voluit, quod impetrare non potuit ab armigero: incubuit igitur in gladium, et ut exhalaret infelicem animam, alieno vulnere non indiguit.

Hic dubium incidit non leve, quod expediamus necesse est, an ex suo vulnere extinctus fuerit Saül, vel alienam sibi Amalecitæ manum ad extremum illud opus asciverit. Neque levis est dubitandi ratio, cùm l. 2, c. 1, statim audiamus, cùm jam esset animam acturus Saül, advocatum esse adolescentem illum, à quo peremptus est, et per illius manus adductas fuisse ad Davidem coronam et armillam, quæ fidem facerent illius orationi, et à Saülis æmulo regiæ necis debitum et non vulgare pretium obtinerent. Ita Josephus, et nonnulli ex Hebræorum magistris.

Verumtamen communis est sententia, suo

(1) *Saül prit son épée et se jeta dessus.* La mort de Saül est semblable à sa vie. Il avait irrité Dieu, non seulement par sa première désobéissance, mais encore par les meurtres et les sacriléges qu'il commit ensuite. Et au lieu de s'humilier devant lui pour fléchir sa colère, lorsqu'il ne voulut point lui répondre sur l'événement de la bataille qu'il devait donner, il alla consulter les démons par cette science infernale de la magie, qu'il avait lui-même condamnée dans tout son royaume. Ainsi, ayant appris de Samuël qu'il devait le lendemain être tué avec ses enfants, cet arrêt fut vérifié dans cette bataille qu'il perdit, et qui fut aussi glorieuse aux idolâtres que funeste et honteuse au peuple de Dieu. Ce prince avait déjà tué son âme par une infinité de crimes; il tue encore son corps, de peur d'être exposé aux insultes des infidèles. Il avait été le meurtrier d'un grand nombre de prêtres et d'innocents; il devient l'homicide de lui-même. Il avait vécu comme un homme rebelle à Dieu, et comme un idolâtre de sa propre volonté, selon l'expression de Samuël; il meurt comme un païen et comme un désespéré. Le Saint-Esprit n'a pas voulu même qu'il nous fût libre de porter de sa mort un jugement mêlé de doute et d'incertitude, après celui qu'il en a fait en termes formels dans les Paralipomènes, où il parle de lui de cette sorte: *Saul donc mourut à cause de ses iniquités*, ou *dans ses iniquités*, comme le porte le texte original, *parce qu'il avait violé le commandement qu'il avait reçu du Seigneur, et qu'il devait observer; qu'il avait de plus consulté cette femme qui avait un esprit de divination, et qu'il n'avait point espéré au Seigneur. C'est pour cela que Dieu l'a tué, et qu'il a transféré son royaume à David, fils d'Isaï.*

Telle fut la fin de ce premier des rois d'Israël. Dieu a vérifié en sa personne ce qu'il avait dit au prophète Samuël: *Je mettrai en honneur ceux qui m'honorent, et ceux qui me méprisent tomberont dans le mépris.* Les princes du monde ne daignent pas d'ordinaire faire attention à ce qui regarde les particuliers. L'idée qu'ils ont conçue de leur grandeur les met tellement dans leur imagination au-dessus de tout le reste du monde, qu'ils se persuadent aisément que ce qui arrive au commun des hommes ne les touche pas. Cette pensée néanmoins est aussi fausse qu'elle est pleine de présomption, puisque Dieu déclare *qu'il a fait les petits comme les grands, et qu'il est également le père et le juge des uns et des autres.* Mais s'ils ont si fort accoutumé leur esprit à se repaître de ce fantôme de leur qualité, qu'ils considèrent au moins cette fin funeste du premier roi du plus illustre peuple du monde; et qu'ils apprennent de cet exemple terrible à craindre les jugements de celui qui leur a mis la couronne sur la tête, et qui la leur redemandera avec leur vie, au moment précis qu'il a marqué dans l'ordre de sa providence et de sa justice. Qu'ils considèrent dans Saül ce qu'ils doivent fuir, et en David ce qu'ils doivent imiter. Et si l'éclat de la majesté qui les environne, et qui les expose à une infinité de périls, les pousse dans le précipice où David lui-même, tout saint qu'il était, n'a pu s'empêcher de tomber, *qu'ils ne perdent point l'espérance en Dieu*, comme Saül la perdit, et qu'ils imitent ce sage prince qui écouta les remontrances du prophète Nathan, lorsqu'il lui découvrit la profondeur de sa plaie, et qu'il se rendit à ses avis comme s'il les avait reçus de la bouche de Dieu même. Car on peut dire de ce prince si grand et si humble dans sa grandeur, ce que l'Eglise dit du premier homme, *que sa faute*, quoique si criminelle en elle-même, *est devenue bienheureuse*, puisqu'il l'a réparée avec tant de larmes et par toute la suite d'une vie si pure et si exemplaire. Ainsi il est bien juste que ceux qui auront éprouvé comme lui dans leur chute combien est grande la fragilité humaine, l'imitent aussi dans cette manière admirable avec laquelle il est retourné à Dieu de tout son cœur, et s'est humilié profondément sous sa majesté suprême.

C'est ce que S. Ambroise dit à l'empereur Théodose, qui lui représentait que David, qui était si saint, n'avait pas laissé de tomber dans un grand crime: *Si vous l'avez suivi dans son égarement*, lui dit il, *imitez-le encore dans sa pénitence. Qui secutus sis errantem, sequere pœnitentem.* (Sacy.)

sibi ferro Saülem attulisse mortem, non alieno. Ita Abulensis in l. 2 Reg. c. 1, q. 5, ubi dicit, hanc esse sententiam communem. Quod hoc modo probat : quia non priùs armiger seipsum interemit, quàm dominum suum occisum esse vidit; vidit autem occisum, statim atque in gladium offirmatum incubuit, v. 4 et 5. At inter hunc Saülis in gladium incubitum, et adventum, si quis fuit, Amalecitæ, aliquid moræ ex ipso dicendi genere interjectum oportuit. Deinde, quia si viveret armiger, cùm advocatus fuit Amalecita, non sineret ab illius manu regem occidi. Adde quòd si gladio transverberavit viscera, non potuit diù differri mors, neque, credo, id Scriptura sacra tacuisset, cùm de Saüle alia minutiora longè tradiderit.

Quid ergo ad verba Amalecitæ? Nihil sanè aliud, quàm egregiè fuisse mentitum, ut à Davide gratiam eo artificio ac simulato studio meliùs iniret. Ita communiter interpretes, Theodoretus in l. 2 Reg. q. 1, Angelomus, Lyra, Dionysius, Serarius. Et quidem ipsa narratio Amalecitæ probat, ab illo non abfuisse mendacium, quando neque meminit gladii, in quem Saül moriturus incubuit; imò negat id, quod apertè Scriptura sacra docet, super gladium suum incubuisse Saülem. Cùm ergo constet illum in re tam apertâ fuisse mentitum, quid de illius orationis tuendâ fide laborare necesse est? Neque novum est in Scripturâ sacrâ viros etiam justos aliquando mentiri. Quod sub hæc tempora fecit non semel David, et Achis, ut c. 29 dicebamus. Neque Scriptura semper probat illa, quæ ab aliis narrata commemorat, quæ sanè ab illis esse dicta canonica fides est; at esse vera, longè abest etiam ab historicâ fide.

Secundò dubitari posset, an Saül æternam quoque mortem subierit. Negant quidam Hebræorum, qui etiam laudant, quasi aliquid fecerit magnum, cùm pro republicâ suæ creditâ fidei egregiè pugnaverit, neque in hoc extremo facto peccatum intervenisse putant; quibus aliquo modo Lyra subscribit, et adducit rationes et exempla. Illæ satis videntur infirmæ : hæc non admodùm faciunt ad Saülis excusandum peccatum, quia qui seipsos occiderunt, et in Sanctorum habentur numero, fecerunt illud vel divino aspirante afflatu, ut sæpè docet Augustinus, et cur in seipsos tam sævirent atrociter, honestam causam habuerunt; neque tam id egerunt, ut privatam effugerent ignominiam, quàm ne peccatis, quæ videbant sibi proposita, succumberent; sive ut rempublicam aut augerent commodis, aut ab infortuniis liberarent, ut Samson Judic. c. 16. Vide Augustinum lib. 1 de Civit. c. 26 et 27. At quæ causa fuit tam gravis ac pia, quæque Deo potuerit esse grata, quæ rei, à quâ tantoperè recta ratio et ipsa natura rerum abhorret, aliquam posset speciem honestatis obtendere? Oppugnant hanc Hebræorum Lyræque sententiam Burgensis et Abulensis q. 10, quorum rationes omitto, ne longus sim, sicut et illas quas pro Hebræorum sententiâ produxit Lyra. Utrasque tu apud auctores suos vide, quando ad manus habes. Ego duo dico : Alterum, ex quo Saül in ferrum incubuit, satis esse potuisse spatii, ut retractaret animo stultum scleratumque consilium, et peccatum illud ingens inductâ pœnitentiâ deleverit. Hoc certum est, neque ullâ eget confirmatione, quia id Scriptura clamat sæpè et apertissimè. Ezech. c. 18, v. 21 : *Si autem impius egerit pœnitentiam*, etc., et clamant sæpè doctores ac Patres. Vide Abulensem, q. 10. Verumtamen quando hìc conjecturis agimus, et Saülis peccatum in extremo vitæ articulo legimus, et de illius pœnitentiâ nihil audimus, eò inclinamus, quò omnes penè Patres et doctores incumbunt, Saülem adacto in viscera mucrone, non temporariam solùm, sed æternam etiam mortem incurrisse. Ita Ambrosius in cap. 9 ad Roman., Hieronymus in Ezechielem cap. 20; Bernardus serm. 26 in Cant., resurrecturum dicit Saülem, sed non ad vitam.

Et quidem gravissimum hoc esse peccatum non nostri solùm, sed etiam externi et sentiunt, et docent. Vide Augustinum l. 1 de Civit. à c. 17, per alia plura. Cicero in Somnio Scipionis docet, retinendum animum in custodiâ corporis, nec injussu ejus, à quo est datus, ex hominum vitâ esse migrandum. Quâ de re ibi multa Macrobius. Quod scelus sic detestabantur, ut qui sibi manus intulissent, indignos putarent honore sepulturæ. Sic Plato lib. 9 de Legibus; Aristoteles, Ethic. l. 5, c. ultimo. Quod in suis fabulis expresserunt poetæ, dùm illos, qui voluntariam mortem oppetierunt, sic in inferno constituunt, ut nulla inde emergendi potestas detur, aut spes relinquatur. De quibus sic Maro, lib. 6 Æneidos :

Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi lethum,
Insontes peperêre manu, lucemque perosi,

Projecêre animas. Quàm vellent æthere in alto
Nunc et pauperiem, et duros perferre labores!
Fata obstant, tristique palus inamabilis undâ
Alligat, et novies Styx interfusa coercet.

Sanè contra hos αὐτόχειρας gravissimæ sunt ab imperatoribus indictæ leges, et ab Ecclesiâ non minùs graves, quæ hos jubet ecclesiasticâ carere sepulturâ, et non aliter sepelire, quàm canes aut asinos.

Vers. 5. — Quod cum vidisset armiger ejus, videlicet quod mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum. Eodem quo Saül spiritu, ne videlicet aliquam in morte subiret ignominiam, rogavit Judic. c. 9, Abimelec, ut idem faceret, quod à suo item armigero Saül : *Evagina*, inquit, *gladium tuum, et percute me, ne fortè dicatur, quòd à feminâ interfectus sum.* Sed fuit eventus longè dissimilis: nam ille interfecit regem, et infensas manus à seipso vulnerando continuit; hic tamen humanior abstinuit à suo rege crudeles manus, et ne regi suo superstes esset, quod à rege continuit, in seipsum ferrum crudele convertit. Pium hoc alicui videri potuit; at certè scelere non caruit : et quod laudârunt tunc, et nunc etiam malè non accipiunt, qui res expendunt, non divinâ, sed humanâ atque vulgari trutinâ, illud Deo gratum non fuit, quia injussu suo animam de corpore et de suâ custodiâ emigrare non vult. Neque ulla apparet causa gravis et honesta, quam in hoc casu planè funesto spectare potuerit hic armiger, nisi fortassè ut regium oppeteret interitum, et laudem apud suos, et immortalem gloriam obtineret, quòd vitam regi suo, reique publicæ largitus esset, et quòd ad mortem usque servâsset pietatem et fidem, quam in vitâ constanter eò usque servaverat. Sed sanè hæc omnia fuêre vanissima, quæ neque spectare potuerunt divinum aliquid, neque laboranti, et jam inclinatæ reipublicæ subvenire, cùm magis, si qua esset spes ulla salutis, vivus, quàm mortuus prodesse posset occumbenti patriæ. Quare optimè concludit Abulensis, q. 11, grave ex illâ voluntariâ cæde armigerum illum admisisse peccatum.

Sanè si hominum judicia consulas, et ex illorum arbitratu rem totam expendas, dices hoc opus æternis esse celebrandum encomiis, sicut alia ob eamdem causam æternis videmus præconiis commendari. Sed aliud præscribit, qui auctor est et conditor vitæ, quam impendi non vult, nisi ipso jubente; neque tunc jubet, cùm nulla intervenit honestatis ratio, aut publica commoditas. Exempla occurrunt multa eorum, qui ideò nunc etiam post secula plurima commendantur et vivunt, quòd amicis, aut conjugibus mortuis noluerunt esse superstites. Hos omitto, quia non difficilè studiosis occurrent. Illud dicam, quod ex eo quod communiter aut accidit, aut existimatur, dixit Maro l. 9 de Euryalo et Niso :

Tum super exanimem sese projecit amicum
Confossus, placidâque ibi demùm morte quievit.
Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquàm memori vos eximet ævo.

Quis fuerit hic armiger, incertum est. Quidam audaciùs, quàm littera permittit, Doeg Idumæum esse putant, qui, ut diximus cap. 22, Saüli aperuit, quomodò à sacerdote David fuisset exceptus, cujus gratiâ tot fuerunt extincti sacerdotes. Ideò autem existimant Saüle mortuo superstitem esse noluisse, quia patrono caruit, cujus auxilio evadere se posse credebat Davidis gladium, quem propter sacerdotum cædem offensum sibi magno suo merito arbitrabatur. Quare occupavit mortem, quam à Davidis manu jamjam impendere sibi existimabat. Hæc ex traditione Hebræorum Hieronymus in Tradit. Hebraicis. Sed hæ meræ sunt Hebræorum nugæ, neque video cur hæc magis de Doeg Idumæo, quàm de alio quovis ex Hebræorum genere confingant, nisi quia hujus nomen ex Scripturâ noverant, aliorum præter admodùm paucos ignorabant. Ego Doeg istum non militem, aut armigerum, quod eòdem spectat, fuisse lego; sed rei pecuariæ, seu armentariæ præfectum, qui c. 21, v. 7, potentissimus pastorum Saülis esse dicitur, aut, ut alii legunt, Saülis mularum custos; hoc verò ministerium longè abest à militari negotio.

Vers. 6. — Mortuus est ergo Saul et tres filii ejus, et armiger illius, et universi viri ejus (1). Propè deleta est unâ die tota Saülis domus, et universa progenies, quando ex quatuor filiis ex regiâ conjuge susceptis, unus tantùm fuit à cæde reliquus Isboseth. Nam ex concubinâ Resphâ duo alii fuerunt, qui l. 2, c. 21, in crucem acti sunt. Dicuntur autem mortui universi viri Saülis, non quidem quotquot in exercitu fuerant; nam ex his multi dicuntur fugisse, sed omnes, qui erant do-

(1) Et universi viri ejus, comites. Reliquus enim populus fugâ dilapsus fuerat. Auctor libri primi Paralipomenon 10, 6, ubi hanc cædem narrat, scribit : *Interiit ergo Saul, et tres filii ejus, et omnis domus illius pariter concidit*, id est, famuli, custodes corporis, domestici, etc (Calmet.)

mestici Saülis, ut viri aulici, qui illi erant assidui, et à regio latere non recedebant: milites præterea prætoriani, quibus denique circa regiam personam vel custodiendam, vel ornandam, aliquid erat negotii commendatum.

Vers. 7. — Videntes autem viri Israel, qui erant trans vallem, et trans Jordanem (1). Hi erant ex tribu Ruben, Gad, et ex dimidiâ tribu Manasse, qui, ut ex Numer. c. 32 constat, trans Jordanem in Galaaditide et Basanitide regione consederunt. Qui etiam trans vallem habitâsse dicuntur, quæ propter excellentiam ὀνομαστικῶς *vallis* appellatur, quia vallis omnium nobilissima. Est autem vallis, ut suspicor, Engaddi, quæ balsami est nobilitata proventu, et eo nomine maximè illustris (quæ proxima est mari Mortuo, in quo olim fuêre quinque civitates, et in illis totius mundi maximæ deliciæ), et quia hic locus vallis erat, antequàm civitates illæ cœlesti deflagrarent incendio, et aquis opplerentur mortuis; et *vallis* etiam appellabatur, ut constat Genesis cap. 14, ubi sæpè *vallis* nominatur *sylvestris*. Hoc ergo nomen credo retinuisse, etiam postquàm fuit è cœlo percussa: sicut alia multa nomen retinuerunt antiquum, etiamsi nominis causa omninò perierit. Isti igitur, qui trans Jordanem, trans illam nempe regionem Jordanis, quam vallis occupabat sylvestris, quia videbant Israelitarum castra aut cæsa fuisse aut fugata, neque ullam tunc in Israele vim esse tantam, quæ posset Philisthinorum viribus utiliter opponi, deseruerunt urbes, quas in valle colnerant, et in tutiora loca commigrârunt, in quas statim, quia non longè aberant, Palæstini successerunt. Ubi hoc loco, *trans vallem*, lib. 1 Paralip. cap. 10, est, *in campestribus*. Sed est prorsùs idem.

Vers. 8. — Facta autem die altera venerunt Philisthiim, ut spoliarent interfectos. Totum illum diem posuerunt Philisthini in cædendis fugandisque contrariis, quorum multi noctis beneficio evaserunt incolumes. Ubi verò primùm illuxit, conversi sunt ad castrorum et cæsorum exuvias. Cùm autem è cæsorum corporibus spolia detraherent, Saülis invenerunt, et trium filiorum strata cadavera, quæ quidem ab aliis internoscere difficile non fuit, propter ornamenta, quæ cum vulgaribus non debuerunt esse communia. Et quia aut aliquot fuerunt Israelitæ, qui in Palæstinorum castris militaverant, sicut supra, cap. 14, v. 21, fuerunt cum Palæstinis contra Israelitas Hebræorum non pauci; et his Saül et ejus filii, ut est verisimile, ignoti non erant; aut quia Palæstinorum multi, utpote vicini, cum Israelitis familiarem habuerunt usum, qui tam Saülem, quàm illius filios de facie nôrant.

Vers. 9. — Et præciderunt caput Saul, et spoliaverunt eum armis, et miserunt in terram Philisthinorum. Quomodò inimicorum capita præfixa contis circumferri soleant ab hoste victore, diximus supra, ad c. 17, ubi David idem fecisse dicitur cum capite Goliath, ad cujus fortassè exemplum idem fecêre Palæstini cum capite Saülis. Circumtulerunt igitur caput per populos, ut illos exhilararent, cùm extinctum viderent hominem Palæstini nominis inimicum. Quod item attulerunt ad templa, ubi major erat hominum concursus, qui et gratulabundi pro victoriâ magno studio atque frequentiâ confluxerant. Primo libro Paralipomenon additur, caput Saülis in templo Dagonis esse propositum, ut triumpharet videlicet de Israelitarum rege; quemadmodùm Dei arca de Dagone dejecto sæpè, atque confracto, cum magno Palæstinorum dolore atque ignominiâ ante triumphârat. Et quia præcipuus erat Palæstinorum deus, præcipuo dono, capite videlicet regio, ornare voluerunt. Sic olim idem populus in Dagonis templum Samsonem induxit, ut quantò priùs ille concisis Philisthinorum plurimis Dagonem contristârat, sic etiam postea captivus, cæcus, et variis illusus modis oblectaret. Fecit postea Machabæus lib. 1, cap. 7, v. 47, aliquid simile, cùm esset

(1) Videntes autem viri Israel, qui erant trans vallem et trans Jordanem... reliquerunt civitates suas, et fugerunt: venerunteque Philisthiim, et habitaverunt ibi. Rei utique natura poscebat, ut Israelitæ, *qui erant trans vallem* Jezrael, ad meridiem et septentrionem ejusdem vallis, sibi metuentes, urbibus ædibusque suis desertis, fugâ se proriperent. Quæ tunc vigebat belli disciplina non permittebat, ut ibi nonnisi cum vitæ vel libertatis discrimine morarentur. Sed cur et transjordaninus populus urbes suas deseruit? Neque enim Philisthæos Jordanem transmisisse novimus; quin nec tutus illis fuisset transitus. Reputandum est igitur, rumorem victi fugâtique Saülis tantum animis injecisse terrorem, ut vel Israelitæ transjordanini minùs tutam in regione suâ moram arbitrarentur. Panico terrore correpti sunt, neglectoque amnis vado, in montem evaserunt. Neque unicum est hoc ejusmodi terroris exemplum. Populus metu consternatus, primos timoris impetus sequitur. Alii reddunt Hebræum, *cis Jordanem*, vel, *qui erant ad vada Jordanis*. Alii malunt, verba hæc, *trans Jordanem*, accipi oportere ut ad Jabitas, de quibus in exitu hujus capitis, relata: quare hos transjordaninos, si cum Saüle et Davide conferantur, reverà cisjordaninos fuisse. (Calmet.)

dextramque Nicanoris suspendit contra Jerusalem, sicut David Goliath caput ante suspenderat, cap. 17, v. 54.

Vers. 10. — Et posuerunt arma ejus in templo Astaroth. Mos antiquus fuit non solùm apud gentiles, in quibus etiam numerantur Palæstini, sed etiam inter religiosos, Deique veri cultores, spolia quædam in templis suspendere, quæ perpetuò prædicarent aliquam à Deo concessam esse victoriam : sicut etiam acceptæ libertatis, instauratæ valetudinis, et conservatæ vitæ extare voluerunt in templis, in votis ac muneribus, æternum monumentum. Sanè quod ad gentes pertinet, mille habemus exempla. De his, qui vel à morbis, vel à tempestatibus, aliisque vitæ periculis, deorum, ut ipsi sibi persuaserant, auxilio liberati sunt, est illud Tibull. eleg. 1 ad Isidem :

Nunc, dea, nunc succurre mihi; nam posse mederi
Picta docet templis multa tabella tuis.

Cicero lib. 2 de Naturâ deorum : « Tu qui « deos putas humana negligere, non animad- « vertis ex tot tabulis pictis, quàm multi vim « tempestatis effugerint, in portumque salvi « advenerint? » De spoliis in deorum templis eo nomine suspensis, ut illi auctores et auspices existimentur esse victoriæ, et illa sint quasi sacra quædam monumenta, innumera habemus testimonia. Est apud Demosthenem oratione in Neæram hoc carmen, quo Pausanias victoriâ de Medis reportatâ, eorum spolia consecravit Apollini :

Græcorum ductor Medos qui perdidit hostes
Pausanias Phœbo consecrat exuvias.

Livius lib. 10 : « Tanta spoliorum multitudo « fuit, ut non templum tantùm Quirini, fo- « rumque his ornaretur, sed sociis etiam, « coloniisque finitimis ad templorum ornatum « dividerentur. » Appianus in Annibalicis : « Cùm armis egerent Romani, quæsita aliis « bellis, et ad decus affixa templis spolia de- « traxerunt. » Hanc consuetudinem gentibus familiarem indicavit Maro, lib. 7 Æneidos :

Multaque præterea sacris in postibus arma,
Captivi pendent currus, curvæque secures,
Et cristæ capitum et portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clypeique, ereptaque rostra carinis.

Ex sacris habemus exempla non pauca. Notum est, quomodò David gladium Goliath, et Judith Holophernis conophæum Domino dedicaverint, ille in tabernaculo, hæc in templo. Et quod nunc fecerunt Philistini, ut in templo idolorum Saülis statuerent et consecrarent arma; aliquid etiam fecerant non dissimile supra cap. 6, ubi Arcæ victrici anos et mures aureos consecrârunt. Hoc, aut aliquid simile præceperat Dominus, Numer. cap. 31, v. 28. Quod præstiterunt deinde victores Hebræi ibidem v. 49 : *Nos servi tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostrâ: et ne unus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis Domini, quod in prædâ auri potuimus invenire; periscelides, et armillas, annulos, et dextralia, ac murenulas.*

Corpus verò suspenderunt in muro Bethsan (1). Hoc regii cadaveris fuit insigne ludibrium : propositum enim fuit in loco sublimi ac publico, ubi non à civibus solùm, sed etiam à prætereuntibus spectari posset; quod cùm esset exanime, fœdum, horridum, et tabe jam solutum, ac defluens, non poterat esse regio nomini ad contumeliam et toti populo Hebræorum ad dolorem non gravissimum. Hæc summa est suppliciorum ignominia, et quasi dedecoris à lege constitutus cumulus, cùm sicarius aut latro, postquàm actus est in patibulum, in triviis proponatur, ut illius ab omnibus spectetur turpitudo et vilitas, et sceleratæ vitæ memoria renovetur. Cum Saülis cadavere suspensa quoque fuisse filiorum corpora ex eo liquet, quòd statim viri Jabes de muro Bethsan deposuisse dicuntur non Saülis solùm, sed filiorum corpora.

Vers. 11. — Quod cum audiissent viri Jabes

(1) Corpus verò suspenderunt in muro Bethsan. Legimus in Paralipomenis *caput* Saülis *affixum fuisse in templo Dagon*, id est, in templo urbis *Azoti*. Truncum verò cadaver appensum fuit mœnibus, sive in patibulo super mœnia Bethsan suspensum, vel teste libro 2 Regum 21, 12 : *In plateâ Bethsan*. Ut opposita hæc inter se concilientur, cadaver istud suspensum fuisse primò ad mœnia urbis reputandum est, tum in plateâ, unde depositum Jabitæ rapuerunt; seu potiùs plateam urbis jacuisse propè portas ac mœnia, ex consueto regionis more; quare Saülis cadaver, mœnibus intra urbem suspensum, simul etiam intùs in plateâ erat.

Sepelierunt in nemore. Hebræus : *Sub arbore*, vel sub arboribus; in 1 Paralipomenon 10, 12 : *Sub quercu*. Locus erat facilè propè illorum urbem celebris.

Utrùm victoriæ hujus Philisthæorum appendix censenda sit deditio Bethsan, urbis ad Jordanem, quæ tamen à Philistæorum ditione longè distabat, ignoro. Jacebat illa in extremâ valle Jezraelis, eamque Chananæi ad usque judicum ætatem occupârant. Hic autem usurpatam à Philisthæis cernimus; quo autem tempore illis cesserit, non legitur. David Philisthæos depulit, cùm Salomone rerum potiente Bethsan regibus Juda pareret. (Calmet.)

Galaad. Hi sunt, quos in principio regni sui, duobus ante hunc articulum annis liberavit Saül à Naas Ammonitarum rege; cujus beneficii cùm grata esset recensque memoria, ut vicem aliquam rependerent illi, à quo libertatem et vitam accepissent, surrrexerunt ex eâ civitate viri fortissimi, et nullâ totius noctis assumptâ quiete, antequàm per lucem aliquod ab hostibus impedimentum oriretur, sublata corpora tulerunt in Jabes; et cùm detractas ex ossibus carnes, quarum fœtorem tolerare non poterant, ibi combussissent, ossa nuda, quibus odor adeò teter non erat, sepelierunt in nemore Jabes. Additur lib. 1 Paralip. cap. 10, sepultum subter quercum, quæ erat in Jabes; quæ videtur esse aut magnitudine, aut specie nobilis; quasi speciosissimus locus in eo nemore electus esset pro regiâ sepulturâ. Ubi absque dubio erecta fuit aliqua aut superba, aut speciosa moles, qualis et regium nomen, et gratos Jabensium, ac liberales animos decebat, licet de his nihil Scriptura sacra tradat. Illis porrò temporibus, antequàm pro regiis corporibus instituta essent pro regiâ dignitate magnâ mole ac opere magnifica sepulcra, honestissimus locus pro regum ac principum sepulturâ videtur esse in nemoribus ac lucis, imò et sub quercubus, quemadmodùm Saülis cadaver aut ossa potiùs nuda à Jabesitis condita sunt. Sanè Debbora Rebeccæ nutrix, Gen. 35, v. 8 : *Sepulta est ad radices Bethel subter quercum, vocatumque est nomen loci illius Quercus fletûs.* Et in lucis ac montibus condi solita, ibique excitari monumenta et titulos, qualia à Jabesitis videntur ad Saülis memoriam excitata, docet illud lib. 4 Reg. cap. 23, v. 16 : *Et conversus Josias vidit ibi sepulcra, quæ erant in monte, misitque, et tulit ossa de sepulcris,* etc., *et ait : Quis est titulus ille, quem video? Responderuntque ei cives urbis illius: Sepulcrum est hominis Dei.*

Vers. 12. — Et combusserunt ea ibi. Contendit hoc loco Abulensis ex sententiâ Rab. David, carnes principum virorum (nam de vulgaribus cadaveribus alia ratio est) comburi solitas, ne putrescerent, et gravem ex se fœtorem emitterent; ossa verò, quæ à tabe et vermibus libera sunt, mandari sepulturæ. Quod probari posse putat ex Saülis filiorumque cadaveribus, quæ igne ita dicuntur fuisse combusta, ut tamen ossa fuerint sepulta, quæ deinde ex Jabes Galaad in paternum sepulcrum in terram Benjamin translata fuerunt à David, 2 Reg. cap. 21, v. 12.

Hæc Abulensis cogitatio non omninò soluta est, quæ maximè nititur Saülis exemplo, quem sepultum esse constat, atque combustum. Quod ego neque negare possum, neque videor quomodò inficiari quisquam possit, contra nitente atque clamante litterâ. Sed est in Saülis filiorumque cadaveribus nova ratio, ex quâ nullo modo conjectare licet solemne fuisse atque legitimum, comburi carnes et ossa sepeliri. Nam cùm aliquot dies, ut necessarium videtur ex historiâ, cadavera illa pependissent in muro, aspirabant jam gravem aliquem et intolerabilem halitum, quem nec ipsi, qui ex muro sustulerant, ferre possent, neque alii ad carnes illas regii cadaveris fœtentes et putridas, exequiales honores obire sustinerent. Quare commodum visum est, imò et necessarium, nudare carnibus ossa, quibus in patriâ regio more parentarent, et carnes incendio consumere, ne quid secum tetrum et fœtidum adducerent, quod regi futurum esset ignominiæ. Exemplum habes simile Amos cap. 6, v. 10, ubi cremata dicuntur corpora, ut ossa efferrentur. Vide quæ nos ibi. Nam hæc eadem ostendit verbis ita clarè significantibus Amos, ut nemo, meo judicio, de hâc nostrâ cogitatione dubitare possit. Cùm enim ageret de hominibus, qui in domibus aut fame, aut tabe perierunt, quos amici, aut cognati mandare vellent sepulturæ, quod pietatis ac funeris officium graviter olenti cadaveri præstare non poterunt, nudabunt priùs carnibus ossa, quas igne comburent, ut deinde ossibus nudatis honores impendant parentales. Sic autem ibi Amos : *Quòd si reliqui fuerint decem viri in domo unâ, et ipsi morientur. Et tollet eum propinquus suus, et comburet eum, ut efferat ossa.* Ubi plura adduximus in hanc sententiam, et hunc locum, quem modò versamus, pluribus exposuimus.

Alia exempla, quæ in suam sententiam adducit Abulensis, minùs habent negotii : nam, ut ipse de illorum nonnullis arbitratur, alios habent explicatus non difficiles. Quæ antequàm explicare atque infirmare aggredior, observo, usitatum esse, ac penè legitimum, in funere maximè nobilium ad opprimendum molestum halitum, quem ex se caro exanimata reddit, ungi solere liquore nobili ac pretioso cadaver, et cum illo pretiosa quoque aromata cremari. De utroque exempla occurrunt penè innumera tam in sacrâ quàm in profanâ litteraturâ. De profanâ est illud Virgilii de Miseno lib. 6 :

Congesta cremantur

Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo.
Apuleius l. 4 Florid. : *Jam miseri illius membra omnia aromatis perspersa : jam os ipsius unguine odorè delibutum.* Statius 3 Sylv.:

Quis carmine longo
Exequias et dona malè feralia pompæ
Perlegat ? Omne illic stipatum examine longo
Ver Arabum Cilicumque fluit, floresque Sabæi,
Indorumque arsura seges, præreptaque templis
Thura.

Juxta hunc morem Persius satyrâ 6, de hærede offenso ait :

Sed cœnam funeris hæres
Negliget iratus, quòd rem curtaveris : urnæ
Ossa inodora dabit.

De sacris est in primis illud Joan. cap. 19, v. 39 : *Venit autem Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ et aloes quasi libras centum.* Quod esse quasi legitimum Judæis, docet statim, dùm addit : *Sicut mos est Judæis sepelire.* Et de Asâ, 2 Paral. 16, v. 4 : *Et sepelierunt eum in sepulcro suo, quod foderat sibi in civitate David ; posueruntque eum super lectum suum plenum aromatibus et unguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, et combusserunt super eum ambitione nimiâ.* Ex his explicari posse videtur illud Paralip. 2, c. 21, v. 19, de Joram : *Mortuus est in infirmitate pessimâ, et non fecit ei populus secundùm morem combustionis exequias, sicut fecerat majoribus ejus.* Usitatam esse dicit combustionem, et quasi novum aliquid ac novum indicatur, quòd non in regiis exequiis combustionis modus servatus sit, cùm tamen reges fermè omnes constet non fuisse combustos, sed terræ mandatos. Hinc, credo, non difficilè constat, quid sibi Jeremias velit, cùm denuntiat hoc loco Sedeciæ : *Secundùm combustiones patrum suorum,* etc., *sic comburent te :* id est, comburentur in tuo funere, regio more ac magnificentiâ, aromata varia, et cadaver tuum delibutum unguentis inferetur sepulcro. Neque illud, *comburent te,* admodùm urget, quia Hebraicè, ubi Vulgatus reddidit, *te,* est לך *lach*, in dativo, quasi dicat : Comburent tibi captivi Judæi, aut jam magis pacati atque benigni Babylonii varia aromata sicut aliis regibus, integrâ republicâ, Judæi cremare consueverunt. Quare non cremantur Judæorum cadavera, sed in eorum exequiis et funere thura cremantur, et suffimenta alia. Deinde, quia non rarò alicui tribuuntur illa, quæ magis in illud, quod ejus causâ, aut in ejus honorem et gratiam fiunt, conveniunt. Quomodò dicimus bibere aliquem, in cujus honorem tot hauriuntur cyathi, quot syllabis ejus constat nomen. Accipe ex multis unum aut alterum exemplum. Martialis lib. 1 Epigrammatum epigram. 39 :

Nævia sex cyathis, septem Faustina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.

Idem esse credo de ferali cœnâ, quæ in mortuorum exequiis porrigebatur iis, qui officii atque honoris gratiâ funus obibant. Sanè ita olim loquebantur Hispani, qui *comedi mortuum* tunc dicebant, cùm feralibus, de more, epulis accumbebant : sic ergo nunc comburi dici possunt mortuorum cadavera, cùm in illorum inferiis aromata cremantur.

Vers. 12. — Et jejunaverunt septem diebus. In funere suorum, aut eorum, in quos benefici esse vellent et grati, solebant Judæi ad alias plures cæremonias penè legitimum adhibere jejunium, tum ut aliquod doloris argumentum ederent, tum ut ea corporis afflictio mortuorum animabus aliquod esset levamentum. Sic sanè fecit David pro Saüle et Jonathâ, cùm illorum mortem primùm accepit, 2 Reg. cap. 1, et iterùm pro Abner 2 Reg. cap. 3. Cur verò septem diebus Jabesitæ præter aliorum consuetudinem jejunaverint, ea videtur esse ratio, quia multa videbant regium illud cadaver passum esse ludibria, quæ illorum animos ægrè admodùm affecerant, atque ideò honore illo funebri et septemdiali addito jejunio reficere voluerunt, quæ illa tanta, tamque publica ignominia detraxerat. Tum etiam quia illius studio singulari acceptum referebant, quòd liberi et quòd salvi viverent, neque oculi dextri ab Ammonitarum rege forent effossi.

Hic finis est libri primi Regum, quem terminavit, qui animalis vitæ terminus est, nempe mors regis, qui quamdiù divino imperio obsecutus est, nihil tentavit quod non illi succederet ex voto : quando verò suo se cœpit arbitratu regere, et suæ prudentiæ diffidentionique confidere, infirmatæ sunt vires, erepta mens, et qui divino ducebatur, diabolico cœpit exagitari spiritu, et ex alio in aliud infortunium et dedecus præceps abripi, donec tandem, quo nihil est in hoc mortali statu miserius, in seipsum crudelior fuit, quàm ullus unquàm antea juratus hostis. In lib. 1 Paralip. cap. 10, in fine, hujus extremæ calamitatis causæ assignantur : illæ videlicet, propter quas à regno deturbatus est, quia videlicet quod illi à Domino per Samuelem injunctum

fuerat negotium, non implevit. Et addit extremum illud peccatum, quod proximè, pridie videlicet ante mortem, admiserat Pythonissâ consultâ. Quod genus quoddam idololatriæ fuit, propter quod dicitur non sperâsse in Domino, quia id, quod à diabolo spirituque pythonico accepisset, quasi divinum foret oraculum, sibi reique publicæ futurum arbitrabatur ex usu.

Postremum hoc peccatum mortem videtur accelerâsse, quam in aliud fortassè tempus Deus distulisset, nisi peccatorum accessisset hic cumulus, qui segniùs obrepentem mortem adactis instimulâsset aculeis, et ad crastinum à pythonicâ consultatione diem invitâsset. Quod indicat littera; indicat, inquam, non suadet, dùm ait, enumerato hoc extremo scelere: *Propter hoc interfecit eum.* Certè cùm aliud admisisset simile peccatum Ochosias, illud Dominus morte mulctavit, 4 Reg. 1: *Ægrotavit* (Ochosias), *misitque nuntios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub deum Accaron, utrùm vivere queam de infirmitate meâ hâc.* Cui respondit Dominus per Eliam: *Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron? Quamobrem hæc dicit Dominus: De lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.* Descensurus erat Ochosias sanus è lectulo, ut verba hæc non obscurè docent, et multò clariùs statim, vers. 16; sed quia de valetudinis eventu ab dæmone sciscitatus est oraculum, hujus impietatis, erepto regno ac vitâ, pœnas dedit. Sic arbitror victurum Saülem fuisse, regnumque habiturum esse diutiùs; sed quia ad omnia peccata hoc extremum adjecit, *interfecit eum Deus, et transtulit regnum ejus ad David filium Isai.*

Quæ profana tempora cum hoc tempore sacro concurrerunt.

Hoc primo libro ea continentur, quæ ab Heli sacerdote et Samuele, qui illi proximè in populi præfecturâ successit, ac denique quæ à Saüle, qui primus omnium regium nomen et dignitatem obtinuit, gesta sunt. Cùm autem Heli sacerdotis et judicis alibi non inveniatur memoria, licet ad judices pertineat, in Regum tamen librum coactus est, quia illius hoc tantùm loco nomen, mores et institutum audimus: sic etiam illius præfecturæ annos, licet de plerisque eorum nihil hìc aut alibi Scriptura tradiderit, in hunc librum et ordinem conferemus. Judicavit autem Heli Israel, judex et sacerdos, annos quadraginta, 1 Reg. 4, v. 18, licet Septuaginta illius præfecturam annis tantùm viginti definiant. Annis totidem Samuelis et Saülis imperium circumscriptum est, ut docet Paulus, Act. cap. 13, v. 21. Cùmque Saülis morte primus iste liber conclusus sit, constat octoginta annorum spatio definiri. Nunc ergo videndum, in quod tempus aut sacrum, aut profanum, quæ hìc à tribus hisce principibus facta commemorantur, inciderint. Id quod fecit Magister histor. Scholast. et Abulensis, cùm hujus primi libri expositionem absolverunt. Video hâc in re multa esse incerta, obscura vestigia, dubias conjecturas, atque ideò in hâc temporum serie, regnorumque concursu nihil certum asserimus, nihil quasi indubitatum definimus; sequemur tamen eos, quibus in hâc re chronologicâ major habetur fides, in quorum numero primus erit Eusebius.

Cepit Heli judicandi populi præfecturam anno ab orbe condito, ut numerat Abulensis in fine hujus libri primi, 2866. Joannes Lucidus 2810. Genebrardus 3026. Jacobus Gordonius 2838. Tornielus 2900. Eusebius 4045. Quis, quæso, spatia tam disjuncta componat? Quis judicia toto, ut aiunt, cœlo dissidentia conciliet? Illorum judicia attigisse sat fuerit, conciliare longi esset difficilisque negotii; neque illud mihi in præsentiâ assumo; alio fortassè tempore tentabo. Tantùm dico, quæ profana tempora in hoc sacrum, ut ita dicam, tempus incurrerint.

Quo tempore judicavit Heli, Ascanius, et ejus frater Æneas Sylvius regnâsse creduntur in Italiâ. Nam paulò ante eò appulerunt Trojani eversâ à Græcis Trojâ, quæ sub Samsone judice tota periit. Hoc tempore contigerunt fabulosa illa, quæ antiquorum impleverunt historias, vel potiùs poetarum fabulis materiam præbuerunt; qualia sunt, quæ de Æneæ in Italiam appulsu, de erroribus Ulyssis, de Oreste ac Pylade, de mille aliis Græcorum Trojanorumque principibus, qui Trojana tempora consecuti sunt.

Sub Samuele et Saüle contigêre fabulosa plurima, quæ proxima fuêre Trojanorum exitio, quibus plena poetarum scrinia. Desinit Sycionium et Micenæum regnum, incipit Corinthium. Varia inter Peloponnenses Athenienses que certamina. Codrus pro patriâ, quam victricem fore didicerat, si ipse caderet, mortem ultrò oppetiit, et moriens aliis salutis fuit. Quidam sub hæc tempora vixisse Homerum putant; sed longè videtur fuisse posterior.

IN LIBRUM II. REGUM COMMENTARIUM.

Liber hic secundus meliora Israelitici populi, id est, Davidici imperii tempora complectitur, quæ ad extremam Davidis diem, ad extremam saltem senectutem, et morti proxima limina deducit. Ut enim primùm extinctus est Saül, delatum est regnum ad Davidem, qui jampridem ad illud per Samuelem à Domino designatus fuerat, et oleo sacro ad sacrum illud nomen delibutus. Quare in hoc libro, qui quadraginta annorum spatia complectitur, nihil audimus præter Davidem, aut quæ ad Davidis pertinent cogitationes et opera. In quo multa occurrunt et auditu lectuque jucunda, et utilitate præclara, digna denique, quæ ad se trahant piarum mentium et subtilium ingeniorum avidum atque ardens studium. Illa nos, Deo utinam probante, explicare aggredimur, ad quorum cognitionem et lucem, divini Spiritûs cœleste lumen imploramus, advocamusque B. Virginem, quam nobis ad tam arduum longumque negotium tutelarem et patronam optamus, necnon Davidem ipsum, in cujus explicandis consiliis ac gestis nostra versatur Commentatio; beatumque Patrem meum Ignatium, et socium ejus, itemque Patrem meum B. Franciscum Xaverium, quorum in laboribus aliis expertus sum et benevolum animum, et paratum auxilium.

CAPUT PRIMUM.

1. Factum est autem, postquàm mortuus est Saül, ut David reverteretur à cæde Amalec, et maneret in Siceleg duos dies.

2. In die autem tertiâ apparuit homo veniens de castris Saül, veste conscissâ, et pulvere conspersus caput; et ut venit ad David, cecidit super faciem suam et adoravit.

3. Dixitque ad eum David: Unde venis? Qui ait ad eum: De castris Israel fugi.

4. Et dixit ad eum David: Quod est verbum quod factum est? indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex prælio, et multi corruentes è populo mortui sunt; sed et Saül et Jonathas filius ejus interierunt.

5. Dixitque David ad adolescentem qui nuntiabat ei: Unde scis quia mortuus est Saül et Jonathas filius ejus?

6. Et ait adolescens qui nuntiabat ei: Casu veni in montem Gelboe, et Saül incumbebat super hastam suam. Porrò currus et equites appropinquabant ei.

7. Et conversus post tergum suum, videnque me, vocavit. Cui cùm respondissem: Adsum,

CHAPITRE PREMIER.

1. Après la mort de Saül, David, ayant défait les Amalécites et étant revenu à Sicéleg, y avait passé deux jours.

2. Le troisième jour il parut un homme qui venait du camp de Saül. Ses habits étaient déchirés, et il avait la tête couverte de poussière. S'étant approché de David, il le salua en se prosternant jusqu'à terre.

3. David lui dit: D'où venez-vous? — Je me suis sauvé, dit-il, de l'armée d'Israël.

4. David ajouta: Qu'est-il arrivé? dites-le-moi. Il lui répondit: La bataille s'est donnée; le peuple a fui; plusieurs sont morts dans cette défaite; Saül même et Jonathas son fils y ont été tués.

5. David dit au jeune homme qui lui apportait cette nouvelle: Comment savez-vous que Saül et son fils Jonathas sont morts?

6. Ce jeune homme lui répondit: Je me suis trouvé par hasard sur la montagne de Gelboé, et j'y ai vu Saül, qui s'appuyait sur sa lance; et comme des chariots et des cavaliers s'approchaient,

7. Il m'a aperçu en se retournant, et m'a appelé. Je lui ai répondu: Me voici.

8. Dixit mihi : Quisnam es tu ? Et aio ad eum : Amalecites ego sum.

9. Et locutus est mihi : Sta super me, et interfice me, quoniam tenent me angustiæ, et adhuc tota anima mea in me est.

10. Stansque super eum occidi illum, sciebam enim quòd vivere non poterat post ruinam ; et tuli diadema quod erat in capite ejus, et armillam de brachio illius, et attuli ad te dominum meum hùc.

11. Apprehendens autem David vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo.

12. Et planxerunt et fleverunt, et jejunaverunt usque ad vesperam, super Saül et super Jonatham filium ejus, et super populum Domini et super domum Israel, eò quòd corruissent gladio.

13. Dixitque David ad juvenem qui nuntiaverat ei : Unde es tu ? Qui respondit : Filius hominis advenæ, Amalecitæ, ego sum.

14. Et ait ad eum David : Quare non timuisti mittere manum tuam, ut occideres Christum Domini ?

15. Vocansque David unum de pueris suis, ait : Accedens irrue in eum. Qui percussit illum, et mortuus est.

16. Et ait ad eum David : Sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum locutum est adversùm te dicens : Ego interfeci Christum Domini.

17. Planxit autem David planctum hujuscemodi super Saül et super Jonathan filium ejus ;

18. (Et præcepit ut docerent filios Juda Arcum, sicut scriptum est in libro Justorum,) et ait : Considera, Israel, pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati.

19. Inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt. Quomodò ceciderunt fortes ?

20. Nolite annuntiare in Geth, neque

8. Il m'a demandé qui j'étais, et je lui ai dit que j'étais Amalécite ;

9. Et il a ajouté : Approchez-vous de moi et me tuez, parce que je suis saisi de détresse, et que je suis encore plein de vie.

10. M'étant donc approché de lui, je l'ai tué, car je savais bien qu'il ne pouvait pas survivre à sa ruine ; et je lui ai ôté son diadème de dessus la tête et le bracelet de son bras, et je vous les ai apportés, à vous qui êtes mon seigneur.

11. Alors David prit ses vêtements, et les déchira ; et tous ceux qui étaient avec lui firent la même chose.

12. Ils s'abandonnèrent au deuil et aux larmes, et ils jeûnèrent jusqu'au soir, à cause *de la mort* de Saül et de Jonathas son fils, et *du malheur* du peuple du Seigneur et de la maison d'Israël, dont *un si grand nombre* était tombé par l'épée.

13. David dit au jeune homme qui lui apportait cette nouvelle : D'où êtes-vous ? Il lui répondit : Je suis fils d'un étranger, d'un Amalécite.

14. David lui dit : Comment n'avez-vous pas craint de mettre la main sur l'oint du Seigneur, et de le tuer ?

15. Et appelant un de ses gens, il lui dit : Jetez-vous sur cet homme, et le tuez. Aussitôt il le frappa, et il mourut,

16. Pendant que David ajouta : C'est vous seul qui êtes la cause de votre mort, parce que votre propre bouche a porté témoignage contre vous en disant : C'est moi qui ai tué l'oint du Seigneur.

17. Alors David fit cette complainte sur Saül et Jonathas son fils ;

18. Et il ordonna qu'on enseignât aux enfants de Juda *ce cantique, appelé* l'Arc, comme il est écrit dans le livre des Justes. Et il dit : Considère, ô Israël, ceux qui ont été blessés et qui sont morts sur tes collines.

19. L'élite et la gloire d'Israël ont été tués sur tes montagnes. Comment les forts sont-ils tombés ?

20. N'annoncez point cette nouvelle dans

annuntietis in compitis Ascalonis, ne fortè lætentur filiæ Philisthiim, ne exultent filiæ incircumcisorum.

21. Montes Gelboe, nec ros nec pluvia veniant super vos, neque sint agri primitiarum, quia ibi abjectus est clypeus fortium, clypeus Saül, quasi non esset unctus oleo.

22. A sanguine interfectorum, ab adipe fortium sagitta Jonathæ nunquàm rediit retrorsùm; et gladius Saül non est reversus inanis.

23. Saül et Jonathas amabiles et decori in vitâ suâ, in morte quoque non sunt divisi, aquilis velociores, leonibus fortiores.

24. Filiæ Israel, super Saül flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.

25. Quomodò ceciderunt fortes in prælio? Jonathas in excelsis tuis occisus est?

26. Doleo super te, frater mi Jonatha, decore nimis et amabilis super amorem mulierum. Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam.

27. Quomodò ceciderunt robusti, et perierunt arma bellica?

Geth, ne la publiez point dans les places publiques d'Ascalon, de peur que les filles des Philistins ne s'en réjouissent, et que les filles des incirconcis n'en triomphent de joie.

21. Montagnes de Gelboé, que la rosée et la pluie ne tombent jamais sur vous, qu'il n'y ait point *sur vos coteaux* de champs de prémices, parce que c'est là qu'a été jeté le bouclier des forts, le bouclier de Saül, comme s'il n'eût pas été oint d'huile.

22. Jamais la flèche de Jonathas n'était retournée en arrière, *mais elle demeurait toujours* teinte du sang des morts, de la graisse des vaillants; et jamais l'épée de Saül ne demeura sans effet.

23. Saül et Jonathas, qui pendant leur vie étaient si aimables, sont demeurés inséparables dans la mort même. *Ils étaient* plus agiles que les aigles et plus courageux que les lions.

24. Filles d'Israël, pleurez sur Saül, qui vous revêtait d'écarlate, *qui vous faisait vivre* dans les délices, et qui vous donnait des ornements d'or pour vous parer.

25. Comment les forts sont-ils tombés dans le combat? comment Jonathas a-t-il été tué sur vos montagnes?

26. Votre mort me perce de douleur, Jonathas, mon frère, si beau, plus aimable que les plus aimables des femmes. Je vous aimais comme une mère aime son fils unique.

27. Comment les forts sont-ils tombés? comment la gloire des armes a-t-elle péri?

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Factum est autem, postquam mortuus est Saul, ut David reverteretur a cæde Amalec, et maneret in Siceleg (1) duos dies. Eodem tempore, quo Saül postquàm à pythonico spiritu oraculum rogârat, cum totâ familiâ, et suâ, et Palæstinorum manibus occubuit, subiitque cum ignominiosâ morte alia plurima à triumphante atque illudente populo ludibria, consulto Domino David, et illo responsa reddente per Ephod, victoriam reportabat de hoste Amalecitâ, redibatque cum populo jam libero, atque hilari et triumphali voce personante: *Io victor David, io triumphe. Hæc est præda David.* Vide quàm consilium dissimile, quàm dispar exitus. Tertiâ igitur die postquàm lætus et oneratus prædâ rediit in Siceleg, nuntium accepit, triste quidem, quia attritæ cum ignominiâ fuerant vires Israel, at si privatam commoditatem spectes, non injucundum, cùm sublatus esset hostis, cujus metu extorris ipse à patriâ vitam agebat aut sylvestrem et horridam, aut inter gentiles et Israelitici nominis inimicos, et oblatum regnum, quod infensissimi hostis impurissima vita in alios atque alios dies differebat.

Vers. 2. — Apparuit homo veniens de castris Saul veste conscissa, et pulvere conspersus caput. De hoc nuntio variè sentiunt auctores, aut potiùs varia Thalmudistæ somniant,

(1) *Après la mort de Saül, David étant revenu à Siceleg, y passa deux jours.* David a été jusqu'ici persécuté et malheureux. Il va maintenant monter sur le trône. Mais si sa condition est si prodigieusement changée, son âme ne change point, et il est le même dans tous les temps. Il regarde Dieu dans les biens comme dans les maux qui lui arrivent, et il est persuadé qu'il a encore plus besoin de la grâce du ciel pour soutenir la prospérité, qu'il n'en avait eu auparavant pour n'être point abattu par l'adversité. (Sacy.)

et Hebræorum magistri. Auctor Antiquitatum Biblicarum, qui falsò Philo fuisse dicitur, filium dicit Agag regis Amalec, qui à Saüle priùs reservatus, deinde à Samuele interfectus est, supra, cap. 15. Ad quem Saül jam excepturus ferrum sic locutus traditur : « Antequàm mortifices « me, nuntia mihi quis es. Et dixit ei ille : « Ego sum Edab filius Agag regis Amalecita- « rum. Et dixit Saül : Ecce venerunt super me « verba Samuelis, quomodò dixit : Qui natus « fuerit de Agag, erit tibi in scandalum. Vade « autem, et dic David : Ego occidi inimicum « tuum, et dices ei : Hæc dicit Saül : Non « memor sis odii mei, neque injustitiæ meæ. » Hæc ille Pseudo-Philo, ex Thalmudistarum, ut opinor, commentis. Alia plura dicit tum de Agag, tum de illius filio, quæ nos supra ad cap. 15 produximus, quæ tu vide. Ex Hebræis quidam Doeg Idumæum esse putant ; neque aliâ, opinor, adducuntur ratione, nisi quia hujus ex domesticis Saülis, nomen agnoscunt. Alii Doeg filium, cui pater, quem armigerum fingunt esse Saülis, antequàm cruentas sibi manus afferret, armillam tradidit, et coronam regis, quæ, utpote Davidi benè nota, persuaderent ipsi ab illo interfectum esse Saülem, qui illa referebat è castris. Qui Amalecitam se esse dixit, non Idumæum, aut Idumæi filium, ne agnosceretur filius esse Doeg, et majorem à Davide propter lætum nuntium gratiam iniret. Hæc illi. Vide Hieronymum in Traditionibus hebraicis.

Ego hunc virum, sive Amalecita sit, sive Idumæus, aut etiam Palæstinus (quis enim homini de patriâ credat, quem in aliis deprehendit esse mendacem?) in totâ hâc narratione nihil dixisse puto, nisi ad suam utilitatem artificiosè confictum. Qui fortassè in Palæstinorum castris militabat, et se Hebræorum simulabat adhæsisse partibus, ut evangelia à Davide extorqueret splendida, de cujus gloriâ sese credebat esse egregiè meritum. Cùmque neque huic de se ipso, neque Hebræis qui cæcis errant vestigiis, de hujus genere ac patriâ credendum sit, neque id valdè didicisse intersit, nihil hìc affirmo, affirmarique posse credo, in quo possit studiosus lector acquiescere.

Illud hìc observandum, antiquissimum esse morem, quem nostra etiam ætas ubique penè gentium servat, afferri à nuntiis signum aliquod, sive in litteris sive in corporis habitu, ex quo ante datas litteras, aut rem à tabellario, seu nuntio narratam, qualis fuerit rerum eventus, quivis intelligeret, venire, qui nuntiaret læta, cum lauro, seu, quod idem est, cum laureatis litteris, res est notissima. Exempla habes plurima apud Alexandrum Neapolitanum lib. 1 Genial. cap. 27. Plinius lib. 15 : « Laurus Romanis præcipuæ lætitiæ, victoria- « rumque nuntia additur litteris. » Julius Capitolinus in Maximino : « Statim Romam lau- « reatas litteras misit, quæ in urbe ingentem « lætitiam fecerunt ; » Lucullus laureatam navem, post devictum Mithridatem. Sic etiam qui triste aliquid nuntiaturi aut ultrò veniebant, ob ab aliis mittebantur, aliquod secum afferebant tristitiæ documentum. Quale Thesæi pater Ægeus proponi jussit in navi ex Cretâ rediturâ, si filio aliquid accidisset adversi, velum nempe nigrum, ut docet Plutarchus in Thesæo. Sic Tyriotes quidam cùm ad Darium de uxoris morte triste nuntium afferret, ingressus est ad illum, ut auctor est Curtius lib. 4, cum veste discissâ. Hoc idem fecit apud Hebræos ille qui supra, cap. 4, nuntiavit Heli occisos esse filios, et captam arcam ; venisse autem dicitur, v. 12 : *Scissâ veste, et conspersus pulvere caput.* Nôrat hanc Hebræorum consuetudinem veterator iste, et verus aut simulatus Amalecita, qui dolere se simulat de Israelis clade, cùm fortassè illi nihil posset accidere jucundius.

Vers. 6. — Casu veni in montem Gelboe, et Saul incumbebat super hastam suam. Jam sese produnt hujus seu veri, seu pseudo-Amalecitæ mendacia. Ait enim inventum fuisse Saülem incumbentem hastæ, id est, ut explicant Cajetanus, Dionysius, Interlinearis, et alii, innixus erat hastæ, quia neque se movere poterat, neque pedibus consistere. Quod propriè valet verbum hebraicum *saan,* quod *sustentare* significat, eo modo quo quis sustentatur baculo : unde *misaan, baculus.* Et idem omninò valet vox græca ἐπεστήριχτο, quâ usi sunt Septuaginta. At constat Saülem corruisse super gladium suum, neque potuisse eo tempore firmare languidum et vulneratum corpus super hastam, quando venit hic adolescens ; alioqui non suâ se, sed alienâ manu peremisset, quando aderat ille, qui quod armiger noluit, non gravatè præstaret. Neque præterea minùs esset Saüli turpe ab Amelecitâ, quàm à Palæstino perimi, cùm utraque natio inimica esset Hebræorum genti, et utraque incircumcisa ; ab incircumcisis autem occidi horrebat Saül, ut supra vidimus cap. 31, vers. 4 (1).

(1) Porro currus et equites appropinquabant

VERS. 8. — ET DIXIT MIHI : QUISNAM ES TU? ET AIO AD EUM : AMALECITES EGO SUM. Hìc duo video, quæ non valdè hunc adolescentem liberant à mendacio. Primò, quia si urgebant propè hostes, et currus et equites ex hostilibus castris appropinquabant, non substitisset Amalecites, qui fugâ sibi salutem quærebat, cùm vocaretur ab homine, eo fortassè tempore ignoto, neque fugam intermitteret, in quâ de vitâ non minùs agebatur, ut armillam et coronam acciperet. Deinde quia, si Saül appropinquare videbat currus et equites, nolletque ab hoste incircumciso opprimi, non sollicitus esset de illius genere ac patriâ, cui esset jugulum porrecturus; neque facilè Amalecitæ ferro se submitteret, qui neque minùs erat odiosus, aut vilis, quàm Philisthæus. Hæc minùs bellè conveniunt in hujus adolescentis narrationem, licet non desit quid huic objectioni non incommodè responderi posset.

VERS. 9. — STA SUPER ME, ET INTERFICE ME, QUONIAM TENENT ME ANGUSTIÆ (1), ET ADHUC TOTA ANIMA MEA IN ME EST (1). *Sta super me,* idem est atque *irrue in me.* Facit Amalecites iste mendacium suum verisimile, dùm in eo statu regem constituit, in quo mors alioqui horribilis illi esset optabilis, quia doloribus cruciabatur ingentibus, et angores illius animum maximè torquebant. Illud : *Tota anima in me est,* secundùm vulgi cogitationem et errorem, in quo fortassè erat Saül, dictum est, quia ille putabat animam, quasi magnitudinem haberet et partes, non totam simul, et in momento temporis ei. Hùc usque solùm sagittarum jactu eminùs pugnatum fuerat; nec nisi sagittâ vulneratus fuerat Saül. Hebræus : *Et ecce currus, et domini equitum, qui jungebant se eis.* Accipi hæc possunt de curru cum aurigâ. Utrùm adhuc equites in usu essent, ignoro. Currum autem ascendebat bellator unus, atque ipse auriga, vel *dominus equorum* belli peritissimus erat. (Calmet.)

L'Amalécite qui vint annoncer à David la mort de Saül, lui en fit un récit différent à quelques égards de celui qu'en fait l'auteur du premier livre des Rois. Sur quoi Voltaire demande « laquelle des deux leçons on doit adopter? » Il n'y a aucun doute qu'on ne doive s'en tenir au récit de l'historien sacré, par préférence à celui du jeune Amalécite, qui cherchait à se faire valoir auprès de David, en changeant quelques circonstances. Mais, ajoute le critique, « l'auteur du second livre des « Rois donne une autorité pour la seconde « leçon, il cite le livre du Droiturier. » Ce n'est point pour autoriser le récit de l'Amalécite que l'auteur du second livre des Rois cite le livre *des Justes,* c'est uniquement par rapport au cantique funèbre que David composa sur la mort de Saül et de Jonathas.

« Tout, dit encore Voltaire, rentre ici, pour « la première fois, dans le train des choses « ordinaires; l'intervention du ciel ne dispose « plus du gouvernement. » Le ciel ayant fixé l'autorité royale dans la maison de David, il n'intervient plus pour l'y conserver. On voit cependant dans la suite des miracles en faveur de David, de Salomon et de plusieurs de ses successeurs. (Duclot.)

(1) Confossus erat vulnere, confectusque mœrore fusi fugatique exercitûs sui, atque in imminenti discrimine, ut ab hostibus caperetur. Hebræus : *Quia lorica me retinet.* Gladio me ferire non possum, prohibente loricâ. Loricâ autem armatus fuisse creditur lineâ, quæ in usus belli familiarissima erat apud veteres. Spissæ autem texebantur, et coquebatur ex aceto linum vel lana, quo conficiendæ erant, ut vulnere penetrari non possent. Porrò levitate suâ multò aptiores erant ad usum quàm loricæ ex metallo. Norânt id generis arma nostri etiam Galli, qui et usum illorum et nomen etiam ab Orientalibus in itineribus suis transmarinis accepisse videntur. Appellabant enim *gambison*, vel *gambais*, quæ vox non distat *à chabaz* Hebræorum. Erat hæc lorica acu interpuncta, lanâ ex aceto coactâ sufferta, cujusmodi genus apud nos *feltro*, apud Ulpianum *coactile* appellatur. Olim Macedones loricam ex triplicatâ telâ compactam ferebant. Loricas ferreas vel æneas alio nomine quàm quod hìc legitur, designant Hebræi. Septuag. : *Quoniam occupaverunt me tenebræ graves;* quasi scilicet mortis horrorem innueret. (Calmet.)

Secundò, alii exponunt de loricis hostium, q. d : Cingunt et constringunt me loricati hostium equites; unde et Tigur. vertit : *Apprehendit me corona,* scilicet equitum. Tertiò, alii in *Midras* explicant de ephod pontificis, q. d : Tenent et terrent me sacerdotes, et pontifex Achimelech quos injustè, cap. 22, occidi; hi à me pœnas exigunt, quasi Saül ex sceleris conscientiâ cognoverit se adigi ad necem, ob cæsos sacerdotes. Addit Abulensis, quæst. 5, Saülem vidisse umbras et spectra sacerdotum vestibus sacerdotalibus indutorum, quæ ipsum terrebant; verùm planiùs noster *scabats* vertit, *angustiæ*, unde ei consentit Chald. et Sept.; hinc et Vatabl. vertit : *Apprehendit me tremor,* vel *trepidatio.* (Corn. à Lap.)

(1) *Saül m'ayant dit : Appuyez-vous sur moi, et me tuez, je me suis mis sur lui, et je l'ai achevé.* Quelques-uns croient que tout ce récit de la mort de Saül que l'Amalécite fait ici à David, en lui faisant croire que c'est lui qui a contribué à sa mort, selon le désir de ce prince, est véritable. Et cette opinion se peut accorder avec le dernier chapitre du premier livre, où il est dit que l'écuyer de Saül se tua lorsqu'il vit que Saül s'était percé de son épée, en disant que cet écuyer crut en effet que Saül était mort, comme il est rapporté en ce lieu-là, quoiqu'il ne le fût pas effectivement.

Si ce que rapporte cet Amalécite était véritable, le doigt de Dieu paraîtrait dans cet incident même de la mort de Saül, puisqu'ayant sauvé le roi des Amalécites, et réservé tout ce qu'ils avaient de plus précieux, contre l'ordre formel qu'il en avait reçu de Dieu, il serait arrivé, par une juste punition, qu'un homme de ce peuple-là même lui aurait ôté la vie.

excedere de corpore, sed corporis partes ab aliare partibus alio atque alio temporum momento destitui; in hoc saltem errore fuisse videtur Amalecita, qui Saüli hæc verba mendaciter attribuit, et juxta suam cogitationem et sensum locutum dixit esse Saülem. Et hoc mihi probabilius. Aut fortassè dictum est à Saüle totam in ipso animam esse, quia nihil animæ, id est, eorum quæ ab animâ corpus habet, stupor aut metus abstulerat. Sed acer erat sensus doloris, quem augebat dedecoris ab illudente turbâ acerba cogitatio. Quocirca à vulnerato corpore et ab ægro animo abesse non poterant angustiæ.

Vers. 10. — Sciebam enim, quòd vivere non poterat post ruinam. Juxta ea quæ falsò dixerat hic Amalecites, nondùm in terram ceciderat Saül, sed innixus erat hastæ, quasi qui labentem corporis molem baculo sustentat; ruisse tamen dicitur aut subiisse ruinam, quia tam ipse, quàm res Israelitica, in illo diro atque fatali certamine irreparabili vulnere percussi collabebantur.

Et tuli diadema (1), quod erat in capite ejus, et armillam de brachio illius. Ad tempus usque Saülis, qui primus omnium regiâ potestate ac nomine Israelitidem gentem moderatus est, nullus, quod ego viderim, coronam, aut armillam, aut ullum publicæ illius præfecturæ symbolum, aut insigne gestaverat. Cùm verò mutata est reipublicæ forma, et sublatis judicibus reges introducti, juxta id quod importunis precibus populus expresserat, rex instar aliarum nationum regum rem Israeliticam publicam administrare cœpit; et ut vicini reges suæ potestatis ac nominis habuerunt insignia, sic ipse quoque ad illorum exemplum, ut optabat populus, certis à reliquâ multitudine distinguebatur insignibus. Madianitarum reges (quod etiam vicinis populis reor fuisse commune) habuisse dicuntur aurea monilia, Judic. cap. 8, v. 26. In monilibus autem armillæ numerantur. Quòd autem reges vicini coronam in capite gestaverint, sæpiùs audimus. Habuit itaque Saül coronam in capite, et armillam in brachio, sicut etiam supra habuisse diximus hastam in manu tanquàm sceptrum regiæ potestatis insigne. Quæ duo dùm Amalecites attulit ad Davidem, satis ostendit manifestè mortuum esse regem.

De *armillis et coronis* dubitare aliquis posset, an satis præbere potuerint Saülis mortis efficax aliquod argumentum. Nam etiam milites in nationibus aliis habuisse dicuntur coronas et armillas, quibus non videntur caruisse Israelitæ milites, cùm ad gentium morem in illum populum gentilium esset introducta sicut vivendi, sic etiam nova militandi ratio. Quòd verò *armillæ* atque *coronæ* aureæ militum, saltem apud Romanos, ornamenta fuerint, res est notissima, et à nobilibus scriptoribus prodita, eorum maximè, qui egregium aliquod facinus edidissent. Vide Plinium lib. 33, cap. 2; Livius 1 decad. cap. 10, Spurium Papyrium, et quatuor centuriones, manipulumque hastatorum *armillis aureisque coronis* donatos esse tradit à consule. Et ut auctor est Valerius Maximus lib. 3, cap. 2, Lucius Sicinius Dentatus *coronas aureas* consecutus dicitur octo, et *armillas* multò plures, Sed huic objectioni non est difficilis responsio. Nam hæc consuetudo, quod ego viderim, non nisi apud Romanos invenitur; neque eo tempore fuerat in illam rempublicam introducta, quod huic Israelitico seculo respondet, cùm hoc tempore nondùm essent romanæ urbis, necdùm romanæ militiæ, et bellicæ disciplinæ jacta fundamenta. Quòd si demus, omnes milites iisdem esse ornamentis insignitos, quis dubitat regias armillas atque coronas vulgaribus esse longè dissimiles, aut Davidi ignotum esse regis ornamentum?

Vers. 11. — Apprehendens autem David vestimenta sua scidit, omnesque viri, qui erant

Théodoret néanmoins, et plusieurs autres, croient que cet Amalécite avait inventé tout ce qu'il dit ici à David, et que, ne se contentant pas de lui avoir rapporté le brasselet et le diadème de Saül, il crut qu'il se ferait un grand mérite auprès de lui, s'il ajoutait qu'il lui avait ôté la vie en la manière qu'il le rapporte, et qui paraissait assez innocente. Mais soit que cet Amalécite eût dit vrai ou faux, David le fait mourir très-justement, en lui disant : C'est vous seul qui *êtes coupable de votre mort, parce que votre propre bouche a porté témoignage contre vous, lorsque vous avez dit : C'est moi qui ai tué le christ du Seigneur.* (Sacy.)

(1) Tuli diadema. Hebræus : *Coronam quæ super caput ejus.* Vitta erat linea, alba vel colorata, quæ genuina est significatio vocis *diadema.* Obtinebant tunc quidem è metallo coronæ; sed tunc Saül nonnisi diademate redimitus erat. Ex aliis Scripturæ locis patet, reges in prælium profectos regiis, quibus distinguerentur, insignibus non caruisse. Sunt qui credant, Amalecitam hunc, quem filium Doegi gratis prorsùs esse aiunt, accepisse à patre suo diadema Saülis, deferendum Davidi, cujus indignationem meritò verebatur. Contendunt, nonnisi per mendacium asseruisse illum, se regio cadaveri diadema detraxisse. Sed nihil prohibet, quin tum Saül diadema suum habuerit. Porrò Philisthæi in medio hostilis exercitûs regem agnoverant; asseritque Scriptura : *Totum pondus prælii versum est in Saül.* (Calmet.)

CUM EO. Notum est, in dolore disrumpi solere vestimenta, sive ab his qui tristia nuntiant, ut modò de hoc Amalecitâ dicebamus; sive ab illis, qui triste accipiunt nuntium de domesticis malis. Quod hoc loco fecit non solùm David, cujus magis erat animus pius, sed etiam socii: quia ut illis non ingratus fuerat Saülis interitus, cujus gratiâ extorres illi errarent à patriâ, tamen non poterat illis non esse luctuosum, videre ruinam patriæ, amicorum cædem, et Israeliticam gloriam ab hoste Palæstino fuisse subactam. Quare quod fieri solet in amicorum funere, plorârunt omnes, et jejunârunt, et quoad fieri potuit ab his qui in regionibus habitant alienis, Saüli ac filiis ac toti populo, imò et reipublicæ toti, quæ eo vulnere corruisse videbatur, religiosè ac piè parentârunt.

VERS. 13. — DIXITQUE DAVID AD JUVENEM, QUI NUNTIAVERAT. Cùm paululùm David intermisisset fletum, rogavit à nuntio de genere ac patriâ; cùmque illum reprehendisset acriter, quòd sacro delibutum oleo, et ideò Christum Domini temerare ferro, et occidere voluisset, quia suo se testimonio jugulârat, in illum jubet agi lege; quare eodem momento, cùm neque admissa esset, neque fortassè ulla excusatio proposita, interfectus est.

Hìc tu observa, quomodò adolescens iste Amalecita non tam homicidii ac læsæ majestatis, quàm mendacii dederit non immeritas pœnas. Non enim, ut vidimus, ille regem occiderat, sed ut Davidis sibi conciliaret gratiam, quem Saüli successurum in regno existimabat, illam sibi sive laudem, sive officium arrogaverat. Sed illi neque spatium est datum ab eo quem futurum sibi putabat patronum et amicum, ut homicidii à se culpam removeret; neque si datum esset, ut reor, habuisset à pudore et metu loquendi facultatem, cùm in re usque adeò gravi non levior videretur homicidii quàm mendacii culpa, cùm mentiendo aut probaret cædem à quocumque factam, aut significaret cupere se, à se potiùs quàm ab alio factam videri. Omnis porrò iniquitas oppilat os suum. Unde neque mutire ausus est, cùm videret ferrum ab infensâ manu in sua viscera distringi (1).

VERS. 16. — SANGUIS TUUS SUPER CAPUT TUUM: OS ENIM TUUM LOCUTUM EST ADVERSUM TE (2). Modus hic loquendi familiaris est, quo sanguinem sumunt pro sanguinis pœnâ, qui vel ab aliquo injustè effusus, vel qui ab aliquo effunditur in pœnam vel admissi sceleris, vel effusi sanguinis, et hoc frequentius. Quare quod dicitur Matth. cap. 23: *Ut veniat super vos omnis sanguis justus qui effusus est*, et cap. 27: *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros*, hunc habet sensum, luendum esse scelus effusi prophetarum sanguinis Judæis, qui prophetas occiderunt et Christi sanguinis, quem à Pilato præside effundi postulabant. Hujus verò loci hic est sensus: Sanguine tuo effuso super te, pœnas dabis effusi sanguinis è regio corpore, quod impio atque sacrilego ferro violâsti. Notum præterea est, per caput, et id, cujus est caput, animal circumscribi. Quare idem est, *caput canis, caput colubri, caput meum*, aut *tuum*, quòd *canis, coluber, ego, tu*, ut pluribus docuimus ad illud Isaiæ cap. 35: *Lætitia sempiterna super caput eorum*. Quare idem est, *super caput tuum*, atque, *super te*. Ait autem David, non egere se testibus, ut Amalecitam supplicio damnet capitali, cùm ipse suo se testimonio configat.

VERS. 17. — PLANXIT DAVID PLANCTUM HUJUSCEMODI (1). Elegantissimus est threnus iste,

(1) VERS. 14. — UT OCCIDERES CHRISTUM DOMINI, puta Saülem, qui à Domino per Samuelem chrismate, sive oleo, unctus erat in regem Israelis, ideòque quasi sacer erat et inviolabilis. (Corn. à Lap.)

(2) Quæres an licitè David Amalecitam hunc occidi jusserit, cùm nondùm esset rex, nec haberet auctoritatem regiam. — Resp. affirmativè; habuit enim hanc potestatem, quia sciebat post mortem Saülis regnum ad se pertinere ex dispositione Dei. Ab hoc enim in regem unctus erat à Samuele, ut Saüli à Deo rejecto, vel adhuc vivo, ut volunt nonnulli, vel potiùs morienti, in regno succederet. Ita Abulens., Cajet., Serarius et alii. Adde Davidem à Saüle fuisse auctoratum belli ducem, ut contra hostes Israelis pugnaret, eosque occideret; hostis autem erat hic Amalecita, quia regem Israelis se occidisse fatebatur. Ac reus ipse Davidem pro rege et judice agnoscebat, utpote ad quem diadema, regiæ dignitatis insigne, detulerat. (Corn. à Lap.)

(1) *David fit cette complainte sur la mort de Saül et Jonathas son fils.* La douleur que David témoigne à la mort de ces deux grands princes, nous apprend à répandre comme lui nos larmes dans les malheurs que nous voyons arriver pendant notre vie, à ceux qui tiennent les premiers rangs dans l'ordre du monde. La dureté du cœur en ces rencontres est une chose que Dieu condamne, puisqu'il veut que nous pleurions avec ceux qui pleurent, et que nous répandions des larmes sur ceux qui n'en peuvent plus verser sur eux-mêmes: *Pleurez sur les morts*, dit le Sage: *Super mortuum plora*. Il ne faut point chercher de prétexte à notre insensibilité. Il ne faut point dire que c'étaient des personnes mal-réglées, et que leur mort est l'effet de la justice de Dieu. C'est ce que l'on aurait pu dire de Saül. Si leur vie a été criminelle, nous ne devons pas pour cela moins dé-

quem composuit David, doloris ac pietatis et singularis cujusdam benevolentiæ plenum. Qui usque adeò probatus est et acceptus, et propter materiæ gravitatem, et propter singulare dicendi genus, ut omnium ori ac seculo fuerit familiaris et frequens in cantu. Sanè Josephus ad suam usque ætatem dicit cantari solitum. Et reverà aliquid habet humanis numeris et artificio majus, neque mirum, quòd tam alii arripuerint avidè, et conservârint diligenter.

Vers. 18. — Et præcepit, ut docerent filios Juda arcum (1). Duo simul curâsse videtur David, ubi extinctum audivit Saülem regem, et cæsa aut fugata Israelis castra : alterum, ut se compararent, qui ex reliquis eâ erant ætate, ut belli pondus sustinere, et utiliter possent arma tractare, quasi magna deinde futura essent cum hoste certamina. Quare monet, ut omnes artem discant sagittariam, quia ejus artis scientissimi erant Palæstini, à quibus percussum esse Saülem lib. 1, cap. 31, didicimus. Hoc fortassè verum : sed ego potiùs crediderim, *arcum* hoc loco per synecdochen pro omni sumi armorum genere, quod in Scripturâ sacrâ infrequens non est, quia etiam sagittarum usus maximè frequens; in Scripturâ etenim sacrâ *arcûs* et *sagittarum* nomen millies auditur, ut constat mediocriter attento. Quomodò autem docendi sint tirones, et quid sit in hâc sagittariâ disciplinâ præcipuum, docet Vegetius lib. 1 de Re militari cap. 15. Hoc itaque dicendi genere indicat David imminere bella, atque ideò comparari oportere undecùmque bellorum instrumenta, et curandam ad successus bellorum utiles militarem industriam. Sicut Lucæ cap. 22, v. 36, dixit Christus : *Vendat tunicam suam, et emat gladium.* Quasi diceret : Persecutiones manent vos, ô discipuli, et dura certamina; necessarii sunt gladii, etiamsi desit tunica; et vobis sic est instituenda vita et comparandi animi, quasi vobis perpetuus futurus sit cum hoste conflictus.

Si lectionem sequaris Septuaginta, alius videtur esse sensus. Sic enim habent : *Et lamentatus est David lamentationem hanc,* etc. *Et dixit ad docendos filios Juda,* ubi arcûs nomen non auditur. Quorum verborum hic videtur sensus : Scripsit David hoc ferale canticum, ut doceret, quid filii Juda in parentalibus sacris cantare debeant. Sed de hoc plura statim, cùm agemus de libro Justorum.

Alterum, quod curavit David, fuit, ut pium ac funebre officium exhiberetur his qui in acie ceciderunt, sed præcipuè Saüli ac Jonathæ, de quorum præcipuè laudibus præclarum hoc instituit epicedium. Hæc videntur facilia, quæque primùm ubi lecta hæc fuerint, occurrunt cogitationi lectoris. Sed sunt aliqua non parùm impedita, quæ expediamus oportet.

Et primùm videndum, cur Septuaginta neque *arcûs* meminère, neque arcûs loco in suâ translatione quidquam addiderunt. Apud quos hoc tantùm habemus : *Et dixit ad docendos filios Juda.* Hujus omissionis duæ possunt assignari causæ. Fieri etenim potuit, ut *arcûs* nomine totum intelligatur, quod statim subjicitur, epicedium, aut ferale canticum. Potuit autem hujus epicedii titulus esse : *Arcus,* quia *arcus* hìc Saülis et Jonathæ commendatur. Tituli autem, sicut et operum initiales voces, apud Hebræos pro toto libro atque opere interdùm adhibentur. Sicut Genesis à primâ voce dicitur *Beresith,* et alii omnes libri, qui sunt in Pentateucho, à primâ sibi voce nomen assumpserunt. A titulo sanè multis libris ac canticis datum est nomen, quod sumptum est à materiâ. Id probant poemata plurima, et omnes penè tragœdiæ, tam græcæ, quàm latinæ. De canticis in vulgari poesi exempla sunt plurima. Apud Græcos ode quædam *Harmodium* dicebatur, quia laudes et gesta continebat Harmodii, Cœlius Rhodiginus lib. 27, cap. 26; et odæ aliæ, quæ ad numerosos saltus canebantur, *Niobe* vocatæ sunt, et *Daphnis;* nam ut est in epigrammate quodam græco, si satis memini, saltâsse quidam dicitur Niobem et Daphnim. Sic puto improbabile non esse, sive

plorer le malheur de leur fin tragique, comme David déplore celle de ce prince. *Le juste*, selon l'Ecriture, *lave ses mains dans le sang des pécheurs*, non par une joie cruelle de les voir périr, mais par cette humble réflexion qui nous fait avouer que le principe de tous leurs désordres est vivant dans nous, et que nous aurions été comme eux, et peut-être plus coupables qu'eux, si Dieu ne nous avait prévenus par une grâce toute gratuite. (Sacy.)

(1) Tropolog. S. Hieron. et ex eo Rupert. : David, inquit, dixit ut Dominus *doceret filios Juda arcum*, id est, reges Juda doceret fortitudinem, ut fortes et intenti essent in timore Domini, et in præceptis Dei, ne per inobedientiam reges Juda à fortitudine et timore Domini, sicut Saül, recederent, et eo modo quo ipse perierat, perirent. Fortitudo enim deest omnibus qui tentationibus cedunt, et in peccata corruunt; si enim fortiter iis resisterent, non peccarent. Quare qui tentatur, maximè eget fortitudine, quam precibus impetrare debet à Deo. (Corn. à Lap.)

ex titulo, sive materiâ hoc epicedium vocatum esse *Arcum*. Sicut etiam verisimile judico aliquos Davidis Psalmos à præfixo titulo accepisse nomen; veluti Psalmum 44, à *liliis*, et Psalmum 21, à *cervâ matutinâ*. Quare dùm Septuaginta suâ translatione indicant hoc epicedium datum esse Israelitis à Davide, cùm *epicedium arcus* etiam vocetur, idem omninò dicunt quod hebraicus textus et vulgata translatio; doceri etenim arcum, et canticum hoc funebre, idem est. Et favet huic explicationi, quòd etiam Jeremias cap. 9, v. 20, cùm instarent Judæis infortunata tempora, monet parentes, ut filias suas lamentari doceant, quia non illis deerit plangendi materia : *Docete*, inquit, *filias vestras lamentum, et unaquæque proximam suam planctum*. Lamentum autem hoc loco funebre aliquod videtur esse canticum, hoc nempe Davidicum, aut aliud simile, sumptum ex hoc Justorum libro, quem directorium videri diximus, aut rituale.

Sicut scriptum est in libro Justorum. Hic locus difficilis est, quippe variè versatur à variis, tam hoc loco, quàm Josue cap. 10, ubi etiam libri Justorum nomen auditur. Et primùm quærendum est, quisnam sit liber iste Justorum. De quo multa hìc Abulensis, et in cap. 10 Josue omnes ferè interpretes, Serarius, Arias, Masius, Magallianus, apud quos invenies tot sententias quot penè sunt capita. Quidam hunc librum Genesim esse putant, quia ibi sanctorum Patriarcharum continetur vita. Alii Pentateuchum, in quibus est Chaldæus, dùm reddit *librum Legis*. Alii distinctum esse librum arbitrantur ab illis quos nunc habemus, qui de *recto ac justo* disputaret, aut in plurali *de rectis et justis*, id est, de summis in nos Dei beneficiis, et de officiis ac cæremoniis, quibus nos illum colere et illius benignitati respondere debemus. Cui cogitationi favet, quòd hebraicè non est in plurali *jasarim*, id est, *justorum*, et *rectorum*, sed *jasar*, id est, *recti* ac *justi*. Hebræi, ut tradit Hieronymus in Traditionibus hebr., hunc librum esse censent primum et secundum Regum, qui Samuelis nomine notantur.

Ego sic opinor, primùm hunc librum non extare, sed cum aliis multis, quorum non semel Scriptura sacra meminit, excidisse. Hæc est auctorum maximè communis opinatio. Deinde mihi certum est, illud, *justorum*, in neutrali esse, non in masculino genere, quod ex recentioribus nonnulli sequuntur. Et patet, quia in hebræis codicibus non est *justorum*, sed *justi*, ut dicebamus nuper; atque ideò non de multis justis, sed de uno justo actum oportuisset, quod neque est verisimile, neque ullus excogitavit. Quare de justo ac recto, aut de jure ac lege, aut de officio, id est, de eo quod à quolibet in suo munere præstari debuit, hunc librum egisse fateamur necesse est. Quod apertè dixit Chaldæus et Septuaginta, quorum ille reddidit, *librum Legis*, hi *librum Recti*, sicut etiam recentiores aliæ translationes. Hispanica, *en el libro Justo*. Neque illud, *Justorum*, quidquam incommodat; nam etiam *justa* idem interdùm valet, quòd *jura, debita*, seu *officia*. Sic Cicero lib. 1 Offic., *justa* appellat quæ servis ac mercenariis debentur. Et quia defunctorum manibus plurimùm debet vivorum pietas, fit ut illa sacra, aut cæremoniæ, quæ ad mortuorum funus exhibentur, nominentur *justa*. In hanc sententiam inclinat Arias in v. 10 Josue.

Erit igitur *liber Justorum*, in quo leges, aut ordo, directorium, et ritus continentur, ac cæremoniæ, quæ in quolibet officio docent quid fieri legitimè, et quo ordine et modo debeat, sive in nuptiis, sive in conventibus, sive in bello administrando, sive in mortuorum exequiis, sive in aliquâ aliâ publicâ functione, quæ in benè constitutâ republicâ exerceri solet. In illo itaque rituali libro, sive directorio (id enim significat, aut indicat vox hebraica ישר *jasar*) continebantur, quæ beneficia populus accepisset, et quo modo agendæ essent gratiæ Deo pro illis. Ideò puto Josue cap. 10, in *libro Justorum* scriptum esse, quomodò ad vocem Josue stetisset sol, et quibus verbis cognoscendum esset illud beneficium, et quod carmen gratulatorii cantici futurum esset fundamentum; cùm enim verba quædam numerosè composita præcessissent, statim additur : *Nonne scriptum est hoc in libro Justorum?* Ubi alii legunt, *in libro Recti, aut Justi*.

Sed est adhuc dubium, quidnam in hoc *Justorum libro* scribendum sit; an docendos esse milites arcum, vel epicedium, quod in Saülis funere compositum est? Ego utrumque in librum illum relatum esse arbitror, et docendos esse milites artem sagittariam, et quid dixerit David in Saülis et aliorum qui cum illo in acie cecidêre, parentali planctu. De utroque nihil habeo certum, sed conjecturis tantùm ducor, quod in rebus hujusmodi necessarium est. Est enim satis verisimile, in *libro Recti*, seu officiorum, tradendum esse principi

modum et præcepta, ut honestè, utiliter ac pacatè rem administret publicam. Videtur autem maximè necessarium, ut cives instruat militari disciplinâ, ut habeat quid utiliter hostibus opponat, si quando vis aliqua extrinsecùs allata rem communem et publicam turbare tentaverit. Tota autem hæc disciplina *arcûs* nomine significatur.

Quòd verò hoc etiam Davidis epicedium in *Justorum librum* relatum sit, probant ea quæ superiùs à nobis adducta sunt, ubi, juxta Septuaginta editionem, *arcus* idem est, quòd Davidis ferale canticum, aut quia illius titulus erat *arcus*, aut quia illius carminis bona materiæ pars fuit Saülis *arcus* et Jonathæ, in extremo illo certamine confractus. Sed fuit præterea gravis illa ratio, quòd in hoc carmine optimè proponitur epicedii componendi forma. Et sanè hoc carmen legi solitum ad suam usque ætatem, docet Josephus lib. 7 Ant. cap. 1. Et ad illius exemplar alia fuisse composita indicat illud Michææ cap. 1, v. 10 : *In Geth nolite annuntiare*. Neque enim ulla apparet ratio, cur Michæas Israelis clades Gethæis potiùs quàm aliis Israelitici nominis inimicis celari voluerit, nisi ad hoc Davidis parentale canticum esset allusum.

Hæc mihi magis videntur expedita. Sed fortassè liber fuit apud Hebræos, in quo pia describebantur carmina, quæ variè pro temporum occasionibus variis canerentur, in quem collati fuerunt Psalmi à variis compositi et ad divinas laudes accommodati, ex quibus concinnatum est Psalterium, quod et habuerunt olim Hebræi, et nunc etiam habet Ecclesia in magnâ religione; quod non unum auctorem habuisse Davidem, licet hic fuerit omnium princeps, sed plures alios, censent Hebræorum magistri, et ex nostris non pauci secuti Hieronymum, qui illos esse dicit Psalmorum auctores, quorum nomina Psalmorum initiis præfiguntur. In hunc igitur ordinem sicut alii Davidis Psalmi, sic etiam hoc ferale canticum, quod etiam Psalmus quidam est, collatum esse arbitror, sicut illa etiam verba Josue cap. 10, quæ etiam in *libro Justorum* scripta esse narrantur. Nam et illa numeris constare poeticis, auctor est Arias et Masius, uterque in illum Josue locum. Et quidem sonus ipse et numerus syllabarum satis indicant aliquid ibi esse numerosum. Auctor itaque libri Josue, et qui hunc secundum librum scripsit, hæc cantica duo ex *libro Justorum* transcripsêre, atque ideò librum illum allegant. Hæc porrò carmina, quia neque cum Deo loquuntur, neque Deum laudant, neque à Deo aliquid precantur, sicut fortassè alia non pauca, quæ in volumen illud coeta fuerant, ideò à Psalterio, in quo laudes continentur et preces, rejecta sunt. Et quia illa tot Cantica perière, neque ista duo in illo libro modò reperiuntur, sed in suis quodque historiis, ideò *liber Justorum* interiisse dicitur. Hæc ego postrema neque affirmo, neque aliis persuadere studeo : sed quia res est obscura, et variè ab auctoribus accepta, licere mihi existimavi hanc etiam aliis expositionibus adjungere; fortassè alicui non displicebit.

Et ait : Considera, Israel, pro his qui mortui sunt (1). Aggreditur jam egregius Psaltes, et eximius poeta, singulare hoc et omnibus partibus in suâ brevitate perfectum epicedium. Et docet ipso exordiendi modo non esse eos qui cecidêre, è mediâ turbâ, aut acceptam plagam esse vulgarem, aut ejusmodi, ut facili possit sanari medicinâ. Jubet ergo, ut Israel singula accuratè consideret, quasi certò sciat in illo vulnere reperiri causam, quæ æternam possit alere in animo benè in rempublicam affecto lugendi materiam, cùm rex et regia soboles, et præstantissimi quique, cum magno reipublicæ detrimento, et Israelitici nominis ignominiâ occubuerint.

Vers. 19. — Inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt. Quomodo ceciderunt fortes (2)? Hoc est, quod Israelem conside-

(1) Et ait : Considera, Israel, pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. Desunt hæc in Hebræo et Chaldæo, nec leguntur in textu versionis S. Hieronymi, atque in Septuaginta. Versio sunt eorum quæ legimus initio versiculi sequentis. (Calmet.)

(2) Hebræus : *Decor Israel*, vel gloria Israel, vel *hinnulus Israel, vulneratus est*, seu confossus, *super excelsis tuis. Quomodò ceciderunt potentes?* Nomine hinnuli Israelis indicantur hic Saül ejusque liberi, qui in montibus Gelboe ceciderunt. Aquila : *Et ait : Considera, Israel, super mortuos, quos amisisti : quomodò ceciderunt fortes?* Septuaginta : *Erige monumentum*, vel columnam, *in memoriam defunctorum tuorum, qui in excelsis tuis occisi sunt. Quomodò ceciderunt potentes?* Commodè etiam redditur Hebræus : *O decus Israel!* princeps *super excelsis tuis vulneratus est. Quomodò ceciderunt potentes?* Alloquitur per apostrophen regionem, vel filias Israelis. Chaldæus : *Steterunt super Israel; super domum fortitudinum vestrarum elevati sunt occisores; quomodò occisi sunt fortes?* Denique exponi potest cum Syriaco et Arabico : *O cerve Israel! super colles tuos occisi sunt.* Cervi seu hinnuli similitudo apud veteres honestissima est. Ipse David gratias Deo agit, quòd levitatem ac pernicitatem cervi sibi concesserit.

rare jubet, nempe montes Israel Israelitarum sanguine commaduisse; eorum, inquam, sanguine, qui et nobilitate principes, et fortitudine præclari inter reliquos habebantur. Atque ideò plorare ipse incipit, dum adhibet usitatam illam in threnis lugendi formam : *Quomodò ceciderunt fortes?* Quasi miretur tantam virtutem tam brevi tempore, et tam horribili strage potuisse confici. Porrò in planctu hæc est inter Hebræos familiaris exordiendi forma. Sic in Jeremiæ Threnis cap. 1 : *Quomodò sedet sola civitas?* Et cap. 2 : *Quomodò obtexit caligine?* Et cap. 4 : *Quomodò obscuratum est aurum?* Sic Isaiæ cap. 14 : *Quomodò cecidisti, Lucifer?* de rege Babylonis.

Vers. 20. — Nolite annuntiare in Geth. Grave est honore aut commodis privari ab hostili manu; sed est interdùm ingenuis animis multò durius, spectare hostes triumphare in ipsorum infortuniis, et tunc exultare magis, cùm maximè dolent; lavare denique in miserorum sanguine manus suas. Quare hoc viri etiam sancti et patientissimi, aut postulant à Deo, ne aliquando contingat, aut si quando contigit, amarè lugent. Psal. 24 : *Neque irrideant me inimici mei.* Quod item Psal. 88, quasi acerbum aliquid queritur David : *Lætificâsti omnes inimicos ejus.* Et Threnorum 2, v. 17 : *Lætificavit super te inimicum.* Hoc autem ipsum, quod modò David, ad ejus fortassè imitationem fecit Michæas, supra cap. 1, v. 9 : *Desperata est plaga ejus,* etc. *In Geth nolite annuntiare,* ne videlicet nostri exultent inimici.

Ne forte lætentur filiæ Philisthiim. Filiarum meminit potiùs, quia harum opus est et cantu et choro victorias celebrare; sicut fecêre illæ quæ Davidis de gigante victoriam celebrârunt supra, cap. 18. Vide quæ nos ibi.

Vers. 21. — Montes Gelboe, nec ros, nec pluvia veniat super vos. Gravis est furor, aut dolor, quicumque cogit in res inanimatas sævire, et illis, cùm mereantur adversi nihil, adversa imprecari omnia. Sic mercator, cùm rerum jacturam naufragus fecit, ventos execratur, et pelagus, et illis indignatur, optatque, quidquid hostibus alii. Sanè Xerxes non solùm mari verba dixit contumeliosa, et imprecatus est illi ac ventis post tempestatem et naufragium, qualia mari ac ventis possunt esse contraria, sed præ nimio furore atque dolore tales pœnas exegit ab utrisque, quales nemo nisi ab amente spectare posset. Audi Herodotum lib. 7 : « Cùm audisset Xerxes (classem « adortâ tempestate fuisse disruptam) indignè « ferens jussit tercenta Hellesponto verbera « infligi, et in ejus pelagus par compedum « demitti. Jam audivi misisse quoque cum his « etiam, qui stigmata Hellesponto inurerent; « certè mandavit, ut colaphos Hellesponto « inculerent, dicentes barbara verba ac ve- « sana. » Addit Valerius lib. 3, cap. 2, minatum fuisse quoque cœlo tenebras. Juvenalis Satyrâ 10, addit, in ventos quoque flagellis sæviisse, quòd acriori spiritu turbâssent mare :

In Corum, atque Eurum solitus sævire flagellis
Barbarus Æolio nunquàm hoc in carcere passos,
Ipsum compedibus qui vinxerat Eunosigæum.

Sic agricola, dùm fruges videt exustas ab uredine, et à noxio vento spem, quæ se ostentabat à segetum viriditate, vanescere, mille in ventos jactat convicia, mille precatur infortunia. Quâ de re vide Senecam lib. 2 de Irâ, cap. 16. Dixit hoc optimè Augustinus, si satis memini, licet locus non succurrat : « Plerùmque, « inquit, non hominibus tantùm, sed calamo « irascimur in scribendo, eumque collidimus, « atque frangimus; et aleatores tesseris, et « pictores penicillo, » etc. Quod facit in animo cæcus et præceps furor, hoc idem etiam facit et patitur, cùm occupavit animum vehemens dolor. Sic sanè Theodoretus quæst. 6 : « Hoc, « inquit, indicat summum dolorem. Quomodò « enim qui aliquâ parte corporis sunt malè af- « fecti, aut parieti, aut lecto manus allidunt « propter stimulos doloris, ita etiam vir divi- « nus nimiâ ardens animi ægritudine malè « precatur inanimis montibus. » Sic Job cap. 3, eadem penè imprecatur diei, in quâ natus est, quæ David montibus Gelboe : *Pereat dies,*

Sponsa non rarò sponsum comparat *hinnulo cervorum.* (Calmet.)

Septuaginta Romana habent : *Sta, Israel, super mortuos tuos, in excelsis vulneratos; quomodò ceciderunt potentes?* Pro *sta,* Græcè est στήκασον, q. d. : Insiste et incumbe fixè in hanc considerationem.

Inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt : Quomodo ceciderunt fortes? Hic versus in re et sensu idem est cum priore. Unde pro his duobus versibus, unus duntaxat est in Hebræo, Septuaginta et Chald. Quare duplex hic versus ortus est ex duplici versione textûs Hebraici. Prior ex versione Aquilæ (quam sequitur Procopius), ideòque eum nonnulli codices Vulgatæ editionis, ut Regii, omittunt; posterior ex versione S. Hieron. Hebræa ad verbum habent : *Decus Israelis in excelsis tuis vulneratum est; quomodò corruerunt heroes?* Ita Vatabl. (Corn. à Lap.)

in quâ natus sum, etc. *Dies ille vertatur in tenebras; noctem illam tenebrosus turbo possideat*, etc. Idem penè Jeremias cap. 20. Petit ergo David quasi præ nimio dolore suî ipsius impos, non quia id velit factum, sed ut doloris magnitudinem ostendat, usitato, opinor, Hebræorum more, ut montes illi steriles perpetuò sint, neque ex cœlo aliquid accipiant, nisi aut sitim perpetuam, aut sempiternam hyemem, ita ut nullus ex illis ad hominum usus proveniat fructus, neque inde ullæ primitiæ ad templi quotidianos sumptus offerantur, sive ex frugibus, quas non pariet sterile ac maledictum solum, sive ex pecoribus atque armentis, quæ non alet infelix illa regio opportunis destituta pabulis.

Hic dubitat Abulensis, quæst. 16, an peccaverit David, dùm in montes patrios diram istam maledictionem intorquet, quæ si quod optare videtur, obtineret, gravi illorum montium possessores, qui nihil commeruerant, afficeret incommodo. Ac tandem docet optimè, quod alii etiam tenent interpretes, hoc ex animo non precatum esse Davidem, sed ut eo dicendi modo, qui his, quos gravis excruciat dolor, familiaris est, ostenderet, quàm ipse graviter de tantâ Saülis ac illustrium virorum strage condoluerit. Quare non est frustratus suo desiderio, quia non sterilitatem optabat montibus, sed tantùm cupiebat aliis esse notum, quid ipse ex communi Israelitarum incommodo sentiret.

Dubitari hìc secundò posset, an diram hanc Davidis imprecationem montes isti subierint, id est, an nunquàm cœlesti rore fuerint perfusi, et neque ferendis frugibus aut pascendis gregibus idonei. Tractavit quæstionem istam Abulensis supra, quæst. 16, et ait, quosdam existimare in montes illos Gelboe æreos fuisse cœlos, cujus sententiæ dicit fuisse Rabanum et Glossam ordinariam, quos etiam citat Hugo, à quorum sententiâ non abhorret. Sed illi hæc tantùm videntur asserere in morali sensu. Ità sanè indicat Ambrosius lib. 3 de Officiis cap. 9 : « Aruerunt, inquit, montes prophetico « maledicto, et divina vis sententiam maledi- « centis implevit. Itaque pro regiæ necis spe- « ctaculo pœnam elementa solverunt. »

Alii tunc impletam dicunt esse maledictionem, cùm Eliæ temporibus, 3 Reg. 17, *non pluit super terram annos tres, et menses sex*. Ita refert Historia Scholastica, et Abulensis, et illius auctorem citat quemdam Andræam. Sed hæc opinio seipsam facilè confutat, quia nimis serum esset supplicium post tot secula. Deinde, quia eo tempore non solùm longam illam sitim passi sunt montes illi, sed terra tota Israel. Alii alias adducunt solutiones, quas hìc enumerare necesse non est. Sed illud est sine dubio statuendum cum Abulensi, qui ait, quosdam se nôsse, super quos in eo monte cœlestis decidit pluvia. Neque erat cur Davidis voto eo modo responderet Deus, cùm ipse non tam optaret id advenire montibus, quàm vellet suum in defunctos animum et studium ostendere.

Hìc ad mores aliquid adducunt Patres, quod hìc paucis perstringere non erit abs re. Ambrosius lib. 3 de Officiis cap. 9, optimè expendit Davidis ingenium et clementem animum, qui cùm tot ab ingrato et malevolo rege affectus esset injuriis, cujus tunc causâ tutiùs inter hostes, quàm inter suos ac domesticos ageret, plangit tamen illius mortem, et vestimenta discindit, et montes execratur et odit, in quibus illum cecidisse cognovit. Bernardus serm. 54 in Cantica, ad illa verba cap. 2 : *Transiliens colles*, in montibus Gelboe, à quibus transit Deus, cùm alios visitet affluenter, dæmones intelligit, quos non visitat Dominus, cùm tamen alios cœlesti rore exhilaret et fœcundet. Deinde, quia superbus diaboli in se characterem et imaginem portat, ab illo quoque Deum transire dicit, quo tempore in alios liberalem se et munificum præbet : « *Superbia*, inquit, *inventa est in me, et Dominus de- « clinavit in irâ à servo suo. Quomodò ita exa- « ruit cor meum, coagulatum est sicut lac, fa- « ctum est sicut terra sine aquâ ?* Nec compung « ad lacrymas, quò tanta est duritia cordis. « Non sapit Psalmus, non legere libet, non « orare delectat, meditationes solitas non in- « venio. Ubi illa inebriatio spiritûs ? ubi men- « tis serenitas, et pax, et gaudium in Spiritu « sancto ? Ideò ad opus manuum piger, ad « vigilias somnolentus, ad iram præceps, ad « odium pertinax, linguæ et gulæ indulgen- « tior, segnior obtusiorque ad prædicationem. « Heu ! omnes montes in circuitu meo visitat « Dominus, ad me autem non appropinquat. « Nam alium quidem intueor singularis absti- « nentiæ, alium verò patientiæ admiran- « dæ, » etc. « Ego autem, qui horum in me « invenio nihil, quem me alium putem, quàm « unum de montibus Gelboe, quem præterit « in irâ et indignatione suâ ille cæterorum « omnium benignissimus visitator ? » Gregorius lib. 3 Moral. cap. 3, in montibus Gelboe

superba intelligit Judæorum corda, quæ à cœlesti gratiæ rore siccantur.

Quia ibi abjectus est clypeus fortium. Hæc gravis est dolendi materies, quòd defuerit patriæ clypeus et murus, viri nempe fortes, qui impavidi pectoris oppositu arcebant hostilem vim. Ille verò clypeus abjectus est, quia strati jacent strenui patriæ propugnatores, quibuscum abjectum quoque videri potest Hebræorum nomen, et gens parentum gloriâ ac virtute nobilis, ad ignobilium hominum redacta servitutem. Simile in Hectoris planctu, et quasi parentalibus cecinêre apud Senecam in Troade Trojanæ feminæ :

Columen patriæ, mora fatorum,
Tu præsidium Phrygibus fessis,
Tu murus eras, humerisque tuis
Stetit illa decem fulta per annos;
Tecum cecidit, summusque dies
Hectoris idem, patriæque fuit.

Hæc eadem videtur de fortibus occisis cecinisse David, dùm abjectos esse dicit illorum, imò veriùs patriæ clypeos, quibus sublatis exposita videbatur ludibrio ac prædæ Palæstinorum, et vicinorum hostium, quicumque vellent in Hebræorum terminos irrumpere; quod facere tutò posse credebantur, illo patriæ propugnaculo direpto.

Sed est ab abjecto clypeo aliud etiam vulnus ad ignominiam grave, quod fortassè etiam spectabat David in hoc ferali planctu. Notum est, quàm militi ignominiosum fuerit, aut in fugâ et metu projecisse clypeum, aut illum quoquo modo in pugnâ perdidisse. Unde vox ῥιψάσπις, quæ *hominem* sonat, qui *clypeum abjecit,* plena est ignominiæ. Maluit Lacæna quædam filium exanimem, quàm sine clypeo, quem domo extulerat, ex acie redire. Quare cùm filio clypeum traderet ad bellum profecturo, his illum verbis ad virtutem et patriam gloriam adhortata est : Ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς, id est : *Vel hunc redde clypeum, quem tibi trado, vel in eo revertere,* quasi dicat : Excipiam te libentiùs animâ quàm clypeo privatum. Mos enim erat, ut milites occisi pro feralî pheretro, in suis portarentur scutis; sicut de Pallante, ex veteri consuetudine, dixit Virgilius lib. 10 Æneidos :

At socii multo gemitu, lacrymisque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.

Celebrat fama illud Epaminondæ, qui elatus ex acie semianimis, non tam dolebat, quòd mors jam immineret, quàm quòd in acie moribundus clypeum amisisset. Quare recepto clypeo lætum se dicebat exire de vitâ. Hanc ergo infamiam dolet David, quòd multa scuta in Palæstinorum potestatem venerunt, maximè illorum qui ut evadere possent fugiendo hostes, quos elatos victoriâ instare videbant, ut magis essent ad fugam expediti, ut verisimile facit ille rerum articulus, clypeos abjecêre. Sed prior mihi ratio magis probatur, quòd nempe extinctis fortibus magna reipublicæ munimenta perierint.

Clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo. Quidam illud *unctus* ad clypeum referunt, non ad Saülem. In his sunt Rabb. Salomon et Vatablus, qui putant ungi solitos clypeos, quia eo modo âptiores fiunt ad excutienda tela, propter lubricam olei naturam. Quorum sententiam optimè Abulensis refellit, quia aliquid præcipuum dicitur esse in Saüle, dùm unctus dicitur oleo. Sed si ad rei bellicæ commoditatem conferret aliquid oleum clypeis aspersum, aliorum etiam clypeis non esset illa commoditas ablata. Quare Abulensis cùm in eâ etiam sit opinione, ut de unctione potiùs clypei quàm Saülis sermonem esse statuat, alias tamen ob causas putat de Saülis clypeo oleo delibuto inductum esse sermonem. Significatur enim aut Saülis in acie fortitudo, aut illius præcipua quædam dignitas, quam illa clypei unctio secum importabat. Virtus quidem, quia cùm priùs ex more unctus esset oleo, sanguine tamen multorum, quos Saül interfecerat, sic erat respersus atque oblitus, ut nullum unctionis antiquæ vestigium appareret. Sed hanc explicationem neque ipse videtur omninò probare, cùm alteram inducat. Et sanè meritò; si enim, ut ipse statim addit, regius clypeus linitur et quasi consecratur oleo, sicut rex ipse, ut major aliqua dignitas clypeo addatur, sicut regiæ personæ conciliatur ab oleo, non necesse est, ut clypeus totus ab oleo commadeat, sed satis est, ut in aliquâ parte leviter intingatur; sicut etiam rex et sacerdos, cùm à sacrâ unctione legitimè sacrantur, non toti illinuntur, sed illorum exigua quædam pars. Neque præterea clypei, maximè regii, ejus sunt materiæ, ut oleum bibant, aut non ex eis, si quid inspersum est olei, non detergatur facilè. Quare etiamsi inimicorum sanguine non esset inspersus regius ille clypeus, nullum esset relictum in illo olei vestigium. Quare magis ille placet, si locus accipiatur non de fortitudine Saülis, quâ clypeum imbuit hostili sanguine, quàm de regiâ dignitate, quæ non solùm uncto capite, sed etiam clypeo significabatur. Quare lugebat, quòd Saül sic esset in

acie peremptus, quasi unus è turbâ, et cujus clypeus sacro non esset oleo delibutus. De clypeis oblitis oleo diximus in nostris Commentariis super Isaiam ad illud cap. 21 : *Surgite, principes, arripite clypeos;* ubi Hebræus textus habet : *Ungite clypeos.* Ubi de hâc clypeorum unctione pluribus.

Sed est communis, et vera sententia, illud *unctus* non ad clypeum, sed ad Saülem esse referendum. Illud enim David hoc loco maximè dolet in Saüle, quòd cùm *Christus* esset Domini, id est, *unctus*, non aliter fuisset ab hoste tractatus, quàm si vulgare foret atque profanum corpus. Hæc enim una res ipsius dexteram à regio corpore continuit, quòd *Christus esset Domini.* Sic lib. 1, cap. 24, vers. 7: *Non mittam manum meam in eum, quia Christus Domini est.* Et cap. 26, vers. 8 : *Quis extendet manum suam in Christum Domini, et innocens erit ?* Et proximè ideò malè accepit Amalecitam, et interfici jussit, quia Christo Domini manus attulisset. Hoc igitur nunc dolet, quòd Christi Domini abjectus esset clypeus, id est, quia Christus Domini cecidisset; aliter enim non abjecisset clypeum, et quod idem propè est, non illius clypeo, id est protectione caruisset respublica regiæ curæ atque tutelæ commissa.

Vers. 22. — A SANGUINE INTERFECTORUM, AB ADIPE FORTIUM SAGITTA JONATHÆ NUNQUAM REDIIT RETRORSUM, ET GLADIUS SAUL NON EST REVERSUS INANIS (1). *Redeo, revertor*, et similia, etiamsi nihil addas, conatum significant, et petitionem irritam; multò magis si addas aliquid, quod inutilem indicet fuisse petitionem illam. Isaiæ cap. 45, vers. 23 : *Egredietur de ore meo justitiæ verbum, et non revertetur;* quod explicuit postea cap. 55, vers. 11 : *Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo : non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui.* Ezech. 21, vers. 5 : *Ego Dominus eduxi gladium meum de vaginâ irrevocabilem.* Hebraicè *lo thasub*, id est, *non revertetur*, scilicet inanis. Jeremiæ 50, vers. 9 : *Sagitta ejus quasi viri fortis interfectoris non revertetur vacua.* Sic ergo neque Saülis gladius, neque Jonathæ sagitta ullam habuêre petitionem vacuam ab hostium sive cæde, sive sanguine, etiamsi adversarii sese contra objicerent bellatores strenui et robore præstantes. Id enim sibi velle videtur illud, *ab adipe fortium.* Nisi mavis ita hæc accipere, ut non solùm sanguinem effuderint horum principum arma, quod contingere solet etiam dùm leviter cutis summa perstringitur, sed etiam adipem, quod tunc accidit, cùm ad ipsa etiam præcordia telum adigitur, Hoc porrò strenui atque robusti militis est, nullum torquere telum, nullam conjicere petitionem, quæ non adversarii aut effundat sanguinem, aut animam hauriat lethali vulnere. Hoc de suo Æneâ cecinit Maro lib. 10 Æneid. :

Fidum Æneas affatur Achatem :
Suggere tela mihi, non ullum dextera frustra
Torserit in Rutulos.

Vers. 23. — SAUL ET JONATHAS AMABILES ET DECORI IN VITA SUA (1). Hæc verba solemnia fuisse suspicor, et quasi legitima funebri sive lamento, sive cantico, quibus aut amicorum veri, aut præficarum simulati planctus utebantur. In his autem duobus verbis multa continentur, quæ non nisi oratione longâ explicari possunt, Quibus respondent solemnia illa : *Væ, frater, et væ, soror, væ, inclyte, et væ, Domine,* Jerem. cap. 22; et iterùm, c. 36, amabiles et decoros fuisse duos hosce principes in vitâ suâ non dubito. De Jonathâ certum est, cùm id probaverit totius populi publica vox, lib. 1, cap. 14, qui ut illum liberaret à morte, Saülis

(1) *La flèche de Jonathas a toujours été teinte du sang des plus vaillants, et l'épée de Saul n'a jamais été tirée inutilement.* Cette complainte de David est digne du Saint-Esprit qui la lui a inspirée. Elle est vive et touchante, parce que c'est la douleur qui s'explique, et le cœur qui parle. Et néanmoins cette effusion de pensées si naturelles et si conformes aux pleurs qui les accompagnent, est conduite par une très-grande sagesse. David fait l'éloge de Saül. Il rend ce devoir à sa souveraine dignité. Mais il le fait sans blesser, ni la vérité, ni la justice. Il relève en lui ce qui mérite effectivement d'être loué : ces qualités extérieures et éclatantes qui donnent le plus de réputation aux princes; sa magnificence envers son peuple; ses succès heureux dans la guerre, et cette grandeur d'âme et de courage qui l'a rendu digne d'être comparé *aux aigles et aux lions.* Mais en même temps il cache sous le voile du silence tout ce qu'il n'aurait pu, ou louer, ou excuser sans se rendre coupable, ou de mensonge ou de flatterie. Ce ménagement qu'il garde avec tant de circonspection et de prudence, est un excellent modèle pour ceux qui sont obligés de parler aux princes pendant leur vie, ou de faire leur éloge après leur mort. (Sacy.)

(1) Symbol. Ecclesia in officio Eccles. hæc verba adaptat SS. Apostolis Petro et Paulo, qui eodem die, mense et anno a Nerone martyrio laureati sunt : *Gloriosi*, inquit, *principes terræ, quomodò in vitâ suâ dilexerunt se, sic et in morte non sunt separati.* (Corn. à Lap.)

se minis juramento confirmatis opposuit. De Saüle idem credo, eo saltem tempore, in quo alienam à dolo vitam egit, et juxta divinum imperium commissum sibi regnum moderatus est. Nam postquàm suo se potiùs quàm divino arbitratu rexit, ut displicuit Samueli et Deo, sic etiam puto hominibus displicuisse, qui non tam illum benevolis ac studiosis, quàm invitis, atque coactis metu animis sequebantur. Sed usitatum, et quasi legitimum apud Hebræos in funere lamentum satis gravis fuit causa, ut hoc David de Saüle, ingenuo adductus et pio studio, canticum ediderit, in quo nihil est à veritate alienum, si meliora Saülis tempora consideres. Dùm autem duos hosce principes in morte quoque dicit non fuisse divisos, ostendit in vitâ, quicumque incideret casus, aut negotium, separatos non esse.

Aquilis velociores, leonibus fortiores. Hæc hyperbolicè de Saüle et Jonathâ dicuntur : neque enim aquilarum volatum pernicitate, neque fortitudine leones assequuntur, nedùm superant. De aquilarum velocitate et leonis robore multa ab scriptoribus profanis; neque in Scripturâ sacrâ pauca. Jerem. 4, vers. 13 : *Velociores aquilis equi ejus.* Et Thren. 4, vers. 19 : *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli.* De leone Prov. 30, vers. 30 : *Leo fortissimus bestiarum.* Judic. 14, vers. 18 : *Quid fortius leone?*

Vers. 24. — Filiæ Israel, super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis. Planctum indicit præcipuè filiabus Israel, quia illarum negotium est, ut triumphale carmen cantent et nuptiale canticum, et quidquid denique festivum est; sic etiam epicedia, et quidquid populis accidit adversum et lugubre. Causam autem proponit accommodatam feminarum sexui, qui φιλόκαλος est, et elegantiæ studiosus, qui ægrè fert admodùm his privari ornamentis, quæ nunc dicuntur à Saüle ex hostium, ut opinor, spoliis ad muliebrem cultum atque delicias fuisse comparata. Cùm autem sæpè de vicinis hostibus triumphâsset Saül, ut habes lib. 1, cap. 14, vers. 47, non dubium est, quin inde ad mundum muliebrem reportata fuerint ex auro et coccino, et aliâ pretiosâ materiâ, ornamenta plurima. Et hoc credo verius. Neque displicet, quod mihi visum est probabile ad illud Cant. 3 : *Propter filias Jerusalem,* sicut Salomon ferculum construxit ad nuptialem pompam, hieroglyphicis quibusdam signis illustre, quæ docerent quale deberet esse castum et venerabile conjugium, et quo novi conjuges cum geniali plausu traducerentur, sic etiam à regibus et ducibus Israel paratas esse vestes egregiis quibusdam et hieroglyphicis symbolis illustres, quibus in nuptialibus sacris uterentur; nec enim tantum onus imponi debuit novis maritis, ut magnos et supra facultatem fortassè sumptus facerent in concinnandâ hieroglyphicâ veste, auro gemmisque distinctâ, qualis in Canticis canticorum à Salomone, et in Psalmis à Davide describitur.

Vers. 26. — Doleo super te, frater mi Jonatha, decore nimis, et amabilis super amorem mulierum (1). Quæ præcesserunt proxime Saü-

(1) Hebræus et Septuaginta : *Mirabilis fuit amor tuus mihi præ amore mulierum.* Chaldæus : *Mirabilis fuit dilectio tua mihi præ dilectione duarum uxorum.* Tenero magis amore te diligo, pluris æstimo; amor quo me diligebas, me pariter in te rapit ac transfert; ad quem nunquàm animum converto, quin ingenuitatem animi tui admirer.

Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam. Expositio est præcedentis; deest autem in Hebræo, in Græco, Septuaginta et versione S. Hieronymi.

Si quis fidei oculis Saülem intueatur, expressum videat in Saüle tremendum Dei justè punientis exemplum, vivamque imaginem Judaicæ reprobationis. Electus à Deo Saül in principem populi sui, prophetæ manu consecratus, idemque pariter aliquandiù Spiritu Dei afflatus, prophetiæ dono præditus, pluribus victoriis gloriosus, denique à Deo deseritur totumque se permittit ambitioni, superbiæ, crudelitati; Davidem, cujus plurima erant in se beneficia, generum suum, Israelis propugnaculum, hostium terrorem, ita insectatur, ut vel universum Israelem in miserum armet, ac propriis illum manibus configere conetur. Quid verò hisce coloribus exhibetur, nisi ea quæ Hebræi Jesu Christo intulerunt? Illi, gens electa, et Deo in deliciis habita præ cæteris orbis nationibus, à prophetis edocta, deposito sacrorum mysteriorum donata, plurimisque aliis nominibus illustris, merito tamen pervicaciæ et ambitionis suæ à Domino reprobantur, ac deseruntur. Jesus Christus, Davidis imagine expressus, vix inter homines fuit, prodigiorum virtutisque suæ gloriâ ejus populi admirationem pariter et invidiam excitavit. Malâ hâc æmulatione stimulante, divinum hunc hominem infestissimo odio insectantur, nec cessant, donec cruci suspendant. Quemadmodùm autem Saül quietus vixit, ac votorum suorum compotem se esse credidit, cùm extorrem egit Davidem à patriâ, et apud alienos perfugam; ita pariter Judæi neci traditum Jesum Christum cernentes, ejectosque discipulos, religionis et Ecclesiæ suæ exitium non verebantur; erroris illorum perpetui atque æternæ desperationis argumentum. Romani à Deo armati, horrendum illorum crimen ultori, templum evertunt, totamque latè dissipant gentem, ac dissipatæ reliquias in eam conditionem redigunt, ut nemo iis miserior viliorque inter homi-

lem spectabant, qui utpotè rex et Jonathæ pater, priorem locum obtinere debuit in hoc ferali carmine : nunc canticum ad Jonatham traducit, et ex solemni lugendi formulâ nomen

nes habeatur. In exilio suo David regnum assequitur, ejusque adversarius Saül à Deo æquè et à suis desertus, necem inferre sibi cogitur, ejusque posteri Davidis clementiam imploratum vel inviti veniunt.

Cùm autem veteris Testamenti historiæ ferè omnes duplicem referant imaginem, altera ad vetus, altera ad novum pertinet; illa typus est Jesu Christi, hæc verò Judæorum. Saül, quanquàm potissimùm referre videtur imaginem reprobatæ synagogæ, vestigia tamen offert nonnulla similitudinis cum Jesu Christo. Lineamenta hæc omnia sedulò collegit Beda Venerabilis. Missus à patre Saül, ut asinas quærat, rex gentis suæ eligitur ; Jesus Christus inter homines nascitur, ut homines crimine et errore palantes reducat; accipit autem à Deo imperium in omnes totius mundi gentes, ex quibus Ecclesiam suam cogit. Saül inter cæteros gentis suæ toto capite eminet ; Jesus Christus multò superat filios hominum, quorum naturam sumpsit. Denique Saül animi modestiâ fugiens latuit, cùm in regem salutandus quæreretur; Jesus Christus, cùm Judæi regnum illi deferre vellent, delituit, ac fugâ sese illis subripuit, cùm multò potiori ac minimè humano regno potiretur.

Amabilis Jonathæ indoles in ejus amorem omnes rapiebat, qui virum nôssent ; nihil liberalius, nihil constantius, nihil sanctius, ardentius nihil, quàm ejus erga Davidem amor. Nemini magis quàm illi utile fuisset Davidis exitium, æmuli sui ad regnum : ut Davidis res augebantur, ita Jonathas decrescebat. Vix agnitâ Davidis virtute, illi se inviolabili amicitiæ nexu adstrinxit. Quin et certior factus, destinari illum à Deo in regem, rerum suarum statim obliviscitur, nihilque vel minimum molitur, ut æmulum suum excludat; et cùm tam gravis tantique momenti res versaretur inter ipsos, nihil tamen de pristino erga Davidem amore remisit. Nec deerant Jonathæ dignæ rege virtutes, magnanimitas, strenuitas; sed hisce omnibus prævaluit viri æquitas et religio. Humanitate et comitate vicit omnes, atque omnia pariter implevit officia erga patriam, patrem, amicum, religionem. Grotius paucis viri elogium complectitur : *Jonathas fortis, comis, minimè ambitiosus. Talis fermè Germanicus.*

(Calmet.)

Moral. Vide hic, mirare et imitare, quàm David tot injuriarum Saülis fuerit immemor, quàmque de ejus, licet sibi inimicissimi, morte non sit gavisus, sed eam tam seriò luxerit, et tam eleganti epicedio honestârit, ideòque meruit ei in regnum succedere, ac favorem tribûs Juda sibi conciliavit, quæ illicò eum in regem suum unxit. Quocirca S. Chrysost. hom. de virtut. et vitiis docet, invidiam Saülis nocuisse ipsi Saüli, non Davidi ; ipsa enim Saüli infamiam et necem, Davidi verò gloriam et regnum peperit : « Vulgus, inquit, nescit quantò « cæteris miseriores habendi sunt, qui dùm « aliis nocere existimant, seipsos gladiis trans-

fratris assumit. Diximus enim in planctu funebri usurpari sæpiùs : *Væ frater, et væ soror.* Illud, *super amorem mulierum,* dupliciter explicari potest. Aut enim amor ille mulierum activè sumitur, ita ut tantùm ametur Jonathas, quantùm mulieres amant filios suos, aut viros, quarum amor vehementissimus est ; aut passivè, ut tam ametur ardenter, quàm amari à viris feminæ solent. Comparatio quocumque

« verberant ; quod suprema prorsùs amentia « est, seipsum percutere, et hoc ipsum nes- « cire, sed cùm alium injuriâ credat afficere, « tùm verò seipsum omninò jugulare. » Id deinde demonstrat exemplo et antithesi Saülis et Davidis : « Nonne hic molestiâ et iniquo « dæmone agebatur, ille autem vel sole cla- « rior erat in trophæis, et quâ Deum præcipuè « colebat, ingenti pietate super æthera notus ? « Nonne hic tabescebat invidiâ, ille verò cùm « tacitè omnia ferret, omnes sibi charitate « vinciebat ? » Causam subjicit : « Quia hic « (Saül) milites tremendos armis, ille (scilicet « David) verò justitiam innumeris legionibus « validiorem, sociam sibi et auxiliarem asci- « verat. » Idem Chrysost. hom. 2 de Saüle et Davide : « Si mille, inquit, habuissent vitas, « annon promptè impendissent pro suo duce, « tam ex reverentiâ quam hosti præstitit, re- « ipsà perspectum habentes, quàm benevolum « gereret animum erga suos? Cæterùm, qui mi- « tis ac mansuetus est in eos à quibus molestiâ « affectus est, multò magis erit erga benevolos « eum affectum gesturus. Quæ profectò res « fuit illi maximum securitatis pignus. » Et paulò post : « Davidi, inquit, non jam ut ho- « mini, sed angelo parebant.

(Corn. à Lap.)

Votre mort me perce de douleur, Jonathas, digne d'être aimé d'un amour plus grand que celui qu'on a pour toutes les femmes. David s'étend avec plus de liberté sur l'amitié sainte qu'il avait pour Jonathas. Ce qu'il dit de lui, *que ce prince était digne d'être aimé d'un amour plus grand que celui qu'on a pour toutes les femmes,* est une comparaison qui marque seulement la grandeur de cet amour, et non le déréglement qui s'y peut trouver. Ainsi lorsque le Sage nous exhorte *à aimer la sagesse comme les hommes aiment l'argent,* il veut seulement que notre amour pour Dieu soit aussi ardent qu'est celui des avares, sans être néammoins aussi déréglé que cette passion, qui les rend *idolâtres de l'or,* comme saint Paul nous en assure. C'est pourquoi David ajoute *qu'il aimait ce prince comme une mère aime son fils unique.* Il explique son amitié par celle qui est la plus tendre et en même temps la plus juste qui soit dans le monde. Les hommes attachés à leurs sens ont peine à comprendre ces expressions de l'Ecriture. Mais nous devons considérer que comme il y a un amour criminel et ténébreux, qui vient de l'enfer, et dont le démon est le principe, il y a aussi un amour céleste et plein de lumière, que le Saint-Esprit allume dans nous, qui fait que nous aimons les hommes en Dieu, et Dieu dans les hommes.

(Sacy.)

modo sumas, gravis est, quia et virorum in feminas ardentissimus est amor à naturâ ipsâ, et feminarum multò in viros ardentior, et interdùm impotens. Sed quod statim sequitur, non obscurè indicat, ab activo feminarum amore similitudinem duci, nempe dignum fuisse Jonatham, ut tali ab omnibus amaretur affectu, quali mater amat unicum filium. Et ideò subditur accommodatè ad superiora : *Sicut mater unicum amat filium suum.*

Hæc porrò comparatio de amore unici filii familiaris est tam sacris quàm profanis. Unde ortum est illud tritum, *unice amarè*, id est, amore ingenti, qualis est unigeniti. Unde etiam fit, ut de illius morte gravissimum mater capiat dolorem, qui aut abiit in proverbium, aut certè proverbialem obtinet speciem. Jerem. cap. 7, vers. 26 : *Luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum.* Amos cap. 8, v. 10 : *Ponam eam quasi luctum unigeniti.* Zachar. 12, v. 10 : *Plangent eum planctu quasi super unigenitum.* Cicero pro Roscio Amerino, et Philip. 9, eo se modo dixit luxisse rempublicam, quo mater amat unigenitum filium.

Vers. 27. — Quomodo ceciderunt robusti, et perierunt arma bellica? Poeticum est hoc artificium, et carmen hoc sæpiùs iteratum magnum habet momentum ad excitandum affectum. Quo usus est David ipse sæpiùs in Psalmis, ubi ex intervallis redit versus intercalaris. Psalm. 106, sæpè interponit : *Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.* Psalmus 117 his verbis inchoatur : *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus,* et eisdem finitur. In Canticis canticorum sæpè iterat sponsus: *Adjuro vos, filiæ Sion.* Et sponsa illud : *Læva ejus sub capite meo.* Apud profanos hoc est multò frequentius. Catullus in epithalamio Juliæ et Manlii illud solemne repetit :

Hymenæe Hymen, Hymen Hymenæe.

Et eadem paululùm immutata in sequenti epithalamio. Et in epithalamio Thetidis et Pelei:

Currite ducentes sub tegmina, currite fusi.

Alios quoque versus Theocritus intercalat, Idyl. 1 et 19, et eum imitatus Virgilius in Pharmaceutriâ. In re non dissimili, id est, in re luctuosâ et funebri idem adhibuerunt artificium Catullus, in Elegiâ ad Manlium, ubi aliquoties interponit : *O misero, frater, adempte mihi!* et Ovidius Epist. Dejaniræ ad Herculem, quæ cùm suspicaretur illum interiisse, sæpiùs iterat :

Impia quid dubitas, Dejaneira, mori?

Eodem artificio eximius poeta David hoc iterat intercalare carmen. Primùm v. 19, deinde v. 25, ad extremum, in fine capitis. In quo dictorum fermè omnium brevis complexio est. Est enim quod ante pluribus explicuerat, periisse fortes, et illorum clypeos esse projectos, et populum à suo præsidio et tegumento nudatum.

CAPUT II.

1. Igitur post hæc consuluit David Dominum dicens : Num ascendam in unam de civitatibus Juda? Et ait Dominus ad eum : Ascende. Dixitque David : Quò ascendam? Et respondit ei : In Hebron.

2. Ascendit ergo David et duæ uxores ejus, Achinoam Jezraelites, et Abigail uxor Nabal Carmeli;

3. Sed et viros qui erant cum eo duxit David singulos cum domo suâ; et manserunt in oppidis Hebron.

4. Veneruntque viri Juda, et unxerunt ibi David ut regnaret super domum Juda. Et nuntiatum est David quòd viri Jabes-Galaad sepelissent Saül.

5. Misit ergo David nuntios ad viros

CHAPITRE II.

1. Après cela David consulta le Seigneur, et lui dit : Irai-je dans quelqu'une des villes de Juda? Le Seigneur lui dit : Allez. David lui demanda : Où irai-je? Le Seigneur lui répondit : A Hébron.

2. David y alla donc avec ses deux femmes, Achinoam de Jezraël, et Abigaïl, veuve de Nabal du Carmel.

3. David y mena aussi les gens qui étaient avec lui, dont chacun y vint avec sa famille; et ils demeurèrent dans les villes d'Hébron.

4. Alors ceux de la tribu de Juda vinrent et sacrèrent David *de l'huile sainte*, afin qu'il régnât sur la maison de Juda. En même temps on rapporta à David que ceux de Jabès en Galaad avaient enseveli Saül.

5. Il envoya aussitôt des gens pour leur dire :

Jabes-Galaad, dixitque ad eos : Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saül, et sepelîstis eum.

6. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam et veritatem, sed et ego reddam gratiam, eò quòd fecistis verbum istud.

7. Confortentur manus vestræ, et estote filii fortitudinis ; licet enim mortuus sit dominus vester Saül, tamen me unxit domus Juda in regem sibi.

8. Abner autem filius Ner, princeps exercitûs Saül, tulit Isboseth filium Saül, et circumduxit eum per castra,

9. Regemque constituit super Galaad et super Gessuri et super Jezrael et super Ephraim et super Benjamin et super Israel universum ;

10. Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saül, cùm regnare cœpisset super Israel, et duobus annis regnavit. Sola autem domus Juda sequebatur David ;

11. Et fuit numerus dierum quos commoratus est David imperans in Hebron super domum Juda, septem annorum et sex mensium.

12. Egressusque est Abner, filius Ner, et pueri Isboseth, filii Saül, de castris in Gabaon :

13. Porrò Joab filius Sarviæ et pueri David egressi sunt et occurrerunt eis juxta piscinam Gabaon. Et cùm in unum convenissent, è regione sederunt, hi ex unâ parte piscinæ et illi ex alterâ.

14. Dixitque Abner ad Joab : Surgant pueri, et ludant coram nobis. Et respondit Joab : Surgant.

15. Surrexerunt ergo, et transierunt numero duodecim de Benjamin, ex parte Isboseth filii Saül, et duodecim de pueris David.

16. Apprehensoque unusquisque capite comparis sui, defixit gladium in la-

Bénis soyez-vous du Seigneur de ce que vous avez usé de cette humanité envers Saül, votre seigneur, et que vous l'avez enseveli.

6. Maintenant donc le Seigneur vous rendra votre miséricorde et votre fidélité, et moi-même je vous récompenserai de cette action que vous avez faite.

7. Ne vous laissez point abattre, et soyez gens de cœur ; car, encore que Saül votre roi soit mort, néanmoins la maison de Juda m'a sacré pour être son roi, *et je vous mettrai à couvert des insultes de vos ennemis.*

8. D'un autre côté, Abner, fils de Ner, général de l'armée de Saül, prit Isboseth, fils de Saül ; et, l'ayant mené par tout le camp,

9. Il l'établit roi sur Galaad, sur Gessuri, sur Jezraël, sur Ephraïm, sur Benjamin et sur tout Israël.

10. Isboseth, fils de Saül, avait quarante ans lorsqu'il commença de régner sur Israël, et il régnait *déjà depuis* deux ans. Il n'y avait alors que la seule maison de Juda qui suivit David.

11. Et celui-ci demeura à Hébron sept ans et demi, n'étant roi que de cette seule tribu.

12. Alors Abner, fils de Ner, sortit de son camp, et vint à Gabaon avec les gens d'Isboseth, fils de Saül.

13. Joab, fils de Sarvia, marcha contre lui avec les troupes de David ; et ils se rencontrèrent près de la piscine de Gabaon. Les armées s'étant approchées s'arrêtèrent l'une devant l'autre ; l'une *était* d'un côté de la piscine, et l'autre de l'autre.

14. Abner dit à Joab : Que quelques jeunes gens s'avancent et s'exercent devant nous. Joab répondit : Qu'ils s'avancent.

15. Aussitôt douze hommes de Benjamin, du côté d'Isboseth, fils de Saül, parurent et se présentèrent ; il en vint aussi douze du côté de David.

16. Et, chacun d'eux ayant pris par la tête celui qui se présenta devant lui, ils se passè-

tus contrarii, et ceciderunt simul ; vocatumque est nomen loci illius Ager Robustorum in Gabaon.

17. Et ortum est bellum durum satis in die illà ; fugatusque est Abner et viri Israel à pueris David.

18. Erant autem ibi tres filii Sarviæ, Joab et Abisai et Asael : porrò Asael cursor velocissimus fuit, quasi unus de capreis quæ morantur in sylvis.

19. Persequebatur autem Asael Abner, et non declinavit ad dexteram neque ad sinistram omittens persequi Abner.

20. Respexit itaque Abner post tergum suum, et ait : Tune es Asael? Qui respondit : Ego sum.

21. Dixitque ei Abner : Vade ad dexteram sive ad sinistram, et apprehende unum de adolescentibus, et tolle tibi spolia ejus. Noluit autem Asael omittere quin urgeret eum.

22. Rursùmque locutus est Abner ad Asael : Recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terram, et levare non potero faciem meam ad Joab fratrem tuum.

23. Qui audire contempsit, et noluit declinare ; percussit ergo eum Abner aversâ hastâ, in inguine, et transfodit ; et mortuus est in eodem loco ; omnesque qui transibant per locum illum in quo ceciderat Asael et mortuus erat, subsistebant.

24. Persequentibus autem Joab et Abisai fugientem Abner, sol occubuit ; et venerunt usque ad collem Aquæ-ductùs, qui est ex adverso vallis itineris deserti in Gabaon.

25. Congregatique sunt filii Benjamin ad Abner ; et, conglobati in unum cuneum, steterunt in summitate tumuli unius.

26. Et exclamavit Abner ad Joab, et ait : Num usque ad internecionem tuus mucro desæviet? an ignoras quòd periculosa sit desperatio ? Usquequò non dicis

rent tous l'épée au travers du corps, et tombèrent morts tous ensemble ; et ce lieu s'appela le Champ-des-Vaillants en Gabaon.

17. Il se donna aussitôt un rude combat ; et Abner fut défait, avec ceux d'Israël, par les troupes de David.

18. Les trois fils de Sarvia, Joab, Abisaï et Asaël, étaient dans ce combat. Or Asaël était extrêmement agile et léger à la course, en quoi il égalait les chevreuils qui sont dans les bois.

19. Il commença donc à poursuivre Abner sans se détourner ni à droite ni à gauche, et sans le quitter jamais.

20. Abner, regardant derrière lui, lui dit. Etes-vous Asaël? Il lui répondit : Oui, je le suis.

21. Abner lui dit : Allez ou à droite ou à gauche ; attaquez quelqu'un de ces jeunes gens, et prenez ses dépouilles. Mais Asaël ne voulut point cesser de le poursuivre.

22. Abner lui parla donc encore, et lui dit : Retirez-vous ; ne me suivez pas davantage, de peur que je ne sois obligé de vous percer, et qu'après cela je ne puisse plus paraître devant Joab, votre frère.

23. Asaël, méprisant ce qu'il lui disait, ne voulut point se détourner. Abner donc, retournant sa lance, le frappa dans l'aine et le perça, et il mourut sur la place. Tous ceux qui passaient par ce lieu où Asaël était tombé mort, s'arrêtaient *à le considérer.*

24. Mais Joab et Abisaï continuant de poursuivre Abner, qui s'enfuyait, le soleil se coucha lorsqu'ils arrivèrent à la colline de l'Aqueduc, qui est vis-à-vis de la vallée, sur le chemin du désert de Gabaon.

25. Et les enfants de Benjamin se rallièrent auprès d'Abner, et, ayant fait un gros, demeurèrent sur le sommet d'une éminence.

26. Alors Abner cria à Joab : Votre épée ravagera-t-elle donc jusqu'à extermination ? Ignorez-vous qu'il est dangereux de jeter son ennemi dans le désespoir ? N'est-il pas temps

populo ut omittat persequi fratres suos?

27. Et ait Joab : Vivit Dominus! si locutus fuisses, manè recessisset populus persequens fratrem suum.

28. Insonuit ergo Joab buccinâ, et stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt ultra Israel, neque inière certamen.

29. Abner autem et viri ejus abierunt per campestria totâ nocte illâ; et transierunt Jordanem, et, lustratâ omni Bethoron, venerunt ad castra.

30. Porrò Joab reversus, omisso Abner, congregavit omnem populum; et defuerunt de pueris David decem et novem viri, excepto Asaele :

31. Servi autem David percusserunt de Benjamin et de viris qui erant cum Abner trecentos sexaginta, qui et mortui sunt.

32. Tuleruntque Asael, et sepelierunt eum in sepulcro patris sui in Bethlehem. Et ambulaverunt totâ nocte Joab et viri qui erant cum eo, et in ipso crepusculo pervenerunt in Hebron.

enfin de dire au peuple qu'il cesse de poursuivre ses frères?

27. Joab lui répondit : Vive le Seigneur! si vous l'eussiez *plus tôt* dit, le peuple se fût retiré dès le matin, et eût cessé de poursuivre ses frères.

28. Joab fit donc sonner la retraite, et toute l'armée s'arrêta, et cessa de poursuivre Israël et de le combattre.

29. Abner avec ses gens marcha par la campagne toute cette nuit, et, ayant passé le Jourdain et traversé tout *le pays de* Béthoron, il revint au camp.

30. Joab ayant cessé de poursuivre Abner, et étant revenu, assembla toute l'armée, et on ne trouva de morts du côté de David que dix-neuf hommes, sans compter Asaël;

31. Mais les gens de David tuèrent, de Benjamin et de ceux qui étaient avec Abner, trois cent soixante hommes, qui demeurèrent sur la place.

32. On emporta le corps d'Asaël, et on le mit dans le sépulcre de son père à Bethléhem. Et Joab ayant marché toute la nuit, avec les gens qui étaient avec lui, arriva à Hébron au point du jour.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Post hæc consuluit David Dominum (1). Postquàm ultus fuit David Saülis cædem occiso Amalecitâ, et quâ ratione in terrâ alienâ potuit, illius manibus parentavit, cogitare cœpit apud se, quidnam in eo rerum statu facto opus esset. Neque enim putabat

(1) Per *Urim*, puta per Abiathar pontificem indutum Rationali, in quo erant *Urim* et *Tummim*.

In Hebron. Jubet Deus Davidi ut eat in Hebron, quia ibi, ait Procop., vixerant et sepulti erant patriarchæ, eratque tum Hebron metropolis tribûs Juda; ut scilicet in eâ David consecraretur rex, in eâque consecratus à totâ deinde tribu facilè ut rex acceptaretur. (Corn. à Lap.)

Hebron erat urbs tunc munitissima, et inter amplissimas in tribu Juda, in ipso veluti medio ejusdem tribûs sedens. Jerusalem adhuc ab Jebusæis tenebatur. (Calmet.)

Après cela David consulta le Seigneur, et lui dit : Irai-je en quelqu'une des villes de Juda? Il est difficile de trouver un plus grand exemple que celui-ci, de la soumission qu'on doit rendre à la volonté de Dieu. Toute la lumière naturelle faisait comprendre à David qu'il ne fallait pas donner le loisir aux gens de Saül de choisir un autre roi, et qu'il fallait promptement se faire voir, afin d'arrêter les esprits, et de prévenir les soulèvements. Cependant lorsqu'il s'agit d'un royaume, il est aussi tranquille que si cette affaire ne le touchait pas. Il consulte Dieu, et d'une manière qui fait assez voir combien il est prêt à faire ou à ne pas faire tout ce qu'il lui plaira de lui ordonner. Mais si nous admirons la soumission de David en cette rencontre, nous ne devons pas moins considérer la raison qui le faisait agir de la sorte. Car il tremblait sans doute, en voyant la fin malheureuse du prince dont il devait être le successeur. Et comme il savait que la source de la ruine de Saül était d'avoir négligé les ordres de Dieu, et d'avoir préféré les raisonnements présomptueux de son propre esprit à l'obéissance qu'il lui devait rendre; c'est principalement contre cette tentation qu'il s'affermit d'abord. C'est pourquoi il appréhende de faire un seul pas sans consulter Dieu, afin que son humble soumission à celui dont il tenait la couronne, rendît son règne aussi heureux que celui de Saül lui avait été funeste, à cause du peu de déférence qu'il avait rendue aux ordres du ciel.

Voilà l'instinct de l'Esprit de Dieu, de nous faire tirer avantage des fautes des autres. Et comme on peut dire qu'il n'y a point de plus grande sagesse que celle qui s'instruit du malheur d'autrui, il n'y a rien aussi qui irrite Dieu davantage, que lorsque la punition que les hommes se sont attirée par leurs dérégle-

suo se muneri, aut optimi civis officio satisfacere, nisi his incommodis, quæ malè jactatæ reipublicæ imminere videbantur, occurreret. Quare cùm secum haberet sacerdotem et ephod, consultum Deum esse voluit, an relictâ Siceleg, quæ erat in regione Philisthinorum, ex usu foret privato ac publico ad aliquam civitatem proficisci de suâ tribu, nempe Juda. Cùmque Deus ita fieri oportere respondisset, et Hebronis sedem assignâsset, eò se quamprimùm recepit, assumptis secum uxoribus, quas priùs in regionem Philisthinorum adduxerat. Edixit quoque viris, quos habuit in suo exilio ac peregrinatione socios, ut suas eòdem uxores et familias transcriberent (1).

Vers. 4. — Veneruntque viri Juda, et unxerunt ibi David, ut regnaret super domum Juda (2). Nôrat totus penè Israel, unctum esse in regem à Samuele Davidem, neque ipse rebus administrandis eo se nomine ac titulo indignum ostenderat. Quod cùm præsertim optaret tribus Juda, ut regem haberet sibi contribulem, venerunt eò viri ex eâ familiâ proceres, et novâ quâdam unctione, per sacerdotem haud dubiè, illum super Judam regem constituerunt. Tunc secundò unctus est David, et deinde tertiò, ut dicemus suo loco, super Israel.

Et nuntiatum est David, quòd viri Jabes Galaad sepelissent Saul. Hactenùs tantùm audierat David ab Amalecitâ Saülem occisum, ignorabat reliqua. Postea cognovit, quàm viri Jabes audacter ac piè Saülis filiorumque cadavera sustulissent è mœnibus, ubi suspensa fuerant à Palæstinis, et honestæ ac regiæ sepulturæ mandâssent. Illorum igitur pietatem collaudat, suumque illis studium promittit, et pro singulari in regem observantiâ omnia à suâ liberalitate sperare jubet. Neque despondeant animum, quem ostenderunt in egregio illo facinore strenuum et acrem, licet rex Saül in acie ceciderit; se enim illius loco unctum esse regem, et à tribu Juda in illius partes esse vocatum. Quibus verbis ita Jabensium animos et studium commendat atque confirmat, ut etiam ad suas partes videatur allicere. Fuit autem hoc Davidis consilium præsenti rerum statui opportunum valdè. Cùm enim tantùm à contribulibus suis esset ad regnum accersitus et unctus, aliæque undecim tribus superessent Israel, quæ aut nollent, aut non possent regiam in illo majestatem agnoscere, commodum visum est ostendere nunquàm ipsum in animo fuisse in Saülem animo, ut illos qui Saülis partibus studebant, conciliaret sibi, quos sine dubio averteret quæcumque de contrariâ voluntate suspicio. Quare cùm constaret, quid Jabesitæ pro regio cadavere laboris assumpserint, illis gratias agit, perinde atque si ipsi tantum illud officium foret impensum. Quæ res satis argumento fuit, non malè Davidem in Saülem animatum, quando tanti fecit sublatum illum de ignominioso loco, et honestâ conditum esse sepulturâ. Hæc autem longè absunt ab eo, qui hostiliter in alterum animatus est (1).

ments, ne nous empêche pas d'y tomber nous-mêmes. C'est cela sans doute qui rendit depuis plus abominable aux yeux de Dieu l'abandonnement où Salomon se laissa aller à l'égard des femmes. Car l'exemple de la chute de David son père l'aurait dû tenir dans une crainte continuelle, et il n'y avait point de tentation contre laquelle il dût se fortifier davantage que contre celle qui avait fait tomber un roi si saint, et qui l'avait exposé pendant toute sa vie à une si longue suite de maux. (Sacy.)

(1) Vers. 3. — Et manserunt in oppidis Hebron, puta in urbibus Hebroni vicinis, et ab Hebrone dependentibus, quæ alibi vocantur *filiæ*. (Corn. à Lap.)

(2) Cæteros aliarum tribuum prævenientes filii Juda Davidem salutârunt in regem, quæ causa fuit civilis belli in Israele Davidem inter et Isbosethum. Quanquàm David amplissimo in regnum jure instruebatur, nullâ tamen ratione purgari potest hoc ejus tribûs facinus, nisi fortè reputemus, salutâsse illam Davidem, postquàm cæteræ tribus Isbosethum prætulerunt; quod tamen historia nullibi docet. Exspectandus erat assensus totius Israelis, ut consecraretur in regem vir quem Deus ad imperium populi sui destinaverat. Prospero licet successu factum hoc filiorum Juda donatum sit, fatendum est tamen, pernicioso illud esse exemplo in republicâ. (Calmet.)

Ceux de la tribu de Juda étant venus à Hébron, sacrèrent David, afin qu'il régnât sur la maison de Juda. Cette conspiration de toutes les villes de Juda pour mettre David à la place de Saül, nous fait voir que lorsqu'une chose est dans le dessein de Dieu, toutes les difficultés tombent devant lui, et qu'il en surmonte les obstacles avec une incroyable facilité.

Il est bon aussi de remarquer que cette multitude de présents que David venait d'envoyer à tant de personnes de la même tribu de Juda, du butin qu'il avait remporté sur les brigands de Siceleg, avait beaucoup contribué à ce consentement général de tant de villes. Ainsi l'extrême accablement où David s'était trouvé alors, avec l'usage qu'il fit du secours si extraordinaire qu'il reçut de Dieu par [illegible] bution si généreuse de ces dépouilles, fut ce qui donna lieu aussitôt après au comble de son élévation; et tout le monde admira ces marques si éclatantes qui parurent en même temps, non seulement de sa sagesse et de son courage, mais encore de sa reconnaissance et de sa bonté. (Sacy.)

(1) Vers. 5. — *David fit dire à ceux de Jabès :*

Vers. 8. — Abner autem filius Ner, princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saul, et circumduxit eum per castra, regemque constituit (1). Abner frater erat patruelis Saü-

Bénis soyez-vous du Seigneur, de ce que vous avez enseveli Saül, votre maître. David commence son règne par une action d'humanité et de générosité envers Saül. Il fait témoigner à ceux de Jabès en Galaad combien il leur savait de gré du service qu'ils venaient de rendre à Saül. Car ces peuples de Galaad se souvenant que ce prince les avait sauvés des Ammonites, ne purent être empêchés par toute la puissance des Philistins victorieux, de venir comme leur arracher des mains un corps auquel ils insultaient avec tant d'insolence, pour lui rendre les honneurs de la sépulture. Ainsi David met toute sa grandeur, qui ne faisait que de naître, à ne manquer à rien de ce que la justice et l'honnêteté peuvent demander de lui. Il vient de venger la mort de Saül, en faisant mourir celui qui se vantait de lui avoir ôté la vie : il donne maintenant de grandes louanges, et il promet une récompense à ceux qui s'étaient exposés à un extrême péril pour délivrer le corps de ce prince des outrages de ses ennemis, et pour le mettre en état d'être enseveli avec les marques d'honneur qui lui étaient dues. (Sacy.)

Vers. 6. — Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam et veritatem. Hebr., *pietatem et fidelitatem,* ut scilicet sicut vos utramque exhibuistis Saüli regi vestro in auferendo et sepeliendo ejus corpore, sic et utramque vobis rependat Deus, ac vobis se pium et misericordem æquè ac fidelem in remunerandâ vestrâ virtute exhibeat. Nota : *Misericordia et veritas* significant omne opus virtutis, tam liberale (qualis est *misericordia*) quàm debitum (qualis est *veritas*), id est, æquitas et fidelitas et justitia. (Corn. à Lap.)

Vers. 7. — Me unxit domus Juda in regem sibi. Num ita alloqueretur David Jabitas, si quidem illi regem suum Isbosethum salutassent? Vix igitur rex consecratus fuit Hebrone, hoc verborum officio Jabitas prosecutus est, allicere illos volens in suas partes, ratus futurum ut si illos domui Saülis addictissimos semel adduceret, ut sibi parerent, faciliè eorum exemplum cæteræ transjordaninæ gentes sequerentur. Molimina hæc omnia Davidis irrita ceciderunt : in Mahanaim, propè Jabes, Isboseth regni sui sedem constituit, cui Jabitæ sese inter primos addixerunt. (Calmet.)

(1) *Abner alors prit Isboseth, fils de Saül, et l'établit roi sur tout Israël.* Dieu souffre qu'un royaume qu'il avait promis entier à David, soit partagé d'abord. Il veut qu'il n'entre que peu à peu en possession de la puissance qu'il avait résolu de lui donner, afin qu'il s'y accoutume et qu'il l'envisage sans s'éblouir. Il se sert pour cela d'Abner, qui étant prince du sang de la maison de Saül, avait conçu d'abord de l'envie contre David, lorsqu'il commença à paraître dans le monde avec grand éclat. Ce prince, qui était grand et par sa naissance et par son courage, et qui commandait l'armée d'Israël, fait régner sur les onze tribus Isboseth, fils de Saül, et lui donnant le nom de

lis, ut vidimus lib. 1, cap. 14; ambo enim filii erant duorum fratrum, et ut genere, sic etiam opinor ætate pares. Hunc, utpote virum prudentem et fortem, principem Saül constituit exercitûs, qui ut gratum se ostenderet Saülis beneficiis, tum etiam ne à suo genere regium nomen excideret, assumpsit Isboseth, qui ex Saülis filiis unus supererat, fecitque, ut parentis loco rex appellaretur à reliquis. Quò verò id faciliùs et legitimè fieret, circumduxit per castra, egitque ut militari more rex salutaretur ab omnibus. Quod minùs eâ de causâ illi difficile fuit, quia illum, utpote exercitûs principem, observârant antea, et ab illo fortassè fuerant ornati liberaliùs.

De castris, per quæ circumductus fuisse traditur Isboseth, dubitant interpretes. Quidam dicunt, nomen esse civitatis, quæ vocatur *Machanaim,* quæ latinè idem valet, quòd *castra.* Quod illi nomen impositum est à Jacob, Genes. 32 : *Fuerunt ei* (Jacob) *obviàm angeli Dei, quos cùm vidisset, ait : Castra Dei sunt hæc. Et appellavit nomen loci illius Machanaim, id est, Castra.* Hæc autem civitas, sive campus (neque enim constat an nomen sit civitatis, seu deserti loci) data est tribui Gad. Josue cap. 13, vers. 26. Ita communiter Hebræi, ut in eorum Traditionibus Hieronymus, Theodoretus quæst. 8, Josephus lib. 7 Ant. cap. 1; Magister Historiæ scholasticæ, Cajetanus, Angelomus. Sed est communior sententia, *Machanaim* non esse civitatem, sed castra Israel. Ut quid enim Abner, ut regis filium regem constitueret, in illam potiùs civitatem adduceret, quàm in alias, maximè cùm non constet illam esse civitatem, sed videatur potiùs desertus ager, ubi tunc angeli apparuerunt Jacob, quando cum gregibus totâque familiâ revertebatur ex Mesopotamiâ? Tunc autem, ut textus ipse, filumque narrationis indicat, in agro potiùs erat, quàm in urbe. Ita Abulensis, quæst. 10, et hùc magis inclinant Magister Hist., Hugo, Dionysius.

Collegerat, opinor, Abner dissipatas acies, quod ut imperator et potuit, et debuit. In castris porrò, ubi totius regni constituebatur ro-

roi, il en avait lui-même toute la puissance et l'autorité. David, qui était très-sage et très-prudent, comme l'Ecriture l'a marqué en termes exprès, voit cette conduite d'Abner conforme aux intrigues et à l'esprit du monde, sans se mettre en peine de la traverser. Il considère son élévation comme l'ouvrage de Dieu. Il attend qu'il achève ce qu'il a commencé depuis si long-temps, et il ne veut être redevable de sa couronne qu'à sa providence et à sa [illegible] (Sacy.)

bur, et ex omnibus tribubus erant congregati quamplurimi, et eligi potuit, et conclamari rex filius Saülis, cui apud omnes recens mortui patris memoria atque commiseratio conciliare potuit benevolentiam. Quare dùm in castris rex appellatur, à toto Israele appellatus esse existimatur. Sanè in profanis non semel audimus, ab exercitu imperatores fuisse creatos, neque ullam in republicâ fuisse potentiam, quæ quod visum esset, probatumque militibus, abrogaret.

Vers. 9. — Regemque constituit super Galaad, et super Gessuri, et super Jezrael, et super Ephraim, etc. (1). Priùs nominantur civitates ac tribus quæ propiores erant castris, ubi rex acclamatus fuerat Isboseth. Deinde itum est ad tribus alias, et per eas circumductus Saülis filius, donec tandem, unâ exceptâ tribu Juda, ab omnibus salutatus fuerit rex.

Vers. 10. — Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul, cum regnare cœpisset super Israel, et duobus annis regnavit. Hæc ætas Isboseth aliquantulùm premit nostram cogitationem, de tempore, quo regnavit Saül. Nam si quadraginta annorum erat Isboseth, cùm pater illius interiit, necesse est, Saülem aut plus duobus annis obtinuisse regnum, aut propè sexagenarium regnare cœpisse. Hanc nos difficultatem satis, ut credo, sufficienter exolvimus l. 1, cap. 13, ubi de Saülis regno longam instituimus disputationem; neque hic aliquid addendum occurrit.

Hic verò discutiendum occurrit, an duobus tantùm annis regnaverit Isboseth. Neque levis est dubitandi ratio; nam quamdiù super Israelem dominatus est Isboseth, David super unam tantùm tribum Juda imperium exercuit; at regnâsse dicitur statim in Hebron super Judam septem annos et sex menses; totidem igitur anni Isboseth regno sunt assignandi. Sed stat contra locus iste, qui Isboseth regnum duorum tantùm annorum spatio definit. Abulensis q. 12, plures annos tribuit regno Isboseth, ne undecim tribus quinque annis cum dimidio dicantur caruisse rege. Quare aut quinque annis antequàm regnum iniisset Isboseth, duravit interregnum, aut totidem postquàm occisus. Utrumque autem videtur nullo modo posse concedi. Non prius, quia simul atque Abner cognovit cecidisse Saülem, circumduxit Isboseth per castra, per illa, inquam, castra, quæ Saül contra Palæstinos conscripserat, et quibus Abner ipse fuerat à Saüle præfectus; quæ post cladem acceptam, etiamsi fugâ forent variè dilapsa, à sollicito tamen imperatore colligere difficile non fuit. Neque posterius; nam cùm primùm duorum latronum manibus cecidit Isboseth, congregatæ sunt undecim tribus, quæ Isboseth adhæserant, ut regem salutarent Davidem totius Israel. Quare non apparet, quomodò pars illa maxima Israelitici regni capite ac moderatore tamdiù caruerit, eo maximè

probârit Isboseth deberi regnum ex Genes. 35, 18, ubi Jacob filium à Rachele in partu moriente vocatum *Benoni*, id est, filium doloris, nuncupat *Benjamin*, id est, filium dexteræ. Dextera enim symbolum est regis et regni. Isboseth enim et Saül erant prognati ex Benjamin, David verò ex Judâ. (Corn. à Lap.)

(1) Super Galaad et super Gessuri. *Galaad* usurpatur sæpè, neque hic facilè aliter accipiendum est, quàm pro totâ regione transjordaninâ. *Gessuri* Israelitis non parebat. Duæ sunt hujus nominis regiones, alia quidem, de quâ supra actum est, ad meridiem Palæstinæ, inter ditionem Israeliticam et Ægyptum media; altera verò trans Jordanem, circa montes Hermon, quæ interdùm Syriæ, regioni proximæ, accensetur. David uxorem habuit filiam regis Gessuri, ex quâ natus est Absalom. Postremæ hujus regionis mentio facilè est in præsenti. Rex Tholmai tributum facilè Isbosetho pendebat, à cujus partibus fortè principem illum reducturus David, unam è filiabus ejus duxit uxorem.

Pro *Gessuri* Hebræus legit האשורי, *Assuri*, quod pro ditione tribùs Aser positum aliqui arbitrantur; occupabat autem Aser maximam tractùs plagæ septentrionalis terræ sanctæ portionem. Alii exponunt de Assyriis, de quibus actum est in Genesi 25, 3, Arabiæ desertæ regionem tenentibus. Septuaginta legunt *Aseri*, vel Θασιρὶ *Thasiri*, ut in editione Romanâ.

Jezrael indicat facilè totam vallem hujus nominis, cum vicinis urbibus.

Et super Israel universum. Non totus fortè Israel continuò paruit Isbosetho. Sed Abner rationem denique inivit, ut omnes illi tribus, unâ exceptâ tribu Juda, submitteret. Interim Philisthæi victoriâ suâ fruebantur, pluribus Israelis urbibus occupatis; idque fortassè Isbosetho persuasit, ne sedem suam cis Jordanem eligeret. (Calmet.)

Porrò Abulens., Serarius et alii, excusant Isboseth à tyrannide et invasione regni, eò quòd illud ipsi hæreditario jure deberetur: licet enim David unctus esset à Samuele in regem, tamen illa unctio occulta erat, nec publicata authenticè, ita ut Isboseth teneretur illi credere, et Davidi regnum paternum cedere. Unde et David cap. 4, 11, eum vocat *virum innoxium*, et ejus cædem ultus est. Similiter excusant Abner, cujus pariter necem vindicavit David morte Joab; alioqui enim Abner graviter peccâsset procurando Isboseth regnum, si scivisset illud Davidi à Deo esse datum, imò si postea id rescivisset, licitè non potuisset Isboseth regem fovere et defendere, sed debuisset eum monere ut Davidi cederet regnum. Porrò fabula est R. Salomonis, quòd, cùm populus Davidem vellet regem, Abner

tempore, quo victorem habebat et exultantem vicinum hostem, à quo omnia timere poterat infortunia.

Abulensis eò inclinat, ut duobus tantùm annis regnârit Isboseth, nempe pacificè usque ad bellum, de quo statim. Ex eo autem nullum fuit tempus ad mortem usque Isboseth à bellorum strepitu, seu timore vacuum, quod longum fuisse docet illud cap. 3, v. 1 : *Facta est ergo longa concertatio inter domum David, et inter domum Saülis. David proficiens, et semper seipso robustior, domus autem Saül decrescens quotidiè.* Illa porrò concertatio non fuit bellorum tantùm, nam bella pauca memorantur, sed animorum et studiorum, cùm alii deberi regnum dicerent Isboseth, utpote regis filio, alii fortassè Miphiboseth filio Jonathæ, cui pro patre Jonathâ primogenito regnum hæreditario jure tradendum videbatur; plures Davidi, cùm constaret electum esse à Domino. Quod sensisse illorum plurimos, qui agente Abnere deinde secuti sunt partes Isboseth, ipse docet Abner, cap. 3, v. 16, qui cùm jam faveret Davidi, *sermonem intulit ad seniores Israel, dicens: Tam heri, quàm nudiustertiùs quærebatis David, ut regnaret super vos.*

Cajetanus in caput 3 proximum aliter constituit biennium istud regni Isboseth. Ait enim, non cœpisse simul atque cecidit Saül, et regnare incœpit David, regnum Isboseth; neque eo occiso super totum Israelem cœpisse Davidis dominatum, sed plurimùm intercessisse moræ à Saülis interitu ad regnum usque Isboseth, et ab hujus morte multùm item ad Davidis universale regnum; ad medium autem septennii, quo David regnavit super Judam in Hebron, interjectum dicit fuisse biennium illud, in quo super reliquas tribus regnavit Isboseth. Quòd verò plurimùm temporis intercesserit à Saülis morte usque ad filii regnum, videtur certum, quia non parùm temporis consumendum fuit in congregandis illis qui fugâ fuerant post Saülis cædem variè dilapsi, ita ut ad castra redièrint, per quæ Isboseth ab Abner fuerat circumductus. Deinde in comitiis de rege deligendo non potuit longa mora non esse consumpta, cùm neque omnibus placeret Isboseth, qui ideò, ut quibusdam placet, non fuit cum Saüle patre et fratribus reliquis in acie peremptus, quia ut imbellis et ignavus relictus est domi. Neque præterea certum erat, an deberet filius in regno parenti succedere, cùm neque legibus constitutum esset, neque ullum esset exemplum in eâ republicâ, cùm unus tantùm rex in eâ præcessisset, maximè cùm jam esset à Deo per Samuelem rex designatus, cujus omnes et virtutem nôrant, et eximiam in re militari prudentiam. Multos autem, eosque seniores, in illis comitiis ad Davidis causam fuisse propensos, docuit Abner cap. 3, v. 16, dum ait, visum esse senioribus, non ad Isboseth, sed ad Davidem regnum esse deferendum. Et reverà ex aliis tribubus ad Davidem, cùm esset in Hebron, non pauci transfugerunt, de quibus suo loco. Neque levior fuit concertatio, postquàm latronum insidiis periit Isboseth, in rege deligendo, quem tribus aliæ à Juda divulsæ sequerentur. Quare si hæc duo tempora ex septennio reseces, quod posuit David in Hebron, satis videtur assignari temporis regno Isboseth, si biennium tantùm regnâsse fateamur. Hæc pro Cajetani sententiâ, quæ hoc explicata modo non videtur esse difficilis. Neque mirum, si duobus annis cum dimidio undecim tribus rege caruerint, cùm haberent Abner, cui in re bellicâ obsequebantur omnes, neque præterea ullum urgeret ab inimico bellum et totidem annis ab occiso Isboseth, cùm pacata essent omnia, neque quid turbaret David, cùm esset in Hebron, nisi lacessitus. Utraque mihi tam Abulensis quàm Cajetani sententia probabilis est; magis tamen in posteriorem inclino, quia simpliciter docet id quod simpliciter proponit textus ipse sacer, dùm ait, Isboseth duobus regnâsse annis super Israel. Puto tamen plus longè interjectum esse temporis inter Saülis mortem et regnum Isboseth, quàm inter cædem Isboseth et Davidis universale regnum, quia posterius hoc tempus minùs habuit impeditam deliberationem, cùm nullus esset reliquus, cui esse posset cum Davide de regni titulo atque administratione contentio.

Vers. 11. — Et fuit numerus annorum, etc., septem annorum, et sex mensium. Notum est apud Hebræos, numeros, qui perfectum excedunt, aut à perfecto deficiunt, aut omitti, aut addi, quod etiam, ut opinor, linguis omnibus est commune. Sic dicimus habitare mille cives in urbe, cùm sint in illâ habitatores mille et quinquaginta, quia isti millenarium numerum parùm excedunt, qui perfectus est, qui tamen interdùm, neque id infrequenter, exprimuntur. Id nunc, si usquàm, clarissimum apparet. Nam cùm hìc commoratus dicatur David in Hebron septem annos et menses sex, libro tamen 3, cap. 2, v. 11, regnâsse dicitur in Hebron septem annos.

Vers. 12. — Egressusque est Abner filius Ner, et pueri Isboseth filii Saul, de castris in Gabaon. Quo animo egressus fuerit Abner de castris, ubi compellatus fuerat rex Isboseth, non est conjectare difficile, nempe ut quemadmodùm undecim tribus eò adduxerat, ut Isboseth regem sibi ex omnibus asciscerent, sic etiam tribum Juda, quæ ad Davidem, Saülis derelicto genere, defecerat, ad aliarum tribuum conspirationem adjungeret. Quare ex Machanaim, sive sint castra, ut veriùs putabamus, sive civitas, ut alii volunt, exercitum eduxit copiosum, sperans fore ut tribus Juda, quæ undecim tribubus videbatur inferior futura, neque habitura quid aliis opponeret utiliter, ad castra rediret, quæ paulò antea deseruerat. Neque David, cùm priùs unctione designatus est rex à Samuele, sciretque sibi deberi regnum, vel ipso Saüle teste, quidquam tamen molitus est, donec ad pugnam ab ipso hoste ultrò lacessente evocatus fuit. Quod observavit et commendavit Ambrosius in Apologiâ pro David, cap. 6 : « Inimici, inquit, ultus est mortem, flebiliter satis deploravit interitum : et debitum sibi imperium diù distulit, quod sciebat Deo auctore deberi. Quo solo docuit omnes homines ad non præripiendum regnum, etiamsi debeatur, sed expectandum, ut suo tempore deferatur. Utinam hunc virum imitati essent posteri! non tantas bellorum pertulissemus acerbitates. »

Vers. 13. — Porro Joab filius Sarviæ, et pueri David egressi sunt, et occurrerunt eis. Erat Joab, ut ex toto hoc libro constabit, et fortis, atque acer ad res aggrediendas, et acuto atque solerti ad deliberandum judicio; quare hunc præposuit exercitui, quem David collectis ab Abner ex toto Israele viribus opposuit. Sed hìc quæret aliquis, quomodò ausus fuerit David, neque formidaverint alii qui sub illius signis militabant, cùm ex unâ tantùm essent tribu conscripti, tot hominum millibus occurrere, quos secum Abner ex omnibus Israelis tribubus adduxerat. Sed est solutio facilis. Nam tribus Juda et robore, et numero, erat aliarum quâlibet longè præstantior, adeò ut cùm militum numerus ex aliis tribubus simul censeatur, seorsùm tamen sæpè ponitur, qui collectus fuerat ex tribu Judâ, tanquàm aliquid, in quo ad res bellicas multùm putaretur esse momenti. Hoc occurrit sæpè. Sed habemus aliquot exempla lib. 1, in castris Saül de quibus cap. 11, v. 8 : *Fuerunt filiorum Israel trecenta millia, virorum autem Juda triginta millia.* Eodem modo à toto Israele viri Juda numerantur seorsùm cap. 15, v. 4. Accedit, quòd socii David jampridem erant assueti victoriis, atque ideò illorum animus erat ad quodcumque belli pondus alacrior. Denique quia, ut constat ex lib. 1 Paralip. cap. 12, ex singulis tribubus multa bellatorum millia, deserto Isboseth, transierunt ad David : *De filiis Simeon septem millia centum*, v. 26. *De filiis Levi quatuor millia sexcenti*, v. 27. Et deinde, *tria millia septingenti. De filiis Benjamin tria millia*, v. 29. *De filiis Ephraim viginti millia octingenti*, v. 30. *Ex dimidiâ tribu Manasse decem et octo millia*, v. 31. *De filiis Zabulon quinquaginta millia*, v. 33. *De Nephtali triginta et septem millia*, v. 34. *De Dan viginti octo millia sexcenti*, v. 35. *De Aser quadraginta millia*, v. 36. *Trans Jordanem de filiis Ruben, et de Gad et dimidiâ parte tribûs Manasse centum viginti millia*, v. 37. Quare non sic erat David à præsidio nudus, ut non potuerit cum instructissimis inimicorum copiis signa conferre.

Vers. 14.—Dixitque Abner ad Joab : Surgant pueri, et ludant coram nobis (1). Existimat Abulensis, q. 13, hos duces non eo animo ad illum certaminis locum convenisse, ut pugnarent, sed ex illorum puerorum ludo, qui mutuis sese confecêre vulneribus, ortam esse occasionem pugnandi. Quod nemo mihi persuaserit, quia neque illa occasio gravis fuit, cùm nulla pars castrorum accepisset injuriam, maximè si ex utrâque parte nullus evasit superstes, neque tantus bellorum apparatus conscribi debuit ad ludicrum illud spectaculum, aut ob alias causas, veluti ad conditiones pacis, aut decidenda regni jura, aut constituenda communi studio, quæ contra Philisthinos, qui proximè Israelitici regni partem occupârant, fieri oportet. De his enim meliùs à pacatis et inermibus in seniorum consessu, quàm ab armatis in acie deliberatur. Convenerunt igitur duo castra Davidis et Isboseth; hæc, ut vim afferrent, et eos qui Davidis partes amplexi fuerant, ad Isboseth adducerent; illa, ut vim propulsarent, et oblatum Davidi regnum quietè retinerent.

(1) *Alors Abner dit à Joab : Que quelques jeunes gens s'avancent, et qu'ils s'exercent devant nous.* Abner appelle un *exercice* ou un *jeu*, le combat de douze hommes qui s'entretuent. C'est lui qui commence la bataille par une vaine ostentation du courage de ses gens; et c'est lui aussi qui fuit et qui est vaincu. (Sacy.)

Sed quid spectârit Abner, dùm pugnam illam paucorum, seu ludicrum certamen indicit, satis est obscurum. Neque enim verisimile est, cùm jam castra essent exiguo tantùm spatio disclusa, et tantùm non expectarent tubæ sonum, tantùm fuisse otii aut inertiæ ducibus, ut oblectare se voluerint puerorum ludo, sic enim appellavit Abner, et non potiùs omnia ad congressum disponere, quando nullus inertiæ atque otio locus est. Ego in bellis maximè longis multa video fuisse quasi præludia, quæ velitationes dicuntur; quando aliqui experiendi suas, aut hostium vires desiderio, aut gloriolæ militaris studio, antequàm signa conferantur, alios ad certamen singulare, aut definito numero lacessunt. Id verò non solùm permittunt duces, sed etiam optant, tum ut suorum explorent animos, et hostium vires, tum præterea, ut si minùs se paratos viderint, publicum certamen evitent. Illud faciebat sæpè Cæsar, ut ipse de se prodit lib. 2 de Bello Gallico: « Quotidiè « equestribus prœliis quid hostis virtute posset, « et quid nostri auderent, periclitabatur. » Idem quoque, et eodem consilio fecisse Maximum, auctor est Appianus de Bello Hispanico. Hoc monet Vegetius l. 3 de Re militari c. 9, ubi hoc ducibus documentum dat: « Si adver- « sarium intelligit potentiorem, certamen pu- « blicum vitet. » — « Publicæ pugnæ, ait Gode- « scalchus, opponitur ferè velitatio. » Hæc, credo, ratio adduxit Abner, ut pugnam hanc paucorum militum indiceret, ut illa diem illum, aut bonam ejus partem extraheret, ne bellum posset totis viribus ab hoste committi, et ipse nocturnis usus tenebris, suorum cædem, quam ab hoste potentiore metuebat, effugeret. Neque enim, ut opinor, putabat tot ad Davidem ex omnibus tribubus auxiliares convenisse copias, quas paulò ante ex cap. 12, lib. 1 Paralip. retulimus. Eo igitur consilio distinere potiùs voluit alacres, et ardentes inimicorum animos, quàm paucorum ludo spectantium utrinque animos oblectare.

Neque fortassè aliquis malè conjectaret, hoc ab Abner sumptum esse quasi prognosticum aliquod, seu præjudicium victoriæ, ita ut inde colligeret, qualis futurus esset illius certaminis eventus, quod jam imminebat. Satis enim compertum est, esse hoc Hebræis usitatum valdè, ut certa sibi signa constituerent, quibus de futuro rerum successu conjectarent. Quâ de re nos pluribus lib. 1, cap. 14, ad illud Jonathæ, qui hoc sibi signum exitûs fortunati præscripsit: *Si taliter locuti fuerint ad nos: Venite, donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro*, etc. Quòd si verum esset, Abner filium esse Pythonissæ, de quâ lib. 1, cap. 29, ut putabant Hebræi, minùs esset hæc cogitatio difficilis; ab illâ enim doceri potuit hujusmodi signa, quæ, quid eventurum esset, ex eo certamine portenderent. Hoc sanè habuisse Germanos divinandi genus, tradit Cornelius Tacitus, de Moribus Germanorum, non longè à principio: « Est, inquit, et alia observatio auspiciorum, « quâ gravium bellorum eventus explorant, « ejus gentis, cum quâ bellum est, captivum « quoquo modo interceptum cum electo popu- « larium suorum patriis quemque armis com- « mittunt; victoria hujus, vel illius pro præ- « judicio accipitur. » Ab hâc cogitatione alienus non est Martinus del Rio l. 4 Mag. cap. 4, q. 4, sect. 2, et Nicolaus Serarius hìc. Mihi superior explicatio potior est.

Vers. 16. — Apprehensoque unusquisque capite comparis sui, defixit gladium in latus contrarii. Hìc nobis aliqua sunt exploranda. Primùm, an duces paucorum horum militum victoriâ aut cæde voluerint totius exercitûs redimi periculum, et causam, de quâ tunc videbatur orta controversia, illorum sanguine decidi. Affirmat unus, quod ego viderim, Magister Histor. schol. in lib. 2 Reg. cap. 3: *Convenit inter eos* (nempe Joab et Abner) *quòd duodecim tantùm ex utrâque parte pugnarent.* Hoc porrò fieri solere, cùm res aliqua magna aut publica in discrimen adducitur, non antiqua solùm, sed etiam recentia tempora testantur. Sic Homerus ex illius seculi consuetudine fingit voluisse tam græcos, quàm trojanos principes causam Helenæ, Menelai ac Paridis congressu definiri. Sic ad hujus imitationem Virgilius eamdem ob causam singulare Æneæ Turnique certamen inducit. Sic Romani in Horatiorum Curiatiorumque victoriâ communem causam statuerunt. Sic Argivi et Lacedæmonii tercentos utrinquè viros commiserunt, qui communem causam pro suâ quique republicâ tuerentur. De quibus Valerius lib. 3, cap. 2, et in Parallelis Plutarchus. Et paulò ante hæc tempora hanc Goliath gentis suæ nomine Israelitico populo conditionem obtulit, lib. 1, c. 17, v. 8: *Eligite ex vobis virum, et descendat ad singulare certamen; si quiverit pugnare mecum, et percusserit me, erimus vobis servi; si autem ego prævaluero, et percussero eum, vos servi eritis.* Neque posterioribus seculis exempla desunt eorum qui paucorum congressu communes deciderunt controversias,

et multorum capita ab impendente periculo redemerunt. Quorum aliqua refert Martinus del Rio l. 4 disquis. Magic., cap. 4, q. 4, sect. 2, quem tu adi. Verumtamen singularis est ista sententia, si ita censet (neque enim satis loquitur apertè) et successus illam aut erroris, aut infirmæ saltem conjecturæ convincit. Neque enim post illam pugnam, è vestigio totis foret viribus pugnatum; sed disceptatum esset priùs, quis omnium postremus cecidisset; stetisset enim penès illum victoria, et aliquid ante universale prælium intercessisset moræ.

Secundò videndum, an omnes ex utrâque parte milites ceciderint. Nam textus tam hebraicus quàm latinus in utramque partem ambiguus est. Communis est sententia, nullum ex eo numero fuisse superstitem, quam ego, quia pluribus placet, veriorem puto. Nihilominùs non omninò displicet mihi, quod cum Josepho sentit Angelomus et Rabanus, tantùm videlicet in eo certamine periisse illos, quos ex Benjaminiticâ tribu produxit Abner, et omnes alios, qui ex parte Davidis prodierunt, extitisse victores et incolumes. Quod ideò mihi fit verisimile, quia videtur non omninò credibile tam æquales fuisse singulorum vires, tam æqualem in pugnando peritiam, ut singula antagonistarum paria eodem prorsùs modo ac tempore perierint. Deinde, quia ratio illa, quam adducunt interpretum plerique, initæ eodem die ab universo exercitu pugnæ, infirma est. Dicunt enim voluisse utriusque partis exercitus, qui spectatores aderant, suorum commilitonum interitum ulcisci, atque ideò conserere voluisse non solùm manus, sed etiam signa. Hæc, inquam, ratio valdè est infirma. Nam satis qui in eâ congressione ceciderunt, suumque casum sunt ulti, cùm vitam ademerint illis quorum ipsi gladio confecti sunt. Neque erat, cur alii in eos sævire, ac dimicare debuerint, qui in illud stadium non sunt egressi, neque aliquid ad aliorum cædem contulère subsidii. Multò verò magis excitarentur ad bellum, qui suos esse victos, contrarios autem victores aspexissent, cùm clamaret effusus et inultus commilitonum sanguis, et hostium proclamata victoria et triumphalis gratulatio mœrentes animos in furorem accenderent. Hæc mihi non levia videntur pro Josephi sententiâ, neque translatio Vulgata magis in hanc quàm in illam expositionem propendet. Hunc enim sensum neque obscurum, neque contortum admittit, videlicet, apprehendisse quemlibet ex acie Joab, comparis sui caput, et in ejus latera adegisse ferrum, et qui erant ex exercitu Abner, simul, id est, ad unum omnes periisse. Adde, quòd non apparet, quo modo concertatores illi potuerint omnes sic esse constricti, ut mutuò se à capite tenuerint, et manus habuerint sic expeditas, ut eodem tempore mutuo se vulnere confoderint. De uno aut altero id existimare mihi difficile non esset; de omnibus simul ita statuere, non est admodùm facile.

De hoc congressu virorum duodecim non est adhuc à quoquam definitum, an pugna tantùm fuerit, quæ id unum expectat, ut adversarium quoquo modo conficiat, an verò gladiatorius aliquis ludus, in quo pugnandi certa proponitur lex, et in quo non solùm spectatur robur ad vulnus inferendum, sed etiam palæstra, ut non solùm utilis sit, sed etiam elegans vel petitio, vel declinatio plagæ. Cùmque hâc in re nihil appareat certum, neque aliqua se ostendet conjectura gravis, tamen eò magis inclinat assensio, ut reverà ludus fuerit, sed barbarus et gladiatorius, cujus est alea collusoris vita. Quorum apud Romanos fuerunt multa genera, de quibus in suo Agonostico Petrus Faber, et in Saturnalibus Lipsius. Ubi certæ constituuntur leges, et armorum atque habituum genera, et certa quædam pugnandi forma, quam qui in pugnando non servaverit, non censetur pugnâsse legitimè. Istæ quidem pugnæ dicuntur ludi, cùm tamen ferè semper collusores de vitâ et sanguine certent. Quia exhiberi solent, non in castris et acie pro tuendis aut amplificandis imperii finibus, sed in theatris, ad celebrandos principum triumphos, aut si quid contigit publicis aut privatis commodis opportunum. Sic videtur existimâsse Abulensis, q. 14, dùm ait, viros illos in stadium quasi inermes prodiisse; quod certè non facerent, si tantùm quærerent collusorum interitum; attulissent enim tegumenta, qualia afferri solent in acie, et clypeos ad excipiendos ictus, quos sanè non habuerunt, quando alterâ manu dicuntur apprehendisse antagonistarum capita, et alterâ in eorum latera adegisse ferrum. Sanè non videntur habuisse aliquod capitis tegumentum, quando, ut Abulensis putat, à crinibus apprehensi sunt. Hoc verò videbantur præscripsisse illius certaminis gladiatorii leges; sicut illud, ut caput quisque apprehenderet adversarii. Neque enim verisimile est, omnes involaturos fuisse in aliorum capita, nisi ita præciperent theatrales

leges. Quod ubi primùm essent assecuti, statim, ut opinor, permittebantur rem agere ferro, ut docent hi omnes collusores, qui non priùs dicuntur apprehendisse gladium, quàm concertatorum apprehendissent capita. Quod sanè non videntur facere potuisse, si alteram manum haberent impeditam gladio. Accedit, quòd hi lusuri dicuntur potiùs, quàm pugnaturi; sic enim de illis Abner : *Surgant pueri, et ludant coram nobis.* Verbum hebraicum est, *sachac*, quod nunquàm pugnandi conatum importat, sed risum et ludum.

Quomodò quisque comparis apprehenderit caput, etiam incertum. Abulensis apprehensos dicit esse hosce concertatores à capillis; unde etiam colligo, hunc ludum fuisse gladiatorium. Quis enim si ad vulgare prodiisset, et hostile certamen, non texisset caput galeâ: aut non etiam muniisset pectus et latera? At his caruisse videntur gladiatores isti, quando à crinibus apprehensi sunt, et primâ gladiorum petitione confossi. Potuisse autem à crinibus teneri suadet illius gentis consuetudo, quæ longam aluit comam, qualem eodem penè tempore habuit Absalom, à quâ suspensus è querceu ab hostili lanceâ transverberatus fuit. Addit Abulensis, omnes uno tantùm vulnere fuisse confectos, neque opus fuisse secundum addere; quod quidem difficile est, neque ut id verum esse existimemus, vim ullam affert textus.

Vocatumque est nomen loci illius : Ager robustorum in Gabaon. Frequens est, non in Scripturâ solùm sacrâ, sed etiam profanâ, ut ab aliquo successu loca nomen accipiant; ut observavimus lib. 1, cap. 7, ad illud : *Vocavit nomen loci illius, lapis Adjutorii.*

Vers. 17. — Et ortum est bellum durum. Concertatio illa, et gladiatorius ille paucorum ludus magni præludium fuit, atque cruenti belli. In quo tam Abner quàm qui illius sequebantur signa, re desperatâ conversi sunt in fugam. Cùmque Asaelis ea esset in cursu velocitas, ut sylvestres capreas pedum pernicitate præverteret, ex omnibus unum elegit exercitûs principem Abner, quem persequeretur fugientem, ut imperatoriis oneratus exuviis gloriam obtineret inter alios eximiam, ad quam juvenilis ardor aspirabat. Cùmque semel atque iterum admonitus esset ab Abner, ut aliunde sibi militarem aucuparetur gloriam, ni vellet luere hastâ confossus juvenilem audaciam, perstitit ille nihilominùs in eodem studio, vel quia cæco ferebatur impetu ad nobilem de imperatore palmam, vel quia sumendum non putabat ab hoste consilium. Dùm autem Asael fugienti hæreret obstinatò, Abner aut pertinaciæ illius juvenilis impatiens, aut quia ad suum honorem pertinere existimabat adolescentem illum molestum abigere, quod suadendo non potuit, pugnando consecutus est. Aversâ etenim hastâ, non mucrone, sed conto (quod argumentum fuit, quàm invitus ad extremum illud et decretorium consilium esset adductus) transverberavit illum, reliquitque eodem loci vestigio, momento temporis, exanimem. Vulgatus ait, Asaelem percussum in inguine, sicut etiam dixêre Septuaginta. Hebræus habet *chomes*, quod *quintam* valet, quasi dicat : Percussit ad quintam costam, quæ est ad ilia, ad eam regionem, ubi fellis et jecoris sedes est. Et quidem quinta costa non longè abest ab inguine, quod aliquam in humano corpore latitudinem habet (1).

Vers. 22. — Et levare non potero faciem

(1) Vers. 18. — Velocissimus fuit, quasi unus de capreis. Inter militares dotes non infima erat cursûs pernicitas. David Saülem et Jonatham eo nomine commendat, quòd *aquilis velociores* essent, leonibus fortiores. Achillem heroem suum, hoc epitheto non semel donat Homerus, *pede levis* Achilles. Milites suos ad cursum veteres Romani exercebant.

(*Calmet.*)

Porrò Asael cursor velocissimus fuit. Joseph. ait Asaelem adeò fuisse velocem, ut non tantùm homines, sed et equos cursu superaret, quales etiamnum sunt in Hiberniâ et Indiâ. S. Bachiarius Epist. de Lapsis : « Asael, inquit, velox sicut cervus à Scripturâ esse perhibetur, ob hoc credo, quòd incoinquinati corporis puritas donum ei velocitatis indulserat; *corpus* enim *quod corrumpitur aggravat animam*, Sap. 9, 15, » et colligit hanc Asaelis puritatem ex eo quòd cum cervo, ut ipse legit, comparetur : « Velox, inquit, erat sicut cervus, id est, qui non solùm perspicaciâ mentis, inimici laqueos evitabat, verùm etiam serpentum, id est, adversariarum virtutum interfector extitit. » Nam cervus et visûs acumine excellit, et perpetuas cum serpentibus inimicitias exercet.

Tropol. *Asaeles* sunt, qui procurrunt alacres ad quævis charitatis officia, qualis fuit Cardamas, quem S. Paulus epist. 5 ad Amandum, Asaeli comparans, ei dat pedes cervorum : « Nam positus est, inquit, in tantæ ministerio charitatis, ut in libertate serviat, in senectute discurrat, et requiem vacationis emeritæ malit in peregrinationis labore quàm in domesticâ sede consumere; quia pigrorum vias spinis stratas calcare declinat, ne convertatur in ærumnam, dùm ei de inertiæ infructuoso otio miseræ sollicitudinis spina configitur. Exultat itaque impiger ad currendam viam, ne illi segne otium conterenti, pedissequa pigrorum inopia tanquàm bonus cursor occurrat. » (*Corn. à Lap.*)

MEAM AD JOAB FRATREM TUUM. Non dubitabat Abner venturum aliquando totum Israelis imperium ad Davidem, quia illum sciebat ad regium nomen jam antea à Samuele designatum. Cùmque futurum præsagiret, ut primum locum apud illum habiturus esset Joab, quem videbat tunc exercitui toti fuisse præpositum, suæ incolumitati cavebat, ne fortè propter Asaelis mortem aliquid sibi ab illius fratre obveniret mali. *Levare faciem ad aliquem*, est illius vultum intueri; quod facere neque solent, neque audent, nisi frontem perfricuêre, qui in alios gravius aliquid admiserunt, quale est, alicujus fratrem occidisse. Quare is, quem facti pudet, dicitur *vultum demittere, dejicere oculos, in terram intueri*. Hispanus in simili affectione dicit : *No se atreve à mirarle al rostro.*

VERS. 23. — (1) OMNESQUE, QUI TRANSIBANT PER LOCUM ILLUM IN QUO CECIDERAT ASAEL ET MORTUUS ERAT, SUBSISTEBANT. Magno animorum ardore, et incitato cursu suos insequebantur hostes, qui Davidis sequebantur signa; at illorum fregit animos, et retardavit gressus in medio cursu exanimatus Asael. Ex quo discent viri potentes, si illos cadere contingat (cùm non possunt illorum casus non esse conspicui, cùm in loco sint excelso, et quasi in mediâ viâ, atque ideò non possint alii in illos non offendere), quanto aliis possunt esse nocumento, cùm reverà aliorum incitant ad egregios conatus animi nervos, et in maximo etiam conatu in ipso ad virtutem cursu subsistere faciant. Fecit hoc idem postea dux Amasa, c. 20, qui cùm jaceret interfectus in viâ, remorabatur properantes. Quare fecit quidam prudenter, qui cùm observaret, quanto aliis foret impedimento : *Amovit Amasam de viâ in agrum, operuitque eum vestimento, ne subsisterent transeuntes propter eum. Amoto ergo illo de viâ transibat omnis vir*, etc. Si principum peccata celari possent, et amoveri de viâ, magnum sanè inferiori turbæ sublatum esset ad virtutem scandalum. Sed quis erit tam prudens et constans, qui aut nôrit, aut audeat amovere de viâ, et tegere pallio, ac denique facere ne omnium oculi in illorum ruinam intenti sint?

VERS. 24. — (1) PERSEQUENTIBUS AUTEM JOAB, ET ABISAI FUGIENTEM ABNER, etc. Cùm ad occidentem usque solem Joab persequeretur fugientem Abner, eumque ad editum quemdam locum compulisset, qui commodior ad resistendum videbatur, ad illum ex viris Benjamin convenêre non pauci, qui ex militari disciplinâ in cuneum conglobati, excipere posse videbantur irruentes hostes.

(1) PERCUSSIT EUM ABNER AVERSA HASTA. Creditur percussisse virum non hastæ cuspide, sed aversâ hastæ parte, quæ ferro præfixa erat, minùs tamen quàm cuspis acuto. Favet huic interpretationi Hebræus : *Percussit in posterioribus lanceæ.*

IN INGUINE. Hebræus ad litteram : *Ad quintam*, id est, ut creditur, ad quintam costam, vel ubi costas excipit stomachus infra diaphragma, in regione inferioris ventris, vel sub ventriculo et jecore. Septuaginta : *In lumbis*, in costâ. (*Calmet.*)

IN INGUINE. Hebr., *in quintâ*, scilicet costâ, ubi residet jecur et fel. Tropol. *Asael* repræsentat nimis ferventes, præcipitantes et furentes, qui non directè, sed indirectè et ex obliquo reprimendi sunt : nam, ut ait S. Gregor., 3 p. Pastor. admonit. 17, et ex eo Angelomus et Eucherius : « Ex mucrone (directè) percutere, « est impetu apertæ increpationis obviare; « aversâ verò hastâ persequentem ferire, est « furentem tranquillè ex quibusdam tangere « et quasi parcendo superare. Asael autem « protinùs occubuit, quia commotæ mentes « dùm parci sibi sentiunt, et tamen responso- « rum ratione in intimis sub tranquillitate « tanguntur, ab eo, quòd se erexerant, statim « cadunt. » Unde *Abner* Hebr. idem est quòd *patris lucerna*, qualis est prudentia lenis et mansueta corripientis. (*Corn. à Lap.*)

Abner lui porta un coup dans l'aine, et le tua sur la place. La mort d'Asaël qui fut l'effet de son excessive hardiesse et de sa passion trop violente contre Abner, peut servir d'exemple à ceux qui s'emportent avec une chaleur indiscrète dans la poursuite d'une bonne cause. Car il soutenait le parti de David, qui était celui de Dieu. Mais il devait être plus modéré dans la victoire, et se contenter de la fuite d'un prince si vaillant, qui commandait l'armée ennemie, sans s'acharner ainsi à le vouloir tuer de sa main. Joab fut plus prudent que lui, et il se rendit aux paroles sages d'Abner, qui l'exhortait à ne pas tremper davantage ses mains dans le sang de ses ennemis, qu'il appelle *ses frères*, parce que le peuple Hébreu n'était composé que d'une seule famille, comme étant tous enfants d'Abraham et de Jacob appelé Israël, dont le nom fut donné à tout le peuple.

La discrétion, selon saint Bernard, est la règle et comme l'âme de tout ce que nous pouvons faire de juste et de louable en cette vie. Sans elle la vertu dégénère en vice, et l'on se précipite sans y penser dans des engagements dont les suites sont funestes, parce qu'on n'a pas eu assez de prévoyance et de précaution pour les éviter. (*Sacy.*)

(1) VENERUNT USQUE AD COLLEM AQUÆDUCTUS. Hebræus : *Venerunt usque ad collem Amah, ad facies Giach, in viâ deserti Gabaon.* Desertum hoc Gabaonis ager est incultus, ad pascua gregum relictus. Neque enim reputandum est, cùm deserti nomen occurrit, designari semper locum sterilem, sylvestrem, desertum. Deserta appellant Hebræi loca non culta, in quibus tamen sponte arbores et herbæ in usum pascuorum crescunt. (Calmet.)

Vers. 26. — Num (1) ad internecionem tuus mucro desæviet? Ex eo loco Abner, quos armis non poterat, oratione voluit ab impetu ulteriore reprimere. Quare conversus ad Joab, qui magis acuebat insequentium animos, edocet non expedire duriùs urgere desperantes, satis esse factum illo die, cùm ad illum locum sint hostes adacti, neque pauci aut in acie, aut in fugâ sint extincti; neque decere, ut omnes subeant hostile ferrum, cùm eodem sint prognati parente, et eisdem sacris ac religione conjuncti; id enim totum fratrum nomine significatur.

An ignoras quòd periculosa sit desperatio? Monet Abner, licet hostis, amicè et sapienter, non esse duriùs urgendos eos qui pro capite certant, quando spes tantùm posita est in armis; tunc enim luctuosa solet relinqui victoria, et paucorum mors multorum sanguine constare. Quod præceptum maximè olim commendatum est, et ab strenuis ducibus, cùm maximè cuperent hostes esse deletos, observatum diligenter. Sic sanè docuit Vegetius lib. 3, cap. 21 : « Plerique, inquit, rei « militaris ignari pleniorem victoriam cre- « dunt, si adversarios aut locorum angustiis, « aut armatorum multitudine circumdede- « rint, ut aditum non inveniant abcedendi. « Sed clausis ex desperatione crescit audacia, « et cùm spei nihil est, sumit arma formido; « libenter cupit commori, qui sine dubio scit « se moriturum. Ideòque Scipionis laudata « sententia est, qui dixit viam hostibus, quâ « fugiant, muniendam. » Hæc Vegetius, qui ad finem capitis addit : « Cæterùm clausi, licet « exigui numero, et infirmi viribus, hoc ipso « tamen sunt hostibus pares, quia desperantes « sciunt aliud sibi licere non posse. » Et adducit Virgilianum illud 2 Æneidos :

Una salus victis, nullam sperare salutem.

Et iterùm eâ de re lib. 4, cap. 25, ubi adducit præclarum illud apophthegma : *Necessitas quædam virtutis est desperatio.* Idem docuit Seneca l. 2 Natural. Q. c. 59 : « Nullus, ait, « perniciosior est hostis, quàm quem audacem « angustiæ faciunt; longèque violentiùs sem- « per ex necessitate, quàm ex virtute corrigi- « mur. Majora, aut certè paria conatur animus « magnus et perditus. » Hoc porrò præceptum magni in omni seculo imperatores servârunt, ut fugere sinerent hostes in magnas aliquas angustias, et in extremam pugnandi necessitatem adactos. Plura invenies exempla apud Frontinum lib. 2 Stratag. cap. 6, cujus titulus est : *De emittendo hoste, ne clausus prælium ex desperatione reintegret.* Notum est illud proverbium, *Osculana pugna,* quo significatur, victores aliquando à victis superari solitos.

Vers. 27. — Et ait Joab : Vivit Dominus, si locutus esses, manè recessisset populus (1). Hinc constat, provocatum Davidem conscripsisse copias, et coactum cum adversariis castris fuisse congressum; cùm tàm facilè Joab ab hoste persequendo et destiterit ipse, et alios buccinæ clangore cohibuerit; quod credo à rege suo in mandatis habuisse. Neque levis hinc conjectura sumitur, ex viris Benjamin tantùm cecidisse duodecim, et ex illo collusorio seu gladiatorio certamine totidem ex Davidis acie fuisse superstites; quod putabat Josephus, et nos supra censebamus non improbabile. Ortum enim videtur prælium ab Abner, qui ulcisci voluit illorum cædem, quos ipse ex toto exercitu ad singulare certamen elegerat. Tam enim aberat Joab, ut hostes cunctantes ad conflictum lacesseret, ut manè, quando fortassè nondùm erant signa collata; si modò id Abner sibi gratum aut commodum esse significaret, milites suos neque paucos, neque ignavos contineret in castris, neque contra fratres suos quidquam moliri pateretur. Quod, credo, non faceret Joab, si ex suis duodecim quoque viri cecidissent. Ex quo etiam constat, manè, id est, ante meridiem statim atque gladiato-

(1) Num usque ad internecionem tuus mucro desæviet? Hebræus : *Num mucro devorabit semper?* Septuaginta : *Numquid ad victoriam comedet gladius?* An bellum est hoc apertum et cruentum? An prosecuturus es rem usque ad deletos penitùs hostes? Chaldæus : *Num ad separationem occidet gladius?* An sævire in nos omnes cupis? An in apertam inimicitiam erumpere?

An ignoras quòd periculosa sit desperatio? Hebræus : *Nonne nôsti, quòd* (gladius vel bellum) *amarus?* Res quæ per ludum cœpit, an desinet in odium et inimicitiam? Aliter: *Nonne nôsti, amaritudinem venturam in novissimo?* Si perrexeris instare, irritabuntur nostrorum animi, et in vestros sævient. Si autem eò devenerit res, integrum nobis non erit, malum, ne ulteriùs sæviat, cohibere. Vel : Irritati milites mei animos excitabunt, et furor ac desperatio complebunt, quæ vos nimis longius provexistis. (Calmet.)

(1) Si citiùs ita monuisses, populus jam inde à primo manè sese recepisset. Vel : Si hæc dixisses manè, populus jam remisisset arma. Commodè etiam redditur Hebræus : *Si locutus non fuisses* (invitans : Surgant pueri et ludant coràm nobis), *populus manè recessisset.* Aliter : *Nisi locutus fuisses,* actum esset de te; vicissim autem si quid dixisses, jamdiù antea populus recessisset. (Calmet.)

rium illud certamen finitum est, collata fuisse signa et primo congressu, aut non longè postea, acies Abner in fugam fuisse conversas, quando apertè dicit Joab cessaturum à persequendo populum, si manè locutus esset Abner.

Vers. 28. — Insonuit ergo Joab buccina (1), et stetit omnis exercitus. Hæc ad finem capitis obscura non sunt. Tantùm enim habemus, rediisse Abner, et belli reliquias, quas collegit ex fugâ transmisso Jordane, ad castra, unde profecti fuerant, et Joab in Hebron, quò pervenit matutino crepusculo; et ex castris Joab cecidisse triginta, si numeres Asaelem, qui in parentum suorum sepulcrum illatus est in Bethlehem; ex castris autem Abner trecentos et sexaginta (1).

(1) Signum dedit receptûs. Porrò summum imperatorem non dedecebat olim inflato cornu vel buccinâ signum dare certaminis ineundi vel absolvendi. Huic tamen muneri apud Hebræos destinari sacerdotes consueverunt. (Calmet.)

(1) Vers. 29. — Lustrata omni Bethoron, venerunt ad castra. Seu potiùs, trajecto iterùm Jordane, restituit sese in Mahanaim, unde moverat, et ubi Isboseth considebat. Bethoron, de quâ hìc, alia est à Bethoron, urbe apud Scripturam notissimâ. Regio enim erat inter Gabaonem et Jordanem sita. Hebræus legit *Bitthron* pro *Bethoron*. Noti sunt montes *Bether* vel *Bither*. Septuaginta legunt : *Campestrem regionem*. (Calmet.)

CAPUT III

1. Facta est ergo longa concertatio inter domum Saül et inter domum David, David proficiscens et semper seipso robustior, domus autem Saül decrescens quotidiè.

2. Natique sunt filii David in Hebron; fuitque primogenitus ejus Amnon, de Achinoam Jezraelitide;

3. Et post eum Cheleab, de Abigail uxore Nabal Carmeli; porrò tertius Absalom, filius Maacha, filiæ Tholmai regis Gessur;

4. Quartus autem Adonias, filius Haggith; et quintus Saphathia, filius Abital;

5. Sextus quoque Jethraam, de Egla uxore David : hi nati sunt David in Hebron.

6. Cùm ergo esset prælium inter domum Saül et domum David, Abner filius Ner regebat domum Saül.

7. Fuerat autem Saüli concubina nomine Respha, filia Aia. Dixitque Isboseth ad Abner :

8. Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Isboseth, ait : Numquid caput canis ego sum adversùm Judam hodiè, qui fecerim misericordiam super domum Saül patris tui et super fratres et proximos ejus, et non tradidi te in manus David? et tu requisisti in me quod argueres pro mulière hodiè?

CHAPITRE III.

1. Il se fit donc une longue guerre entre la maison de Saül et la maison de David, David s'avançant toujours et se fortifiant de plus en plus, et la maison de Saül au contraire s'affaiblissant de jour en jour.

2. Pendant que David était à Hébron, il eut plusieurs enfants. L'aîné fut Amnon, qu'il eut d'Achinoam de Jezraël;

3. Le second Chéléab, qu'il eut d'Abigaïl, veuve de Nabal du Carmel; le troisième Absalom, qu'il eut de Maacha, fille de Tholmaï, roi de Gessur;

4. Le quatrième, Adonias, fils d'Haggith; le cinquième Saphathia, fils d'Abital;

5. Le sixième Jethraam, *fils* d'Egla, femme de David; David eut ces *six* enfants à Hébron.

6. La maison de Saül était donc en guerre avec la maison de David, et Abner, fils de Ner, était le chef de la maison de Saül.

7. Or Saül avait eu une concubine nommée Respha, fille d'Aïa. Et Isboseth dit à Abner :

8. Pourquoi vous êtes-vous approché de la concubine de mon père? Abner, étrangement irrité de ce reproche, lui répondit : Suis-je un homme à être traité comme un chien, moi qui me suis déclaré aujourd'hui contre Juda pour soutenir dans sa chute la maison de Saül votre père, ses frères et ses proches, et qui ne vous ai point livré entre les mains de David? Et après cela vous venez aujourd'hui me chercher querelle pour une femme!

9. Hæc faciat Deus Abner et hæc addat ei, nisi quomodò juravit Dominus David, sic faciam cum eo,

10. Ut transferatur regnum de domo Saül et elevetur thronus David super Israel et super Judam à Dan usque Bersabee.

11. Et non potuit respondere ei quidquam, quia metuebat illum.

12. Misit ergo Abner nuntios ad David pro se dicentes : Cujus est terra?—et ut loquerentur : Fac mecum amicitias, et erit manus mea tecum, et reducam ad te universum Israel.

13. Qui ait : Optimè ; ego faciam tecum amicitias, sed unam rem peto à te, dicens : Non videbis faciem meam antequàm adduxeris Michol filiam Saül ;—et sic venies, et videbis me.

14. Misit autem David nuntios ad Isboseth filium Saül, dicens : Redde uxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputiis Philisthiim.

15. Misit ergo Isboseth, et tulit eam à viro suo Phaltiel filio Lais.

16. Sequebaturque eam vir suus, plorans, usque Bathurim. Et dixit ad eum Abner : Vade, et revertere. Qui reversus est.

17. Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel dicens : Tam heri quàm nudiustertiùs quærebatis David ut regnaret super vos.

18. Nunc ergo facite, quoniam Dominus locutus est ad David dicens : In manu servi mei David salvabo populum meum Israel de manu Philisthiim et omnium inimicorum ejus.

19. Locutus est autem Abner etiam ad Benjamin, et abiit ut loqueretur ad David in Hebron omnia quæ placuerant Israeli et universo Benjamin.

20. Venitque ad David in Hebron cum viginti viris ; et fecit David Abner et viris ejus qui venerant cum eo convivium.

9. Que Dieu traite Abner avec toute sa sévérité, si je ne procure à David ce que le Seigneur a juré en sa faveur,

10. En faisant que le royaume soit transféré de la maison de Saül *dans la sienne*, et que le trône de David soit élevé sur Israël et sur Juda depuis Dan jusqu'à Bersabée.

11. Isboseth n'osa lui répondre, parce qu'il le craignait.

12. Abner envoya donc des courriers à David pour lui dire de sa part : A qui appartient tout ce pays *sinon à vous?* — et pour ajouter : Si vous voulez me donner part à votre amitié, je vous offre mes services, et je ferai que tout Israël se réunira à vous.

13. David lui répondit : Je le veux bien, je ferai amitié avec vous ; mais je vous demande une chose : vous ne me verrez point que vous ne m'ayez ramené auparavant Michol, fille de Saül ; à cette condition vous pourrez venir et me voir.

14. David envoya ensuite des courriers à Isboseth, fils de Saül, et lui fit dire : Rendez-moi Michol, ma femme, que j'ai épousée pour cent prépuces de Philistins.

15. Isboseth l'envoya quérir aussitôt, et l'ôta à son mari Phaltiel, fils de Laïs. *Abner, qui ne cherchait qu'une occasion favorable pour aller trouver David, se chargea de la lui ramener.*

16. Son mari la suivait en pleurant jusqu'à Bahurim. Et Abner lui dit : Allez, retournez-vous-en. Et il s'en retourna.

17. Abner *vit donc David. Et il* parla ensuite aux anciens d'Israël ; et il leur dit : Il y a déjà long-temps que vous souhaitiez d'avoir David pour roi :

18. Faites-le donc maintenant, puisque le Seigneur a dit en parlant de David : Je sauverai, par David, mon serviteur, mon peuple d'Israël de la main des Philistins et de tous ses ennemis.

19. Abner parla aussi à ceux de Benjamin. Et il alla trouver David à Hébron pour lui dire tout ce qu'Israël et tous ceux de la tribu de Benjamin avaient résolu.

20. Il arriva accompagné de vingt hommes, et David lui fit un festin et à ceux qui étaient venus avec lui.

21. Et dixit Abner ad David : Surgam ut congregem ad te, dominum meum regem, omnem Israel, et ineam tecum fœdus, et imperes omnibus, sicut desiderat anima tua. Cùm ergo deduxisset David Abner, et ille isset in pace,

22. Statim pueri David et Joab venerunt, cæsis latronibus, cum prædâ magnâ nimis; Abner autem non erat cum David in Hebron, quia jam dimiserat eum et profectus fuerat in pace.

23. Et Joab et omnis exercitus qui erat cum eo, postea venerunt. Nuntiatum est itaque Joab à narrantibus : Venit Abner, filius Ner, ad regem, et dimisit eum, et abiit in pace.

24. Et ingressus est Joab ad regem, et ait : Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te : quare dimisisti eum, et abiit et recessit?

25. Ignoras Abner, filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te ut deciperet te, et sciret exitum tuum et introitum tuum, et nosset omnia quæ agis?

26. Egressus itaque Joab à David misit nuntios post Abner, et reduxit eum à Cisternâ Sira, ignorante David.

27. Cùmque rediisset Abner in Hebron, seorsùm adduxit eum Joab ad medium portæ ut loqueretur ei in dolo, et percussit illum ibi in inguine; et mortuus est in ultionem sanguinis Asael, fratris ejus.

28. Quod cùm audisset David rem jam gestam, ait : Mundus ego sum et regnum meum apud Dominum usque in sempiternum à sanguine Abner filii Ner;

29. Et veniat super caput Joab, et super omnem domum patris ejus : nec deficiat de domo Joab fluxum seminis sustinens, et leprosus, et tenens fusum, et cadens gladio, et indigens pane.

30. Igitur Joab et Abisai frater ejus interfecerunt Abner eò quòd occidisset Asael fratrem eorum in Gabaon in prælio.

31. Dixit autem David ad Joab et ad

21. Alors Abner dit à David : Je m'en vais rassembler tout Israël, afin qu'il vous reconnaisse, comme je fais, pour seigneur et pour roi; et je ferai alliance avec vous *au nom du peuple*, afin que vous soyez reconnu de tout le monde, comme vous le désirez. David ayant donc reconduit Abner, et celui-ci s'en étant allé en paix,

22. Les gens de David survinrent aussitôt avec Joab, revenant de tailler en pièces des brigands, sur lesquels ils avaient fait un très-grand butin. Abner n'était plus à Hébron avec David, parce qu'il avait déjà pris congé de lui et s'en était retourné en paix,

23. Lorsque Joab arriva avec toute l'armée. Joab apprit donc de quelqu'un qu'Abner, fils de Ner, était venu *parler* au roi, que le roi l'avait renvoyé, et qu'il s'en était retourné en paix.

24. Joab aussitôt alla trouver le roi, et lui dit : Qu'avez-vous fait? Abner vient de venir vers vous : pourquoi l'avez-vous renvoyé et l'avez-vous laissé aller?

25. Ignorez-vous quel est Abner, fils de Ner, et qu'il n'est venu ici que pour vous tromper, pour reconnaître toutes vos démarches et savoir tout ce que vous faites?

26. Joab, étant sorti d'avec David, envoya des courriers après Abner, et le fit revenir de la Citerne de Sira à l'insu de David.

27. Et lorsqu'il fut arrivé à Hébron, Joab le tira à part au milieu de la porte pour lui parler en trahison, et il le frappa dans l'aine, et le tua, pour venger la mort de son frère Asaël.

28. David, ayant appris ce qui s'était passé, dit : Je suis innocent pour jamais devant le Seigneur, moi et mon royaume, du sang d'Abner, fils de Ner.

29. Que son sang retombe sur Joab et sur la maison de son père, et qu'il y ait à jamais dans la maison de Joab des gens qui souffrent un flux honteux, qui soient lépreux, *des gens lâches* qui tiennent le fuseau *comme des femmes*, qui tombent sous l'épée, et qui demandent leur pain.

30. Joab et Abisaï son frère tuèrent donc Abner, parce qu'il avait tué Asaël leur frère dans le combat de Gabaon.

31. Alors David dit à Joab et à tout le peu-

omnem populum qui erat cum eo : Scindite vestimenta vestra et accingimini saccis, et plangite ante exequias Abner. Porrò rex David sequebatur feretrum.

32. Cùmque sepelîssent Abner in Hebron, levavit rex David vocem suam, et flevit super tumulum Abner ; flevit autem et omnis populus.

33. Plangensque rex et lugens Abner ait : Nequaquàm ut mori solent ignavi mortuus est Abner :

34. Manus tuæ ligatæ non sunt, et pedes tui non sunt compedibus aggravati, sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. Congeminansque omnis populus flevit super eum.

35. Cùmque venisset universa multitudo cibum capere cum David, clarâ adhuc die, juravit David dicens : Hæc faciat mihi Deus et hæc addat, si ante occasum solis gustavero panem vel aliud quidquam !

36. Omnisque populus audivit, et placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi.

37. Et cognovit omne vulgus et universus Israel in die illâ quoniam non actum fuisset à rege ut occideretur Abner filius Ner.

38. Dixit quoque rex ad servos suos : Num ignoratis quoniam princeps, et maximus, cecidit hodiè in Israel ?

39. Ego autem adhuc delicatus et unctus rex : porrò viri isti filii Sarviæ duri sunt mihi. Retribuat Dominus facienti malum juxta malitiam suam !

ple qui était avec lui : Déchirez vos vêtements, couvrez-vous de sacs, et pleurez aux funérailles d'Abner. Et le roi David marchait derrière le cercueil.

32. Après qu'Abner eut été enseveli à Hébron, le roi David éleva sa voix, pleura sur son tombeau, et tout le peuple pleura aussi.

33. Et le roi, témoignant son deuil par ses larmes, dit ces paroles : Abner n'est point mort comme les lâches.

34. Vos mains n'ont point été liées, et vos pieds n'ont point été chargés de fers, *comme un criminel ou comme un ennemi vaincu;* mais vous êtes mort comme *les hommes de cœur* qui tombent devant les enfants d'iniquité *par trahison.* Tout le peuple à ces mots redoubla ses larmes.

35. Et tous étant revenus pour manger avec David, lorsqu'il était encore grand jour, David jura, et dit : Que Dieu me traite avec toute sa sévérité, si je prends une bouchée de pain ou quoi que ce soit avant que le soleil soit couché !

36. Tout le peuple entendit ces paroles, et tout ce que le roi avait fait lui plut *extrêmement.*

37. Et le peuple et tout Israël fut persuadé ce jour-là que David n'avait eu aucune part à l'assassinat d'Abner, fils de Ner.

38. Le roi dit aussi à ses serviteurs : Ignorez-vous que c'est un prince, et un grand, qui aujourd'hui a péri en Israël ?

39. *Car* pour moi, bien que j'aie été sacré roi, je suis encore peu affermi ; et ces gens-ci, ces enfants de Sarvia, sont trop violents pour moi. *Mais* que le Seigneur rende *lui-même* à celui qui fait le mal, selon sa malice.

COMMENTARIUM.

Vers. 1.—Facta est ergo longa concertatio inter domum Saul et inter domum David. Longo tempore inter duas hasce familias certatum est, non præliis utrinque commissis (neque enim constat, castris inter duos principes esse certatum, nisi semel, eo nimirùm congressu, de quo proximè), sed studiis. Cùm enim horum quilibet sibi persuaderet deberi sibi totius Israelis, quàm latè pateret, imperium, Isboseth quidem, quia parenti regi succedere debuerit, David autem, quia ad illud evocatus fuerit et unctus à Domino, quare uterque studebat retinere illos apud se, qui ultrò advenerant, et ex aliis tribubus novos quotidie socios adjungere. Hæc autem appellatur hoc loco concertatio, in quâ David fuit tam in retinendis, quàm in conciliandis animis multò felicior; ad illum enim fiebat in singulos dies ex omnibus tribubus multorum accessio, ab alio quotidiè plurimi ad Davidis castra defi-

ciebant. Neque id mirum, cùm in Davide ingenium agnovissent humanius magisque liberale, fortitudinem eximiam, et in rebus administrandis prudentiam, cui semper aderat eventus felix et fortuna melior; deinde electum audierant à Deo, sicut etiam reprobatum Saülem, et ab hujus domo ad illum regnum iri translatum. Hinc res utriusque dissimilem semper habuerunt statum et formam. Davidis enim domus amplior quotidiè fiebat atque robustior; Saülis autem et opinione vilior, et conditione deterior.

Vers. 2. — Natique sunt filii David in Hebron. Septem annis, ut diximus, et sex mensibus commoratus est David in civitate regiâ, regnique Judaici metropoli Hebron. Quid ibi egerit tot annis, brevi quâdam complexione narratur præcedenti capite et tribus sequentibus. Primùm ostenditur, quas David in illâ civitate uxores duxerit, et quos ex illis susceperit filios. Cætera aperta sunt. De Eglâ et de Maachâ aliquid observandum. Maacha filia esse dicitur Tholmai regis Gessur, ex quâ natus est Absalom. Hunc regem gentilem fuisse constat, quia quo tempore commoratus est David in Siceleg, cùm nunquàm ex Israeliticis finibus egisset prædas, hujus tamen regis fines populabundus ingressus est. Libro 1, capite 27, vers. 8 : *Et ascendit David et viri ejus, et agebant prædas de Gessuri et de Gerzi, et de Amalecitis.* Hoc autem ipso tempore fuisse regem Gessuri, docet satis hic locus; et longè post fuisse proprium in eâ regione regem, liquet ex lib. 2, capite 13, v. 37, ubi Absalom dicitur fugisse ad Tholmai regem Gessur, nempe avum suum, et apud illum tribus annis vixisse.

Sed est hìc, quod explorare oportet. Nam libro hoc cap. 2, v. 9, Isboseth dicitur rex constitutus *super Galaad et super Gessuri.* Unde neque David potuisse videtur ducere uxorem filiam regis Gessuri, quia tunc non erat rex; neque postea Absalom tamdiù apud illum regem commorari. Nam David totius Israelis imperium occupârat, cùm ab illius conspectu fugit Absalom. At Gessuri pertinere ad Israelis terminos constat ex lib. Josue 13, v, 13 : *Noluerunteque disperdere filii Israel Gessuri et Machati, et habitaverunt in medio Israel usque in præsentem diem.* Hic porrò rex Gessur et Gessuræi omnes inter Israelitas habitabant; et cùm nihilominùs sacris essent addicti gentilicis, Israelitarum regibus serviebant, aut conferendo quotannis certa tributa, aut alio modo servitutis aut subjectionis statum significando. Quare cùm nuper cap. 2, Isboseth constitutus esse traditur rex super Galaad, et Gessuri, jus novum quoddam acquisivit, ut populi illi sicut aliis regibus ante fuerant, sic etiam ipsi forent vectigales. Ita Abulensis in cap. 1, q. 11. Accepit autem ethnici regis filiam uxorem, quia aut illa capta fuit, et juxta præcepta Deuter. cap. 21, tradita, ad Israelitarum familiam traducta, quod non probat Abulensis q. 4, aut quia deseruit patriam religionem, et ad Israelitarum sacra et instituta transfugit : tunc fas fuit viro Israelitæ uxorem ducere genere gentilem, dummodò Israelitidem professione. Sicut Booz Bethlehemites proaviam Davidis Ruth Moabitidem uxorem duxit, quia antiquæ religionis oblita Israelitarum sacra complexa est; et hoc Abulensi probatur magis.

De Eglâ non est minor apud auctores difficultas. Hebræi Michol esse putant Saülis filiam quam primam omnium duxit David. Quod ideò sibi persuadent, quia uxor vocatur Davidis, quod nomen aliis feminis hoc loco non tribuit. Ita Hieronymus in Tradit. Hebr. Quòd si quisquam objiciat, Michol usque ad mortem nullum suscepisse filium, quod Scriptura tradit infra, cap. 6, v. 23, sic interpretantur illum locum, nunquàm Michol usque ad diem mortis suæ peperisse filium; peperisse autem eo die quo mortua est, quia in ipso pariendi nixu animam egit, quemadmodùm Rachel in partu Benjamin. Quia verò peperisse dicitur in Hebron, quo tempore non fuerat ablata à complexu thalamoque Phaltielis, respondent, aliquot annis postquàm David cepit Jerusalem, et eam, Hebron relictâ, constituit totius imperii caput, rediisse Michol in Hebron, quo tempore David excesserat Hierosolymâ, fugiens Absalomem, et ibi enixam esse Jethraam. Faciliùs illi dicere potuissent, antequàm David reliquisset Hebron, suscepisse filium ex Michol, qui inibi natus est. Satis enim moræ in Hebron post restitutam Michol positum est, ut concipi, edique potuerit filius Jethraam, quia fortassè plus biennio à morte Isboseth commoratus est David in Hebron, antequàm inde regni sedem transferret Hierosolymam. Neque huic expositioni quidquam incommodat, quòd cap. 6, Michol negatur suscepta proles. Illud enim supplicium quoddam fuit illius convicii, quo insultavit Davidi, quando numeroso atque harmonico saltu redeuntem arcam fœderis præcedebat. Ante illud autem tempus quis neget potuisse non unum, sed plures edidisse filios?

Sic posset illa Hebræorum cogitatio explicari non difficilè. Sed non est sine dubio hìc quidquam cogitandum de Michol; neque ego hìc tamdiù fuissem immoratus, nisi viderem id non Hebræis solùm, sed aliis etiam ex nostris placuisse. Sic sanè putant Angelomus, Lyra, Cajetanus; inclinant Magister Histor. schol., Dionysius, qui aliter locum istum accipiunt, nimirùm *Eglam* non esse nomen proprium, sed commune omnibus uxoribus; significat enim *vitulam*, quæ aliquid sonat dilectum et pulchrum. Quomodò Samsonis sponsa Jud. cap. 14, *vitula* vocatur : *Si non arâssetis in vitulâ meâ.* Cùm ergo David omnium maximè dilexisset Michol, illa omnium etiam maximè appellari *vitula* potuit. Atque ideò hunc putant esse sensum, ex Michol uxore omnium maximè dilectâ, natus Jethraam. Ego cum Abulensi, Josepho, Vatablo, puto Eglam nullo modo fuisse Michol, sed uxorem, cujus proprium nomen fuerit Egla. Cujus mihi gravissima ratio est, quòd ita converterunt cum Vulgatâ, Septuaginta, Chaldæus et recentiores omnes. Et cùm aliæ uxores eo ordine numerentur, quo à Davide ductæ (ut facit verisimile, quia priori loco numerantur Achinoam et Abigail, quæ ante alias, quæ hìc numerantur, in Davidis thalamum venerunt), non debuit posteriori loco numerari, quæ uxorum omnium prima ac nobilissima fuit.

Neque ratio illa, quæ alios in eam cogitationem induxit, ejusmodi est, ut vim aliquam afferat repugnanti. Nam primùm omnes illæ veræ fuerunt uxores, licet non omnes æquè nobiles aut æquè dilectæ. Et de Achinoam et Abigail dubitare nefas, cùm apertè habeamus lib. 1, cap. 27, v. 3. Neque primus locus in nuptiarum ordine majorem nuptæ dignitatem conciliat, licet de filiis alia ratio sit, inter quos ille in bonis primo censetur loco, qui in nascendi ordine antecessit alios. Neque Bersabee quæ longè post hæc tempora conjugali cum Davide nexu copulata est, ideò minùs fuit dilecta, aut aliis posthabita, quando illius filius Salomon plurimis aliis in obtinendo regno prælatus est. Quid ergo nunc Egla appellatur *uxor*, aliæ non item? Quidam ideò Eglam uxorem hoc loco numerari putant, quia nihil aliud habuit eximium, quo cognosci aut nobilitari potuerit. Sed ab illis, qui pauci non sunt, libens doceri vellem, cur aliarum, quarum neque genus proditur, neque adhibetur aliquid, quod auctoritatis aliquid conciliare possit, hoc idem *uxoris* nomen non attribuitur. Quid aliud habet Haggith, quid Abital, et tamen *uxores* non appellantur? Ego hìc figuram quamdam agnosco, quam Græci *zeugma*, Latini *adjunctionem* appellant, quæ ad unam vocem multas orationes adjungit, seu, quod idem est, unam vocem ad orationes multas. Quo modo dixit Paulus ad Ephes. 4 : *Omnis amaritudo et ira, et indignatio et clamor, et blasphemia tollatur à vobis.* Et 2 Cor. 9 : *Neque adulteri, neque rapaces, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt.* Ubi *possidebunt* et *tollatur*, in orationibus singulis repetenda sunt. Sic Maro lib. 3 Æneid. :

Trojugena interpres divûm, qui numina Phœbi,
Qui volucrum linguas, qui præpetis omina pennæ,
Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis,

Ut autem hìc vox quædam, quæ ad extremum clausulæ collocatur, in singulis periodi partibus iteratur, sic etiam vox *uxor* singulis feminis, ex quibus David filios suscepisse traditur, adhibenda est. Hoc modo *de Achinoam uxore, de Abigail uxore, de Maachâ uxore*, etc. (1).

VERS. 8. — NUMQUID CAPUT CANIS EGO SUM (2)?

(1) VERS. 3. — CHELEAB; alio nomine *Daniel.* Septuaginta : *Dalvia.* Græci alii interpretes : *Abia.* (Calmet.)

VERS. 7. — *Isboseth dit à Abner : Pourquoi vous êtes-vous approché de la concubine de mon père?* La réponse qu'Abner fait aux reproches d'Isboseth nous montre l'abus que les grands du monde font de la loi de Dieu, et de ses desseins. Ils les tournent comme il leur plaît. Ils les suivent quand ils y trouvent leur avantages et ils les dissimulent quand leur passion les emporte ailleurs. Abner témoigne ici savoir que Dieu avait juré de transférer à David le royaume de Saül. Il déclare qu'il va faire maintenant exécuter ce dessein de Dieu, et il montre ainsi que c'était lui seul qui l'avait empêché jusqu'alors. Un dépit contre David l'avait porté d'abord à mettre Isboseth en sa place; et maintenant un nouveau dépit contre Isboseth le porte à reprendre les intérêts de David.

Nous devons craindre d'imiter Abner et de couvrir comme lui nos passions secrètes, sous le prétexte spécieux de la volonté de Dieu. C'est nous-mêmes, ce sont nos intérêts que nous avons en vue lorsque nous croyons suivre Dieu, et le refus que nous avons fait souvent de faire sa volonté lorsqu'elle nous était connue, nous doit faire appréhender de ne la chercher point sincèrement, lors même qu'il paraît au-dehors que nous sommes résolus de nous y soumettre. (Sacy.)

(2) Hebræus : *Numquid caput canis ego, quòd in Judam hodiè feci misericordiam cum domo Saül?* Vel aliter : *Numquid canis Juda ego, qui feci hodiè misericordiam cum domo Saül?* Septuaginta nomen Juda hìc non legerunt : *Numquid caput canis ego sum? Feci hodiè misericordiam cum domo Saül patris tui.* Sunt qui Hebræum ita legendum malint : *Numquid caput canis ego sum, ut abjiciar hodiè?* (Calmet.)

Optimè de Saülis domo semper, ex quo in illam Israelis regnum inductum est, meritus fuit Abner, quia pleraque antea, Saüle verò mortuo, omnia administravit bella. Sed præsertim Isboseth, quòd regnaret, et quòd parente mortuo, aliquo esset apud suos in loco, uni Abneri debuit. Quamobrem tulit admodùm impatienter et ægrè, objurgari se ab illo, quem tot modis et tot beneficiis obligatum sibi esse arbitrabatur. Cùm enim cum Resphâ Saülis concubinâ, Saüle mortuo, plus quàm honestatis et affinitatis ratio patiebatur, consuevisset, id liberiùs exprobravit Isboseth, quàm vellet et sperabat Abner. Quare inflammatus irâ, cum amaro fastidio sic suum est alumnum allocutus: *Numquid caput canis ego sum?* Quæ vox videtur usum habere proverbii, quod sic explicant Hebræi, ut Hieronymus refert in Tradit. Hebr.: « Propter te, et propter domum patris tui dicor caput canis esse contra Judam, eò quòd non reducam domum Israel ad David, quem scio unctum esse regem, et regnaturum super universum Israel. Caput canis se dicit esse, id est, vilem, eò quòd à domo Juda sic haberetur sicut latratus canis, eò quòd princeps esset canum, id est, stultorum hominum. » Hæc Hebræi, quæ ad unum sumit et sequitur Angelomus, Abulensis, q. 7, sic exponit: « Indignè me ego opposui pro te usque hodie contra domum Juda, ita ut vocarer caput canis propter misericordiam quam faciebam tibi. Sed jam non vocabor caput canis, quia ego non resistam domui Judæ, sicut hactenùs restiti. » Vel aliter, quia canes sunt litigiosi et molesti, caput canum erat Abner, quia cæteri de Israel non latrâssent, nec movissent bellum contra Davidem, nisi illos quasi canum illorum princeps Abner ad latratum et rixam incitâsset.

Ego quid sentiam, paucis expedio. Primùm puto *canis caput* juxta Hebræorum idioma usurpari pro cane; sæpè enim Hebræi res per ipsarum caput circumscribunt. Quod nos pluribus ostendimus in nostris Commentariis super Isaiam, ad illud cap. 35: *Lætitia sempiterna super caput eorum.* Et proximè cap. 1, ad illud: *Sanguis tuus super caput tuum.* Deinde in *cane* rem significari vilissimam et maximè odiosam; quod tenet Lyra, et ex Scripturâ sacrâ probatur non difficilè ita significanter ac frequenter, ut non dubitem, in *cane*, aut *canis capite* figuram esse proverbialem. Sic David 1 Reg. 24, v. 15, canem se mortuum vocat: *Quem persequeris, rex Israel? canem mortuum.* Sic Miphiboseth ad David infra, capite 9, v. 8: *Respexisti super canem mortuum similem meî.* Et capite 16, v. 9, sic Abisai ad David de Semei: *Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi?* Tam porrò canis odiosus erat Deo propter impudentiam, opinor, quæ etiam apud profanos in proverbium abiit (unde impudentem dicimus *oculos*, aut *faciem* habere *caninam*), ut æquè à templo et mercedem prostituti corporis, et pretium canis removeri jusserit. Deuter. 23, v. 18: *Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud est, quod voveris, quia abominatio est utrumque apud Dominum Deum tuum.* Vilissimum aliquid significavit procul dubio in canibus Job, capite 30, v. 1, cùm homines quosdam dicebat sic esse abjectos, ut neque cum canibus, animalibus nempe vilissimis et inhonestè fœtentibus, putaverit esse comparandos, aut non esse dignos quibus alendorum canum curam committeret. *Quorum*, ait, *non dignabar partes ponere cum canibus gregis mei.*

Ex his ego hanc explicationem, neque, ut opinor, violentam deduco. Primùm, ut exprobret Abner regi Isboseth oblivionem toties collati beneficii, quem sic tractârit, quasi homo foret vilissimus et canis mortuus (hoc enim puto subaudiri, quia sæpè, ut diximus nuper, dùm rem vilissimam et inutilem explicare volumus, cum *cane, mortuum* etiam conjungimus), cùm tamen contra Judam et Davidem, quem Juda sibi regem constituerat, non se ut mortuum canem, sed ut acerrimum leonem iterùm et sæpiùs exhibuerit, cùm illi regnum tradiderit, et pro tuendo regno strenuè dimicaverit contra Judam; quod non præstaret canis inani molestoque latratu, præstitit leo acer et impavidus, qui ad nullius exhorruit occursum. Videtur præterea his verbis indicare magno se in pretio haberi à Davide, et his qui Davidis castra et studia sequebantur. Quasi dicat: Non me canem mortuum putant esse Davidis commilitones et asseclæ, sed leonem vivum, qui plus in me virtutis esse putant ad retinendum regnum, et in patris antea, et nunc in tuâ potestate, quàm in reliquis aliis; quique magni emerent, si quo modo vellem ipsorum fovere partes, et quod nunc meâ virtute distineo, Israeliticum regnum cum Judæo conjungere. Canis tibi videor, sed non me canem experti sunt viri Juda, aut qui nunc tibi, aut qui antea parenti tuo infensis armis occurrerunt. Huic explicationi accommodatissimè subditur:

Et tu requisisti in me, quod argueres pro muliere hodiè. Quasi diceret : Cùm deberes sedulò meditari tecum, quo modo tot compensares merita, et ornares officiis, quem tam in tuis rebus expertus fueras vigilantem, quæsiisti tamen, et commentus es, quod in me reprehenderes hujus mulieris causâ. Ex his verbis quidam conjectant, nullam in eâ concubinâ illatam injuriam Saülis thalamo ab Abnere, sed id suspicatum Isboseth. Et quidem de Abneris cum Resphâ consuetudine nihil docet textus; tantùm audimus eâ de re ab Isboseth reprehensum Abner. Sed est verisimilius, finxisse nihil Isboseth, aut in eâ suspicione fuisse deceptum. Flagitium enim illud non sic erat eo tempore inusitatum, ut etiam viri auctoritate principes illud perhorrescerent. Neque eo tempore alienâsset à suî studio Isboseth, tantum ducem, quando magis videbat suum quotidiè defluere, et Davidis imperium in singulos dies magis adolescere. Neque mirum, si Abner excogitatum dixerit ab Isboseth, non inventum flagitium, quia non facilè fatentur homines aliquid à se indecorè patratum; et dùm in ipso scelere comprehensi non sunt, aut præcisè negant, aut aliquam excusationis speciem obtendunt.

Vers. 9. — Hæc faciat Deus Abner, et hæc addat ei, nisi quomodò juravit Deus David, etc. Suum Abner diris execrationibus devovet caput, nisi irrogatam sibi ulciscatur injuriam, et re ipsâ cum magno sui capitis et dignitatis incommodo experiatur, quem antea custodem et patronum habuerit, et quem postea adversarium sit habiturus. Minatur enim curaturum se, ut omnes omninò tribus Davidem regem agnoscant et sequantur, sicut illi à Domino promissum, et illi deberi ignorat nemo. Quâ responsione sic est concussus vehementer, ut nec hiscere quidem ausus fuerit; timebat enim illum, utpote in quo major esset, quàm in ipso, potestas (1).

Vers. 12. — Misit ergo Abner nuntios ad David pro se (2), dicentes : Cujus est terra? Cùm ergo statuisset Abner injuriam ulcisci, quam illatam suo nomini ab ingrato rege interpretabatur, præmisit ad David nuntios, quia neque certus erat quo esset David animo, neque tutum putabat, antequàm suorum tentaret sensus et studia, quidquam moliri. Legationis verò hæc erat summa : In Abneris manu rem esse Israeliticam, et posse facilè in quamcumque vellet partem inflectere, vel retinere in Isboseth potestate, vel ad Davidis studia, potestatemque traducere. Deinde cupere se cum Davide fœdus inire pacis; quod si consequeretur, perfecturum se, ut Israel universus regem illum agnosceret.

Vers. 13. — Qui ait : Optimè, ego tecum faciam amicitias (1), sed unam rem peto a te, etc. Accipit libenter David conditionem oblatam, neque recusat amicitiam, quam ipse, opinor, offerret non gravatè; petit tamen, ne priùs ipse ad se veniat, quàm Michol uxorem suam,

(1) Vers. 11. — Et non potuit respondere ei. Principis hujus imbecillior erat auctoritas, quàm ut audaciam ducis sui cohiberet, crimenque puniret. Tacitus de Othone : *Nondùm auctoritas inerat ad prohibendum scelus.* (Calmet.)

(2) Reddi posset Hebræus : *Misit nuntios statim,* vel *è loco illo,* vel, *clam.* Clam enim hæc omnia Davidem inter et Abnerum pertractata fuisse, historiæ series demonstrat. (Calmet.)

(1) An proditore uti fas erat Davidi, et cum illo fœdus componere? Abner indignas homine ingenuo artes adhibuit : David facilè non ignorabat, quæ causa hominem alienâsset, commodamque illi opportunitatem præbebat, ut, quam moliebatur, proditionem perficeret. An hæc citra crimen? — Reponimus, nullâ ratione purgari posse Abnerum, quòd certus de electo Davide divinitùs in regem, Isbosethum ad imperium Israelis vocaverit; quare in caput ejus recidunt mala omnia è civili illo bello inter domum Saülis et Davidis parta; se pariter reum criminis prodito Isbosetho constituit; Davidem delicti hujus culpa non tangit. Regnum ad Davidem pertinebat; utitur jure suo David, rem suam è scelesti manibus accipiens; interim nec crimen probat, nec proditionem. Nihil autem prohibebat, quominùs in suum commodum uteretur proditore, atque amicitiam suam et æstimationem, pro commodo quod accipiebat, erga naturales illius virtutes vel politicas, quibus fortè commendabatur, illi rependeret.

Antequam adduxeris Michol. Hebræus ad litteram : *Nisi reduxeris ante faciem meam Michol;* nisi illam coram me statueris. Reputabat fortassè David, familiæ Saülis studiosos faciliùs adducendos esse, ut regem sese agnoscerent, siquidem filiam illius uxorem haberet. Gener regis minùs alienus à familiâ regiâ censetur. Vetat quidem lex, ne repudiatâ feminâ, quæ alteri se viro conjunxit, recipiatur in torum; hæc tamen cautio ad Micholem non pertinebat, quæ libellum repudii à Davide nunquàm acceperat. (Calmet.)

Je ferai amitié avec vous; mais je ne vous verrai point que vous ne m'ayez envoyé Michol, fille de Saül. David redemande avec raison sa femme Michol, puisque ne l'ayant point répudiée, ce qui était permis selon la loi, Phaltiel, à qui Saül l'avait donnée, ne pouvait être que son adultère, et non son mari. Ainsi il ne fait en cette rencontre que finir cette horrible violence de Saül, qui n'avait point craint d'arracher la femme au mari malgré l'un et l'autre, et de séparer ce que Dieu avait joint, pour satisfaire cette haine mortelle qu'il avait conçue contre David, aux dépens de toutes les lois divines et humaines. (Sacy.)

quam suæ vitæ periculo comparârat, dùm centum Philisthinorum præputia Saüli socero numerare vult, ad se reducat. Quid Abner ad hæc Davidis postulata responderit, in sacrâ historiâ non legimus; ex consequentibus verò non difficilè conjectare possumus. Videtur enim respondisse, id in eo rerum articulo, antequàm alia essent plura composita, non esse in suâ potestate, cùm sororem suam Michol secum haberet Isboseth; neque tunc esse tutum illo invito ad Davidem, id est, extra illius regni terminos abducere. Quare peteret ipse ab Isboseth, se verò curaturum, ut ille justissimis Davidis votis et precibus annueret. Huic autem prudenti responsioni Abneris optimè conveniunt, quæ mox subjiciuntur :

Vers. 14. — Misit autem David nuntios ad Isboseth. Probavit David consilium Abner, misitque nuntios ad Isboseth pro repetendâ uxore, quod ille neque negavit, neque distulit, consilio, ut opinor, obsecutus Abner. Quare abstulit statim ab illo, cui per summam injuriam Saül ante à Davidis thalamo distractam Phaltieli tradiderat Quod cùm vir illius ferret molestè, illamque plorando ad longum usque spatium prosequeretur, cohibuit tamen pro suâ potestate Abner, fecitque, ut gressum revocaret domum, neque regis imperium, aut Davidis votum moraretur (1).

Vers. 17. — Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel, dicens. Cùm accepisset Abner Davidis mandata, et quamprimùm uxorem Michol reducendam curâsset, statim adiit seniores Israel, quorum judicio res administrabatur publica, et illis ostendit, quàm futurum sit ex usu communi, si imperium totum Israeliticum referatur ad Davidem, cujus prudentiam jampridem et in re bellicâ virtutem explora tam haberent. Neque se petere aliquid, quod non ipsi probavissent et optâssent antea, cùm uni Davidi multis nominibus deberi regnum non obscurè significâssent, maximè cùm jam illi Deus Israelis addixisset imperium, dixissetque illius manu, tum Philisthinorum, tum aliorum, qui pacem Israelis assiduis bellis et insidiis quotidiè turbabant, fractum iri potentiam. Quare cùm ad humanum, divinum quoque iudicium accederet, non esse dubitandum, quod esset sumendum in eâ deliberatione consilium. Illud idem retulit ad viros Benjamin, quibus cùm illud, quod optabat, persuasisset, profectus est quamprimùm in Hebron, ut sua populique consilia cum Davide conferret.

Vers. 18. — Dominus locutus est ad David, dicens : In manu servi mei David. Illud, *ad*, sæpè idem valet, quòd, *de*. Lucæ 19 : *Ait Jesus ad eum : Quia hodiè salus domui huic facta est*, id est, *de eo*, non enim tunc Christus cum Zachæo loquebatur, sed de Zachæo ad alios. Ad Hebr. 1 : *Et ad angelos quidem dixit*, id est, *de angelis*. Et iterùm ibid. cap. 4 : *Ad quem nobis sermo*, id est, *de quo*. Vide plura in nostris Commentariis super Acta ad illud cap. 2, vers. 25 : *David enim dicit in eum*. Sic igitur hoc loco Deus dixit de Davide ad aliquem prophetarum : *In manu servi mei David salvabo populum meum*.

Hic nobis aliqua notanda. Primum, non constare quo in loco sint illa verba, quæ modò produxit Abner, quæ à Deo dicit esse profecta : *In manu servi mei David salvabo populum meum Israel*, etc. De regno Davidi à Domino promisso multis locis audimus, de salute tamen populi per manum Davidis, nusquàm, quod ego viderim. Sed est verisimile, ita contigisse, cùm sæpè eâ de re videatur Samuel locutus; neque necesse est, ut nihil eorum quæ dicta sunt, ab historico sacro fuerit omissum. Neque Abner in illo seniorum consilio horum verborum meminisset, nisi illa omnibus esse comperta cognovisset.

Secundò, priùs visum esse aut omnibus, aut plerisque, ut Saüle mortuo, statim ejus loco David ascisceretur in regnum; stetisse tamen per Abnerem, dùm suæ et Saülis familiæ consulit, quominùs id fieret, et suâ apud populares auctoritate et gratiâ perfecisse, ut Isboseth in regno parenti succederet, ut constat supra, cap. 2, v. 8. Quare qui priùs auctor fuerat, ut Isboseth regnaret, idem nunc auctor esse studet, ut ab illo regnum aliò transferatur.

Vers. 19. — Et abiit ut loqueretur ad David in Hebron. Re jam cum senioribus ex voto compositâ, profectus est Abner cum egregio comitatu ad Davidem in Hebron. Quem David regio excepit convivio, et cùm omnia se facturum prolixè promisisset, cum bonâ à Davide gratiâ dimissus est (1).

(1) Vers. 15. — Phaltiel filio Lais. Septuaginta : *Filio Sellem*, vel *Selles*. (Calmet.)

(1) Vers. 21. — Ineam tecum fœdus. Hebræus : *Ineant tecum fœdus*. Codices quidam Latini, Hebræo cohærentes, legunt : *Ineant*. (Calmet.)

Abner dit à David : Je m'en vais rassembler tout Israël, afin qu'il vous reconnaisse pour seigneur et pour roi. Abner, après la mort de Saül, aurait pu très-aisément faire David roi des onze tribus. Il ne le voulut pas alors, comme il a été marqué auparavant, parce qu'il était

Vers. 22. — Statim pueri David, et Joab venerunt cæsis latronibus. Quo tempore inter domum Saülis et Davidis malè conveniebat, vicini populi, occasione captatâ, in Israelis finibus prædas agebant, multò quàm antea liberiùs. Accidit autem hoc tempore, ut latrunculi ex populis, ut apparet, gentilicis, quales sunt Idumæi, Amalecitæ, Syri, Moabitæ, irrumperent in regionem aliquam Israelitici regni, et onusti spoliis domum reverterentur. Quod non tulit David, sed per Joab illos est insecutus, et excussâ prædâ, quæ non erat exigua, sub illud tempus reverteretur, in quo Abner à Davide fuerat cum pace et honorificè dimissus. Quod cùm ab his qui viderant, aut consultis interfuerant, accepisset Joab, tulit perquàm molestè, et quod factum fuerat, infectum ut fieret, callidè curavit. Abit ergo statim ad David; edocet insidiosam esse amicitiam illam, quæ cùm speciem haberet honestam, aliquid tamen celaret veteratorium et fallax. Neque aliud sibi proposuisse Abner, dùm promittit omnia, nisi ut præsens ipse spectaret, quâ se ratione David contra apertam vim aut occultas insidias muniisset; qui designâsset animo, et quomodò illius cogitationes eludi ac bellici apparatus dissolvi aut infirmari possent. Et cùm nihil obtineret à David, qui sinceram putabat illam Abner et totius populi legationem, neque ignorabat, quàm esset callido ac veteratorio ingenio Joab, ipse consilium iniit, quo et pacta dissolveret, et privatas ulcisceretur injurias, fratris videlicet Asaelis cædem. Egreditur ergo è regio conspectu, et nuntios quamprimùm extrudit ad Abnerem, qui regis nomine illum revocent, ut Josephus docet, et est valdè probabile, quasi aliquid foret omissum, quod maximè opus esset constituto ac facto. Cùmque perventum esset ad portam civitatis, quasi aliquid haberet, quod oporteret illum audire secretò, secedere jussit viginti viros, quos stipatores et socios ad legationem illam assumpserat Abner. Cùmque is esset rerum status, ut nullum suspicaretur esse dolum, accessit securus, et statim graviter vulneratus in inguine mortuus est. Ubi Vulgatus, *in inguine*, hebraicè, *ad quintam costam*. Quo sensu capite præcedenti explicuimus, cùm egimus de Asaelis cæde (1).

Vers. 27. — (2) In ultionem sanguinis Asael fratris ejus. Josephus aliud in hâc cæde spectâsse tradit Joab. Cùm enim Abner vir esset strenuus, et toto Saülis tempore castris præfuisset, et nunc translato populo ad Davidis imperium, magnam ab eo gratiam promeruisset, timebat, ne ipse caderet ab illo gradu quem summum obtinebat in Davidis exercitu. Quare tollere voluit è medio impedimentum hoc, quod suis votis obstare maximè putabat. Quod sanè facit probabile, quia eum ob causam occidit postea non minùs fraudulenter Amasam, quia timebat illum futurum esse ducem, 2 Reg. capite 20. Ita cum Josepho sentiunt Magister Hist. schol., Theodoretus, et Procopius, et Dionysius; nec improbat Lyra. Sed ego non puto aliter intelligendum hunc locum, quàm ipsa docet Scriptura verbis non obscuris. Docet enim, occisum Abnerem in ultionem sanguinis Asael, et idem repetitur statim vers. 30, ubi socius dicitur fuisse Abisai, non quòd ille occiderit, totum enim negotium per-

bien aise de conserver la couronne dans la maison de Saül, dont il était prince. Il veut maintenant remettre David sur le trône, et il change de dessein, parce que sa passion l'a fait changer. Mais Dieu lui témoigne qu'il n'a que faire de lui pour exécuter ses ordres, après qu'il les a si hardiment violés, et il permet qu'il trouve une mort sanglante où il cherchait l'établissement de sa grandeur. Car Abner ne doutait pas qu'ayant rendu à David un si grand service, il n'eût le commandement de ses armées, et qu'il ne devînt après lui la première personne de son royaume. Joab prétendait à la même place, et il ne pouvait souffrir qu'on la lui ravît. Ainsi Dieu se sert de l'ambition de l'un pour punir celle de l'autre. Joab avait déjà un sujet apparent de haïr Abner, parce qu'il avait tué dans le combat son frère Asaël, quoiqu'il l'eût fait malgré lui. Mais la jalousie et l'amour de la gloire eurent sans doute encore plus de part dans cet assassinat si lâche que commit Joab en la personne d'un prince comme était Abner, que le désir de venger la mort d'un frère qui s'était perdu par sa propre faute, et qu'Abner avait tué très-innocemment. (Sacy.)

(1) Vers. 26. — Reduxit eum a cisterna Sira. Misit Joab viros qui regis nomine Abnerum revocarent; rediit autem è cisternâ, vel puteo Sira. Notus est locus quidam Sira, vel Seirath, in plagâ meridionali tribûs Ephraimi, quò Aod, interfecto Eglone, secessit. Sed loci illius nomen aliter atque hic præsens locus, scribitur. Cisternam Sira 20 stadiis ab Hebrone removet Josephus. (Calmet.)

(2) Ad medium portæ. Facilè ad locum, ubi populi conventus habebatur, ad urbis portam. Septuaginta : *A latere portæ*. Seorsùm, inter duas portas.

Ut loqueretur ei in dolo. Hebræus : *Ad loquendum cum eo in quiete*, secretò. Aliter : *Ad loquendum cum eo in errore*, qui nihil sinistri de se suspicaretur. Dolosè illum allocutus est.

In inguine : ibi scilicet, ubi Abner vulneravit Asaelem. Cernis hic Joabi ingenium. Paria post aliquod tempus intulit Amasæ. Hic neque famam neque religionem verebatur, quippe cui ambitio esset pro numine. (Calmet.)

actum est à Joab, sed quia fratri astitit, ut si quid accideret, in quo ipsius operâ frater indigeret, adesset præstò.

Hic suo more fabulosum aliquid fingunt Hebræi, qui ut se cum populi plausu ex locis impeditis expediant, nihil non audent, etiam contra Scripturæ fidem : tradunt enim modum, aut dolum, quo usus est Joab in occidendo Abnere, planè ridiculum : « Petivit, « inquiunt, Joab ab Abner, quomodò *discalciabatur sotular* (verba sunt Abulensis, à quo « hæc accepi) in eo, qui nolebat accipere « uxorem fratris sui mortui; nam uxor illius « discalciabat fratrem viri sui coram toto po- « pulo, et spuebat in faciem ejus, et vocabatur « domus illius, domus discalciati, in oppro- « brium, ut apparet Deut. 25. Dicunt autem, « quòd Joab petivit ab Abner de modo discal- « ciandi sotularem illum; et cùm se inclinaret « Abner, ut discalciaret se, percussit eum « Joab. » Confutat hæc Abulensis; quæ tamen sine ullâ confutatione satis ipsa suam futilitatem et stultitiam produnt. Neque est minùs illa ratio futilis, quæ illos in hanc cogitationem induxit, quia lib. 3, capite 2, de Joab dixit David : *Effudit sanguinem belli in pace, et posuit cruorem prælii in baltheo suo, qui erat circa lumbos ejus, et in calceamento suo, quod erat sub pedibus ejus.* Quasi non esset modus alius aptior expediendi nodi, aut quem ipsi adducunt, non multò magis rem impediret. Sed de illius explicatione suo loco postea.

Vers. 28. — Mundus ego sum, et regnum meum apud Dominum usque in sempiternum a sanguine Abner (1). Cùm audiisset David, quàm grave scelus admissum esset à Joab, et in eo rerum articulo, in quo maximè turbari posse videbatur res Israelitica, quæ tunc erat in meliorem formam Abner studio ac sedulitate traducta, quamprimùm ostendit et suis, et illis qui comitati fuerunt Abner, et qui dolosè eum cecidisse viderant, neque se auctore, neque conscio, tantum commissum esse facinus, neque ab ullo, qui ipsi aderat, dùm de componendo regno esset deliberatio, illud profectum esse consilium dolosum et impium, sed ab uno Joab, qui solus fuit tam indigni sceleris architectus et auctor. Quare apertè se illius sceleris exortem profitetur, neque sibi ac regno cum Joab in eo consilio quidquam fuisse commune.

Hic ego duo observo : alterum est, illud, *usque in sempiternum*, ex Hebræorum usu nihil habere præter epitasim non vulgarem, sed quæ majorem in modum aut rem negatam et affirmatam exaggerat, aut studium indicat ad aliquod opus vehementer accensum. Quomodò dixit Petrus Joan. cap. 13 : *Non lavabis mihi pedes in æternum*, id est, nullo modo patiar, ut abs te mihi laventur pedes. Simile est illud Jonæ cap. 4 : *Benè irascor ego usque ad mortem*, id est, vehementissimè. Sic hoc loco : *Mundus sum in sempiternum*, nihil est, ut reor, quàm, nullo prorsùs modo manus meas, aut mentem, aut levissimam aliquam cogitationem maculavi hoc sanguine; aut, toto absum cœlo ab hâc infideli atque impiâ cogitatione. Aut se eo etiam consilio cum regno conjungit, ut significet, neque sibi, neque regno suo propter effusum sanguinem, ullum metuere supplicium *in æternum*, quia neque se, neque regno (id est, consiliariis) volente, ac conscio, facinus illud patratum est; et tunc illud, *usque in sempiternum*, non recedit ab usu vulgari.

Alterum est, Davidem, cùm hæc diceret, aut lavâsse manus, ut non tantùm verbis, sed usitatâ illius gentis cæremoniâ suam omnibus innocentiam ostenderet; aut certè ad illam consuetudinem respexisse, quæ in casu simili

(1) *David dit : Je suis innocent pour jamais devant le Seigneur, moi et mon royaume, du sang d'Abner.* David témoigne combien il a d'horreur de ce noir assassinat de Joab. Il pleure Abner par de véritables larmes, et ses larmes font pleurer les autres. Cet homme de Dieu, qui était si sage, avait peur qu'on ne crût qu'il eût fait lui même assassiner Abner, comme étant prince de la maison de Saül, qui l'avait persécuté si cruellement. C'est pourquoi il a soin d'éloigner de lui ce soupçon qui lui était si injurieux. Il lui rend tout l'honneur qu'il peut : il honore de sa présence sa pompe funèbre; il fait un éloge de ses grandes qualités; il témoigne un regret extrême de sa perte, et il ne veut point manger de tout le jour. Ainsi, il fait une action de justice, et en même temps il soutient sa propre réputation, afin que, bien loin qu'on puisse le soupçonnner d'avoir eu la moindre part à ce meurtre si odieux, on reconnût, au contraire, qu'il avait de l'humanité et de la compassion, et qu'il savait discerner et honorer le mérite des premières personnes de son état.

C'est un grand exemple qu'il donne aux princes, afin qu'ils aiment à témoigner de la bonté et de l'humanité dans toutes les occasions où l'on a quelque lieu d'en attendre d'eux. Car rien n'est plus capable de leur attirer l'estime et l'affection de tous les peuples que cette conduite qui les fait régner non seulement sur les personnes, mais sur les cœurs de tous leurs sujets. C'est pourquoi l'Ecriture ajoute *que tout ce que le roi avait dit et avait fait*, touchant cette mort d'Abner, *plut extrêmement à tout le peuple*. (Sacy.)

servari jubetur. Notum est, de more fuisse Hebræis, ut cùm quis alicujus cædis suspicionem à se vellet avertere, lavaret manus, quod Dominus præceperat, Deuter. cap. 21, v. 6, ubi modum præscribit, quem non difficilè eo loco David servare potuit. Neque enim aliud præcipit, nisi ut supra vitulam, cujus priùs in aspero loco, neque unquàm ad sementem proscisso cæsæ cervices fuerint, cum certâ verborum formâ abluerentur manus. Aut ergo David manus abluit super vitulam, professus se illius cædis non fuisse reum, aut certè respectans ad illam consuetudinem dixit: *Mundus ego sum*, etc. Quomodò Pilatus accommodatè ad Judæorum consuetudinem dixit Matth. 27, postquàm lavit manus: *Innocens ego sum à sanguine justi hujus*. Hùc sanè respexit David, cùm Psalm. 25, dixit: *Lavabo inter innocentes manus meas*. Quasi dicat: Mundas habebo manus meas à sanguine; neque committam, ut ab innocentium numero quasi nocens excludar.

Vers. 29. — Et veniat super caput Joab, et super omnem domum patris ejus (1). Aliud argumentum præbet David, quo probet patratam cædem à Joab accidisse sibi admodùm ingratam, cùm dirâ quâdam execratione caput Joab et totam illius familiam, imò et cognationem totam defigat. Quo dicendi, seu execrandi genere, quod æquè noxios innoxiosque complectitur, animi dolorem significat cum gravi quâdam indignatione conjunctum. Sicut illa execratio, quam in montes Gelboe nuper intorserat, dolorem significavit ingentem, quem ex Saülis cepit, et virorum fortium infelici casu.

Nec deficiat de domo Joab fluxum seminis sustinens. Qui *seminis fluxum*, quem Græci γονόῤῥοιαν appellant, alicui imprecatur, fœdum illi morbum et abominabilem precatur, præsertim apud Hebræos, quibus ille morbus à lege damnatus est, et eo habitus loco, ut libentiùs quivis ex eo genere mortem optare velit, quàm γονόῤῥυης, id est, *seminifluus* videri. Lege cap. 15 Levitici, et sine dubio mirabere, cùm cognoveris, quod fuerit legis de seminifluo judicium. Ubi plurima dicuntur, quorum ego carptim nonnulla perstringam: *Vir, qui patitur fluxum seminis, immundus erit. Omne stratum, in quo dormierit, immundum erit, et ubicumque sederit. Si quis hominum tetigerit lectum ejus; si sederit, ubi ille sederat; si tetigerit carnem ejus; si salivam hujusmodi homo jecerit super eum qui mundus est; hi lavabunt vestimenta sua, et licet aquâ loti, immundi tamen erunt usque ad vesperum. Sagma, super quo sederit, immundum erit. Vas fictile, quod tetigerit, confringetur; vas autem ligneum lavabitur aquâ.* Ecquid excogitari potuit odiosum magis, et quid magis execrabile? Abominabilis dicitur menstruata femina, neque tamen de eâ aliquid impurum magis audimus, quàm de illo qui obscœnum illud patitur profluvium; quem lex sicut leprosum ejiciebat è castris, Numer. cap. 5, v. 2.

Et leprosus. Quanto in odio sit *leprosus* in Hebræorum populo, habes Levit. cap. 13, ubi præter alia plurima, quæ leproso non poterant non esse pudori, ex hominum cœtu foras excludebantur. Quam legem usque adeò Hebræi servavêre constanter, ut neque priùs ignoverint Mariæ sorori Moysis, cùm tamen illam et facerent plurimi, cùm ducis maximi et sacerdotis summi sororem agnoscerent, et postea Oziam regem, cùm eo esset morbo fœdatus, in separatâ domo habitare fecerunt, lib. 4 Reg. cap. 15.

Et tenens fusum. Hìc variè transferunt, et cogitant interpretes. Hebraicè est *pelec*, quod Septuaginta reddiderunt σκυτάλην, id est, *baculum*, sicut et alii fermè omnes; quo mutilo corpore homines utuntur, ut observat Theodoretus, quales sunt cæci et podagri, quibus baculus pro oculis et pedibus est. Atque ideò Aquila, eodem Theodoreto teste, *cæcum* reddidit. Hugo aliter explicat; quâ id ratione faciat, ipse viderit; dicit enim, *fusum* esse instrumentum illud, quo leprosus tympanizat, ut audiatur, et eo sonitu abigat occursantes, aut stipem exigat. Nec defuêre, qui dicerent, in hâc voce significari testas, seu tabellas, quarum strepitu stipem corrogant, qui capti sunt membris, aut fœdo ulcere saucii; quod alicubi fit apud Hispanos. Magister Histor.

(1) *David dit: Que le sang d'Abner retombe sur Joab et sur la maison de son père.* Si Joab n'avait été qu'un particulier, David certainement l'aurait fait mourir pour un assassinat si horrible, comme il fit tuer l'Amalécite qui se vantait d'avoir ôté la vie à Saül. Mais Joab lui était redoutable, comme ayant un pouvoir absolu dans l'armée dont il était général. C'est ce que David témoigne lui-même lorsqu'il dit: *Pour moi, je suis un roi qui ne viens que d'être sacré, et qui ne suis pas encore bien affermi; et ces gens-ci, ces enfants de Sarvia, sont trop violents pour moi.* C'est pourquoi, se voyant dans l'impuissance de punir publiquement un si grand crime, il se contente de témoigner devant tout le monde l'horreur qu'il en avait, et de souhaiter que la lèpre, les maladies les plus honteuses, et tous les fléaux du ciel tombent sur Joab et sur sa famille. (Sacy.)

schol., ex aliorum sententiâ, quos tamen non nominat, in *leproso et tenente fusum*, intelligi dicit breve ventilabrum ad depellendas muscas, quod fit de palmarum foliis, et instar fusi involvitur inter digitos; quod ventilabrum leprosis magno est usui, quibus infensæ sunt muscæ.

Sed est sine dubio maximè et rei ipsi, et hebraico textui accommodata Vulgata translatio, quæ *fusum* reddidit; quâ voce in viris maxima significatur indigentia, quæ ad ignobilem illam et muliebrem artem viros impulit; et indicatur præterea Joab ignominia, et muliebris animus, qui non nisi ex insidiis, quod etiam auderent imbelles feminæ, virum occidit strenuum et fortem. Est autem viris ignominia maxima, colus, et fusum; quæ tunc illis tribuimus, quando illis inesse muliebres spiritus, atque mollitiem significare volumus. Quâ de re et exempla plurima, et convicia maxima apud profanos legimus. Nemo ignorat, quid Sardanapalo Assyrium ademerit imperium, cujus effeminatum animum et muliebres mores non potuêre ferre subjecti populi, cùm indignum putarent illi parere, qui inter ancillarum greges fusum tractaret et colum. Vide Justinum lib. 1, et Herodotum in Clio. Magno suî detrimento expertum est Romanum imperium, quàm sit grave convicium, et intolerabilis injuria, ad fusum et pensa viros amandare, cùm Narses eunuchus, ut hanc injuriam, quam imperatoris uxor irrogârat, ulciscereturr, magnis calamitatibus affecerit imperium. Obscuravit Hercules egregia facta, qualia nulli mortalium affinxit antiquitas, cùm fusum tenuit, et stamina tractavit. Quod objecêre quasi rem indecoram et vilem, ipsæ etiam mulierculæ, quæ sibi munus illud ignobile non putant. Quarum una Dejanira, ut est apud Ovidium in Epistolâ Dejaniræ:

Non pudet Alcidem, victricem mille laborum,
Rasilibus calathis imposuisse manum!
Crassaque robusto deducis pollice fila,
Æquaque formosæ pensa rependis heræ!

CADENS GLADIO ET INDIGENS PANE. Hæc etiam gravia censentur incommoda, et execrationibus accommodata vota. Optat hic David, aut certè prædicit, eventurum esse posteris Joab id quod ipse innocenti et incauto intulit Abner, nempe ut gladio cadant ex aliorum insidiis, aut certè in quocumque sive bello, sive certamine, inimicorum virtuti succumbant; et id, quod statim additur de *indigentiâ panis*, in magnis inter Hebræos numerabatur infortuniis; quorum animi maximè ad hæc inferiora afficiebantur. Quare hoc erat in execrationibus illis familiare, ut panis deficeret, et conficeret fames. Psal. 108, v. 10: *Nutantes transferantur filii ejus, et mendicent.* Quod perinde est ac si diceret: Fusum teneant (si in fuso baculum intelligas), et indigeant pane. Et Ps. 18, v. 7: *Famem patientur ut canes.* Quod iterùm repetit v. 15.

VERS. 30. — IGITUR JOAB, ET ABISAI FRATER EJUS INTERFECERUNT ABNER. Quomodò Abner ab Abisai quoque interfectus fuerit, diximus paulò ante, quia videlicet illi non procul aderat, ut si res exigeret, illi subsidio esset. Neque frustra David infra, v. 39, dixit: *Isti filii Sarviæ duri sunt mihi.* Quod sanè non dixisset, nisi aliquid in cæde Abner ab Abisai profectum agnovisset.

VERS. 31. — (1) SCINDITE VESTIMENTA VESTRA, ET ACCINGIMINI SACCIS. Aliud populo, et his qui cum Abner legati venerant, argumentum præbet sui et animi, et sensûs; et quàm tulerit dolenter et graviter tanti ducis tam indignam cædem, cùm edicit ipsi etiam homicidæ Joab, et toti populo, ut ea faciant in exequiis Abner, quæ non nisi in magnorum ac charissimorum principum funere præstari possunt. Neque plura fecit, fierive jussit in Saülis exequiis: nam et vestimenta discidit, et saccum assumpsit. Neque defuit id quod in casu simili fieri solet, epicedium, quale paulò ante cecinerat in funere Saülis. Ad hæc autem addidit et suum, et populi planctum, ad locum usque sepulturæ. Neque cessavit illo jam sepulto publicus fletus; nam regis animum et planctum imitata funebris illa pompa ad illum modum, quo rex levavit lugubrem vocem, et ferale cecinit carmen, ipsa quoque et indignum factum, et tanti principis desiderium lugubri item epicedio lestata est.

VERS. 33. — NEQUAQUAM UT MORI SOLENT IGNAVI, MORTUUS EST ABNER (2). Hoc est ferale can-

(1) REX DAVID SEQUEBATUR FERETRUM. Hebræus: *Sequebatur lectum.* Emortualem lectum præcedebant olim feminæ, viri sequebantur. Reges funeribus adesse non solebant; David singularem hunc honorem Abnero impendit. Editiones quædam Septuaginta ferunt, Davidem feretrum præcessisse. (Calmet.)

(2) Hebræus: *Num secundùm mortem Nabal mortuus est Abner?* Vel: *Secundùm mortem stulti?* Chaldæus: *An sicut moriuntur impii, mortuus est Abner?* Vel: An oportuerat strenuum adeò virum occumbere eodem fato quo nequissimus quisque vel plebeius et nihili? An interiisset ignaviter, nisi dolo malo oppressus fuisset? (Calmet.)

ticum, quod cecinit David, et quod, ut reor, iteravit populus, secutus præcinentem regem pium, et optimum psaltem. Summa hujus epicedii est, nullam ex eo mortis genere Abneris nomini impactam ignominiam, quia neque in fugâ, neque adverso pectore ab antagonistâ vulnus illud accepit, quod mors est secuta, ita ut in certamine quemquem superiorem habuerit, sed ex insidiis ab eo qui legitimo Martè aut non posset, aut non auderet cum tanto concertatore confligere. Hoc enim valet illud, quod statim additur : *Sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti.* Illi enim coram filiis iniquitatis corruunt, qui incautè cadunt, cùm sibi ab eo qui hilarem ostendit et benevolum vultum, nihil timendum putant, cùm tamen alii sub specie fidelis amicitiæ animos comprimant et occultent hostiles.

Vers. 34. — (1) Manus tuæ ligatæ non sunt, et pedes tui non sunt compedibus aggravati. Hoc est illud mortis genus, quod subire solent homines ignobiles et ignavi, qui non cadunt strenuè dimicantes in acie, sed inde ligatis manibus ac pedibus abducuntur, ut postea ludibrio sint aliis, et ignominioso tandem conficiantur supplicio; laqueo videlicet, aut carnificis ferro, quemadmodùm sontes solent. Neque levis censetur ignominia, si aliquis instar pecudis aut victimæ ligatis trahatur manibus, aut vinctus compedibus servire compellatur; quod sanè instar mortis est longiùs productæ, imò viris ingenuis horribilius morte. Ex communi hoc hominum sensu optant viri nobiles, imò etiam honestæ feminæ, vitam amittere, quàm illam ducere addictam vili ministerio aut etiam aliorum voluntati. Sic apud Senecam puellarum chorus in Troade choro 1, dùm Priamum jam vitâ functum parentali carmine prosequuntur, dùm se captas et in servili conditione considerant, felicem appellant Priamum, quia neque ignobilem oppetiit mortem, neque ligatum habuit collum aut manus. Sic autem Hecuba ad virgines psaltrias :

Non est Priami miseranda mei
Mors, Iliades. Felix Priamus !

Plangensque rex et lugens Abner, licet antea sibi adversarium et ducem hostium suorum. « Quo facto, ait S. Ambros. in Apolog. « David c. 7, docuit etiam adversariis fidem « promissam esse servandam, honorandamque « et in hoste virtutem. » (Corn. à Lap.)

(1) Congeminans omnis populus flevit super eum. Septuaginta : *Et convenit omnis populus ad plorandum eum.* Reddi posset Hebræus : *Et omnis populus perseveravit in fletu.*

Dicite cunctæ. Liber Manes
Vadit ad imos, nec feret unquàm
Vinctâ Graium cervice jugum.
Non assuetas ad sceptra manus
Post terga dabit.

Eodem sensu Andromache apud Virgilium lib. 3 Æneid., dùm se captivam cerneret, et à priore sorte et conjuge dejectam :

Dejecit vultum, et demissâ voce locuta est :
O felix una ante alias (Polixena) *Priameia virgo,*
Hostilem ad tumulum Trojæ sub mœnibus altis
Jussa mori ; quæ sortitus non pertulit ullos,
Nec victoris heri tetigit captiva cubile !

Vers. 35. — Cumque venisset universa multitudo cibum capere cum David clara adhuc die, juravit David, dicens : Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, si ante occasum solis gustavero panem. Ex his ego duo colligo : Primum, probabile videri hoc funus Abneris peractum esse noctu, et ad matutinam usque lucem productum. Illud enim, *clarâ adhuc die,* non videtur significare instare jam noctem, sed potiùs illam abiisse proximè. Quid enim magnum juraret, aut Abneris funeri impenderet David, si cùm parùm superesset lucis, affirmaret ante solis occasum neque panem, neque quidpiam aliud ciborum sibi esse sumendum? An Hebræis solemne fuerit mortuos suos sepelire noctu, mihi incertum, neque conjecturas ullas habeo, nisi admodùm incertas.

Fortassè illud, *clarâ adhuc die,* indicat non multùm temporis à meridie fluxisse; nam cùm magna est diei, sic etiam lucis magna est inclinatio; neque omninò tunc dicitur *clara dies,* quando spatio notabili excessit à meridie. Quod si ita est, ut omninò videtur esse verisimile, cùm pium illud opus jejunus obiisset David, non videbatur promisisse parùm, si cùm ad solis occasum, verbi gratiâ, tres superessent horæ, ad illud usque tempus noluerit solvere jejunium. Et hùc magis inclino, quod tenet Abulensis, q. 32, licet quod superiùs dixi, videri non debeat improbabile. Quod indicant hebraicæ voces, quæ sic habent : *Veod haion,* id est, *et adhuc dies.* Quasi diceret : Neque justis cadaveri persolutis, parùm supererat lucis; qui loquendi modus magnum aliquid superesse indicat. Sic Horatius in arte : *Adhuc sub judice lis est,* id est, multùm superest temporis et operæ, ad hoc examinandum. Sic Isaias cap. 5 : *Adhuc manus ejus extenta,* id est, adhuc multa nobis ab irato Deo sustinenda sunt. Et est locus apertus Jerem. 15

v. 9, ubi hoc dicendi genere significatur meridies; nam cùm præcessisset : *Induxi vastatorem meridie*, hoc ipsum statim explicuit, dùm ait : *Occidit ei sol, cùm adhuc esset dies.* Quod dixerat priùs Amos cap. 8, v. 9 : *Occidet sol in meridie.*

Deinde colligo, in parentali alicujus honore publicum populis exhiberi convivium, quod usque adeò solemne fuit Hebræis, ut Josepho teste, qui id sæpè in suâ gente viderat, id omittere probro fuerit, et impium haberetur. Sic autem lib. 2 de Bello cap. 1, ubi sic de Archelao : « Diebus septem in lugendo pa« tre consumptis, epulisque feralibus prolixè « populo exhibitis (hic autem mos apud Ju« dæos necessariò multos ad inopiam redegit; « nam qui eum neglexerat, impius æstimaba« tur), candidâ veste indutus procedit ad « templum. » Sunt in Scripturâ sacrâ hujus parentalis epuli multa vestigia. Jerem. cap. 16, v. 5 : *Ne ingrediaris domum convivii, neque vadas ad plangendum.* Ezech. cap. 24, v. 17 : *Mortuorum luctum non facies,* etc., *nec cibos lugentium comedes.* Quæ consuetudo frequens apud Athenienses fuit, qui, teste Hieronymo in eo loco Jeremiæ, de quo proximè, convivia illa parentalia περίδειπνα, vocabant. Quàm porrò id esset familiare Romanis, docent multorum exempla adhuc sepulcralibus incisa saxis, qui testamento jusserunt, in suo funere publicum populis epulum præberi. De quo, quasi de re familiari ac notâ Persius satyrâ 6, hoc munus ab hæredibus præstari tradit :

Sed cœnam funeris hæres
Negliget iratus, quòd rem curtaveris; urnæ
Ossa inodora dabit.

Ut ergo David ostenderet, Abneris cædem sibi fuisse maximo dolori, et omnium hominum occurreret suspicioni, talia exhibuit illius funeri pietatis officia, qualia exhibuisset fratris aut parentis inferiis. Nam præter alia de quibus proximè, epulum proposuit funebre, quasi fratri aut amico, cui summa optaret omnia. Et cùm alii aut meridie, aut modicè ad vesperum inclinatâ luce, epulis feralibus accumberent, ipse gustare nihil voluit, ut amici funus jejunio prosequeretur, quod etiam Hebræis in suorum inferiis penè solemne fuit, ut diximus capite primo, cùm sermo esset de funere Saülis.

VERS. 36. — OMNISQUE POPULUS AUDIVIT, ET PLACUERUNT EIS CUNCTA, etc. Probavit populus regis pietatem, tam qui honestando funeri interfuit, quàm qui longè aberat, in omnes Israelis familias distributus; cognovitque, neque probâsse regem, neque fuisse consci um tam iniquæ cædis. Et præter illa superiora, nova quædam addidit Abneris præconia, dùm illum principem appellat maximum in Israel; cujus videlicet singularia essent in totum populum promerita.

VERS. 39. — EGO AUTEM ADHUC DELICATUS, ET UNCTUS REX (1); PORRÒ VIRI FILII SARVIÆ DURI SUNT MIHI. Tacitæ aliorum vel reprehensioni, vel cogitationi respondet David, qui meritò in illo aut æquitatem, aut constantiam requirerent, cùm pateretur vivere illos, quos tanti sceleris auctores cognovisset; unde suspicari non nemo posset, non omninò illum dolosa Joab fratrisque latuisse consilia. His ille respondet, non quidem defuisse animum, atque studium vindicandæ cædis, et abolendæ ex suo regno suspicionis illius; defuisse tamen vires in eo rerum vestigio, ut cogitata atque optata compleret. Se quidem esse regem, ad quem pertineret et punire peccata, et exempla pessima abolere de populo; verùm esse tenerum et delicatum, et quasi infantem, qui nondùm vires haberet ad opus aliquod grande confirmatas, cùm adhuc esset in ipsis quasi regni primis incunabulis. Neque expedire, rem modò publicam turbare, antequàm paulatim oblatum recens imperium adolesceret.

PORRÒ VIRI ISTI FILII SARVIÆ DURI SUNT MIHI. Sarvia soror fuit Davidis, 1 Paralip. cap. 2, v. 16, cujus filius erat Joab et Abisai. Illi autem et erant ingenio pugnaci ac duro, et quia exercitui præerant, moliri aliquid poterant eo tempore quo nondùm erant res omninò constitutæ, quo ea quæ videbantur coaluisse diffluerent. Plurimùm autem interest in exercitu imperatoris auctoritas, à quo tota ferè militia pendet, neque minùs fortassè poterat Joab in Davidis castris, quàm Abner et priùs in Saülis, et proximè in regno Isboseth apud milites auctoritatis habuit. Ut autem in Abneris manu regni summa fuit, ita ut suo arbitratu Isboseth et sustulerit ad regium nomen, et ab eo dejecerit, sic etiam idem perficere posse videbatur Joab, si pro meritis vellet David in illius caput animadvertere. Ubi Vulgatus, *duri sunt mihi,* hebraicè est, *casim mimeni,* id est, *duriores me sunt et fortiores.* Quasi diceret : Ego delicatus sum et tener; illi autem duri; quòd si cum

(1) Septuaginta : *Quia ego propinquus sum hodiè, et constitutus à rege*, quasi innueret, reditu Micholis se in regiam familiam adscitum fuisse, constitutumque regni successorem. (Calmet.)

illis congredi, et quasi collidi voluerim, quid ex hâc collisione sperem, nisi contritionem et ruinam?

Retribuat Dominus facienti malum. Sed erit ultor Deus, cui nulla se impunè opponet humana potentia; et quas ego non possum in hâc virium mearum imbecillitate, ille quandocumque placuerit, pœnas exiget. Hic discat princeps, nihil supra vires esse tentandum, et differendum interdùm esse supplicium, quantumcùmque clamet sanguis contra fidem et justitiam effusus, si nondùm venit opportuna illius ulciscendi maturitas.

CAPUT IV.

1. Audivit autem Isboseth filius Saül quòd cecidisset Abner in Hebron, et dissolutæ sunt manus ejus, omnisque Israel perturbatus est.

2. Duo autem viri principes latronum erant filio Saül (nomen uni Baana et nomen alteri Rechab), filii Remmon Berothitæ de filiis Benjamin (siquidem et Beroth reputata est in Benjamin;

3. Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntque ibi advenæ usque ad tempus illud).

4. Erat autem Jonathæ filio Saül filius debilis pedibus; quinquennis enim fuit quando venit nuntius de Saül et Jonatha ex Jezrael: tollens itaque eum nutrix sua fugit; cùmque festinaret ut fugeret, cecidit et claudus effectus est; habuitque vocabulum Miphiboseth.

5. Venientes igitur filii Remmon Berothitæ, Rechab et Baana, ingressi sunt fervente die domum Isboseth; qui dormiebat super stratum suum meridie. Et ostiaria domûs, purgans triticum, obdormivit.

6. Ingressi sunt autem domum latenter, assumentes spicas tritici, et percusserunt eum in inguine Rechab et Baana frater ejus, et fugerunt.

7. Cùm autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in conclavi, et percutientes interfecerunt eum; sublatoque capite ejus abierunt per viam deserti totâ nocte,

8. Et attulerunt caput Isboseth ad David in Hebron; dixeruntque ad regem: Ecce caput Isboseth, filii Saül, inimici tui, qui quærebat animam tuam; et dedit

CHAPITRE IV.

1. Isboseth, fils de Saül, ayant appris qu'Abner avait été tué à Hébron, perdit courage; et Israël se trouva *avec lui* dans un grand trouble.

2. Isboseth avait à son service deux chefs de voleurs; l'un s'appelait Baana, et l'autre Réchab, fils de Remmon de Béroth, de la tribu de Benjamin; car Béroth a été autrefois censée de Benjamin;

3. Mais les habitants de cette ville s'enfuirent à Géthaïm, où ils ont demeuré comme étrangers jusqu'aujourd'hui.

4. Or Jonathas, fils de Saül, avait un fils qui était *hors d'état de succéder à la couronne, étant* boiteux des deux jambes; car lorsque la nouvelle *de la mort* de Saül et de Jonathas vint de Jezraël, il n'avait que cinq ans: sa nourrice l'ayant pris *entre ses bras* s'enfuit, et, comme elle fuyait avec précipitation, l'enfant tomba, et en fut boiteux. Il s'appelait Miphiboseth.

5. Réchab et Baana, fils de Remmon de Béroth, *considérant que David n'aurait point de concurrent si Isboseth était mort,* entrèrent dans la maison d'Isboseth lorsqu'il dormait sur son lit, vers le midi, dans la plus grande chaleur du jour. La femme qui gardait la porte de la maison s'était endormie en nettoyant du blé.

6. Ils vinrent donc secrètement dans la maison en prenant des épis de blé, *comme des marchands;* et ils frappèrent Isboseth dans l'aine, et s'enfuirent.

7. Or, étant entrés dans sa maison, et l'ayant trouvé dans sa chambre, où il dormait sur son lit, ils le tuèrent et prirent sa tête; et, ayant marché toute la nuit par le chemin du désert,

8. Ils vinrent la présenter à David dans Hébron, et lui dirent: Voici la tête d'Isboseth, fils de Saül, votre ennemi, qui cherchait à vous

Dominus domino meo regi ultionem hodie de Saül et de semine ejus.

9. Respondens autem David Rechab et Baana fratri ejus, filiis Remmon Berothitæ, dixit ad eos : Vivit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustiâ !

10. Quoniam eum qui annuntiaverat mihi et dixerat : Mortuus est Saül, qui putabat se prospera nuntiare, tenui, et occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio,

11. Quantò magis nunc, cùm homines impii interfecerunt virum innoxium in domo suâ, super lectum suum, non quæram sanguinem ejus de manu vestrâ et auferam vos de terrâ !

12. Præcepit itaque David pueris suis, et interfecerunt eos, præcidentesque manus et pedes eorum suspenderunt eos super piscinam in Hebron; caput autem Isboseth tulerunt, et sepelierunt in sepulcro Abner in Hebron.

ôter la vie. *Nous venons de le tuer* ; et le Seigneur vengera aujourd'hui mon seigneur et mon roi de Saül et de sa race.

9. David répondit à Réchab et à Baana son frère, fils de Remmon de Béroth : Vive le Seigneur, qui m'a délivré des dangers les plus pressants !

10. Si j'ai fait arrêter et tuer à Sicéleg celui qui vint me dire que Saül était mort, lui qui crut m'apporter une bonne nouvelle et qui semblait en mériter une récompense,

11. Combien plus, maintenant que des méchants ont tué un homme innocent dans sa maison, sur son lit, vengerai-je son sang sur vous qui l'avez répandu de vos mains, et vous exterminerai-je de dessus la terre !

12. David donna donc des ordres à ses gens, et ils les tuèrent ; et, leur ayant coupé les mains et les pieds, ils les pendirent près de la piscine d'Hébron. Ils prirent aussi la tête d'Isboseth, et l'ensevelirent dans le sépulcre d'Abner à Hébron.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Audivit autem Isboseth filius Saul, quòd cecidisset Abner in Hebron, et dissolutæ sunt manus ejus, omnisque Israel perturbatus est (1). Tantùm virium et auctoritatis habuit Isboseth, quantùm illi tribuerat patronus et imperator Abner; quare cùm sublatum audivit (fortassè enim quo fuisset ad Davidem consilio profectus, ignorabat), statim dejectus est animus, et totius corporis dissoluti nervi, neque ullum habuit inopinato illo percussus vulnere aut robur ad tentandum aliquid ex usu aut domestico, aut publico, aut sanum in deliberando consilium. Quæ res graviter etiam concussit totum Israelem ; nam qui Abneris in eâ profectione consilium ignorabant, extinctum esse Israelitici imperii et Saülis familiæ præsidium et columen dolebant; qui autem conscii fuerant illius animi et studii, cùm subitam cædem in Davidis metropoli audiissent, aut dolos et insidias intercessisse, aut minùs ex Abneris studio et seniorum votis rem esse transactam arbitrabantur. Utrumque verò ad exitium commune spectare metuebant. Quare non soli Isboseth Abneris casus, sed toti etiam populo dolori atque perturbationi fuit.

Vers. 2. — Duo autem viri principes latronum erant filio Saul. Accidit autem, ut duo viri, qui dùm suum in Isboseth regno imperium obtineret Abner, *principes* erant *latronum*, id est, militum, qui è vicinis finibus prædandi gratiâ excursus faciebant militares. Milites autem etiam appellari *latrones*, alio nobis loco confirmatum est. De his duobus latronum principibus mira tradunt Hebræi. Primùm, ut refert Hieronymus in Tradit. Hebr., aiunt, duos hosce latronum duces cogitâsse de occidendo Isboseth, ejusque regno ad Miphiboseth Jonathæ filium transferendo. Cùmque id cum Miphiboseth clandestino colloquio contulissent, Miphiboseth, qui audacissimum illud facinus neque expeditum videbat, neque tutum putabat, Isboseth patruo suo prodidit. Quam audaciam cùm ulcisci vellet Isboseth, duo illi ad Gethaim Palæstinorum urbem secesserunt. Qui

(1) *Isboseth, fils de Saül, ayant appris qu'Abner avait été tué, perdit courage.* David avait attendu jusqu'à cette heure les moments de Dieu. Sa foi ne s'était point affaiblie dans ces longs retardements dont la providence avait usé pour le faire entrer dans la paisible possession d'un royaume qui lui avait été destiné depuis si long-temps. Enfin sa patience est récompensée, et il reconnaît par expérience combien l'homme est heureux de suivre Dieu et de mettre toute sa force dans la protection du Tout-Puissant. (Sacy.)

tamen postea cùm audiissent Abnerem occubuisse, neque ab ignavo rege admodùm esse timendum, redière è peregrino solo, et captatâ occasione, rem tentârunt, quam audacter et callidè tandem peregerunt. Hæc Hebræorum traditio multa peccat. Primùm, quia sine ullo ex historiâ sacrâ fundamento loquitur, et multis aliis de causis deseruisse potuerunt latrones illi Benjaminicam domum, et ad hostium Israelitici nominis fidem atque præsidium confugisse, aut admisisse alia plura, quæ regio edicto mulctanda viderentur, quæ cuilibet excogitare promptum, probare, non item. Deinde, quia non erat eâ ætate Miphiboseth, ut de illius regno, aliis Saülis filiis superstitibus, cuiquam in mentem sano venire debuerit. Ut enim habemus hoc ipso cap., quando mortuus est Saül, quinquennis erat Miphiboseth; adde his duos annos, quibus regnavit Isboseth, et alios si placet duos, antequàm rex appellaretur, efficies ad summum octo, aut novem annos. Quæ igitur ætas ad tantam molem? Adde, quòd claudus erat, quæ corporis debilitas atque deformitas regno illum reddebat indignum. Hæc igitur Hebræorum cogitatio ut meritò à quibusdam rejicitur, sic nullo suo merito quibusdam placet.

Rabb. Salomon minùs abs re divinat; divinat tamen more suo. Ait enim, sicut Saüle mortuo, et acceptâ totius Israelis ingenti plagâ, filii Israel desertis suis urbibus, quæ proximæ erant Palæstinæ finibus, quæ nullo modo ab hoste victore securæ videbantur; sic etiam isti relictâ Beroth, quæ ad tribum Benjaminicam pertinebat, ad tutiora loca se receperunt, et ibi, cùm ipsi audaces essent et strenui, asciverunt sibi alios ejusdem consilii atque instituti socios, qui rapto viverent, et unde commodè possent, prædas agerent. Qui cùm ex cæde Isboseth ingens à Davide præmium expectarent, optimam se prædam capturos arbitrati sunt, si æmuli caput ad Davidem afferrent. Hæc Rabb. Salomon, cui nihil habeo quod opponam, nisi quòd liberè et sine ullo fundamento loquitur.

Cùm nihil habemus ex Scripturâ certum, illud videtur dici posse non improbabiliter, primum, fuisse aliquando alicui militum cohorti præfectos, quomodò explicat cum Septuaginta Chaldæus. Milites enim *latronum* significari nomine, satis est notum. Hi autem ob aliquam causam, quam Scriptura silet, ex his quæ passim in castris occurrunt inter milites, quorum effrenis est audacia et mores non omninò sancti, cùm aliquid à rege, seu potiùs ab Abnere castrorum imperatore timerent, verterunt patrium solum, et eò se receperunt, quò neque Abneris, neque regis potestas attingeret. Ubi verò cognoverunt, imperium ad Davidem ex communi populi conspiratione transferri, et Abnerem, cujus timere poterant potentiam, sublatum è medio, statuerunt à novo principe ineundam esse gratiam. Quod nullâ ratione commodiùs fieri posse crediderant, quàm si Isboseth, qui Davidis consiliis adversari posse videbatur, interficerent, regnumque Davidi redderent omninò pacatum. Quod ut cogitârunt astutè, sic etiam perfecerunt audacter, alio tamen eventu, quàm sibi priùs ipsi promiserant. Ego ita conjecto. Meliùs alii, sine ullo utique aut certè pertenui Scripturæ fundamento.

Ex eo, quòd isti duo *principes latronum* fuisse dicuntur *filio Saülis*, colligitur, *latrones* esse milites; neque enim regis filius, quicumque is esset, secum haberet administros, qui turpe illud instituerent vivendi genus, et rapinis undecùmque convectis, et sibi et regio filio turpe quærerent et odiosum lucrum. Quis autem fuerit regis filius, cui operam illam navarent duo illi principes, incertum est. Fortassè fuit non Isboseth, sed Jonathas, quia ille plerùmque versabatur in castris, et sub se decuriones habuit et centuriones, quorum è numero fuerùnt hi *latronum principes*, cujus statim aliqua adducitur conjectura. Et ita putat Cajetanus (1).

(1) Vers. 3. — Fugerunt Berothitæ in Gethaim. Beroth una erat è quatuor urbibus quas Gabaonitæ in fœdus cum Josue traxerunt. Notum est, Saülem vexâsse Gabaonitas; sed nonnisi temerè asseras, eo tempore Berothitas in Gethaim sese recepisse. Neque majus quidquam novimus de situ hujusce Gethaim, nisi fortè eadem sit cum Geth, vel aliquo ejusdem finium loco. Plures in Scripturâ urbes legas, quæ tum plurali tum singulari nomine exponuntur. Rama, Ramatha, Ramathaim, varia sunt ejusdem loci nomina; quare Geth et Gethaim facilè unam eamdemque urbem significant. Geth singulare est, Gethaim duale vel plurale. Animadvertit auctor, suâ adhuc ætate Berothitas in Gethaim sedes obtinuisse. Urbs erat hujus nominis in tribu Benjamin, uti ex Nehemiâ constat. (Calmet.)

Et fugerunt Berothitæ, puta *Baana* et *Rechab*, jam dicti; fugerunt autem à facie Isboseth apud quem militârant, ob facinus aliquod commissum, quod Isboseth punire volebat. Ita Rabanus, Abul., Serarius et alii. Perperàm ergo R. Salomon et Cajetan. per *Berothitas* accipiunt omnes cives et incolas urbis *Beroth*. Cur enim omnes cives fugissent? Et quid fuga eorum facit ad historiam præsentem?

Vers. 4. — Erat autem Jonathæ filio Saul filius debilis pedibus. Historia satis est facilis è textu ; tantùm enim habet, fuisse apud nutricem Jonathæ filium Miphiboseth nomine, quæ quo tempore in monte Gelboe et Jezrael cecidit Saül, et ingens accepta plaga in castris Israel, sicut alii fugerunt plurimi ad tutiora loca, sic ipsa quoque fugit cum quinquenni puero, quæ cum in fugâ plus satis festinata cecidisset, graviter collisit ac fregit infantis crura, ex quo tempore claudus effectus est. Hæc aperta sunt. Illud obscurum, quorsùm hoc loco de Miphiboseth, ut alicui videri posset, paulò alienior introducta narratio? Id nobis nunc explorandum est. Ex Hebræorum sententiâ, quam ex nostris sunt amplexi non pauci, ideò hùc incidit de Miphiboseth sermo, quia illius occasione duo illi viri odiosi facti fuerunt Isboseth ; neque enim patrium vertissent solum, nisi priùs de Miphiboseth constituendo rege cogitâssent.

Alii, quia unus reliquus erat è genere Saülis, qui posset jure regno succedere, et addit Cajetanus horum cogitationi, hinc sibi persuasisse duos illos viros, occiso Isboseth, venturum esse regnum ad Davidem, quia unus ille, qui accepturus regnum videbatur, puerulus adhuc erat et claudus, atque ideò prorsùs ineptus regno. Sed huic cogitationi incommodat, quòd alii etiam erant filii, et plures alii nepotes, ut constat ex cap. 21, vers. 8. Quare non deerant, qui succedere in regno possent Isboseth, atque ideò illorum etiam meminisse oportuit. Nisi dicas, duos illos filios Saülis susceptos fuisse ex concubinâ Resphâ, atque ideò, quia ex ignobili nati conceptu, indignos videri, qui regium nomen obtinerent. Et hoc fortassè verum.

Duæ aliæ mihi causæ succurrunt, quas hùc libet adducere, quia in re usque adeò incertâ, et omnium cogitationibus expositâ, etiam licet. Altera est, ideò duos illos principes tentâsse audacissimum illud facinus, quia multùm sibi profuturum esse putabant. Duo enim tantùm supererant, qui ex læsâ majestate, atque personâ regiâ exigere pœnas posse videbantur : alter erat Abner princeps exercitûs, et regi cognatus ; sed istum jam occidisse noverant in Hebron. Alter erat Miphiboseth, qui non videbatur relicturus impunitam tam atrocem et infidelem audaciam ; sed iste puellus tunc erat septennis, et debili ac clandicante crure; qui per ætatem non videbatur curaturus de patrui cæde, neque in ulciscendâ per impotentiam quidquam promoturus. Altera est, quia illi latronum, id est, militaris alicujus cohortis principes, cùm fuissent aliquando, quando res Israelitica minùs esset attrita, sub Jonathâ, et illo incolumi, ipsorum scelera, aut, si quid minùs fecissent ex usu exercitûs ac disciplinæ militaris, essent impunita, mortuo Jonathâ, quo patrono metuebant nihil, desperabant de libero in patriam reditu, nisi occiso Isboseth et Abnere de medio sublato. Nam Miphiboseth, qui parentis partes tueri debuit, et eos qui parentis signa secuti fuerant, ab omni incommodo atque injuriâ defendere, et ætate erat pusillus, et debili ac claudicante vestigio ; quare ab illo sperari nihil poterat. Rem igitur tentârunt suo judicio novissimam, nisi mallent vitam agere extorrem et miseram, et regem occidere statuerunt, quem unum suis consiliis obstare existimabant. Istæ causæ videntur verisimiles, cur hìc de Miphiboseth inductus sermo. Duæ mediæ minùs mihi displicent; duæ extremæ minùs habent, cur placeant.

Nam quod ait R. Salomon, et ex eo Lyran., eos fugisse mortuo Saüle metu Philisthæorum, eò quòd eis vicina esset *Beroth*, ex eo refellitur, quòd hi duo duces erant militum Isboseth post mortem Saülis, uti dictum est v. 2.
(Corn. à Lap.)

Vers. 5. — Ingressi sunt fervente die domum Isboseth, qui dormiebat (1). Observârunt

(1) Pulchram et perutilem hâc de re tropologiam affert S. Gregor. lib. 1 Moral. c. 1 : « Ostiaria, ait, triticum purgat, cùm mentis « custodia discernendo, virtutes à vitiis separat. Quæ si obdormierit, in mortem proprii « domini insidiatores admittit, quia cùm discretionis sollicitudo cessaverit, ad interficiendum animum malignis spiritibus iter pandit. « Qui ingressi spicas tollunt, quia mox bonarum cogitationum germina auferunt, atque « in inguine feriunt, quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt. In inguine quippe « ferire, est vitam mentis delectatione carnis « perforare. » Damnum verò dormitantis hujus custodiæ subjicit, dicens : « Nequaquàm « verò Isboseth iste hâc morte succumberet, « si non ad ingressum domûs mulierem, id « est, mollem custodiam ad mentis aditum « deputâsset. Fortis namque virilisque sensus « præponi cordis foribus debet, quem nec negligentiæ somnus opprimat, nec ignorantiæ « error fallat. Unde benè et *Isboseth* appellatus « est, qui custode feminâ hostilibus gladiis « nudatur ; *Isboseth* quippe *vir confusionis* dicitur. Vir autem confusionis est, qui forti « mentis custodiâ munitus non est, quia dùm « virtutes se agere æstimat, subintrantia vitia « nescientem necant. Totâ itaque virtute muniendus est aditus mentis, ne quando eam « insidiantes hostes penetrent foramine neglectæ cogitationis. Hinc Salomon ait : « *Omni custodiâ serva cor tuum, quoniam ex « ipso vita procedit.* » (Corn. à Lap.)

hi duo tempus maximè suis consiliis opportunum, nempe meridianum, cùm major est æstus ab urente sole, et multò interdùm vehementior à vino, quando qui sobrius est, temulentis hominibus, et somno ac cibo plenis multò est potentior. Eo tempore rex pomeridianum captabat somnum, et regii corporis, si qui fuêre, custodes aut dormiebant, aut quod videtur è textu probabilius, alii aliò diverterant. Sola relicta fuerat ostiaria quædam femina, infidelis omninò et infirma custodia. Quare nullum habuerunt impedimentum, quominùs ad regium irrumperent conclave, et quod destinârant animo, reipsà perficerent.

Et ostiaria domus purgans triticum obdormivit. Hæc verba non inveniuntur in textu hebraico; est tamen verisimile fuisse olim in magis emendatis codicibus, et scriptorum incuriâ excidisse de textu, aliter neque Vulgatus expressisset, neque multò antea addidissent Septuaginta. Abulensis ex glossemate aliquo in textum irrepsisse putat. Sed quid in domo regiâ cum purgatione tritici? Et hoc in ostio domûs, ubi major populi frequentia? Sanè illud opus magis videbatur areæ, ubi teruntur, aut horrei, ubi conduntur fruges, quàm aulæ regiæ, ubi nihil vident curiosi atque elegantes oculi, quod rus oleat, et quod abhorrere videatur ab aulicâ munditiâ.

Ego duo hìc video genera purgandi frumenti: Alterum est, cùm è folliculis excutiuntur grana, quod dupliciter agitur ab agricolâ, aut in areâ, cùm primùm demessæ sunt et comparatæ fruges, ut in Hispaniâ communiter, quando in acervos immittuntur equorum ungulæ, aut tribulæ, aut alibi rostra serrantia, aut ferrata carpenta; quod genus longè abest non modò à regiâ domo, aut ab elegantium et lautorum aulis, sed etiam à rusticorum tectis; quare hoc opus in agris peragitur. Alterum est, cùm in horrea conduntur non exfollicata grana, sed spicæ et manipuli, quia in spicis atque folliculis magis munda sunt grana, et in longius tempus commodiùs asservantur; quod his maximè locis fieri solet, in quibus propter humidum solum et pingue cœlum, faciliùs frumenta corrumpuntur. Quod observavit Joseph, qui ut in regione palustri atque humidâ, in multos annos frumenta servaret, non grana ex suis excussa folliculis, sed manipulos granis fœtos comportavit in horrea. Sic sanè Genes. 41, v. 47: *Venitque fertilitas septem annorum, et in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti.* Ili porrò manipuli sæpiùs per annum, cùm familiæ id usus exegerit, extrahuntur ex horreis, et bacillis fustibusque percussi grana reddunt pura, quæ ad illum usque articulum inclusa condiderant. Ita Columella lib. 2. cap. 20. Quod opus non solùm est virilis, sed etiam feminei laboris et industriæ. Sanè si hoc modo ostiaria femina frumenta purgaret, non esset difficile conjectare, cur spicas secum attulerint duo illi principes latronum, nempe ut celarent insidias, et impunè ad regium usque secessum penetrarent; videri enim possent spicas attulisse, ut illa ostiaria puella, quæ huic rei tunc daret ancillarem operam, purgaret, quasi forent rusticani servi, qui ex agro aut ex horreo jussi fuissent asportare manipulos. Sed huic cogitationi obstat, quòd hoc opus regiæ domûs elegantiam non decet, ut dixi. Neque Hebræi, quod ego viderim, manipulos condunt, sed grana pura; apud illos enim sæpè aream audimus, et serrantia plaustra, et boves triturantes.

Alio modo purgantur grana, à paleis nimirùm et lapillis, et ab eo, quod efficere potest, ne panis sit delicatus et purus, dignusque regiâ mensâ, quique appellari solet *desiderabilis*. Seu certè quomodò purgantur grana à curiosis et lautis etiam feminis, quæ ad opus dulciarium et amylum grana ita purgant et seligunt, ut dispiciant et penè numerent singulatim omnia. Hæc autem non dedecent regiam domum, neque principum feminarum manus, cùm in eo opere nihil sit onerosum, nihil ancillare. Sed si ita esset, quid conferret ad occultandas insidias, attulisse manipulos, quando tunc non excutiuntur ex spicis grana, sed excussa purgantur?

Mihi sic videbatur aliquem usum habuisse spicas, neque indecorum ostiariæ feminæ, aliisque puellis aulicis, neque parùm aptum ad occultandas insidias. Usitatum erat ex granis adhuc viridibus, et deinde tostis, confici polentam, cujus usus apud Hebræos non infrequens, et apud lautos etiam habitus in deliciis. Hæc ex virentibus adhuc spicis excuti non poterant, quare necesse erat, ut exfollicarentur alio quodam modo, aut manibus, aut instrumento alio dentato, ut deinde ad varios usus artis pistoriæ ac dulciariæ torrerentur. Cùm autem hoc opus neque conatum exigeret, neque vires, aut strepitum, exerceri potuit ab honestis et delicatis feminis. Sanè polentam, id est, farinam ex virentibus ac tostis granis contusam, gratum aliquid esse ac delicatum, docuit Abi-

gail lib. 1, capite 25, vers. 18, ubi inter alia plurima quæ attulit ad Davidem, ut infensum illius animum viro suo placaret, cùm aliarum rerum quæ ad victum pertinent, vim attulisset maximam, polentæ tamen aliquid attulit modicum, quia pretiosum et rarum. Vide quæ nos de polentâ supra ad hunc locum de Abigail, et capite 17, ubi David ephi polentæ fratribus suis attulisse dicitur. Hoc postremum mihi videtur minùs habere difficultatis, quod ego divinando potiùs quàm definiendo propono. Quòd quidam Hebræorum, et imò et nostrorum nonnulli dicunt, duos illos viros adduxisse spicas, ut se emptores profiterentur tritici, multa præstituunt, supponuntque quasi certa, quæ tamen probare debuissent, nempe eos qui aliquid emunt, præ se in manibus ferre id quod pretio sibi comparare student; cujus ego neque in profanâ, neque in sacrâ litteraturâ vestigium invenio. Præferre opifices, aut venditores mercium, suæ artis aut mercimoniæ indicium et exemplum, id in omni, ut reor, natione ac seculo usitatum est; emptoribus verò alicubi gentium id in usu fuisse nunquàm invenio, tametsi id à re mercatoriâ non videatur alienum. Alii spicis id voluisse conjectant, ut causam aliquam prætenderent honestam sui in regium penetrale ingressûs, illásque spicas primitias fuisse interpretantur frugum, quas obtulerunt regi, ut reliquarum frugum dominum agnoscerent. Sed hic etiam usum desidero Hebræis familiarem, quem dùm non probant, neque nobis credendi necessitatem imponunt. Sanè res est obscura et dubia; quisque, quod volet, eligat; mihi, quod dixi de polentâ, minùs videtur impeditum.

Et percusserunt eum in inguine. Hebraicè, *ad quintam costam*. Tam inguen quàm regio quæ ad quintam costam pertinet, latè patet; est enim, opinor, quidquid est ab extremâ costâ ad imum usque ventrem; illa verò pars maximè opportuna est lethali vulneri, quia nihil est durum et osseum, quod retardet aut avertat plagam, et inde facilis est ad vitalia et proximus ingressus. Quare multi dicuntur in inguine, seu ad quintam costam vulnerati, qui momento temporis vitam amisêre. Sic proximè, cap. 2, Asael, cap. 3, Abner, et modò Isboseth dicuntur in inguine, seu ad quintam costam esse percussi; et quidem pars illa maximè est et lethali plagæ et insidiis opportuna (1).

(1) Vers. 6. — Ingressi sunt latenter, assumentes spicas tritici. Primùm fortè sese intùs inferendi consilium erat, ut triticum furarentur; nacti verò resolutum somno regem, consulturos se rebus suis putavêre, si illum interficerent. Vel potiùs, necato rege abierunt, abstuleruntque frumentum. Vertunt alii : *Venerunt usque in medium domûs ad emendum frumentum.* Ad remotissimas domûs Isbosethi partes perrexerunt, nemini suspecti, quòd tritici mercatores esse viderentur. Aliter : Ingressi sunt, ferentes triticum, tanquàm regi munus. Ex aliis : Venerunt tritico onusti, vel tanquàm homines triticum vehentes. Vel denique : Venerunt veluti ut debitum sibi, tanquàm custodibus corporis Isbosethi, triticum acciperent; eâ enim ætate, ac diù etiam post, in annonam militibus frumentum distribuebatur.

Vers. 8. — Attulerunt caput Isboseth ad David. Hæc ad finem capitis obscura non sunt; tantùm enim habemus abscissum esse caput Isboseth, cùm primùm ex illo vulnere ad quintam costam accepto spiritum amisit, quod cursu quàm potuerunt incitato maximè, tulerunt ad David, quasi ab illo magnum aliquod laboris sui ac studii pretium accepturi. Spes tamen illos longè fefellit; exprobravit enim illis David oratione severâ et gravi quòd domino suo sine ullo suo merito necem attulissent in suo lecto securè dormienti. Et cùm illius Amalecitæ proposuisset exemplum, qui occiso Saüle magnam ab ipso regiæ cædis mercedem expectabat, tamen neque unius horæ usuram vitæ largitus est, jussit his qui sibi aderant, ut ab illis illatæ cædis per summam impietatem et fraudes, pœnas exigerent, qui, ut erat imperatum, invadunt homines, et momento temporis ferro conficiunt. Et quò extaret aliquod monumentum et illorum hominum inauditi sceleris, qui impias manus suo intulerunt regi, et pietatis David, qui illius mortem tam seriò ac studiosè vindicavit, illorum præcisas manus ac pedes ad piscinam Hebron, in loco nimirùm frequenti ac publico, suspendi jussit. Caput autem regis sepeliri jussit in Hebron, eo loco ubi paulò ante sepultus fuerat Abner. In hoc autem (si qua est in sepulcrorum loco et sanctitate felicitas, ut profectò est) felices fuerunt duo isti principes, quòd ille locus eis in sepulturam datus, qui ad illud usque tempus existimabatur esse sanctis-

Vers 7. — In conclavi. Hebræus : *In conclavi cubilis sui.*

Abierunt per viam deserti tota nocte. Hominum frequentiâ tritas vias evitârunt, ne detegerentur. E Mahanaim ad Hebronem iter est leucarum quadraginta circiter, quod unicâ nocte conficere non potuerunt, neque id asserit Scriptura, uti minimè negat, hosce proditores diversâ iter suum fuisse prosecutos. (Calmet.)

simus. Ibi enim sepulti fuêre viri principes et magni patriarchæ gentis Israelitidis, Abraham, Isaac et Jacob, Sara, Rebecca, Lia, Genes. 49, imò et nonnulli primum ibi parentem tumulatum existimant. Et ideò fortassè civitas à Deo primùm Davidi destinata est, quia, ut sibi in eâ civitate propter sanctorum patriarcharum sepulcra complacuerat, sic etiam ostendebat in Davide rege, et illius regno sibi complacuisse.

Hic ad extremum dubitari potest, quo supplicii genere affecti fuerint duo illi viri, quorum manus et pedes dicuntur abscissi. Theodoretus q. 14, sic de illorum supplicio : « Eos, « qui Miphiboseth (dicturus erat Isboseth) « occiderunt, et ejus caput attulerunt, extre- « mis membris mutilatos egit in crucem. » Idem penè Josephus lib. 7, cap. 2 : « Jussit, « inquit, eos exquisitissimis tormentis excru- « ciatos supplicio dedi. » Idem, quod Theodoretus, putat Abulensis, nempe à Davidis satellitibus abscissas esse priùs manus et pedes, ac deinde illos extremis truncatos corporis partibus actos in crucem. Apud reliquos interpretes de hâc supplicii formâ mirum silentium. Mihi illud videtur, quod principio dixi, nempe statim ad regis imperium occisos esse regii sanguinis reos, et postea ex eorum cadaveribus exsectas esse manus ac pedes, qui ad tanti sceleris memoriam suspensi sunt. In hanc ego cogitationem ideò magis inclino, quia in illam magis, imò meo judicio omninò littera propendet, quæ priùs occisos esse dicit homicidas illos, deinde extremas corporis partes detruncatas. Neque credo, si quid esset tale, quale Josephus vult, tacuisset Scriptura; aut certè cùm res esset observatione digna, non ita reliquisset obscurum (1).

(1) Vers. 11. — Quanto magis nunc, cum homines impii interfecerunt virum innoxium! etc. Isboseth erat hostis et noxius Davidi, cum eoque de regno digladians; David tamen eum vocat *innoxium*, quia censebat eum bonâ fide existimare, ad se, quasi ad Saülis regis defuncti filium, regnum pertinere; nec enim ei liquidò constabat illud ex Dei dono ad Davidem esse translatum; licet enim fortè audisset Davidem à Samuele unctum in regem, tamen jus Davidis ei non erat liquidum; nam excipere poterat ac dicere, Davidem unctum quidem in regem, sed suæ tribùs Judæ duntaxat, cæteras ergo tribus ad se spectare; aut, Davidem unctum quidem esse in regem, sed ut regnaret eo casu, quo stirps regia Saülis deficeret ut illi succederet; jam autem hanc stirpem necdùm defecisse, sed in se perdurare, quare Davidem non posse exclusâ stirpe regiâ, regnum suum invadere. (Corn. à Lap.)

Combien plus maintenant que des méchants ont tué un homme innocent en sa maison, vengerai-je son sang? Après la mort de Saül, Abner et Isboseth étaient les deux grands obstacles de l'accomplissement des promesses que Dieu avait faites à David. Dieu les souffre pendant plus de sept ans, que David régna sur la seule tribu de Juda. Mais aussitôt que l'heure marquée par sa providence est arrivée, toutes ces difficultés s'évanouissent. Abner, qui entreprend inutilement de faire cesser la révolte qu'il avait excitée, est tué par Joab, et Isboseth qu'Abner avait fait roi, est assassiné par deux scélérats. David déplore ce premier meurtre sans le venger, parce qu'il n'en avait pas le pouvoir. Il déplore et il venge le second, parce qu'il le pouvait faire; et il recueille ainsi le fruit de cette ferme confiance qu'il avait toujours eue en Dieu parmi tant de traverses et de périls. Ce prince admirait sans doute alors, comme il le témoigne souvent dans ses psaumes, cette sagesse secrète de Dieu, qui se sert des différentes passions des hommes pour exécuter ses volontés au moment précis qu'il en a marqué lui-même, et il abaissait son cœur sous cette main souveraine, qui lui montrait sensiblement par tant de rencontres si extraordinaires que c'est lui seul qui gouverne tout dans le monde, et qui conserve ou qui ôte la vie aux hommes, selon qu'il est nécessaire pour l'accomplissement de ses desseins éternels.

Nous pouvons faire ici une réflexion très-utile, en considérant combien Dieu est lent à élever ceux qu'il aime, et combien de temps il emploie à les humilier auparavant, afin que leur élévation ne leur devienne pas un sujet de chute, ainsi qu'il paraît clairement dans la manière toute différente en laquelle il a choisi premièrement Saül, et David ensuite, pour être les rois de son peuple. Saül monte à la royauté en un moment, et il tombe aussitôt. Son élévation et sa chute touchent l'une à l'autre, et il a pu dire à Dieu plus véritablement que David ne l'a dit depuis : *Vous m'avez brisé en m'élevant; Elevans allisisti me.* David, au contraire, est berger d'abord. Il est écuyer ensuite. Dieu le signale lui-même aussitôt après en le rendant vainqueur de Goliath; et ce comble d'honneur où il l'élève devient pour lui la source d'une infinité de maux. La vue de sa gloire irrite Saül. Il conçoit une envie mortelle et une haine irréconciliable contre lui. Il est exposé à tout moment à la violence d'un prince furieux. Il est chassé, il est persécuté. Il fuit de ville en ville et de désert en désert. La terre n'a pas de grottes assez profondes pour le dérober aux yeux et à la vengeance de ce cruel ennemi. Il est contraint enfin malgré lui d'aller chercher sa sûreté dans les pays étrangers; jusqu'à ce que la mesure de la patience de David et des crimes de Saül étant remplie, Dieu ôte la couronne à celui qui s'en était rendu si indigne, pour la mettre sur la tête de David, qui la devait porter si dignement, et à laquelle Dieu l'avait préparé par un si long exercice d'humilité et de patience, afin qu'il ne fût pas accablé du poids de sa gloire. (Sacy.)

Vers. 12. — Interfecerunt eos. Fecit id David, ut amoliretur à se suspicionem populi, quòd ipse secretò auctor vel conscius fuisset

CAPUT V.

1. Et venerunt universæ tribus Israel ad David in Hebron dicentes : Ecce nos os tuum et caro tua sumus.

2. Sed et heri et nudiustertiùs, cùm esset Saül rex super nos, tu eras educens et reducens Israel ; dixit autem Dominus ad te : Tu pasces populum meum Israel, et tu eris dux super Israel.

3. Venerunt quoque et seniores Israel ad regem in Hebron, et percussit cum eis rex David fœdus in Hebron coram Domino ; unxeruntque David in regem super Israel.

4. Filius triginta annorum erat David cùm regnare cœpisset, et quadraginta annis regnavit.

5. In Hebron regnavit super Judam septem annis et sex mensibus, in Jerusalem autem regnavit triginta tribus annis super omnem Israel et Judam.

6. Et abiit rex et omnes viri qui erant cum eo in Jerusalem ; ad Jebusæum, habitatorem terræ ; dictumque est David ab eis : Non ingredieris hùc nisi abstuleris cæcos et claudos, — dicentes : Non ingredietur David hùc.

7. Cepit autem David arcem Sion ; hæc est Civitas David.

8. Proposuerat enim David in die illâ præmium qui percussisset Jebusæum, et tetigisset domatum fistulas, et abstulisset cæcos et claudos odientes animam David : idcircò dicitur in proverbio : Cæcus et claudus non intrabunt in templum.

9. Habitavit autem David in arce, et vocavit eam Civitatem David ; et ædificavit per gyrum à Mello et intrinsecùs.

10. Et ingrediebatur proficiens atque succrescens, et Dominus Deus exercituum erat cum eo.

cædis Isboseth. Rursùm ut amorem suum erga Saülem et Isboseth, licet sibi inimicos ostenderet, itàque clementiæ et beneficentiæ famam sibi apud omnes tribus conciliaret, quæ magnam regi apud subditos benevolentiam et auctoritatem conciliat. Tertiò, ut

CHAPITRE V.

1. Alors toutes les tribus d'Israël vinrent trouver David à Hébron, et lui dirent : Nous sommes vos os et votre chair.

2. Il y a déjà long-temps que, lorsque Saül était notre roi, vous meniez Israël *au combat* et vous l'en rameniez ; et le Seigneur *votre Dieu* vous a dit : C'est vous qui serez le pasteur de mon peuple d'Israël, et c'est vous qui en serez le chef.

3. Les anciens d'Israël vinrent aussi trouver David à Hébron, et David y fit alliance avec eux devant le Seigneur, et ils le sacrèrent *de nouveau* roi sur *tout* Israël, *selon ce que le Seigneur avait dit par la bouche de Samuël.*

4. David avait trente ans lorsqu'il commença de régner, et il régna quarante ans.

5. Il régna sept ans et demi à Hébron sur Juda, et trente-trois ans dans Jérusalem sur Juda et sur tout Israël.

6. Et le roi, accompagné de tous ceux qui étaient avec lui *et de tout Israël,* marcha vers Jérusalem contre les Jébuséens, qui habitaient *encore* en ce pays. Et ceux-ci dirent à David : Vous n'entrerez point ici que vous n'en ayez ôté les aveugles et les boiteux, — pour lui dire qu'il n'y entrerait jamais.

7. Néanmoins David prit la forteresse de Sion, qui est appelée *aujourd'hui* la Ville-de-David.

8. Car David avait proposé alors une récompense pour celui qui battrait les Jébuséens, qui pourrait gagner le haut de la forteresse, et chasserait les aveugles et les boiteux, ennemis de David. C'est pourquoi on dit en proverbe : Les aveugles et les boiteux n'entreront point dans le temple, — *s'étant fait chasser de Jérusalem.*

9. Et David prit son logement dans la forteresse, et l'appela la Ville-de-David. Et il bâtit à l'entour, depuis Mello, et au-dedans.

10. David s'avançait toujours, et croissait

quasi rex et judex puniret tantum scelus, ac iniquam cædem regis ulciscereturus. Corpus enim regium omnibus inviolabile esse debet.

Porrò pompam funeris David non exhibuit Isboseth, quam exhibuerat Abner, tum quia Abner in ditione suâ erat occisus juxta Hebron, Isboseth verò extra limites regni sui; tum quia Isboseth perpetuò adversatus erat Davidi ; Abner verò ab Isboseth transierat ad Davidem, ad eumque cæteras tribus traducere satagebat. Denique cùm Abner occideretur, vehemens omninò erat multorum suspicio, Davidis jussu vel nutu eum fuisse occisum ; quare ut hanc suspicionem eis demeret, opus fuit illi summè honorare Abnerem in funere. Ita Abulensis, Salianus et alii. (Corn. à Lap.)

11. Misit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad David, et ligna cedrina et artifices lignorum, artificesque lapidum ad parietes; et ædificaverunt domum David.

12. Et cognovit David quoniam confirmâsset eum Dominus regem super Israel, et quoniam exaltâsset regnum ejus super populum suum Israel.

13. Accepit ergo David adhuc concubinas et uxores de Jerusalem postquàm venerat de Hebron, natique sunt David et alii filii et filiæ;

14. Et hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Jerusalem : Samua, et Sobab, et Nathan, et Salomon,

15. Et Jebahar, et Elisua, et Nepheg,

16. Et Japhia, et Elisama, et Elioda et Eliphalet.

17. Audierunt ergo Philisthiim quòd unxissent David in regem super Israel, et ascenderunt universi ut quærerent David. Quod cùm audîsset David descendit in præsidium.

18. Philisthiim autem venientes diffusi sunt in valle Raphaim.

19. Et consuluit David Dominum dicens : Si ascendam ad Philisthiim? et si dabis eos in manu meâ? Et dixit Dominus ad David : Ascende, quia tradens dabo Philisthiim in manu tuâ.

20. Venit ergo David in Baal-Pharasim, et percussit eos ibi, et dixit : Divisit Dominus inimicos meos coram me, sicut dividuntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci Baal-Pharasim.

21. Et reliquerunt ibi sculptilia sua; quæ tulit David et viri ejus.

22. Et addiderunt adhuc Philisthiim ut ascenderent, et diffusi sunt in valle Raphaim.

23. Consuluit autem David Dominum : Si ascendam contra Philisthæos, et tradas eos in manus meas? Qui respondit : Non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum, et venies ad eos ex adverso Pyrorum;

de plus en plus, et le Seigneur Dieu des armées était avec lui.

11. Hiram, roi de Tyr, envoya aussi des ambassadeurs à David, avec du bois de cèdre, des charpentiers et des tailleurs de pierres pour les murs, et ils bâtirent la maison de David.

12. Et David connut que le Seigneur l'avait confirmé roi sur Israël, et qu'il l'avait élevé au gouvernement de son peuple.

13. Il prit donc encore des concubines et des femmes de Jérusalem après qu'il y fut venu d'Hébron, et il en eut d'autres fils et d'autres filles, *voulant affermir de plus en plus sa puissance.*

14. Voici les noms des fils qu'il eut à Jérusalem, Samua, Sobab, Nathan, Salomon,

15. Jébahar, Elisua, *Eliphalet, Noga,* Népheg,

16. Japhia, Elisama, Elioda et Eliphalet.

17. Les Philistins ayant appris que David avait été sacré roi sur *tout* Israël, *et craignant qu'il ne devînt trop puissant,* s'assemblèrent tous pour lui faire la guerre. David l'ayant su se retira dans *la caverne d'Odollam, qui était* un lieu très-fort.

18. Cependant les Philistins vinrent se répandre dans la vallée de Raphaïm.

19. Et David consulta le Seigneur, et lui dit : Marcherai-je contre les Philistins, et les livrerez-vous entre mes mains? Le Seigneur lui dit : Marchez, car assurément je livrerai les Philistins entre vos mains.

20. David vint donc à Baal-Pharasim, où il défit les Philistins; et il dit : Le Seigneur a dispersé mes ennemis devant moi, comme les eaux se dispersent. C'est pour cette raison que ce lieu fut appelé Baal-Pharasim, *c'est-à-dire la Plaine de Dispersion.*

21. Les Philistins laissèrent là leurs idoles, que David et ses gens emportèrent *pour les brûler.*

22. Les Philistins revinrent encore une autre fois, et se répandirent dans la vallée de Raphaïm.

23. David consulta le Seigneur, *disant :* Irai-je contre les Philistins, et les livrerez-vous entre mes mains? Le Seigneur lui répondit : N'allez point *droit* contre les Philistins, mais tournez derrière leur camp jusqu'à ce que vous soyez venu vis-à-vis des Poiriers.

24. Et cùm audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam ut percutiat castra Philisthiim.

25. Fecit itaque David sicut præceperat ei Dominus, et percussit Philisthiim de Gabaa usquedùm venias Gezer.

24. Et lorsque vous entendrez au haut des poiriers comme le bruit de quelqu'un qui marche, vous commencerez à combattre, parce que le Seigneur marchera alors devant vous pour combattre l'armée des Philistins.

25. David fit donc ce que le Seigneur lui avait ordonné, et il battit *et* poursuivit les Philistins depuis Gabaa jusqu'à Gézer.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ET VENERUNT UNIVERSÆ TRIBUS ISRAEL ad DAVID IN HEBRON, DICENTES : ECCE NOS, OS TUUM ET CARO TUA SUMUS (1). — Cùm neque ducem haberent ullum, quem sequerentur, neque regem, cujus obsequerentur imperio reliquæ tribus Israel, convenerunt omnes simul ad Davidem, ut illum sibi ex omnibus regem asciscerent. Quorum rationes hæ fuerunt aut solæ, aut præcipuæ : Prima, quia ex eodem omnes semine et cognatione sunt, ab uno videlicet Israele propagati. Illud enim valet illud : *Os tuum et caro tua sumus.* Quæ dicendi forma apud Hebræos speciem habet proverbialem. Sic Genes. cap. 29, v. 14, Laban ad Jacob : *Os meum et caro mea.* Idem Abimelec ad fratres suos et Sichimitas, Jud. 9, v. 2. Idem 2 Reg. 19, 12. Secunda ratio, quia, superioribus etiam diebus, cùm adhuc in vivis ageret Saül, summam imperii videbatur obtinuisse David; illius enim arbitratu res administrabatur bellica, cum omnium singulari approbatione, et rerum felicissimo successu. Quo tempore satis multa atque præclara documenta dedit, quibus alii cognoscerent, qualemnam principem in Davide, ac regem essent habituri. Tertia, quia aliter non solùm communi utilitati et bonorum votis, sed etiam divinæ voluntati repugnaturi viderentur, cùm Deus id ante non semel, neque obscurè prædixerit, quod nemo illorum, qui Samuelem agnoverunt, ignorabat. Hæc popularis vox fuit, hoc omnium commune desiderium, hæc rationum momenta, quæ in re deliberandâ necessitatis videntur habuisse pondus (1).

(1) *Alors toutes les tribus d'Israël vinrent trouver David, et lui dirent: Nous sommes vos os et votre chair.* Le Saint-Esprit, dans le livre des Paralipomènes, a voulu marquer en particulier le nombre des gens de guerre qui vinrent de chaque tribu pour reconnaître David roi de tout Israël; et il se trouve par ce dénombrement qu'il y eut plus de trois cent quarante mille hommes qui le vinrent trouver à Hébron, *avec une pleine volonté* de lui obéir, *corde perfecto,* dont l'Ecriture dit *qu'ils étaient tous vaillants et prêts à combattre.* Cette réunion si solennelle des onze tribus avec celle de Juda, qui viennent volontairement se soumettre à David comme à leur roi, est l'effet sans doute de l'ordre de Dieu. Mais c'est en même temps une marque glorieuse de la vertu de ce prince. Car lors même que les Israélites des onze tribus combattaient contre David, et qu'ils avaient pris Isboseth pour régner au lieu de lui, ils savaient fort bien ce qu'ils déclarent ici, *que Dieu avait dit à David qu'il serait le pasteur de son peuple, et qu'il l'avait choisi pour être chef sur tout Israël.* Mais comme Abner, qui trouvait son ambition satisfaite dans le règne d'Isboseth, fils de Saül, leur avait inspiré une aversion contre David, et les avait entretenus dans ce trouble par la fausse idée qu'il leur en avait donnée, aussitôt que cet obstacle fut levé par la mort de ces deux princes, ils reprirent leur première affection pour David, et ils ne pensèrent plus qu'à le reconnaître pour leur souverain. Ils se souvenaient, comme ils le disent ici à lui-même, *que c'était lui qui marchait à leur tête pour combattre les ennemis du peuple de Dieu,* et qu'il en était toujours revenu victorieux. Ils avaient de plus été sensiblement touchés de cette générosité admirable que David avait fait paraître, en sauvant deux fois la vie à Saül lorsqu'il en était persécuté si cruellement; et depuis ayant vengé la mort de ce prince, et témoigné un regret sincère de celle d'Abner. Ainsi cette image des grandes actions et présentes et passées de David, qui avait frappé leur esprit et touché leur cœur, leur persuadait aisément qu'il était très-digne de leur commander, et qu'ils seraient heureux de lui obéir. C'est là la plus haute gloire à laquelle un prince puisse aspirer sur la terre, de vaincre ses ennemis sans répandre de sang, et de se les assujettir, non en les forçant par les armes, mais en les désarmant par sa bonté, et en leur gagnant le cœur par l'amour et par l'admiration de sa vertu. (Sacy.)

(1) VERS. 2. — SED ET HERI ET NUDIUSTERTIUS, CUM ESSET SAUL REX SUPER NOS, TU ERAS EDUCENS ET REDUCENS ISRAEL, q. d. : Tu sub rege Saüle magis rexisti populum, quàm Saül, pro eoque feliciter semper pugnâsti; par ergo est, ut Saüle mortuo quasi rex nos regere pergas. Sequitur tertia ratio petita ex Dei decreto et oraculo de Davidis regno per Samuelem edito.

DIXIT AUTEM DOMINUS AD TE : TU PASCES POPULUM MEUM ISRAEL. *Pasces,* id est, reges : unde sciant reges se debere regere pascendo populum, eo modo quo pastor pascit oves; quocirca Homerus Agamemnonem regem, pastorem populorum vocat. (Corn. à Lap.)

Vers 3. — Venerunt quoque et seniores Israel, et percussit cum eis rex David fœdus. Hic popularium clamor et commune votum. Nec defuerunt seniores et principes Israel, ad quos de summâ rerum deliberatio pertinebat, quibus eadem fuit quæ populo mens. Qui cùm legitimè ac sanctè coram Domino, præmisso nimirùm sacrificio, et interposito jurisjurandi firmissimo vinculo, illum unxerunt tertiò, ut non solùm tribui Juda, à quâ fuerat priùs electus et unctus, sed etiam undecim tribubus legitimè præficeretur, et sanctè. Sed hìc paucula nobis observanda.

Primum, circa illam vocem popularem ad David : *Dixit Dominus ad te : Tu pasces populum meum Israel.* Nam hæc verba nusquàm audimus. Huic quæstioni satis, opinor, satisfactum est cap. 3, ubi etiam quærebamus, quonam Scripturæ sacræ loco esset illud Abneris ad populum v. 18 : *Dominus locutus est ad David, dicens : In manu servi mei David salvabo populum meum Israel;* ubi diximus, non omnia quæ dicta sunt à prophetis scriptis esse mandata. Sicut neque omnia quæ dicta sunt à Christo, quæ ignoraremus omninò, nisi aliis in locis per occasionem usurpâssent alii. Quorum exempla non pauca produximus in nostris Commentariis super Acta ad illud cap. 1, v. 5: *Quam audistis,* inquit, *per os meum.* Hoc autem credo sive à Gad, sive à Samuele dictum esse Davidi, et illam vocem auditam à populo, et acceptam pro oraculo; quæ, utpote de re tantâ, videtur in omnium ore fuisse frequentissima. Pascere autem non solùm de illis dicitur, qui rem curant pecuariam, quanquàm de his propriè, sed de illis etiam qui populi tractant gubernacula, quibus commissa est fidelis et vigilans populorum custodia. Sic græcè imperator ποιμὴν appellatur λαῶν, id est, *pastor populorum.*

Hi seniores, qui venerunt, illi esse videntur, qui universo præerant Israeli, illi videlicet septuaginta quos elegit Moyses ad imperium Dei, de quibus Numer. cap. 13. Cum his autem etiam convenisse videntur singularum tribuum seniores et principes, quia hi etiam ad res graviores cum senioribus Israelis, id est, cum senatu, aut summo seniorum concilio convenire soliti, ut fecerunt sæpè in causâ Christi ad extrema secula Judaicæ reipublicæ. Hi, opinor, sunt, qui lib. 1 Paralip. c. 8, v. 27, *patriarchæ* dicuntur, et *cognationum principes.* Ad hos priùs retulit Abner cap. 3, v. 17, quod statuerat de regno Davidis. Hi ergo venerunt ad Davidem, ut inirent cum eo de summâ re fœdus, illudque coram Domino ritè percuterent.

De fœdere quod cum Davide à senioribus, suarumque tribuum curatoribus percussum, nihil est certum. Ego sic censeo, adactum esse Davidem à senioribus, ex quibus constabat senatus atque concilium summum in Israel, ab aliisque tribuum in suo ordine et gradu principibus, ut juramento atque aliâ solemni sacrâque cæremoniâ confirmaret id quod Deut. cap. 17, v. 15, de rege constituendo præceptum est : *Eum constitues* (ait Dominus, regem) *quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Cùmque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum equitatûs numero sublevatus, Præsertim cùm Dominus præceperit vobis ut nequaquàm ampliùs per eamdem viam revertamini. Non habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum ejus, neque argenti et auri immensa pondera. Postquàm autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus leviticæ tribùs; et habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum, et custodire verba et cæremonias ejus, quæ in lege præcepta sunt.* Hæc, ut opinor, proposita à senioribus fuêre David, quæ ille lubens admisit, atque ita amplexus est avidè, ut in ipsa penitùs præcordia condiderit. Et sicut de aliis legibus cecinit Psal. 118, sic puto de his etiam illud cecinisse: *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* Alia etiam credo à senioribus Davidi proposita, quæ ad præsentem rerum statum pertinerent, ut de bellis cum hoste vicino atque exultante conferendis, de ἀμνηστείᾳ et oblivione injuriarum, et quæ quivis in eo impedito atque multiplici rerum studiorumque congressu conjectare poterit. Neque dubium, quin seniores illi totius populi nomine novo regi promiserint fidelitatem, obsequium, quæque reges alii in benè constitutâ republicâ exigunt à suis. Hoc itaque fœdus fuit inter Davidem et populum, interposito utrinque juramento, percussum.

Sed nunc etiam videndum, quomodò pactum hoc coram Deo potuerit dici percussum, cùm neque ibi arca fuerit Domini, neque tabernaculum, ante quæ, si qua fiunt, illa facta dicuntur coram Domino. Tractavit hæc Abulensis, q. 3, ubi dicit in Hebron fuisse sanctuarium à Davide constructum, quia cùm Gabaon,

in quam tabernaculum fuerat a Saüle translatum, esset in tribu Benjamin, neque in illâ tribuum divisione, quæ ad præsentem duraverat diem, tutum esset iis qui Davidis castra sequebantur, orationis gratiâ eò usque contendere, sacrarium aliquod excitavit in Hebron, ubi speciali aliquo ritu coleretur Deus, oblatis videlicet sacrificiis, et his adhibitis cæremoniis, quæ in tabernaculo fieri religio permittebat. Posse autem sub hæc tempora, in quibus vacuum erat ab arcâ tabernaculum, aliis in locis extra immolari victimas, diximus supra cap. 7, in fine, et in lib. 1 sunt exempla non pauca. Quòd autem in Hebron solitum esset offerri sacrificium, probat illud infra, cap. 15, ubi Absalom facultatem sibi à parente petiit, sibi ut liceret secedere sacrificii causâ in Hebron, quasi legitimum esset, et ab aliis solitum obiri sacrarium. Quod quidem nisi sanctum esset, nunquàm illius votis pater annuisset. Accedit, quòd secum habuit David in Hebron sacerdotem summum Abiathar, qui sacris operari legitimè, et excipere solemni formâ ab utrâque parte jusjurandum potuit.

Sed etiamsi in Hebron nullum esset sacrarium, nullum altare, nulla victima, fœdus tamen illud dici potuit coram Deo percussum. Sic enim dicuntur illa fœdera, aut juramenta, quorum Deus advocatur testis. Sic Paulus ad Galat. cap. 1, v. 20 : *Ecce coram Deo, quia non mentior,* id est, testis est mihi Deus, quòd non fallo. Neque sanctuarium erat in sylvâ, in quâ apud Ziphæos morabatur Saül, et tamen ibi, ut habes lib. 1, cap. 23, v. 18, percussisse dicuntur Jonathas et David fœdus coram Domino, quia uterque illius fœderis in sylvâ percussi testem advocârunt Deum.

Unxeruntque David regem super Israel. Tertiò nunc unctus est David in regem, cùm primùm illum unxisset in occulto Samuel, et septennio ante in eodem loco tribus Juda; nunc autem totus Israel illum sibi tertiò unxit et consecravit regem, postquàm jam inter ipsum et populum de regni formâ et administratione convenerat. Quod fieri tunc potuit commodè, cùm summus ibi esset sacerdos, neque sacrum deesset oleum, quale pro unctione regum religio requireret.

Vers. 4. — Filius triginta annorum erat David cum regnare cœpisset (1), et quadraginta annis regnavit. Si verum est, quod supra pluribus ostendimus, in principio cap. 13, lib. 1, duos tantùm annos regnâsse Saülem verum erit etiam, nunquàm illum ex quo in Scripturâ notus esse cœpit, in ætate fuisse puerili, aut etiam juvenili, ut multi censuerunt. Hebræi, ut habes in Seder Olam cap. 13, dicunt Davidem, cùm in paternâ domo unctus est primùm à Samuele, annum attigisse vigesimum nonum. Quorum hâc in re sententia mihi semper placuit, quam etiam probare debent qui loco superiùs allegato tenent, biennium tantùm regnâsse Saülem. Sanè Ambrosius lib. 1 Offic. cap. 32, Davidem majorem ætate dicit fuisse Jonathâ, qui tamen cùm primùm regnum iniit Saül, mille viris præfectus fuit à patre, et talia præstitit, qualia non nisi à viro jam grandi sperari poterant. Sic ergo ibi Ambrosius : « David, cùm esset prudentior, Jonathæ tamen « junioris consiliis acquiescebat. »

Vers. 5. — In Hebron regnavit super Judam septem annis, et sex mensibus. Hoc idem supra, c. 2, v. 11, ubi explicuimus quomodò hæc duo loca conciliari possint cum c. 2, v. 11, lib. 3 Reg., ubi David septem annis nullâ sex mensium habitâ ratione, regnâsse dicitur in Hebron.

Vers. 6. — Et abiit rex, et omnes viri, qui erant cum eo, in Jerusalem, ad Jebusæum habitatorem terræ. Cùm primùm à civilibus et intestinis bellis expeditus fuit David, cœpit jam majora quàm ante moliri, cùm collectas haberet majores vires, neque contra domesticos, sicut antea, dispersas. Quare cùm in medio terræ promissionis, meliorique loco, maximèque à naturâ munito videret esse Jerusalem, non putabat ex usu, aut dignitate esse Israelitici populi, si ab externo teneretur habitatore. Quare hoc voluit esse suarum expeditionum initium, et proœmium unctionis suæ in universum Israelem. Sed quia multus deinceps necessariò de Jerusalem nobis futurus est sermo, non erit sine aliquo operæ nostræ pretio, priùs de illius antiquitate, ac mole, et variis habitatoribus nonnihil attigisse. Alii eâ de re longiùs, nos paucis et strictim, prout hujus loci tractatio postulaverit.

(1) Allegoricè David hìc uti et in aliis omnibus typus fuit Christi. Audi Angelomum : « Quòd David triginta annorum regnare cœpit, « præfigurabat quòd Dominus noster triginta « annorum venit ad baptismum, et incipiebat « Evangelium regni prædicare : cujus regnum « sempiternum, et potestas ejus alteri non da- « bitur. Quadragenarius enim numerus, qui « ex quaterdenis constat, plenitudinem tem- « porum, et rerum perfectionem significat. » Hoc repræsentavit regnum Davidis, quod fuit quadraginta annorum. (Corn. à Lap.)

Hujus civitatis multa apud sacros et profanos scriptores inventa nomina; nam valdè est in eorum scriptis commendata hæc civitas, licet hæc commendatio præcipua ab eo tempore ducta fuit, quo ad ditionem Israeliticam et Davidicum genus traducta est. De quo ex profanis videndus Cornelius Tacitus lib. 21. In sacris litteris multa occursant regiæ illius civitatis encomia. Quale fuerit externarum gentium de Hierosolymâ judicium, ostendit Jeremias Thren. 2, v. 15: *Sibilaverunt, et moverunt caput suum super filiam Jerusalem. Hæccine est urbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium universæ terræ?*

Hæc primùm appellata est *Salem*, seu *Jerusalem*, ut constat, quia antequàm Jebusæus illi nomen imponeret, aut illam incoleret, jam auditum erat nomen *Salem*, ut constat Genes. 14, v. 18, ubi Melchisedech, qui etiam putatur fuisse Sem filius Noe, rex dicitur Salem. An verò illa *Salem* eadem fuerit, quæ postea vocata fuit *Jerusalem*, inter auctores non levis disceptatio est. Hieronymus Epist. ad Evagrium aliam Salem esse putat à Jerusalem, quam obtinuit Melchisedech, quæ erat propè Sichem, quam nunc ait exiguâ mutatione vocari *Salim*, de quâ Joan. 3. Hieronymum sequuntur complures alii. Quod idem Hieronymus probat, quia suo tempore in illâ Salem, quæ non longè distat à Sichimis, in quâ tabernacula sua fixit Jacob, dicit ostendi adhuc palatium Melchisedech, et ex magnitudine ruinarum veteris operis magnificentiam. Plures alii Melchisedech illius Salem regem esse dicunt, quæ etiam vocatur Jerusalem, de quo nobis hoc loco pluribus agendum non est. Illud certum, Jerusalem vocatam quoque fuisse *Salem*, quod non negat Hieronymus ad illud Psal. 75: *Et factus est in pace locus ejus, et habitatio ejus in Sion.* Hebraicè: *Et factus est in Salem locus.* Ubi etiam sentire videtur Hieronymus in Hierosolymâ regnâsse Melchisedech. Sanè plures esse civitates appellatas *Salem* docet Serarius in c. 10 Josue q. 2.

Ego sic conjecto, inter alias civitates quæ appellantur *Salem*, duas fuisse præcipuas: alteram juxta Sichem, ubi habitavit aliquando Jacob; alteram, quam modò David Jebusæis eripuit. Unde factum est, ut *Jerusalem* apud Hebræos ponatur in duali formâ *Jerusalaim*, sicut aliæ plurimæ civitates, ut Isaiæ cap. 15, v. 5: *Oronaim*, id est, duæ civitates, quæ dicuntur *Oron*, seu *Bethoron*, quæ locorum situ distinguuntur; quare altera dicitur Bethoron superior, altera inferior. Sic ergo cùm essent *Salaim*, id est, duæ civitates appellatæ *Salem*, ut aliqua esset nota, quæ unam ab alterâ distingueret, hæc, de quâ nobis commentatio, appellata est *Jerusalem*, quæ sonat aut *Salem sublimem*, quia in excelso loco, aut *altitudo pacis*, seu *visio pacis*, aut *Salem horribilem*, cùm altera *Salem* aliam habuerit notam, de quâ nobis non constat, quâ notâ diceretur Salem inferior, aut aliquid aliud, quod designaret pacem. Quasi dicas, ex duabus illis *Salaim*, illa quæ sublimis est, etc.

Alterum etiam nomen *Jerusalem* impositum est, antequàm à Jebusæis nomen acciperet. Quod ideò mihi persuadeo quia loci natura prior est, quàm illius habitator; atque adeò nisi dicamus, ab aliquo Jebus fuisse primùm ædificatam, à quo etiam nomen acceperit (sicut civitates aliæ à suis conditoribus solent), priùs appellata est *Jerusalem*, quæ loci altitudinem aut terrorem sonat, seu etiam visionem absolutam et perfectam; nam hæc etiam traditur nominis notatio, quàm Jebus. Scio aliquibus videri, à quodam illius nominis principe primùm ædificatam et habitatam esse Jerusalem; quis tamen ille fuerit, non dicunt. Ego *Jebusæi* nomen primùm invenio Genes. 10, v. 16, sed hic longè fuit post Melchisedech, à quo fundata dicitur Salem. Fuit enim Jebusæus pronepos Noe, nepos Cham, filius Chanaan; Melchisedech autem Sem esse creditur, filius Noe. Porrò appellatam esse priùs *Salem*, quàm *Jebus*, docet Hieronymus Epist. ad Evagrium, et alii qui Melchisedech illius civitatis conditorem appellant, quales sunt Isidorus lib. 15 Etymol., Josephus lib. 7 de Bello cap. 28, Ægesippus. Et favet plurimùm ipse loquendi modus. Sic enim *de Jebus* loquitur, ut tamen non obscurè indicet, priùs nominatam esse *Jerusalem*. Josue cap. 18, v. 28, cùm numeraret civitates quæ attributæ sunt funiculo Benjamin, dicitur et *Jebus*, quæ est *Jerusalem*, illa nempe Jerusalem, cujus nomen in eo libro sæpiùs auditum est, ut cap. 10, non semel. Et sæpè Jerusalem dicitur à Jebusæis habitata, quæ sanè nomen *Jebus* non videbatur amissura, cùm à Jebusæo habitaretur, si illud omnium antiquissimum habuisset.

Dicitur etiam *Hierosolyma*, cujus nominis etymon varium est apud varios. Josephus lib. 1 contra Appionem, cujusdam maledicam et stultam illius nominis notationem reprehendit, qui dicebat, Hebræos, cùm ex Ægypto essent egressi, in Judæam tandem per solitudinem

penetrâsse, ubi spoliatis habitatoribus, et compilatis templis, urbem condidêre, quæ priùs à templorum spoliis Ἱερόσυλα nominata est. Sed aliquandiù post, ut obscuri illius et ignominiosi nominis convicium effugerent, mutatum esse nomen aliquantulùm, et urbem ipsam *Hierosolymam*, et se ipsos *Hierosolymos* appellâsse. Sed ridet Josephus stuporem illius hominis, qui non viderit, nomen illud non idem significare græcè quod hebraicè, neque sanè Hebræi alienæ linguæ nomen suæ indidêre civitati.

Ego hanc vocem confictam esse puto à Græcis ad hebraici nominis similitudinem, modicâ syllabarum mutatione, qui civitatem illam à secundâ compositionis parte vocavêre *Solyma*, sicut Hebræi *Salem*; et additâ Jerusalem priori parte, *Hierosolyma*. Quod ideò fecerunt libentiùs, quia templum, à quo maximè erat nota et commendata civitas, ἱερὸν appellatur. Imò et quidam dicunt, à Salomone et ab illius templo, quod ἱερὸν, ut diximus, dicitur græcè, vocatam esse *Hierosolymam*. Quod mihi non displicet. Et quidem hoc nomen esse græcum, et tenent communiter interpretes, et ex eo fit verisimile, quòd nunquàm illud in sacris litteris auditum est, antequàm populus Babylonem abduceretur extorris. Tunc enim ex aliarum gentium familiari convictu novum illud nomen et didicêre primùm, et in patrios fines induxerunt. Plura de *Jerusalem* vide apud Salmeronem prolegomeno 42; Adrichomium, in Jerusalem; Serarium in Commentariis Judic. c. 10, q. 2; Pinedam in Ecclesiasten, cap. 1, v. 1, et Josephum lib. 7 de Bello, cap. 18.

Illud præterea addendum, ædificatam esse Jerusalem in ipsis Benjamin Judæque confiniis, atque ideò sicut aliquid sumit ex utriusque funiculo, sic etiam ad utramque tribum pertinere. Sic putant Lyra et Serarius ad illa loca Josue, de quibus statim, et Serarius in cap. 1 Judic. v. 8, licet neget Abulensis in cap. 1 Judic. et cap. 10 Josue. Quòd ad Benjamin pertineat, liquet ex Josue, c. 18, v. 28. Quòd ad Judam, Josue cap. 15, v. 63 : *Habitavitque Jebusæus cum filiis Juda in Jerusalem usque in præsentem diem*. Et iisdem verbis dicitur Judic. cap. 1, v. 21 : *Habitavitque Jebusæus cum filiis Benjamin in Jerusalem usque in præsentem diem*. Quibus locis utraque tribus dicitur non potuisse Jebusæum delere.

Ego ita existimo, cùm facta fuit olim terræ sanctæ divisio, exiguam fuisse Jerusalem, cujus tunc pars habitata à Jebusæis tenebatur. Hæc autem videtur esse arx Sion, quæ postea civitas David appellata est, quam partem tunc ædificiis instructam assignatam puto tribui Benjamin. Cùm autem Judæ funiculus civitatis illius fines attingeret, ut constat ex Josue cap. 15, et cap. 18, quidquid deinde additum est civitati, saltem ex latere aquilonari, id est, ab eâ parte quæ spectat vallem Enao, id totum Judæ funiculus complexus est. Quare per synecdochen Jerusalem dicitur pertinere ad Benjamin et Judam, quia partem Judæ et partem Benjamin sedes ejus amplectitur.

Illud præterea mihi certum est, templum etiam Salomonis in utriusque tribûs confinio fuisse constructum. Quòd enim ad Benjamin pertineat, probat illa Hebræorum traditio, de quâ Hieronymus in Tradit. Hebr. super Genesim; quæ illud Gen. 49 : *Benjamin lupus rapax, manè comedet prædam, et vespere dividet spolia*, de templo accipit, in quo manè à sacerdotibus immolantur hostiæ, et vespere distribuuntur. Et ita putat Chaldæus. Et favet illud Moysis, Deut. 33, ubi Benjamin in thalamo Domini futurus esse dicitur, id est, in templo, ut etiam Chaldæus exponit. Quare eòdem spectant benedictiones Jacob et Moysis, nempe id quod in Benjamin illustre magis magisque in totâ Israelitide possessione pretiosum est. Quòd autem partem aliquam templi, non autem templum totum sibi vindicet tribus Benjamin, ex eo fit mihi maximè verisimile, quòd Jeremiæ 20, v. 2, aliquod templi latus nomen sibi sumpsit à Benjamin, quod planè indicat aliquam esse templi partem, quam illa tribus non agnosceret suam : *Percussit Phassur Jeremiam prophetam; et misit eum in nervum, quod erat in portâ Benjamin superiori in domo Domini*. En tibi duæ portæ, superior et inferior, quæ indicant latus illud templi esse intra sortem Benjamin.

Quòd verò etiam fuerit in Judæ funiculo, probat illud inprimis, quòd David amplificavit valdè civitatem illam, 1 Paralip. 11, 8 : *Ædificavitque urbem in circuitu à Mello usque ad gyrum*. In illâ accessione ad civitatem antiquam, seu certè in illâ novâ civitate, cujus pars intra Judæ claudebatur fines, ædificatum esse templum, probat illud Psal. 77 : *Repulit tabernaculum Joseph, et tribum Ephraim non elegit, sed elegit tribum Juda montem Sion, quem dilexit. Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum*, id est, templum. Et Zachar. cap. 2, v. 12, templum suum in terrâ Juda statuit, dùm illam terram vocat sanctificatam, et in illâ partem suam, id est, templum futurum

esse dicit : *Possidebit Dominus Judam partem suam in terrâ sanctificatâ, et eliget adhuc Jerusalem.* Vide quomodò Jerusalem statuit in Judæ sorte.

Superest jam videamus quomodò expugnanda nunc dicatur Jerusalem, cùm ante hoc tempus expugnata dicatur, et esse in Israelis potestate. Neque enim David, et triumphalis pompa, devicto Philisthæo, ingressus esset Jerusalem, ibique abscissum gigantis collocâsset caput, quasi præclaræ victoriæ monumentum, nisi Israeliticæ foret subjecta potentiæ, 1 Reg. cap. 17, v. 54 : *Assumens autem David caput Philisthæi, attulit illud in Jerusalem; arma verò ejus posuit in tabernaculo suo.*

Ego in Jerusalem duas partes esse video, alteram in vertice montis, quæ dicitur *Sion,* et postquàm expugnata fuit à David, *Davidis* appellatur *civitas;* alteram, quæ est in ipso montis descensu, et situ minùs arduo. Et hâc fortassè de causâ appellata est in duali numero *Jerusalaim,* quasi duæ forent civitates ejusdem nominis, altera superior, quæ *Sion,* altera, quæ magis communi vocabulo diceretur *Jerusalem.* Hanc expugnârunt, qui erant è tribu Juda, quia minùs erat expugnatu difficilis. Judic. 1, v. 8 : *Oppugnantes ergo filii Juda Jerusalem, ceperunt eam, et percusserunt in ore gladii.* Superiorem verò, neque filii Juda, neque filii Benjamin expugnare potuerunt, licet sæpiùs aggressi, atque ideò simul cum Jebusæis civitatem illam habitârunt inviti. De filiis Juda Josue 15 : *Habitavitque Jebusæus cum filiis Juda in Jerusalem.* Idem de filiis Benjamin, Judic. cap. 1, et de utrisque ea redditur utrobique ratio, quia non potuerunt delere Jebusæum. Quare id nunc aggreditur David, quod majores sui consecuti non sunt, ut illam ex medio terræ promissionis, et loco magis illustri aboleret ignominiam, quam alii cum magno Israelitici nominis dedecore tamdiù pertulerunt, ne simul viverent, contra quàm esset à lege præceptum, qui tam religione et sacris dissiderent, et superiori quodammodò subessent potentiæ eorum, qui superiori in loco supra ipsorum capita, domitasque cervices insederant.

Dictumque est David ab eis : Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos et claudos (1). Mirum est, quàm variè se in hujus loci commentatione versent interpretes, quàmque parùm inter se consentiant; longum esset singulorum referre, atque infirmare sententias. Adducam illas, quæ magis videntur aliis placuisse, vel quia magis ad litteram, vel quia magis ad plausum. Hebræi, ut in Tradit. Hebr. tradit Hieronymus, hunc locum sic accipiunt : « Non ingredietur hùc David, donec nos hinc aufe- « rat, quos inermes et imbecilles, sicut cæcos « et claudos, esse arbitratur, et quos bello « agressurus sicut cæcos et claudos se trium- « phaturum putat. Idcircò dicitur in prover- « bio : *Cæcus et claudus non intrabunt in tem- « plum.* In Hebræo habetur : *Cæcus et claudus « non intrabit domum.* Hoc est : Cæcus et clau- « dus (subauditur, dicunt) non intrabit quili- « bet domum cæcorum et claudorum, quam- « diù cæcus et claudus intùs fuerint. » Mihi hæc Hebræorum expositio, à quâ non videtur abhorrere Hieronymus, non omninò displicet, quæ placuit Angelomo, Magistro Historiæ scholasticæ, et Glossæ ; neque Abulensi displicet q. 7, neque Hugoni.

Alii ex sententiâ Rabb. Salomonis dicunt, supra civitatis mœnia positas fuisse imagines Isaac et Jacob, quorum alter cæcus, alter erat claudus. Quas eo consilio statuerunt in eminenti atque conspicuo loco Jebusæi, ut recordarentur illorum posteri Israelitæ pacti, quod cum Abimelec rege Geraræ percussit Abraham, et eâ ratione abstinerent ab armis. Erant autem, ait Rabb. Salomon, Jebusæi ex genere Abimelec. Quare juxta hæc hunc lo-

(1) *Les assiégés disaient à David : Vous n'entrerez point ici que vous n'en ayez chassé les aveugles et les boiteux.* Il paraît, par ces paroles, que les Jébuséens se croyaient si forts, et qu'ils étaient si persuadés que la forteresse de Sion était imprenable, qu'ils avaient placé sur leurs murailles *des aveugles et des boiteux,* comme pour insulter à David, en lui témoignant que des soldats de cette sorte leur suffiraient pour l'empêcher d'entrer dans leur place. David propose un prix pour celui qui montera le premier sur la muraille, comme il est marqué plus particulièrement dans le livre des Paralipomènes, en ces termes : *Quiconque montera le premier, et chassera les Jébuséens, sera général de l'armée. Joab donc, fils de Sarvia, monta le premier, et il fut fait général.* Joab, sans doute, fut bien aise de réparer en quelque sorte par cette action d'un si grand courage le crime qu'il avait commis en assassinant Abner si lâchement. Il semble aussi que David, qui n'était pas assez puissant pour lui ôter la charge de général, avait proposé le commandement de ses armées pour le prix de celui qui aurait paru le plus vaillant à la prise de cette place, afin que si un autre le remportait, Joab ne pût pas se plaindre qu'on le préférât à lui; que s'il le remportait lui-même, on eût moins lieu de trouver mauvais qu'il demeurât dans une charge dont il avait paru plus digne que tous les autres. (Sacy.)

cum sic exponunt : Nisi volueritis datam à majoribus vestris violare fidem, et fœdus firmatum sacramento contemnere, cujus duæ parentum vestrorum imagines obsides sunt, non ingrediemini. Quasi dicerent : Non ingrediemini, nisi fœdifragi, nisi proditâ fide, quam à parentibus acceptam, sartam et tectam servare debuistis. Hæc sententia Lyræ placuit, quam Abulensis et Burgensis optimè et acriter impugnant. Quos tu vide.

Alii in *cæcis et claudis* deos intelligunt tutelares, quos gentium more in muris Jebusæi locaverunt, quasi futuros civitati præsidio, aut certè intra civitatis mœnia in loco religioso ac sacro servabant, quibus patronis existimabant fore ut nunquàm in aliorum potestatem civitas veniret. Quare cùm evitari non posset, quominùs ab hoste caperetur civitas, dii tutelares ac patrii excedere ultrò dicebantur, aut evocari ab hostibus certo aliquo carmine, quod vim haberet evocatoriam. Porrò illi dii ab Israelitis, utpote saxei aut lignei, claudi dicebantur et cæci. Sic certè cecinit David, Psal. 115 : *Oculos habent, et non videbunt; pedes habent, et non ambulabunt.* Dicunt ergo Jebusæi, nisi illi dii, quorum ipsi custodiæ urbem crediderunt, ab urbe depellantur, nunquàm futurum ut ipsi in civitatem irrumpant.

Communior est explicatio, Jebusæis ita munitam videri civitatem, ut à cæcis et claudis contra omnem vim hostilem propugnari posset. Alii dicunt, reverà cæcos et claudos per urbis propugnacula fuisse dispositos, qui non tam urbem defenderent, quàm hostium irriderent, subsannarentque conatus. Huic facto illud fuisset simile, si modò verum, quod adducit Lyra Ezech. cap. 27, ubi Pygmæi, id est, homines pusilli, cubitali magnitudine, et omninò nihili, dispositi dicuntur in mœnibus, quia non aliis egebat propugnatoribus Tyrus, quia satis habebat à se ipsâ sibi munimenti, cùm ab arte esset et naturâ munita. Sed illius loci longè alia ratio et explicatio est, quam nos in nostris Commentariis ad illum locum adduximus. Quòd propriè cæci et claudi in mœnibus fuerint ad propugnandum dispositi, tenet Josephus l. 7 Ant. cap. 2; Angelomus, Procopius, Theodoretus q. 16 et 17, et hoc fortassè verè. Neque mihi videretur alienum, si hoc tantùm dicendi modo significaretur, etiamsi nullus intercederet cæcus aut claudus, tam esse civitatem à naturâ munitam, ut à cæcis et claudis, si alia non esset firmior custodia, arceri posset impetus hostilis. Videtur autem illa esse proverbialis dicendi forma, quâ significatur et hostium contemptus, et nimia securitas. Ex his explicationibus extremæ mihi aut probantur magis, aut displicent minùs.

Dicentes : Non ingredietur David huc. Explicatio est superioris clausulæ, et quid in eâ Jebusæi nimiùm sibi ac urbis munitioni tribuentes, significare voluerint eâ proverbiali et obscurâ dicendi formâ, quæ quia paulò videbatur obscurior, illius expositio ab historico sacro subjecta est. Quasi dicat : His verbis ostendere voluêre Jebusæi, nullo modo sui conatûs ac voti compotem futurum esse Davidem.

Vers. 7. — Cepit autem David arcem Sion, hæc est civitas David. Quia auspice atque auctore Deo, qui locum illum ex omnibus habebat eximium, suoque cultui præcipuè destinârat, illud sibi negotium aggressus fuerat David, non fuit difficile oblatas superare difficultates. Quare depulsis inde Jebusæis, quantùmvis oculos haberent lynceos, et firmos pedes atque veloces, et mutato priori nomine, sicut etiam dominus mutabatur, illam appellavit, non *Jebus*, ne quod maneret antiquæ impietatis vestigium, sed *civitatem David*, quam ipse postea majori firmamento munivit.

Vers. 8. — Proposuerat enim David in die illa præmium, qui percussisset Jebusæum, et tetigisset domatum fistulas, et abstulisset cæcos et claudos. Rationem reddit historicus sacer, cur tam citò tot difficultates exuperârit David, quia videlicet præmiis suorum militum inflammavit animos, et ad arduum quidlibet aggrediendum armavit. Præmium autem positum est, lib. 1 Paralip. cap. 11, v. 6 : *Omnis, qui percusserit Jebusæum inprimis, erit princeps et dux.* Hic verò propositum audacissimo cuique negotium explicatiùs exprimitur, nempe qui primus Jebusæum percuteret, qui fistulas tangeret, id est, aquarum emissarios canales, et denique claudos amoveret et cæcos, qui magno fuerant Davidi fastidio, aut quia reverà fuerunt quasi propugnatores in muro dispositi, aut quia illorum nomen ipsi ad ignominiam objectum. Nunc de singulis seorsùm.

Proposuerat enim David in illa die præmium. Quia ambitio et cupiditas magnam habent vim in humano pectore, illudque ad præsentem mortem cæcum et præceps abripit, ideò duces gnari quàm facilè homines his se abduci sinant, honores proponunt et alia commoda

quæ humanæ naturæ aut ornamento sunt, aut levamento. Inde inventæ coronæ quæ, quia his qui primùm ascenderunt murum, tribuuntur, *murales* appellantur. Quo artificio quàm frequenter usi sunt externi, unum è multis exemplum accipe, quia huic quàm simillimum. Alexander, ut tradit Curtius lib. 7, cùm in locum incidisset præruptum et arduum, in quem hostium multitudo consederat, et ab his qui eo in loco tutos se à tanti imperatoris fortunâ et viribus existimarent, simile intorqueretur opprobrium, quale nunc à Jebusæis Davidi, præmiis propositis sic suorum inflammavit studia, ut ad summum usque prærupti montis fastigium eniterentur. Eodem artificio usus est Caleb, Jud. cap. 1, v. 10, qui filiam suam Axam illi despondit, qui Cariath Sepher adduceret ad Israelis jugum. Et proximè Saül, qui filiam suam et alia ornamenta dignitatis ac vitæ subsidia illi promisit, qui Goliath singulari sterneret certamine, et ab Israelis nomine tam fœdum averteret opprobrium.

Et tetigisset domatum fistulas. *Domata*, ut docet Hieronymus Epist. 135 ad Sunniam et Fretellam, sunt tecta, non fastigiata, aut testudinata, sed plana, quæ Hispanorum vulgus *terrados* appellat. Hæc necesse est fistulas habeant, per quas pluvialis aqua foras emittatur, ne domum corrumpat. Hæ necesse est, in parte domûs supremâ statuantur, ne quid in interiorem domûs partem humoris illabatur. Abulensis, q. 7, prominentia domatum tigna putat, quas *canes* Hispani vocant. Quidquid horum sit, extremum esse constat in ædificiis, atque ideò qui *fistulas tetigerit*, ad summum etiam murorum evaserit, necesse est. Alii in *fistulis* cæcos quosdam et subterraneos cuniculos intelligunt, per quos ad ipsa murorum fastigia patebat ascensus. Ita ex aliorum sententiâ referunt Magister Histor. schol. et Abulensis, et dicit apertè Theodoretus, q. 16. Illud tamen de *fistulis*, seu canalibus, vel ad emittendam, vel colligendam aquam, certius est. Illud de cuniculis omninò incredibile, quia reverà cæci essent et claudi Jebusæi, nisi cæcos illos aditus, si qui forent, aut obstruxissent, aut observâssent, cùm id non potuerit non esse notum, et hostis instaret acer et strenuus, qui omnes scrutaretur et tentaret vias per quas sese aperiret expugnandæ arcis aliqua commoditas.

Et abstulisset cæcos et claudos odientes animam David. Sive in *cæcis* et *claudis* (1) Jebusæos omnes intelligamus, juxta primum Hebræorum sensum; sive reverà eos qui capti essent pedibus atque oculis, qui ad insultandum irridendumque Hebræorum conatibus in muris fuerunt à Jebusæo nimis insolente dispositi, qui et ipsi libero ac petulante convicio Hebræos subsannabant, eos qui illos, quicumque forent, submoverent, magnâ aliquâ mercede muneratum voluit. Illud, *odientes animam*, juxta textum hebraicum, qui habet *senuhe*, quidam sic exponunt : *Quos exosos habuit aut odiosos anima David.* Quia videlicet talia jactabant, qualia sine offensione magnâ audire non poterat David. Ita Pagninus, et Tigurina, et Hispanica translatio, quæ sic reddit : *Aborrecidos de el alma de David.* Neque ab hâc sententiâ longè abest Vulgata translatio, si modò, quod in Scripturâ frequens est, res significata pro illius usurpetur signo. Quo modo fortitudo ponitur aliquando pro armis et gloriâ, et honor pro coronâ, quia in coronâ honorem et gloriam in homine cognoscimus; et in armis, armati hominis fortitudinem. Sic hospitale munus aut convivium ἀγάπη dicitur seu *charitas*, quia charitatis signum et argumentum est. Quo sensu Magdalena dilexisse dicitur multùm, quia multa edidit amoris signa. Sic ergo isti cæci et claudi odisse dicuntur animam David, quia subsannatione et scommate despectum illius et odium ostenderunt. Porrò notum est, per animam illum cujus est anima circumscribi.

Septuaginta hic legunt : *Omnis percutiens Jebusæum, tangat in pugione et claudos*, etc., neque obscurus est sensus, neque à Vulgatâ translatione diversus. Theodoretus tamen, q.

(1) Mysticè, *cæci et claudi* sunt infideles, hæretici et fideles pravè viventes, qui factis negant, quæ se credere profitentur, quique in viâ Dei claudicant, nunc Deo nunc mundo servire et placere conantes. Hi non ingrediuntur templum cœleste. Quocirca S. Paulus Hebr. 12, v. 12, dixit : *Propter quod remissas manus et soluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur.* Oremus ergo cum Psalte Deum, *ut non infirmentur vestigia nostra*, Psalm. 17, 17; *et ut ponat pedes nostros quasi cervorum*, ibidem v. 34; *ut viam mandatorum Dei curramus*, Psal. 118, 32. Sapienter S. Ambrosius serm. 68 : « Petrus, ait, petra est super « quam ædificatur Ecclesia, ideòque sicut in « Ecclesiâ fidei fundamentum continet, ita et « in homine membrorum fundamenta confir- « mat, uti claudo gressum restituit, Act. 3, 7, « et ut Christianus non jam trepidus et im- « becillis possit super petram Ecclesiæ, sed « robustus et fortis incedere. »
(Corn. à Lap.)

17, longè aliter exponit, si tamen ejus est expositio : « Cùm David, inquit, cepisset Jebus, « alios quidem Jebusæos jussit interfici, « claudos autem et cæcos, qui irridebant è « muro, ob lenitatem et animi magnitudinem « conservavit, proposito edicto, ut occidere- « tur, qui feriret aliquem ex ipsis. » Omnium porrò primus, qui murum ascendit, et illi labori atque certamini propositum bravium consecutus est, fuit Joab, qui ut priùs princeps exercitûs Davidis designatione ac liberalitate consecutus fuerat, sic etiam nunc suo merito dignitatem illam quam diutissimè tenuit. Quomodò verò primus ascenderit, remque peregerit à Davide præscriptam, tradunt Hebræi, sed, ut solent, fabulosè, ne dicam stultè. Vide Abulensem q. 17, ubi illud Hebræorum commentum ridiculum vocat, et ferè impossibile.

Idcircò dicitur in proverbio : Cæcus et claudus non intrabunt in templum. Hìc ergo sermonem esse puto de Jebusæis omnibus qui hoc proverbiali convicio abiguntur à templo, qui aut omnes dicuntur *claudi* et *cæci*, eo sensu quem in primâ expositione tradidimus; aut alio, qui mihi visus est non alienus, et fortassè germanus. Observavimus sæpè, nomen aut singulari alicui homini, aut civitati, seu nationi toti ab aliquâ voce imponi, in quâ aliquid auditum est sive ad laudem, sive ad ignominiam singulare. Exempla adducam pauca, lector plura mediocriter attentus inveniet. Lucillus quidam centurio communi populi convicio vocabatur *Cedo alteram*, ut auctor est Cornelius Tacitus lib. 1 Annal., quia fractâ vite in tergum militis, alteram clarâ voce ac rursùs aliam poscebat. Antigonus quidam rex Macedoniæ, ut tradit in Æmilio Plutarchus, *Doson* appellabatur vulgò, quia illi multùm erat in ore δώσω, id est, *dabo;* promittebat videlicet multa, largiebatur nihil. Neque in sacris desunt exempla. Qui priùs dicebatur *Gedeon*, idem postea vocatus est *Jerobaal*, quia cùm aram evertisset Baal, de illo dictum est ad illos qui causam agebant Baal : *Ulciscatur se de eo Baal*, Judic. 6, v. 32; id enim valet *Jerobaal*. Et Michael inde nactus est nomen, quòd in prælio cum angelis apostatis dixisset : *Quis sicut Deus?* Ad hunc igitur modum arbitror, Jebusæos conviciali proverbio dictos *cæcos* et *claudos*, quia dùm subsannarent Hebræorum exercitum, ad propugnandum satis futuros esse dixerunt cæcos et claudos.

Ut autem Jebusæi irridentes objecerunt Hebræis proverbiali formâ à *cæcis* et *claudis* arcendos esse, ne arcem Sionis occuparent, sic illi contra Jebusæis jam, quod non metuebant, domitis, proverbiali etiam insultantes convicio, occinebant : *Cæcis* et *claudis*, id est, Jebusæis non aperiendum unquàm aditum in templum. Hoc porrò dictum fuerat multò antea, Levit. cap. 21, v. 18 : *Qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium ejus, si cæcus fuerit, si claudus*, etc. Sed licet hoc antiquum fuerit, ex hoc tamen tempore usum cœpit habere proverbii ; sicut multa quæ olim acutè, aut etiam distortè dicta sunt ad unum, post tamen proverbiali formâ ad aliquid simile traductum est. Qualia sunt omnia symbola Pythagoræ, et illa Maroniana :

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Et illud :

Et campos ubi Troja fuit.....

Item :

Et nostro sequitur de vulnere sanguis.

Et mille alia tum ab hoc, tum ab aliis poetis. Sic ergo, quod simpliciter olim dictum fuit, id nunc proverbii pondus et usum obtinet. Neque, arbitror, præter Jebusæos ad alios extenditur, sicut multa sunt proverbia, quorum usus unius tantùm civitatis aut nationis terminis definitur. Ut illud, de quo infra, c. 20 : *Qui interrogant, interrogent in Abelâ*. Et Numer. 2 : *Ignis egressus est de Hesebon*. Sensus autem is esse videtur, nunquàm Jebusæos ingressuros in templum, id est, non ingressuros rursùs in locum, ubi habitârunt priùs, et ex quo tunc fuerant ab Israelitis expulsi. Cui expositioni favet, quod Septuaginta vertunt : *In civitate Domini*, quæ est Jerusalem, et alii fermè omnes ita legunt, *in domum*, juxta textum hebraicum, qui habet בית *beth*. Et erit sensus, eos non ingressuros in civitatem, aut in illâ mansuros, qui aliis aditum, cæcorum et claudorum oppositu negaverant. Neque si legas, *templum*, cum Vulgato, diversus est admodùm sensus. Cùm enim templum futurum esset in Jerusalem, et statim in arce Sion, seu civitate David arca Domini, ut liquet ex sequenti capite, qui negatur futurus in civitate Domini, aut in domo ejus, ille ingressurus etiam negatur in templum. Neque id de omnibus Jebusæis intelligendum est, sed de his qui partem habitârunt superiorem, et aliis libero insultâvere convicio : nam alii permixti fuerunt Israelitis et inferiori Salem, qui ad Hebræorum religionem accessêre, et hi etiam cum Israelitis eamdem habitârunt civitatem, qualis fuit Areuna Jebusæus, de quo infra

c. 24, qui arcam Davidi concessit, ubi templum Domini Salomoni filio ædificandum commendavit.

Vers. 9. — Habitavit autem David in arce, et vocavit eam civitatem David. Cùm pars illa maximè esset à naturâ munita, futuraque videretur, non solùm fortissimum munimentum urbis, sed etiam ornamentum amplissimum, stabilem ibi habitationem habere voluit, et à suo nomine nomen imposuit civitati, quam deinceps vocari voluit *civitatem David*. Quod etiam fecerunt plurimi alii, de quibus tam sacra quàm profana historia. In profanâ sunt Tros, Romulus, Alexander, Antiochus, Ptolomæus, Constantinus, et innumeri alii. A quibus nominata Troja, Roma, Alexandria, etc. In sacrâ unum tantùm caput 10 Gen. exhibebit plurima, et cap. 25 et 38, non pauca.

Et ædificavit per gyrum a Mello, et intrinsecus. Sicut Dan. c. 4, v. 27, Nabuchodonosor occupatam à se Babyloniam sic ornavit, amplificavitque, ut à se apertè prædicaverit fuisse ædificatam, sic nunc David civitatem in Israelitarum redactam potestatem amplificare sic voluit, ut meritò dici potuerit civitas à Davide constructa. Quare primùm laxandam statuit civitatis sedem, et locorum spatia magis explicanda, atque ideò tantùm spatii sumpsit, quantùm erat à Mello, id est, à profundâ voragine, quæ utramque Salem, superiorem et inferiorem media discludebat, et inde duxit murum per gyrum, qui novam civitatem ambiret. Quid sit *Mello*, disputant multi. Mihi in præsentiâ satis erit dixisse, vastum quemdam fuisse hiatum, qui utramque civitatem divideret, quem postea Salomon, ut templo commodam, ac civitati sedem pararet, adæquavit, de quâ postea lib. 3, plura, si necessarium videbitur. Illud hic non omittendum, intra illud spatium, quod à Mello circumscriptum est muro, ædificatas esse domos, et eò coactos esse cives, qui vacuum antea locum illum complerent. Unde vasta illa præcepsque profunditas vocata sit *Mello*, incertum est. Videtur autem hoc nomen habuisse, ex quo impleta est à Salomone multo aggere et saxo, à verbo *male*, quod est *complere;* sacer enim scriptor, sive fuerit Nathan, sive quis alius, nactus est impletum hiatum illum, et ex eo appellari cœptum *Mello*.

Vers. 10. — Et ingrediebatur proficiens. Ex eo tempore omnia Davidi successerunt ex voto, ita ut continenti victoriarum cursu et ipse angeretur novâ gloriâ, et in singulos dies magis ac magis cresceret et confirmaretur imperium. Neque id mirum, cùm patronum haberet et auspicem Deum, cujus ille præsertim intuebatur gloriam, et studebat amplificare nomen.

Vers. 11. — Misit quoque Hiram rex Tyri. Unde Hiram cum Davide fœdus amicitiamque contraxerit, incertum est. Illud certum, societatem illam ad tempus usque Salomonis fuisse productam. Fortassè metus, quem Tyrius ex Davidis prospero in bellando successu conceperat, illius societatis conciliator fuit. Cùm igitur Hiram Davidis consilium cognovisset regiæ domûs ædificandæ, quam pro tanti nominis majestate amplam esse et luculentam oportebat, neque videret tractum illum Solymitanum abundare ad molitionem illam pretiosâ materiâ, qualis est cedrina, aut habere artifices qui ligna cæderent dolarentque ad contignationes et tecta, et qui pro parietibus saxa ex arte polirent, de illis etiam Davidi commodare voluit, à quibus regia Davidi atque superba domus constructa est.

Vers. 12. — Et cognovit David, quoniam confirmasset eum Dominus regem. Quæ continentur in hoc cap., omnia repetuntur lib. 1 Par. cap. 14. Quomodò David suum in suo capite stabilitum regnum, illudque exaltatum atque amplificatum iri didicerit, obscurum est. Fieri hoc potuit prudenti conjecturâ, cùm uno impetu arcem Sionis à Jebusæo sustulerit, quod multis præliis duæ tribus potentissimæ consecutæ non sunt, aut spiritu prophetico, inspirante Domino; et hoc mihi multò verisimilius, quia etiam viderat, quàm felix Saül habuerit regni sui, quàmque celebratum exordium; et tamen regnum postea multis habuit attritum incommodis, et ignominioso tandem, et planè miserabili interitu fœdatum. Quare nihil erat, cur prudens homo ex eo successu fortunatum aliquid conjectaret in posterum, nisi aliunde aliquid lucis habuisset.

Vers. 13. — Accepit ergo David adhuc concubinas et uxores (1). Hæc aperta sunt. Curau-

(1) Duxit omninò uxores octo, concubinas decem. Polygamia tunc apud Judæos tolerabatur. Fortassè David politicis aliquibus causis ductus omnia hæc connubia inivit; facilè enim familias gentis suæ potentissimas sibi devincire, alienosque reges in partes suas pertrahere moliebatur. Minimè tamen necesse est Davidis causam tueri, vetante tantummodò Moyse, ne rex magno numero uxores adsciscat. Conditio concubinarum eo solùm nomine à legitimis uxoribus et matronis differebat, quòd nullo solemni ritu connubia cum illis celebrarentur, non maritali syngraphâ, neque exhibitâ de securitate dotis fidejussione. (Calmet.)

tem assumpsisse dicatur, ea causa est, quia jam sibi domum ædificârat, quam regni sedem esse voluit; et cùm commoda essent omnia, et ad regiam amplitudinem instructa, suam voluit ibidem amplificare familiam (1).

Vers. 17. — Audierunt ergo Philisthiim(2). Proponuntur jam Davidis nova prælia et novæ victoriæ. Cùm enim audiissent Palæstini tenere jam non unam tribum Juda sub suâ potestate Davidem, sicut habuerat priùs in Hebron, sed totum Israelem, regiamque sedem in novam civitatem, eamque fortissimam transtulisse, et ea esse regni vixdùm nascentis exordia, ut ab illo quidvis formidare potuerint, ut eliderent recentem illam plantam, antequàm adolesceret, et erumpentem scin-

Porrò, 1 Paralip. 3, v. 6 et 8, repetitur et bis ponitur *Elisama* unus Davidis filius, quia scilicet David duos habebat filios, quibus idem nomen *Elisamæ* indidit, vel quia priore mortuo, posteriori idem nomen imposuit, ait Vatablus. (Corn. à Lap.)

David prit encore des concubines et des femmes de Jérusalem. Dans l'ancienne loi, où la virginité n'était point connue, Dieu avait permis que l'on prît plusieurs femmes, afin qu'elles servissent à la multiplication de son peuple. Dans la nouvelle, tout est spirituel. Dieu veut que les âmes y portent les fruits des vertus et des bonnes œuvres. Et en ce sens on peut dire que la virginité est non seulement plus excellente, mais plus féconde même que le mariage. (Sacy.)

(1) Vers. 14. — Samua, etc. Commentariorum scriptores quidam opinantur ex quatuor hisce liberis unum tantummodò, Salomonem, Davidem patrem agnovisse; reliquos tres, Samuam, Sobab et Nathan, ex Uriæ et Bethsabeæ conjugio procreatos. Sed adversatur huic opinioni auctoritas 1 Paralip. 3, 5; S. Lucæ 3, 31, 33, et quæ hic leguntur. Profectò S. Lucas inter Davidis posteros Nathanum accenset.

Vers. 14, 15, 16. — Septuaginta pro undecim filiis, quos hic Scriptura Davidi tribuit, recensent viginti, quorum hæc nomina : Ebear, Elisue, Naphec, Jephie, Elisama, Elidae, Eliphalath, Samae, Jessibath, Nathan, Galamaan, Jebaar, Theesus, Eliphalat, Naged, Naphec, Jonathan, Leasamys, Baalimath, Eliphaath. (Calmet.)

(2) Quod cum audisset David, descendit in præsidium. Quonam tuto loco se receperit David, incertum. Sed ex 1 Paralipomenon 14, 8, discimus, illum vel levioribus de Philisthæorum irruptione nuntiis auditis, *egressum fuisse obviàm eis.* Sed fortassè Deus monuit, ut prælio abstineret. Quare in munitum locum, speluncam scilicet Odollam, secessit. Itaque Philisthæi per vallem Raphaim fusi, *stationem* habebant in Bethlehem; David verò cum suis montem Odollam, ulteriùs ad meridiem, occupaverat. Vallis Raphaim nomen è priscis ejus regionis gigantibus *Raphaim* referebat. Titanes vel gigantes Septuaginta nuncupant. Vallis autem ad meridiem Jerosolymæ excurrebat, contermina Bethlehem. (Calmet.)

tillam extinguerent, priusquàm vires assumeret, collegerunt non solùm suas, sed etiam sociales vires, easque non procul à Jerusalem in valle Raphaim, opportuno videlicet loco constituerunt. Contra quos suas vicissim David copias explicuit, quas statuit in præsidio. Quod fuerit illud præsidium, nemo docet; verisimile est, esse certum locum, ubi aliquando Israelis castra posita sunt, quæ inde præsidii sibi locum assumpsêre. Aut quia ibi ad similes casus comparatus fuerat agger et vallus, aut aliqua munitio castrensis, quæ tutum contineret militem, et hostem arceret. Quæ in eo videtur excitata loco, per quem cum minori periculo vel negotio hostis posset in interiores sinus copias invehere (1).

Vers. 19. — Et consuluit David Dominum (2). Nihil arduum aggressus est David, inconsulto

(1) Vers. 18. — Philisthiim autem venientes diffusi sunt in valle Raphaim. Vallis quæ adjacet Hierosolymæ dicta est *Raphaim*, id est, gigantum, à cæsis ibidem, à Josue vel quo alio, gigantibus; Septuag. vertunt : *in valle Titanum*, id est, Gigantum. Alludunt enim ad fabulam Titanum, quam poetæ mutuati sunt à gigantibus Genes. 6. Fingunt enim ipsi gigantes fuisse homines vastissimos et superbissimos, qui cum Jove bellârint, ideòque ab eo fulmine percussi sint. (Corn. à Lap.)

(2) Per Urim nempe et Ephod, mansitque aliquamdiù in speluncâ Odollam, nonnisi annuente Domino egressus. Cùm adhuc ibidem versaretur David, insigne illud facinus exhibitum est à tribus viris fortissimis exercitûs Davidici, qui per medias Philisthæorum copias et excubias aquam è cisternâ Bethlehem haustum venerunt. (Calmet.)

David consulta le Seigneur, et lui dit : Irai-je contre les Philistins? David ne s'élève point de ses victoires précédentes. Il consulte Dieu pour savoir s'il doit marcher contre ses ennemis; et il est prêt à faire tout ce qu'il lui commandera. Après avoir vaincu une première fois, il le consulte encore pour savoir s'il doit les aller attaquer lorsqu'ils le combattent de nouveau. Il ne se lasse point de dépendre absolument de ses ordres, et il met sa gloire à être autant soumis à Dieu que ses sujets le sont à lui-même. Dieu lui enseigne en particulier ce qu'il doit faire. Il lui marque l'ordre et l'heure du combat, pour l'accoutumer à se défier de lui même, et à dépendre de lui en toutes choses.

Nous serions heureux si dans la guerre invisible que nous avons à soutenir toute notre vie contre les démons, nous étions aussi exacts à ne pas faire la moindre chose sans un ordre exprès de Dieu, et sans consulter ceux qu'il a mis en sa place pour nous conduire, et qui peuvent nous instruire de ses volontés.

Après ces défaites des Philistins, il est marqué dans les Paralipomènes, *que la réputation de David devint célèbre parmi tous les peuples, et que le Seigneur répandit la terreur de son nom dans toutes les nations.* (Sacy.)

Domino, quo id assecutus est, ut illum haberet adjutorem et auspicem. Cùm verò Deus respondisset, venturum Palæstinum illum exercitum in Davidis manum auctore se, confirmatus tam benigno ac liberali responso, descendit in prælium, et partim cæsis, partim fugatis hostibus, illorum attrivit ac dissipavit copias. Unde locus nomen assumpsit novum, et deinceps vocatus est, *Baal Pharasim*, id est, *Vallis divisionis*, seu *virorum*, aut *idolorum Divisio*, cùm priùs diceretur, *Vallis Raphaim*, id est, *Vallis Gigantum*.

Vers. 20. — Et dixit : Divisit Dominus inimicos meos coram me, sicut dividuntur aquæ. Agnoscit David, quòd hostes cæsi fuerint atque dispersi, non humanæ fuisse potentiæ, sed divinæ virtutis indubitabile negotium, atque ideò nomen imposuit loco, quod futurum esset in omnem ætatem divinæ potentiæ monumentum. Quare sicut Samson, cùm in maxillâ asini mille stravisset viros, statim locum illius cædis, *Lechi ruma*, id est, *Elevationem maxillæ* nominavit, sic modò David locum illius admirandæ atque insperatæ stragis, accommodato nomine, *Baal Pharasim*, appellare voluit, ut ostenderet quàm facilè ac subitò Palæstinorum fuerint acies dispersæ, non aliter atque aquæ per locum delabuntur declivem, quæ externo non indigent impulsu, sed suo se nutu ad inferiora præcipitant. Porrò, *sicut aquam dividi*, seu *diffundi*, aut *liquefieri*, proverbialem habent speciem, et significant, facilè aliquid, et omninò fuisse dissolutum, aut periisse. Sic Josue 7 : *Pertimuitque cor populi, et instar aquæ liquefactum est;* et Psal. 21 : *Sicut aqua effusus sum.*

Vers. 21. — Et reliquerunt ibi sculptilia sua, quæ tulit David, et viri ejus. Sicut ante sub Heli, imò etiam Saülis tempore tuleruut secum arcam Hebræi, et habuerunt in castris, sic etiam Palæstini in suis secum castris habuerunt idola, quorum tutelæ ac fidei et vitam suam et victoriam crediderunt. Quod etiam gentibus familiare fuit, qui secum et viæ socios, et pugnæ duces, et auxiliatores habuêre tutelares deos. De viâ docet Servius ad illud Virg. 6 Æneid. :

Errantesque deos, agitataque numina Trojæ.

De castris, reque bellicâ dixit ex gentium consuetudine idem l. 8, ubi in pugnâ Actiacâ Ægyptios deos cum Romanis componit :

Omnigenumque deûm monstra, et latrator Anubis,
Contra Neptunum, Venerem, contraque Minervam
Tela tenent.

Sic ergo Palæstini contra verum Deum, quem coluerunt Hebræi, patrios deos opponunt, quasi ab illis foret concedenda victoria. Sed sicut alibi victi dicuntur Melchon et Chamos, Nabo et Merodach, gentilium dii, et cum suis cultoribus abducti captivi, sic etiam nunc Palæstinorum sculptilia, quæ lib. 1 Paral. cap. 14, vocantur idola, quæ sublata fuerunt à David et sociis, non ut illis honores impenderentur divini, sed ut incendio tradita redigerentur in cineres. Sic enim ibi : *Dereliquerunt ibi* (Palæstini) *deos suos, quos David jussit exuri.* Sic enim præceptum erat, Deut. 7, v. 25 : *Sculptilia eorum igne combures; non concupisces argentum et aurum de quibus facta sunt; neque assumes ex eis tibi quidquam, ne offendas, propterea quia abominatio est Domini Dei tui. Nec inferas quidquam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut et illud est.*

Vers. 22. — Et addiderunt adhuc Philisthiim, ut ascenderent. Quantùm inter hæc duo prælia intercesserit temporis, non habemus ex Scripturâ sacrâ; non verò diù cessatum à bellis et ipse suadet dicendi modus, et temporis ac necessitatis articulus. Id enim agebant Palæstini, ut Davidem opprimerent, antequàm se et regni sui viribus et vicinorum fœdere confirmaret. Quare, ut ait Josephus lib. 7, cap. 4, externarum gentium quàm maximas possunt, copias advocant, et eodem quo antea loco castrametantur. David verò cùm Deum haberet ducem et auspicem, illo inconsulto nil tentare voluit. Qui respondit, non statim impressionem faciendam in hostes, sed expectandum signum, quod ipse ad pugnam opportuno tempore daturus esset.

Vers. 23. — Non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum, et venies ad eos ex adverso pyrorum. Docet bonus imperator, qui non semper (cùm nunquàm non possit victoriam miraculosè concedere) aut naturæ ordinem et modum, aut prudentem rei administrandæ rationem omittit, quo modo essent inimicorum invadenda castra. Et primùm jubet, ne rectà irrumpat in adversos hostes, sed capto circuitu ab illorum tergo, donec tandem veniat consistatque è regione pyrorum; ibique expectet, donec ipse signum edat certum incundi prælii. De quo signo statim. Ubi Vulgatus *pyrorum*, hebraicè est, בכאים *bechaim*. Quod alii aliter vertunt. Recentiores *moros*, ut Pagninus, Tigurina, atque hispanica translatio. Noster interpres et Aquila, *pyros*. Septua-

ginta *plorationem*, seu *fletum*. Alii juxta hanc explicationem, in *fletu* idola intelligunt, ut ex traditione Hebræorum notavit Hieronymus, et sequuntur, saltem non improbant Angelomus et Magister Histor. schol., quia idola, quæ secum præsidii gratiâ tulerunt Palæstini, causa fuerunt illius plagæ quam ab Hebræis acceperunt secundò. Et ut Hieronymus refert ex sententiâ Hebræorum, ideò jussus est David in eam castrorum partem irrumpere, ubi essent planctus, seu idola, quasi in totis castris nihil esset expugnatu facilius; imò per illam partem, utpote munitam minùs, aditum apertum esse ad facilem illustremque victoriam.

Vers. 24. — Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium (1). Hoc signum erat, quod expectare jussit summus imperator, ut cùm primùm sonitum audiret auræ tenuis, cùm tamen nullus tunc perflaret ventus, et arborum cacumina moveri, intelligeret, tunc adesse Deum adjutorem, cujus manu inferenda esset hostibus plaga gravis, et illorum sternendæ atque fugandæ acies. Ita Theodoretus, et Josephus, et alii plures, qui docent sonitum illum in summo ventorum silentio et otio, signum esse advenientis Dei et præcedentis ad pugnam; imò, ut opinor, jam pugnantis, aut cohortis angelicæ è cœlesti militiâ. Sic autem occulto illo impetu hostis invisi et ignotæ virtutis ereptus est Palæstinis animus, et fractæ vires, ut neque primum Davidis impetum sustinere potuerint.

Vers. 25. — Fecit itaque David, sicut præceperat ei Dominus. Expectavit David, donec summæ pyrorum frondes nullo perflante vento spontè agitarentur, et quasi Palæstini à cœlesti virtute constricti forent et exanimati, ingenti plagâ percussi sunt, et in fugam conversi; neque cessatum est à cæde, donec à Gabaâ, ubi exordium factum est pugnæ, ad Gezer usque ventum est, ad fines videlicet Palæstinæ. Dicit autem Josephus, in secundo hoc prælio allatos etiam à Palæstinis patrios et tutelares deos, quod omninò juxta Septuaginta translationem dicendum est. Quod si ita est, igni sine dubio traditi sunt.

A Gabaa ad Gezer (1) usque dicitur David

(1) Vide hìc mirum Dei à Davide invocati in prælio auxilium et præsidium : voluit enim Deus pro suo Davide pugnans, ut Philisthæi concluderentur hinc pyretis, inde exercitu Davidis, ut ipsi strepitu angelorum, quem ipsi quasi armati progredientes ex adverso Philisthæorum edebant, in pyrorum arboribus, quasi validâ hostium manu eos invadente perculsi diffugerent, et in Davidis manus incederent, ibique partim ab eo, partim ab angelis Davidis tutelaribus cæderentur. Ita Abul. et alii. Sed cur Deus signum hoc dedit in sonitu pyrorum, potiùs quàm amygdalorum, cerasorum, ficuum? etc. — Resp. primò, quia juxta Jerusalem in valle Raphaim erat copia pyrorum, adeò ut pyretum hoc dictum sit *vallis Pyri*, teste Adrichom. in Descript. Jerusalem, n. 238. Ita Lyran. Secundò, quia pyri celsiores sunt ficubus, cerasis, amygdalis, etc., unde magis conveniebant angelis, qui ex celsis cœlis in pyros descendebant, ut excelsum et cœlestem strepitum in pyris excitarent, quo Philisthæi percellerentur, cogitantes angelos è cœlis contra se pugnare. Tertiò, quia pyrus est mascula, et masculi saporis, ita ut pomus femina esse videatur; unde repræsentat eos qui masculo sunt animo et virtute, quales sunt angeli et apostoli. Quartò, quia *pyrus* dicta est quasi *pyra*, eò quòd flammæ similitudinem reddit è lato in acutum tendens, ait Sipontinus. Sic flammei sunt angeli et apostoli, juxta illud : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis*, psalm. 103, 4, Hebr. 1. Quintò, in pyris est proprietas vini, ait Plinius lib. 14, 14, præsertim in falernis ita dictis à potu, quoniam tanta vis succi abundat. Sic apostoli, recepto Spiritu sancto, videbantur musto pleni, Actor. 2, æquè ac angeli. Sextò, pyra sunt densa, ideòque ponderosa, adeò ut nonnulla dicantur libralia. Ad hæc, pyrorum multæ sunt species. Denique *serotina ad hiemem usque ad martem pendent gelu maturescentia, graca, ampullacea, laurea*, ait Plinius; sic graves, varii et perdurantes, imò æterni sunt angeli.

Simili modo angeli, ex alto pugnârunt contra Pharaonem pro Moyse, Exodi 14, v. 24, et contra Chananæos pro Josue, c. 10, 14, et pro Barac contra Sisaram, Judic. 5, 20, et pro Judâ Machabæo contra Lysiam, 2 Machab. 11, 8.

Tropol. Angelom. : « Per sonitum gradientis « in cacumine pyrorum, inquit, adventum « Domini significat super celsitudinem pro- « phetarum et apostolorum, virtute divinitatis « suæ supergradientem, sicut in Canticis can- « ticorum scriptum est cap. 2 : *Ecce iste ve- « niet saliens in montibus, transiliens colles*. Py- « rorum autem cacumina arborum significant « summitates. Quid per arbores nisi sublimes « partes intelliguntur? in quorum cacuminibus « dùm sonitus auditur, id est, dùm in subli- « mitate vitæ sonus, flante Spiritu sancto, « prædicationis intonuit, David noster virtute « suæ divinitatis, quâ celsitudinem sanctorum « transcendit, Philisthæos, id est, immundos « spiritus superavit. » (Corn. à Lap.)

(1) Eadem est facilè Gabaa, ubi Saül morabatur; et Gezer, vel Gazer, seu Gadera, vel Geder, urbs tribûs Ephraimi, ditioni Philisthæorum proxima. Quî verò fieri potuit, ut David insecutus sit Philisthæos à Gabaâ usque Gezer, cùm Gabaa remotissima esset à valle Raphaim, et à loco *Bochim* appellato, ubi hostes fudit, fugavitque? Sunt qui *Gabaa* positum credant pro edito loco. Fugientes cæcidit à vertice *Bochim* usque Gezer. Maluerim ego,

Philisthinorum fugam persecutus; libro tamen 1 Par. c. 14, pro *Gabaa*, legimus *Gabaon*, quod aut errore accidit scriptariorum, propter litterarum similitudinem, ut putat Abulensis, q. 19, aut potiùs, ut sentit idem eodem loco, hæc nomina sunt duarum civitatum in tribu Benjamin adeò proximè, ut non magis ab unâ quàm ab alterâ dici potuerit cœpta Palæstinorum fuga. Aut certè ager, ubi commissa est pugna, aut communis erat utrique, aut certè æqualiter distabat ab utrâque; quare non magis ad hanc quàm ad illam pertinuit vel fuga, vel clades Palæstinorum.

Ad finem c. 14 Paral. additur : *Divulgatum-*

Davidem victoriâ usum expulisse Philisthæos ab omnibus quæ occupabant locis à Gabaâ usque Gezer; id est, eripuisse illis urbes, quas post mortem Saülis invaserant, atque intra veteres limites redegisse. Vel potiùs, cùm Philisthæos cæcidisset in Bochim, loco Jerosolymæ proximo, fugientibus illis ex parte Gabaæ, Davidem institisse à Gabaa usque Gezer. Jerosolymâ ad Gabaam via est duarum leucarum, et Gabaa à Gezer leucis quatuor circiter abest. In 1 Paralip. 14, 16, pro Gabaâ legitur Gabaon. Non multo invicem intervallo distabant. Si hanc lectionem sequaris, penitùs evertis sententiam, quæ *Gabaa* pro loco edito explicat. (Calmet.)

que est nomen David in universis regionibus; et Dominus dedit pavorem ejus super omnes gentes. Duplex ista victoria sine ullo fermè labore cum tantâ fortissimorum hostium strage comparata, magnum Davidi conciliavit nomen, et ingentem nationibus aliis pavorem incussit; qui tamen à Deo præcipuè immissus est, à quo fuit divinitùs concessa victoria; quique solet, dùm suorum studiis ac saluti consulit, cor aliis indere muliebre, et paventes spiritus. Sic fecit Dominus cum populo suo, quando illum in promissam terram primùm induxit. Deut. 2, v. 25 : *Hodiè incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cœlo, ut audito nomine tuo paveant, et in morem parturientium contremiscant, et dolore teneantur.* Hunc pavorem immisit Chananæis, ne quid auderent contra Jacob, cùm rediret ex Mesopotamiâ; Gen. 35, v. 5 : *Cùmque profecti essent* (Jacob, et tota ejus familia), *terror Dei invasit omnes per circuitum civitates, et non sunt ausi persequi recedentes.* Hinc factum est, ut nullus deinceps ausus fuerit bello lacessere Davidem, et multi illius societatem et amicitias expetierint.

CAPUT VI.

1. Congregavit autem rursùm David omnes electos ex Israel triginta millia.

2. Surrexitque David, et abiit, et universus populus qui erat cum eo de viris Juda, ut adducerent arcam Dei super quam invocatum est nomen Domini exercituum, sedentis in cherubim super eam.

3. Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum novum, tuleruntque eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa; Oza autem et Ahio, filii Abinadab, minabant plaustrum novum.

4. Cùmque tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa custodiens arcam Dei, Ahio præcedebat arcam.

5. David autem et omnis Israel ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, et citharis et lyris et tympanis et sistris et cymbalis.

6. Postquàm autem venerunt ad aream Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei et tenuit eam, quoniam calcitrabant boves et declinaverunt eam.

CHAPITRE VI.

1. David assembla encore toute l'élite d'Israël, au nombre de trente mille hommes.

2. Il s'en alla *ensuite à Cariath-Iarim*, accompagné de tout le peuple de la tribu de Juda qui se trouva avec lui, pour chercher l'arche de Dieu, qui porte le nom du Seigneur des armées, et au-dessus de laquelle il est assis sur les chérubins.

3. Ils mirent l'arche de Dieu sur un chariot tout neuf, *pour la transporter avec plus de dignité*, et *ils* l'emmenèrent de la maison d'Abinadab, habitant de Gabaa. Oza et Ahio, fils d'Abinadab, conduisaient ce chariot tout neuf.

4. Et l'arche ayant été tirée de la maison d'Abinadab, qui la gardait à Gabaa, *Oza marchait à côté de l'arche, et* Ahio *son frère* la conduisait en marchant devant.

5. Cependant David et tout Israël jouaient devant le Seigneur de toutes sortes d'instruments de musique, de la harpe, de la lyre, du tambour, du sistre, de la timbale *et des trompettes.*

6. Mais lorsqu'on fut arrivé près de l'aire de Nachon, Oza porta la main à l'arche de Dieu, et la retint, parce que les bœufs regimbaient et l'avaient fait pencher.

7. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, et percussit eum super temeritate; qui mortuus est ibi juxta arcam Dei.

8. Contristatus est autem David eò quòd percussisset Dominus Ozam; et vocatum est nomen loci illius Percussio Ozæ, usque in diem hanc.

9. Et extimuit David Dominum in die illâ, dicens : Quomodò ingredietur ad me arca Domini?

10. Et noluit divertere ad se arcam Domini in Civitatem David, sed divertit eam in domum Obededom Gethæi.

11. Et habitavit arca Domini in domo Obededom Gethæi tribus mensibus; et benedixit Dominus Obededom et omnem domum ejus.

12. Nuntiatumque est regi David quòd benedixisset Dominus Obededom et omnia ejus propter arcam Dei. Abiit ergo David, et adduxit arcam Dei de domo Obededom in Civitatem David cum gaudio. Et erant cum David septem chori et victima vituli.

13. Cùmque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immolabat bovem et arietem.

14. Et David saltabat totis viribus ante Dominum : porrò David erat accinctus ephod lineo.

15. Et David et omnis domus Israel ducebant arcam testamenti Domini in jubilo et in clangore buccinæ.

16. Cùmque intrâsset arca Domini Civitatem David, Michol, filia Saül, prospiciens per fenestram vidit regem David subsilientem atque saltantem coram Domino et despexit eum in corde suo.

17. Et introduxerunt arcam Domini, et imposuerunt eam in loco suo, in medio tabernaculi quod tenderat ei David; et obtulit David holocausta et pacifica coram Domino.

18. Cùmque complêsset offerens holo-

7. En même temps la colère du Seigneur s'alluma contre Oza, et il le frappa à cause de sa témérité; et Oza tomba mort sur la place, à côté de l'arche de Dieu.

8. David fut affligé de ce que le Seigneur avait frappé Oza; et ce lieu a été appelé le Châtiment d'Oza, jusqu'à ce jour.

9. Alors David eut une grande crainte du Seigneur, et il dit : Comment l'arche du Seigneur viendra-t-elle chez moi?

10. Et il ne voulut pas que l'on amenât l'arche du Seigneur chez lui en la Ville-de-David; mais il la fit entrer dans la maison d'Obédédom, *lévite originaire* de Geth.

11. L'arche du Seigneur demeura donc trois mois dans la maison d'Obédédom de Geth; et le Seigneur bénit Obédédom et toute sa maison *et tout ce qui lui appartenait.*

12. On vint dire ensuite au roi David que le Seigneur avait béni Obédédom et tout ce qui lui appartenait à cause de l'arche de Dieu. David s'en alla donc en la maison d'Obédédom; et il en amena l'arche de Dieu en la Ville-de-David avec allégresse. Auprès de David étaient sept chœurs de danses et un veau pour servir de victime.

13. Et lorsque ceux qui portaient l'arche avaient fait six pas, il immolait un bœuf et un bélier.

14. David, revêtu d'un *simple* éphod de lin, dansait devant l'arche de toute sa force;

15. Et, étant accompagné de toute la maison d'Israël, il conduisait l'arche de l'alliance du Seigneur avec des cris de joie, au son des trompettes.

16. Lorsque l'arche du Seigneur fut entrée dans la Ville-de-David, Michol, fille de Saül, regardant par une fenêtre, vit le roi David, qui sautait et dansait devant le Seigneur, et elle en conçut du mépris.

17. *Les lévites* étant donc entrés dans la tente que David avait fait dresser, ils posèrent l'arche du Seigneur au milieu, en la place qui lui avait été destinée, et David offrit des holocaustes et des sacrifices d'action de grâces devant l'arche du Seigneur.

18. Lorsqu'il eut achevé d'offrir les holo-

causta et pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum,

19. Et partitus est universæ multitudini Israel, tam viro quàm mulieri, singulis collyridam panis unam et assaturam bubulæ carnis unam et similam frixam oleo. Et abiit omnis populus, unusquisque in domum suam;

20. Reversusque est David ut benediceret domui suæ. Et egressa Michol filia Saül in occursum David ait: Quàm gloriosus fuit hodiè rex Israel, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, et nudatus est quasi si nudetur unus de scurris!

21. Dixitque David ad Michol: Ante Dominum, qui elegit me potiùs quàm patrem tuum et quàm omnem domum ejus, et præcepit mihi ut essem dux super populum Domini in Israel,

22. Et ludam, et vilior fiam plus quàm factus sum; et ero humilis in oculis meis, et cum ancillis de quibus locuta es, gloriosior apparebo.

23. Igitur Michol filiæ Saül non est natus filius usque in diem mortis suæ.

caustes et les sacrifices d'action de grâces, il bénit le peuple au nom du Seigneur des armées,

19. Et il distribua à toute la multitude d'Israël, tant aux hommes qu'aux femmes, à chacun un pain en façon de gâteau, un morceau de bœuf rôti, et un tourteau de farine cuite avec de l'huile; et chacun s'en retourna chez soi.

20. David se retira de même pour bénir *aussi* sa maison. Et Michol, fille de Saül, étant venue au-devant de David, lui dit: Que le roi d'Israël a eu de gloire aujourd'hui en se dépouillant devant les servantes de ses sujets et paraissant nu comme ferait un bouffon!

21. David répondit à Michol: Oui, *je me suis dépouillé* devant le Seigneur, qui m'a choisi plutôt que votre père et que toute sa maison, et qui m'a commandé d'être le chef de son peuple dans Israël;

22. Je danserai *devant le Seigneur*, et je paraîtrai vil encore plus que je n'ai paru; je serai méprisable à mes propres yeux, et par là j'aurai plus de gloire devant les servantes dont vous parlez.

23. C'est pour cette raison que Michol, fille de Saül, n'eut point d'enfants de David jusqu'à sa mort.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Congregavit autem rursum David omnes electos, etc. (1). Cùm nullum jam ab hoste vicino immineret aut periculum, aut periculi metus, advocavit David optimum quemque ex toto Israel, ut iniret, quando jam esset rebus Israeliticis inducta pax, aliquod de

(1) Reddi posset Hebræus: *Congregavit rursùm David omnes juvenes* (vel milites).

Triginta millia. Codices quidam Septuaginta, inter quos Romana editio, legunt Ἑβδομήκοντα χιλιάδας, *septuaginta millia*. Sed pro triginta millibus legendum esse trecenta millia, censent Grotius et Capellius; nec sanè ex triginta solum millibus conflari poterat universus totius populi cœtus, peculiari jussu collectus à Nilo vel Sihor usque ad introitum Emath, cùm ampliùs quadringenta millia aliquot ante annis convenissent Hebronem, ut supremum Davidi imperium decernerent. His conjecturis vis esset persuadendi validior, si textûs alicujus auctoritas accederet.

(Calmet.)

David assembla encore tous les hommes choisis d'Israël pour amener l'arche de Dieu. Aussitôt que ce prince est maître de Jérusalem, et qu'il est paisible dans tout son royaume, il ne pense qu'à faire voir sa piété envers Dieu. Il donne tous ses soins à ce qu'il y avait alors de plus saint dans le monde, et il désire que l'arche où Dieu repose soit dans un lieu qui soit digne d'elle. Néanmoins, dans une affaire de cette importance, il ne défère pas aux seuls mouvements de sa piété, comme s'il appréhendait de se laisser aller à un zèle moins discret, mais il tient sur ce sujet une grande assemblée, selon ce qui est rapporté en ces termes au livre des Paralipomènes: « David tint conseil avec les « tribuns, les centeniers et tous les princi- « paux de son royaume; et il dit devant cette « assemblée: Si vous êtes de cet avis, et si ce « que je vous propose vient du Seigneur no- « tre Dieu, envoyons à nos autres frères dans « tout le pays d'Israël, et aux prêtres et aux « lévites qui demeurent dans les faubourgs « des villes, afin qu'ils s'assemblent avec nous, « et que nous amenions à Jérusalem l'arche du « Seigneur, parce que nous ne nous sommes « point assez mis en peine de l'honorer pen- « dant le règne de Saül. » Et l'Ecriture ajoute que cette proposition fut agréée de tout le peuple. David était roi, il était prophète, et néanmoins dans une chose de grande importance, il ne s'arrête pas à son seul avis, mais il a recours à celui des autres. Ceci nous fait voir

religione consilium. Quod autem illud fuerit, habemus l. 1 Paral. c. 13. Refert primùm ad principes Israel, sive in rebus bellicis, sive pacificis et urbanis præessent, ut si id existimarent è religione futurum reque publicâ, id apud se statuant, secumque deliberent, consulto tamen priùs Deo, cujus in omnibus voluntas præferenda est, et consilium primo statuendum loco. Id enim valet illud : *Si placet vobis, et à Domino Deo nostro egreditur sermo, quem loquor*. Quasi dicat, si vobis et Deo placet, aut si judicatis hanc meam cogitationem esse à Deo, aut (dummodò id nobis consultus Dominus edicat); si vobis, inquit, ac Deo placet, accersamus undecùmque locorum sacerdotes et Levitas, ut opus sacrum sacratis peragatur manibus, ac tandem ad honestiorem locum reducamus arcam Domini, quæ jamdiù quasi extorris à suâ sede et peregrina vagatur. Quod Saül suo tempore perficere non potuit, cùm illud haberet assiduis bellis et variis rerum incommodis impeditum. Cùm autem in illud Davidis votum summa foret totius populi conspiratio, et ipse cum solemni omnium ordinum frequentiâ ac festivo plausu cuperet arcam ad stabile domicilium traduci, ab extremis Israeliticæ terræ finibus evocavit Israelem; ab Emath videlicet, quæ ab aquilonari, et à Sihor Ægypti, quæ à meridionali regione promissionis terram universam definiunt. Est autem *Sihor*, quæ alio nomine vocatur *rivus Ægypti, fluvius deserti, Rhinocolura*, aut, ut alii volunt, *Rhinocosura*. Hæc ex lib. 1 Paral. cap. 13.

Cùm ergo Davidis omnes cogitationem et studium probarent, amplecterenturque consilium, ad illius diei et festi celebritatem congregata fuerunt triginta hominum millia ex præcipuâ nobilitate, aut qui inter alios aliquid haberent eximium, quibus accessère ex tribu Juda frequentes alii, ut reducerent arcam, ad quam auxilii atque consilii gratiâ frequens erat populi concursus, ubi Dei nomen implorabatur ab orantibus, et ubi præcipuo quodam modo super duo Cherubim, qui extabant super arcam, suum sibi solium paraverat Deus. Quo modo et quâ formâ expressi fuerint Cherubim habes Exod. c. 26, v. 18. Tanta verò convenit, præter illa electorum triginta millia, promiscui populi multitudo, ut ad ducenta et viginti quatuor millia virorum pervenerit, ut ex l. 1 Paral. c. 13, probat Abulensis, q. 1, quem ego locum non invenio. Non dubito, convenisse multos supra triginta millia, quia digna videbatur illa celebritas, quam alii non invitati frequentes obirent; at illam tantam multitudinem non video unde colligere potuerit Abulensis.

Porrò, antequàm David de reducendâ arcâ optimatum concilium coegisset, jam domi suæ quam proximè ex materiâ cedrinâ construxerat, locum etiam ad collocandam arcam adornârat, ut habes 1 Paral. c. 15, v. 1 : *Fecit quoque sibi domos in civitate David, et ædificavit locum arcæ Dei, tetenditque ei tabernaculum*. Cur ibi locare maluerit arcam, quàm in Gabaon cùm ibi eo tempore tabernaculum esset à Moyse compactum, eam rationem reddit Abulensis, quia jam ante statuerat ædificare templum in Jerusalem, ubi religiosè et pro dignitate servaretur, et ne cogeretur toties in alium atque alium locum illam traducere; ex arce autem Sion, seu civitate David facilè poterat ad templum transferri; et quia transmissio brevis fieri cum majore dignitate poterat. Ratio probabilis; sed fortassè id potiùs intuebatur David, ut civitatem illam, quam Israelitici imperii caput esse volebat, illo pretioso nobilitaret ornamento, et stabili propugnaculo muniret (1).

Vers. 3. — Et imposuerunt arcam Dei su-

que les plus grands et les plus éclairés d'entre les pasteurs ne doivent pas dédaigner dans les affaires qui regardent Dieu, de prendre conseil de ceux qui sont au-dessous d'eux, puisque les évêques et les docteurs de l'Eglise les plus célèbres ont autorisé autrefois par leur exemple une conduite si sainte. (Sacy.)

(1) Vers. 2. — Surrexit David... Et populus qui erat cum eo de viris Juda, ut adducerent arcam Dei. Reddi posset Hebræus : *Surrexit David et omnes principes Juda, ut adducerent arcam*. Sed et unde et quò venerunt? Cur silentur hìc nomina cæterarum tribuum, quas tamen pompæ huic adfuisse ex Paralipomenis discimus? Reponimus, Hebræum *Baalim Juda*, quod redditum est, *viri Juda*, vel *principes Juda*, significare urbem *Cariathiarim*, quæ pariter alicubi appellatur *Cariathbaal*, vel tantùm *Baala*. Quare vertendum est : *David surrexit cum populo, qui erat cum eo, è Cariath-Baalim*, vel ex urbe Baalim, *sitâ in tribu Juda, ut adducerent arcam Dei*. Arcam è Cariathiarim vel Cariath-Baalim, quò populus convenerat, transtulerunt Jerosolymam. In hâc expositione nihil est arduum : cui etiam accedit ex 1 Paralipom. 13, 6, confirmatio; ibi enim legimus, Davidem in Cariathiarim Juda profectum esse, ut arcam transferret Jerosolymam.

Super quam invocatum est nomen Domini, quæ appellatur arca Domini. Ita scribit Isaias 4, 1 : *Invocetur nomen tuum super nos*, pro: *Uxores tuæ simus*. Et Ecclesiasticus 36, 14: *Israel, super quem invocatum est nomen tuum*, qui populi tui nomine distinguitur. Jacob de Ephraimo et Manasse, quos adoptabat, agens : *Invocetur*, ait, *super eos nomen meum* : referantur in censum filiorum Jacobi. Hebræus ad

PER PLAUSTRUM NOVUM (1). Non legimus cujus consilio, vel imperio pro vectatione arcæ *novum* fuerit *plaustrum* ædificatum. Id scimus, quòd novum fuerit, neque usu unquàm attritum alieno, ortum ex pietate. Cur *plaustrum novum*, aut res denique novæ divinam deceant majestatem, diximus ad similem locum supra, lib. 1, c. 6, v. 7. Illud porrò consilium non tam videtur fuisse Davidis aut profanæ plebis quàm sacerdotalis et Leviticæ, cujus eâ de re debuit esse judicium, ut David ipse videtur significâsse 1 Paralip. 15, v. 12. Tantùm igitur curavit David, ut reduceretur arca cum religiosâ celebritate et festivo plausu. Modus autem religiosæ vectationis à Levitici generis hominibus inventus est, qui sanè aut ignorâsse videntur legem, aut certè, quid illa præscriberet, non curâsse.

litteram : *Super quam invocatum est nomen, nomen Domini*, nomen augustum et venerabile. (Calmet.)

UT ADDUCERENT ARCAM DEI, ex Gabaâ in Sion, tum ut David haberet arcam apud se, et coram eâ Deum religiosè coleret et invocaret, tum ut magis honoraretur arca et Deus in eâ, utpote in urbe regiâ, tum ut evaderet maximas calamitates, quas Deus Israeli immiserat ob neglectè habitam arcam in Gabaâ, ait Josephus, licet id neget Abulens.

SUPER QUAM INVOCATUM EST NOMEN DOMINI EXERCITUUM. Est Hebraismus, q. d. : Quæ vocatur arca Domini, qui dicebatur sedere super alas Cherubim, sive super propitiatorium, ita ut haberet arcam pro scabello pedum suorum, quia inde angelus in assumpto corpore de nube pro Deo dabat oracula et responsa. Ita Abul. Vatabl. et alii. (Corn. à Lap.)

(1) Deus jussit arcam sacerdotum humeris deferri; ita enim in lege præceperat. Levissimum in eâ religione peccatum Ozæ morte expiatum est; quo cadente, totius pompæ gaudium turbatum est ac retardatum. Cavit David ne quid tale in se induceret; cùm enim arcam è domo Obededom in domum suam transferre decrevisset, sacerdotibus imperavit : *Sanctificamini, et afferte arcam Domini Dei Israel ad locum qui ei præparatus est; ne,* inquit, *ut à principio, quia non eratis præsentes, percussit nos Dominus, sic et nunc fiat,* si quid agamus quod fieri non liceat. (Calmet.)

ET IMPOSUERUNT ARCAM DEI SUPER PLAUSTRUM NOVUM. Fuit error Davidis ex ignorantiâ, vel potiùs Levitarum peccatum, quia arca non debebat vehi plaustro, sed portari humeris sacerdotum vel Levitarum, ut patet Numer. 4, 15 et seq.

TULERUNTQUE EAM DE DOMO ABINADAB, QUI ERAT IN GABAA. *Gabaa* erat locus vel collis in urbe Cariathiarim; ibi enim erat domus Abinadab et arca, ut patet 1 Reg. 7, 1.

MINABANT, agebant, ducebant, PLAUSTRUM, Oza et Ahio fratres, quòd Abinadab pater eorum jam erat mortuus, ut ex hoc loco colligitur. (Corn. à Lap.)

OZA AUTEM ET AHIO, FILII ABINADAB, MINABANT PLAUSTRUM. An hoc tempore in vivis fuerit Abinadab, incertum; verisimile est, jam decessisse; alioqui non videbatur recessurus ab arcâ, cujus tamdiù fuerat assiduus ac fidelis custos; neque omisso patre, filiorum tantùm in eâ religiosâ pompâ, sacra meminisset historia. Filii igitur Abinadab, sive ipsi suo quasi jure assumpserint, sive ab aliis acceperint arcæ in ipsâ etiam traductione custodiam, aderant plaustro proximè, quasi rectores et aurigæ. Præcedebat arcam Ahio, qui pro patre, ut est verisimile, jam defuncto, custodiendæ atque curandæ arcæ præerat; illam sequebatur, aut illi aderat proximè frater illius Oza, ne quid accideret arcæ, quod deceret minùs.

VERS. 4. — CUMQUE TULISSENT EAM DE DOMO ABINADAB, QUI ERAT IN GABAA. Certum est, arcam fuisse ante repositam in Cariathiarim. Cur verò dicatur ex Gabaâ translata, aut etiam ibi ante reposita, docuimus, l. 1, c. 7, v. 1, neque hic aliquid occurrit necessarium, quod addamus.

VERS. 5. — DAVID AUTEM ET OMNIS ISRAEL LUDEBAT CORAM DOMINO IN OMNIBUS LIGNIS FABREFACTIS (1). Sic procedebat sacra illa, festiva et quasi genialis pompa. Duo fratres aderant omnium proximi, quasi rectores plaustri et arcæ custodes. David autem et reliqui ex Israele toto, qui diem illum et pompam obierunt, bonestâruntque, hinc inde cum festivo plausu et canoro jubilo triumphalem in modum festum celebrabant; alii canendo tum alia ad hilarem illam traductionem opportuna, tum, ut credo, maximè Psalmum 104 : *Confitemini Domino, et*

(1) Hebræus ad litteram : *In omnibus lignis abietum;* ex abiete enim fortè musica instrumenta parabantur.

CITHARIS. Hebræus : כנרות, *Cinneroth*, quo nomine venire creduntur lyræ veterum à nostris citharis planè alienæ. Fusiùs de his agemus in commentario in Psalmos.

LYRIS. Hebræus : *Nablis*. Septuag. Νάβλαις.

TYMPANIS, vel cymbalis, vel ejusmodi instrumentis, quæ Galli appellant *tambours de basques*.

SISTRIS. Hebræum, *Menahanihim*, ducitur ex *Nuba*, quod est movere, agitare, innuitque facilè tympani genus, quod plurimâ agitatione pulsabatur. Septuaginta : Κύμβαλοις, *cymbalis*. Aquila et Symmachus : *Sistra*.

CYMBALIS. Hebræus : *Zelzelim*. Septuaginta : Ἐν αὐλοῖς, *in tibiis*. Agitur hic potiùs de sistro, instrumento Ægyptiis familiarissimo. Persæ fictilibus cymbalis in figurâ textei vasis majoris, quales ad butyrum adhibemus, utuntur. Itin. Mosch. tom. 1, pag. 381. Tubas non alias agnoscunt nisi æneas, octo pedibus longas, et ultra duorum pedum diametro, quo loco minùs patent, hiantes. (Calmet.)

invocate, de quo 1 Paral. c. 16, aut Psalmum 23 : *Domini est terra*, aut 46 : *Omnes gentes, plaudite*, ut putat Jansenius. *Ligna fabrefacta*, instrumenta sunt musica ex ligno compacta, qualia sunt aliqua, quæ statim explicationis, ut reor, gratiâ subjiciuntur, et alia similia. Neque tamen defuerunt ex ære multiplici formâ, quorum aliqua hìc et l. 1 Par. c. 14, v. 8. Fuisse autem canticorum instrumenta plurima, ex eo quisque colliget, quòd alia diversa numerantur loco citato nuper ex Paral. et iterùm c. 15, à v. 16. Quâ porrò figurâ fuerint hæc organa sonantia, quo pulsata aut inflata modo, quos ediderint harmonicos sonos, neque explicare possumus, nisi conjectando, neque id nôsse magnum habet operæ pretium. Hìc verò non puto saltâsse David, sicut fecit, cùm post trimestre spatium rursùs è domo Obededom in suam, id est, regiam civitatem traduxit. Neque id ignorâsset aut tacuisset Michol, aut sacra siluisset historia, sicuti non tacuit, cùm secundò ad idem opus se et totum populum accinxit David. Non ita saltavit hoc die, sed tantùm pulsavit cytharam, cantavit quantâ potuit contentione ac studio, cùm utriusque facultatis esset scientissimus.

Vers. 6. — (1) Extendit Oza (2) manum ad arcam Dei, et tenuit eam, quoniam calcitrabant boves, et declinaverunt eam (1). Cùm jam aliquid spatii triumphalis ille progressus confecisset, quod non videtur fuisse parvum, ac ventum esset ad aream Nachon, qui binomius fuisse videtur, cùm lib. 1 Paralip. c. 13, v. 9, appelletur *Chidon*, calcitrare cœperunt boves, aut lascivire, ut legimus loco proximo Paralip. Utrumque certè accidit, aut quia lasciviente altero, calcitrabat alter, et hoc videtur certius, quia 1 Paral. 13, v. 9, alter bos lascivire dicitur : *Bos quippe lasciviens paululùm inclinaverat eam*. Et sanè per synecdochen, cùm aliqui è certo numero aliquid faciunt, opus illud toti tribuitur multitudini. Quo modo latrones duo in Christum dicuntur fuisse blasphemi, cùm tamen illorum alter tantùm blasphemaverit. Aut certè lasciviens uterque

(1) Postquam venerunt ad aream Nachon. Nachon ex Vulgatâ et Septuaginta pro certo nomine viri, ad quem area spectabat, accipiendum est ; sed Hebræus alium sensum commodè admittit : *Ad aream præparatam*. Chaldæus : *Ad locum paratum*, propè locum ubi arca constituenda erat. Constat utique, Obededom domicilium Jerosolymis habuisse, proximum civitati Davidis, vel Sioni ; ipsiusque in domo collocatam fuisse arcam statim post mortem Ozæ, pompâ ulteriùs non procedente, hìc legimus. Reddunt alii : *Area amissionis*, vel mortis Ozæ.

Quoniam calcitrabant boves. Genuina significatio vocis originalis ignoratur. Censuit Bochardus, eos boves luto inhæsisse. Sed Hebræus reddi etiam posset : *Boves deserebant illam*, ut laberetur. Fortè plaustrum in alterum latus inclinârunt.

Confer 1 Par. 13, 9 : *Bos quippè lasciviens*, et 1 Reg. 6, 7 : *Vaccas fœtas*. Amant Hebræi boves curribus suis jungere, quod et de Mogolio et Indis scribunt itineraria ; tum et addunt in usum equitandi ibidem boves impendi. Mandorius tom. 2, pag. 197.

(Calmet.)

Venerunt ad aream Nachon. Ita Hebr., Aquila, Angelom. et alii, licet Septuag. Romæ correcti habeant *Machor*.

(2) Oza non erat sacerdos, ut vult Angelom. et Glossa, sed Levita, ut docet S. Hieron. Epist. ad Sabinianum, S. Gregor. 5 Moral. c. 10, Auctor Mirabilium S. Scripturæ lib. 2, cap. 12, Joseph., Serarius et alii, idque satis liquet ex 1 Paral. 26, 15. Quare mirum est D. Soto in 4, dist. 13, q. 3, cui favet Sanchez, asserere Ozam non fuisse Levitam, sed laicum.

(1) Septuag. : *Circumflectebat eam vitulus*. Chald. : *Propulerant eam boves*. Vatabl. : *Declinabant eam*. R. Kimchi ex R. Jonâ, censet boves ob sanctimoniam arcæ viribus destitutos cœpisse deficere et fatiscere, ut membra et juncturæ eorum viderentur luxari, dissolvi et dividi, eò quòd non boves, sed Levitæ deberent humeris suis gestare arcam. Verùm 1 Paral. 3, 9, alia causa datur, cùm dicitur : *Bos quippe lasciviens paululùm, inclinaverat eam*.

(Corn. à Lap.)

Allegor. hinc disce quantâ puritate et reverentiâ accedendum sit ad S. Eucharistiam, in quâ non est manna terrestre, quod erat in arcâ, sed cœleste et divinum, imò ipse Christus Deus et homo. Audi S. Pacian. in Paræneses. : « Vos appello qui criminibus admissis pœnitentiam recusatis, vos, inquam, post impudentiam timidos, post peccata verecundos, qui cum malâ conscientiâ Dei sancta contingitis, et altare Domini non timetis, qui ad manus sacerdotis in conspectu angelorum sub fiduciâ innocentiæ acceditis, etc. » « Tanta infuit cura divinæ providentiæ, ut audaces manus, nec ob auxilium sustineret. » Sic et Angelomus. »

Tropol. varia hinc documenta eliciunt Patres, audi S. Gregorium, lib. 5, Moral. c. 10 : « Quid est, inquit, mens justi nisi arca testamenti? Quæ gestata à bobus calcitrantibus inclinatur ; quia nonnunquàm etiam qui benè præest, dùm subjectorum populorum confusione concutitur, ad dispensationis condescensionem ex solâ dilectione permovetur. Sed in hoc quod dispensatoriè agitur, inclinatio ipsa fortitudinis casus putatur imperitis. Unde et nonnulli subditi contra hanc manum reprehensionis mittunt, sed à vitâ protinùs ipsâ suâ temeritate deficiunt. Levites ergo quasi adjuvans manum extendit, sed delinquens vitam perdidit, quia dùm infirmi quique fortium facta corripiunt, ipsi à viventium sorte reprobantur. »

(Corn. à Lap.)

calcitrabat, quia hoc ex illo sequitur, et ex utroque ut plaustrum exorbitet, et onus aut excutiat, aut illidat. Nunc certè plaustrum declinans à tritâ et molliori viâ, et in asperam et inæqualem invectum inclinavit arcam, ita ut ad lapsum videretur prona, et nisi quis accurreret maturè, omnino ruitura.

VERS. 7. — IRATUSQUE EST INDIGNATIONE DOMINUS CONTRA OZAM (1), ET PERCUSSIT EUM SUPER TEMERITATE, QUI MORTUUS EST. Hic multa meditantur interpretes, dùm causam quærunt, cur Oza repentinam oppetierit mortem à Domino percussus, cùm tetigisse arcam ne fœdè laberetur è plaustro, opus fuisse videatur servatæ potiùs quàm violatæ religionis. Quia verò res hæc gravissima est, et longis à varis exagitata modis, non erit abs re, neque ab studio lectoris, in illâ tractandâ morari paulisper, et quæ fuerint aliorum sententiæ præcipuæ breviter percensere.

Quidam aliquid admissum opinantur ab Ozâ, propter quod indignus censeretur, qui sacra tractare religiose potuerit. Ita in Constit. Apost. lib. 2, cap. 10. Sed quodnam illud fuerit, obscurum. Quidam illum nocturnum cum uxore habuisse congressum arbitrantur, et impuras manus ad arcam admovisse. Quod si ita esset, satis sibi supplicium illud capitale commeruit; nam qui sacra tractant, mundos esse decet, maxime ab eo quod aliquid olet conjugale. Quâ de re est illud Levit. 15, v. 16: *Vir, de quo egreditur semen coitûs, lavabit aquâ omne corpus suum, et immundus erit usque ad vesperum. Mulier, cum quâ coierit, lavabitur aquâ, et immunda erit usque ad vesperum.* Immunditiam verò ad vesperum tantùm durare, argumentum est illum non esse morbum, sed nocturnum concubitum. Quo modo Bersabee statim à Davidis consuetudine nocturnâ purificata est, 2 Reg. cap. 11, v. 4: *Quæ cùm ingressa esset ad illum* (Davidem) *dormivit cum eo, statimque sanctificata est ab immunditiâ suâ.* Lege quæ supra diximus lib. 1, cap. 20, ubi ad comedendum propositionis panes munditiam sacerdos exigit ab usu conjugii. Sanè id exigebat gentilium religio, ne quis aut sacra tangeret, aut sacris interesset post nocturnum opus. Vide Brissonium lib. 1 Formularum. Tibullus lib. 1, eleg. 3:

Vos quoque abesse procul jubeo, discedite ab aris,
Queis tulit hesternâ gaudia nocte Venus.

Persius Satyrâ 2, hoc ipsum indicat à gentilibus curari, ut puræ ad deos leventur in precatione manus:

Hæc sanctè ut poscas, Tiberino in gurgite mergis
Manè caput bis terque, et noctem flumine purgas.

Sed qui hæc de Ozâ suspicantur, conjecturis ducuntur incertis, neque ullum habent in Scripturâ fundamentum.

Alii ideò punitum esse dicunt Ozam repentinâ morte, quia suis humeris debuit potiùs

(1) *En même temps la colère du Seigneur s'alluma contre Oza.* Cet exemple de la sévérité de Dieu qui est si célèbre dans la loi ancienne, nous devrait encore plus étonner dans la nouvelle, puisque, selon saint Paul, c'est plutôt pour nous que pour les Juifs que ces grandes vérités ont été écrites.

L'arche enfermait trois choses : les tables de la loi, la verge d'Aaron et la manne. Si nous la considérons comme renfermant les tables de la loi et la verge d'Aaron, qui avait fleuri pour marquer ceux que Dieu avait appelés à son sacerdoce, ceci nous apprend que l'ordre sacré de Jésus-Christ qui rend les hommes les interprètes de sa loi et les dispensateurs de ses mystères, ne doit être conféré qu'à ceux qui ont l'esprit lévitique, c'est-à-dire, qui ont renoncé aux biens du monde, et qui ont pris Dieu pour leur Seigneur unique et pour leur partage. Que si l'on introduit dans ce ministère ceux que l'Ecriture compare à des animaux insensés, qui ne respirent que la terre, et qui n'ont qu'une sagesse basse et animale, Dieu se vengera de cette injure, non visiblement comme il fit alors, mais d'une manière d'autant plus redoutable qu'elle est plus intérieure et plus cachée. Que si l'on considère l'arche comme renfermant la manne qui a été certainement l'image de la sainte Eucharistie, ceci nous apprend que ce pain du ciel ne doit point être mis dans des âmes qui au lieu d'être animées d'une foi vive et agissante par l'amour, n'ont des pensées que pour le monde, et vivent d'une vie sensuelle; mais que pour s'approcher dignement de ce mystère, il faut avoir quelque part à l'état sacerdotal, en la manière que tous les vrais chrétiens y ont part selon saint Irénée, comme faisant une partie de cette nation sainte dont parle saint Pierre, et de cet ordre de prêtres rois : *Gens sancta, regale sacerdotium.* Ainsi l'on peut dire que *porter sur ses épaules l'arche* et la manne qui y était enfermée, qui sont les deux grandes images du sacrement de nos autels, c'est faire ce que dit S. Paul, qui est de travailler afin de mériter d'être nourri de cette viande du ciel. Car la *manne cachée*, selon l'Ecriture, *n'est donnée qu'aux victorieux*, et il n'y a point de victoire sans combat ni de combat sans travail. C'est ainsi qu'en se fortifiant contre soi-même, on devient le temple du Saint-Esprit, et qu'on est en état de pratiquer cette parole de saint Paul : *Rendez gloire à Dieu, et portez-le dans votre corps.* Ce rapport de la sainte Eucharistie avec l'arche est d'autant plus juste, que nous apprenons du même Apôtre qu'au commencement de l'Eglise plusieurs ont été frappés de maladie, et même de mort comme Oza, pour avoir approché de ce mystère dans un état trop disproportionné à sa sainteté. (Sacy.)

sacrum illud onus imponere, quàm plaustro, ut à sacerdotibus veheretur potiùs quàm à bobus. Ita dicunt Hebræi, ut refert Hieronymus in Tradit. Hebr., super c. 13 l. 1 Paralip.: « Jusserat, inquit, Abinadab duobus filiis suis « Oza et Ahio, ut portarent arcam Domini hu- « meris suis. Et quia neque ipsi eam portave- « runt, neque Caathitis ad portandum dede- « runt, idcircò Oza mulctatus est morte. Fuit « enim peccatum in non portando, in susti- « nendo arcam jam pœna peccati. » Et tradit ex Hebræorum item traditione Hieronymus, justo Ozam punitum esse supplicio : nam illâ primùm parte punitus atque truncatus est, quam noluit Domino fuisse subjectam. Conjecturam sumunt ex loco qui ex Ozæ casu nomen accepit, qui vocatus fuit : *Ozæ divisio.* « Tra- « ditur, inquit, l. 1, c. 28, quòd aruisset bra- « chium ejus, et humerus, ubi arca Domini « portanda erat, et in illius loco divisio quæ- « dam facta est. » Hæc repetit et probat Rupertus l. 2, c. 28.

Ejusdem sententiæ est Theodoretus, q. 20, ubi rationem reddit, cur ab hominibus potiùs quàm à bobus portari debuerit, quam tu apud illum vide. Et quidem nostrâ ætate frequentiùs sane quàm deceret, homines, qui virilis aliquid habent roboris et opinionis, et superiore seculo non rarò, quasi in femineam degenerâssent mollitiem, aut sicut cadavera efferrentur ad tumulum, humeris et lacertis hominum incessu molli, et sæpiùs intermisso gestantur. Quod verò homines molliter, ne dicam inverecundè, faciunt, id in arcâ religiosè fieri debuisset. Idem tenet Procopius, idem Hieronymus Epist. 48 ad Sabinianum. Ita Lyra, Abulensis, q. 10, et complures alii. Et est hæc opinio omnium maximè communis. Sed huic cogitationi obstat, quòd eodem modo Ahio illius frater, ad quem non minùs quàm ad fratrem Ozam arcæ custodia, atque religiosa observantia pertinebat, luere debuit eamdem, aut similem pœnam, cùm ab illo etiam gestari debuerit, et ipse non aliter ac frater imposuerit plaustro.

Ab hoc loco id habemus, tetigisse arcam Ozam et ob illius *temeritatem* à Domino percussum cecidisse. Nunc igitur exploremus, quænam sit hæc *temeritas:* nam ubi de illâ constiterit, non erit cur de aliâ investigandâ causâ laboremus. Quidam dicunt, in eo fuisse temerarium Ozam, quia aliquid aggressus est quod alieni erat instituti ac curæ; non enim sacerdotem fuisse, cujus id erat proprium, sed Levitam. Ita S. Thomas, q. 19, q. 1, quæstiunc. 3, ad 3. Idem videtur sentire Hieronymus Epist. 22 ad Eustoch.; nam cùm Epist. 48 Levitam fuisse fateatur, hic dicit tetigisse Ozam, quod nullo modo licuit. Imò et ibi indicat, quod S. Thomæ visum est, sacerdotibus illud solùm licuisse, ubi cùm de custodiendâ virginitate ageret ad Eustochium, sic ad illam sanè perquàm graviter : « Obtestor te coram « Deo et Christo Jesu, et electis angelis ejus, « ne vasa templi Domini, quæ solis sacerdoti- « bus videre concessum est, facilè in publicum « proferas, ne sacrarium Dei quisquam profa- « nus aspiciat. Oza arcam, quam non licebat « tangere, attingens, subitâ morte prostratus « est : neque enim vas aureum et argenteum « tam charum Deo fuit, quam templum corpo- « ris virginalis. » Sed contra hoc est, quòd arcam portare concessum est levitis, imò illorum proprium munus, ut constat Num. c. 4, v. 15, ubi jubentur sacerdotes omnia vasa sanctuarii, et sanctuarium ipsum involvere et tradere Levitis, qui fuerint è familiâ Caath. Nisi fortè dicas, Ozam et Ahio non esse ex genere Caath, sed ex familiâ Gerson, seu Merari quibus alia portanda traduntur; quod sanè sine ullo Scripturæ fundamento dicitur.

Alii dicunt, potuisse quidem Levitas arcam tangere, atque ideò non eâ de causâ Ozam esse percussum; neque enim facilè hoc evitari posset à Levitis, qui arcam magno interdùm tractu portare jubebantur. Atque ideò aliam esse quærendam temeritatem, quia videlicet arcam tetigit nudam, qualem neque videre alii impunè potuissent. Quam rationem optimè confutat Abulensis, q. 10, quia quando ex uno loco in alium movebatur arca, non erat nuda, sed tribus velata tegumentis, quam primùm operiebant sacerdotes; deinde tradebant Levitis ex familiâ Caath ita coopertam, ut neque ab aliis, neque ab ipsis Levitis videri posset. Ridiculum porrò est existimare, ex calcitratione boum et plaustri inclinatione, aut si qua acrior perflaret aura, detegi potuisse arcam, et fluere aut elevari velamina. Quis enim credat levi inclinatione (*bos quippe lasciviens paululùm, inclinaverat eam*, 1 Paralip. 13) nudatum iri arcam, quæ tanto studio esset à sacerdotibus involuta?

Alii in eo fuisse putant *temeritatem,* quia, cùm non esset necesse arcam tangere, quia levis erat inclinatio plaustri, ut modò dicebamus, ille tamen tetigit, non majori reverentiâ, quàm si profanum aliquid tetigisset. Ita Grego-

rius lib. 5 Moral. cap. 10 : « Sæpè multa à « fortibus dicuntur quæ infirmi idcircò dijudi- « cant, quia ignorant. Quod benè bobus cal- « citrantibus inclinata arca signavit, quam « quia casuram credens Levites erigere voluit, « mox sententiam mortis accepit » Hanc quoque sententiam amplexus est Abulensis, q. 10, ubi dicit, in eo peccatum esse ob Ozâ, quia sine necessitate tetigit et irreverenter.

Neque omittendum, quod etiam existimârunt Hebræi, quo fundamento, ipsi viderint, certè nullum est. Dicunt enim, ideò peccâsse Ozam, neque leviter, quia sustentare voluit arcam, quasi casura foret, cùm ipsa et plaustrum, et boves sustentare posset, cùm nutarent et agi viderentur in præceps. Hoc verò ex diffidentiâ natum esse dicunt, et quia de arcâ atque divinâ potentiâ non æqua sentiret. Dicunt etiam aliquid planè ridiculum ; nam cùm Josue cap. 4, arca trajiceret Jordanem, elevatam fuisse super aquas, et adeò non esse portatam sacerdotum humeris, ut ipsa potiùs sacerdotes portaverit. Sed quis non rideat, aut doleat potiùs tam deliram mentem, et merum somnium à dormitante cerebro? Quod refert hic Abulensis ex Hebræorum sententiâ, et idem iterùm ac Lyra in cap. 4 Josue.

Hæ sunt præcipuæ tam nostrorum quàm Hebræorum sententiæ. Ex quibus illa videtur magis ad litteram, quæ in Ozâ reverentiam desiderat, et officium, ac pietatem in opere alioquin officioso et pio, cùm festinatò advolaret, et inconsideratè ad sustentandam arcam, cùm rei necessitas non exigeret, cùm esset levis inclinatio plaustri. Hæc autem videtur esse in tangendo *temeritas,* quam à Deo damnatam atque punitam littera ipsa indicat. Quam sententiam indicat Gregorius lib. 5 Moral. cap. 10, et tenet Abulensis supra.

Illa verò sententia, quæ pluribus placuit, quòd videlicet plaustro vectaretur arca, quæ sacerdotum ac Levitarum humeris potiùs portari debuisset, eo laborat incommodo, quòd ut multi in opus illud atque consilium consenserunt, sic etiam multis eodem, aut simili supplicio pereundum fuit. Quot enim putemus fabrilem operam dedisse compingendo plaustro? Quot arcam imposuisse, quot attulisse boves, et in jugum adegisse, et curâsse alia quæ ad illum plaustralem progressum viderentur necessaria? At illorum nemo periit præter unum Ozam, qui arcam tetigit, temerè videlicet, irreverenter et audacter. Deinde, si culpa fuit usque adeò gravis et capitalis non gestâsse humeris sacrum illud onus, cur non eodem supplicio mulctatus Ahio frater? cur non multi alii ex sacerdotali ac levitico gradu, quorum plurimos ad celebrem illum et festivum diem convenisse verisimile est? Non nego peccatum esse ab illis qui fœderis arcam boum potiùs quàm hominum sarcinam esse voluerunt; quod emendavit postea exacto trimestri spatio David, cùm illam leviticis humeris portandam curavit. Tamen probare non audeo, quia littera non indicat illud peccatum fuisse Ozæ repentino interitu mulctatum.

Ego tandem ad superiores sententias aliam addam, quam nemini persuadere volo, sed tantùm aliis expendendam proponere. Quæ sanè mihi displicuisset minùs, si viderem aliis placuisse. Sunt tamen, qui, licet obscurè, indicant tamen, de quibus statim. Ego sic existimabam, Ozam neque sacerdotem esse, neque Levitam, neque ullo modo sacrum aliquod ministerium obire potuisse legitimè. Quod mihi hâc unâ ratione persuadebam, quia sacerdotes ac Levitæ suas habuêre civitates inter alias tribus à Josue pro ipsorum usibus ac domicilio destinatas, neque in aliis habitare aut poterant, aut solebant. Cùm ergo Cariathiarim non esset ex civitatibus assignatis ordini Levitico, ut constat Josue cap. 21, ubi civitates omnes numerantur, verisimile, imò meo judicio certum est, neque Abinadab, neque illius filios, Ozam et Ahio, ex numero fuisse levitici gradûs. Quod Josephus videtur sensisse lib. 7 Ant. cap. 4, et aperte auctor Mirabilium sacræ Scripturæ, quicumque ille est (neque enim creditur esse Augustinus, licet opus illud inter Augustini opera inveniatur), omninò de genere Aaronis esse negat.

Theodoretus, q. 30, Levitam esse affirmat Abinadab, eo adductus argumento, quòd lib. 1, cap. 7, v. 1, Eleazar filius Abinadab sanctificatus esse dicitur, ut custodiret arcam. Quæ verba nostram cogitationem non admodùm infirmant; *sanctificare* enim ex Scripturæ usu, non semper significat aliquid sacrum, sed interdùm et admodùm frequenter, destinationem ad alios usus etiam profanos. Sanè cùm Jeremias, cap. 1, sanctificatus dicitur ab utero, ut Hieronymus putat in illud ad Galat. 1 : *Qui me segregavit ab utero matris meæ,* et alii complures, nihil est aliud, quàm *esse destinatum ad prophetiæ munus.* Et Isaiæ 13, Persæ et Medi *sanctificati* dicuntur à Deo, id est, electi, ut Babylonium extinguant imperium. Et Jerem. 6, bellum *sanctificatum,* quia à Deo destinatum,

ut vindictam sumat de inimicis. Sic ergo *sanctificatus* dicitur, ut custodiret arcam, quia id illi negotium datum est. Quod cùm nihil contineret sacrum, quale est sacrificium, aut alia opera quæ ad altare pertinent, aut quod arcæ sanctitatem functione aliquâ solemni atque le[illegible] significat, à laicâ etiam atque profanâ tu[illegible] fieri salvâ religione potuit.

Quod etiam facit verisimile, quia etiam veri[illegible] est, iterùm apud profanum hominem [illegible]cam esse depositam, qui illam tamdiù custo[illegible]et, quamdiù non esset ad locum à rege comparatum disposita. Talem fuisse puto Obededom, et indicat Mariana; quem Scriptura *Gethæum* vocat, qui nimirùm è Geth Palæstinorum urbe, in quâ, ut apparet, aut saltem ex quâ non essent Levitæ. Scio aliquas ab aliis rationes adduci, cur ille Levites esse, et simul potuerit esse Gethæus. Sed planè sunt infirmæ. Accedit, quòd, ut dicemus statim, domus hujus Obededom erat in Jerusalem; at ibi non habitârunt, qui orti essent è genere levitico, saltem ante constructum templum; neque enim hæc civitas sacerdotalis erat, ut constat ex Josue cap. 21. Sed dices Paralip. 15, v. 19, Obededom numerari inter Levitas. — Respondeo, non sine causâ priùs appellatum esse Obededom *Gethæum*, ut ab hoc distingueretur Levitâ, et ab alio item Levitâ, de quo 1 Paral. 16, v. 38, qui Gethæi non erant. Huic cogitationi nonnihil incommodat, quòd 1 Paralip. capite 26, v. 4, Dominus dicitur benedixisse Obededom L vitæ, et ejus domum implevisse masculâ sobole. Quare hanc cogitationem tantùm dixi fuisse verisimilem; de quâ statim aliquid addemus.

Quòd si ita statuas, satis apparet, quænam fuerit in Ozâ *temeritas* tanti digna supplicii, quia et officium assumpsit sibi omninò leviticum aut sacerdotale, cùm non solùm comitaretur aut sequeretur arcam, sed etiam tangeret. Quod significâsse videtur non obscurè David, et hanc nostram cogitationem aut indicâsse, aut potiùs confirmâsse, qui lib. 1 Paralip. cap. 15, v. 11, cùm statuisset è domo Obededom ad suam civitatem arcam transferre, advocavit sacerdotes et levitas, edixitque, ut adessent omnes, viderentque, ne aliquid non legitimè fieret: *Vos, qui estis principes familiarum Leviticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, et afferte arcam domini Dei Israel ad locum qui ei præparatus est: ne ut à principio, quia non eratis præsentes, percussit nos Dominus, sic et nunc fiat illicitum quid nobis agentibus.* Ubi, ut vides, aliquid dicitur actum illicitè, quia neque Levitæ aderant, neque sacerdotes, qui nôssent, quid circa arcam definitum esset à lege. Quibus verbis indicat, in eâ traductione priori è levitico genere interfuisse neminem. Atque ideò multis modis in illo progressu fuisse peccatum: primùm, quia arca non tam Levitarum humeris, quàm plaustro bobusque commissa; deinde, quia à profano et laico hominum genere tractata; et alia denique in illo religioso opere facta non religiosè; aut ab illis arrogata sibi temerè, quæ non nisi levitico atque sacerdotali ordini concessa sunt. Hæc postrema ita mihi placent, ut quæ priùs proposui ex aliorum sententiâ, non improbentur. Si quis contendat, fuisse Levitam, nihilominùs fermè eadem erit peccati gravitas, si dicat non fuisse ex familiâ Caath, quod perinde est, ac si Levita non esset, cùm his tantùm liceret tractare, quæ pertinent ad arcam; aliis autem qui orti fuerunt à Gerson et Merari, id omninò prohibitum fuit. Vide Numer. cap. 4, v. 15. Locus porrò proximè citatus ex lib. Paralipomenon satis indicat, ideò percussum Ozam, quia non priùs ad illud opus se purificaverat. Ibi enim jubet David, ut se Levitæ ad portandam arcam purificent, et indicat ideò Ozam fuisse percussum, quia purificatio non præcesserat.

Vers. 8. — Contristatus est autem David, eo quod percussisset Dominus Ozam (1), et vocatum est nomen loci illius, Percussio Ozæ. Graviter concussit tum Davidis, tum aliorum animos Ozæ repentinus interitus, fecitque ut tanta tantæ multitudinis exultatio verteretur in stuporem et luctum, cùm non dubiis signis videretur Deus non probare illorum studium, qui arcam voluêre suâ sede, ubi aliquot annos locata fuerat, aliò traducere, cùm diem illum, et communem publicamque lætitiam repentino funere incestaverit. Et ut illius casûs ad posteros emanaret memoria, abrogato priori nomine, ab Ozæ morte locus ille mansurum in longo seculo nomen accepit.

Vers. 9. — Et extimuit David (1). Non obscurum Dominus indignationis suæ argu-

(1) Hebræus: *Quòd divisisset Dominus divisionem*, vel rupisset rupturam *in Ozâ*. Hoc verborum ambitu exprimere solent Hebræi mortem vi illatam et excidium. Ita: *Fecit Dominus fracturam*, cùm scilicet tribus Benjamin prorsùs ferè periit. Viarum grassatores appellant *effractores*. (Calmet.)

(1) *Alors David eut une grande crainte du Seigneur, et il ne voulut pas qu'on amenât l'arche*

mentum præbuit interfecto Ozâ. Quare David, ne ulteriùs in se ac populum ad illud opus congregatum ultrix iracundia sæviret, subsistere jussit religiosam pompam; neque permisit arcam in locum ante præparatum deduci, ad arcem videlicet Sionis et regiam civitatem, sed deflexit ad domum Obededom, illum, inquam, Obed, qui à Geth Palæstinorum urbe cognomentum accepit. Quomodò hìc Obededom diversus videatur ab illo qui inter Levitas numeratur, lib. 1 Paralip. cap. 15, diximus nuper.

Ubi fuerit domus hæc, ubi substitit arca, incertum est. Abulensis q. 11, et lib. 1 Paralip. capite 15, q. 31, domum hanc fuisse putat in Jerusalem inferiori, quæ eo tempore aliquantulùm distabat ab arce Sion, seu civitate David. Erat autem non modicum intervallum desertum à civium frequentiâ, quod postea frequentibus ædificiis instruxit David, et multò magis Salomon, cùm in eo loco sacram excitavit molem, et circa illam ad templi ministerium domos multas ædificandas curavit. Quam Abulensis sententiam his mihi rationibus persuadeo : Primùm, quia in eo, quod dixi, spatio, quod inter utramque civitatem interjectum est, aream fuisse Nachon, seu Chidon, verisimile facit, quia eodem loco, infra, cap. 24, v. 17 et 22, Areuna Jebusæus aream habuisse dicitur, in quâ, ut apparet, terebat aut comportabat fruges; ibi habuisse dicitur plaustrum, boves et juga, quæ ultrò ad sacrificium obtulit Davidi. Porrò eo in loco ædificatum esse postea à Salomone templum, res est omnibus nota. Sic etiam aream habuit Nachon, juxta quam percussus est Oza, et ex illius casu locus ille vocatus est : *Ozæ Percussio,* et propè, aut omnium proximè erat domus Obededom, ad quam indè facili negotio arca diverti potuit. Deinde, quia ex quo secundò moveri cœpit arca, totis viribus canebant, et harmonicis personabant organis Levitarum plurimi, et David linteatus subsiliebat atque saltabat; quod sanè, si procul arca substitisset ab urbe, facere non posset. Adde, quòd nisi id accidisset Hierosolymæ, in civitate videlicet notissimâ, et quò tendebat triumphalis illa pompa, satis procederet obscurè et imperfectè sacer historicus, si tantùm pro assignando loco, ubi cecidit Oza, et arca substitit, nominâsset aream Nachon et domum Abinadab, cùm tacuisset urbem ubi essent domus et area. Quia ergo ex adjunctis facile erat cognoscere in quâ civitate, aut propè quam civitatem hæc accidissent omnia, ideò satis habuit historicus sacer ostendisse, quo civitatis loco aut cecidisset Oza, aut stetisset arca. His adde, quòd cùm ad sextum quemque passum bos immolaretur et aries, si longum esset spatium, vix ad tam lentum et impeditum opus multi dies sufficerent. At nec unum diem in hoc negotio consumptum esse video. Magister Historiæ scholasticæ in civitatis suburbio constitisse tradit. Idem Dionysius putat, neque Serario displicet (1).

Vers. 11. — Et benedixit Dominus Obededom, et omnem domum ejus. Tribus mensibus mansit arca, quasi in diversorio, in domo Obededom, quæ pro liberali hospitio illa quoque liberalem mercedem rependit. Benedixit etenim Dominus illi domui, et sic est illam amanter et largiter amplexus, ut nihil interea acciderit adversi, nihil non ex voto. Qualisnam fuerit ista benedictio tam plena, tam fœcunda, divinant Hebræi, ut solent, neque quidquam probant; de quibus sic Hieronymus in Tradit. Hebr. : « Benedixisse domum « ejus Dominum Hebræi dicunt, eò quòd

chez lui. David tremble en voyant un jugement de Dieu si terrible sur Oza. *Comment l'arche du Seigneur,* dit-il, *viendra-t-elle chez moi?* C'est ce qui arrive d'ordinaire aux âmes humbles. Elles sont pénétrées de frayeur en considérant les effets de la justice de Dieu, qui étaient néanmoins destinés particulièrement pour étonner les superbes. Mais comme David après avoir vu la bénédiction dont la présence de l'arche avait comblé la maison d'Obédédom, crut que Dieu ne désagréerait pas qu'il la reçût dans la sienne, ainsi après que les âmes pures se sont humiliées devant Jésus-Christ, en se croyant très-indignes, aussi bien que le centenier, qu'il vienne reposer dans leur âme, qu'il pourrait guérir par une seule parole, il est juste qu'à l'imitation de David, elles s'approchent de lui comme de la source de la vie, avec une foi pleine de respect et de confiance. (Sacy.)

(1) Vers. 10. — In domum Obededom Geth. Obededom Levitici fuisse generis, nemo ignorat. Cur igitur Gethæus appellatur? Idcircò fortassè, quòd diutiùs in urbe Philisthæi Geth habitaverit, vel quòd ibi natus sit, quo tempore David eò perfugisset; seu potiùs quòd ortum duceret è Geth-Remmon, urbe Levitarum transjordaninâ. (Calmet.)

Mysticè, *Geth,* hebr., idem est quòd *torcular,* quod significat crucem, in quâ Christus, vitis vera, ait Eucher., calcari et exprimi dignata est, à quâ cunctus gentium populus meritò Gethæus appellari potest, cùm dicit : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi;* arca Dei ergo, ipseque Deus requiescit in animâ Gethæi, id est, fidelis qui amat crucem et mortificationem. (Corn. à Lap.)

« nes uxores ejus, et concubinæ, et nurus, et « ancillæ masculos pepererint filios; necnon « et feminæ quadrupedes geminos ediderint « fœtus. De quo in lib. Paralip. (nempe 1, « cap. 13) scribitur : *Mansit ergo arca Dei in « domo Obededom tribus mensibus, et benedixit « Dominus domui ejus, et omnibus quæ habebat.* » Fuisse porrò ex eâ benedictione domum illam fœcundam masculâ sobole probant ex illo 1 Paral. cap. 26, v. 4 : *Filii autem Obededom Semeias primogenitus, Jozabad secundus,* etc., usque ad octavum. Et tandem addit, tot illum habuisse filios, *quia benedixit illi Dominus.* Quæ verba Obededom Gethæum illum esse indicant, qui 1 Paralip. 15, inter Levitas numeratur, de quo supra dubitabamus, conjectabamusque fuisse diversum.

Antequàm hinc emergat nostra commentatiò, videamus qualenam fuerit hoc Ozæ supplicium, æternumne an temporarium tantùm. Res sanè difficilis, et uni Deo reservata, cujus sunt justissima judicia, et hominum cogitationibus occulta. Neque video à quoquam hanc controversiam esse definitam, imò neque disceptatam. Tantùm lego apud Dionysium, qui aliorum videtur adducere sententiam, quos tamen non nominat, qui negant illum æternum subiisse supplicium. « Creditur, inquit, « quòd Oza per temporalem illam percussio- « nem purgatus sit, et damnationem evasit. « Nam etsi repentè obierit, potuit tamen in « tempore illo permodico pœnitere, præser- « tim dùm manum suam, brachiumque et hu- « merum sensit arere. »

Ego mallem aliorum hic judicium audire, quàm meum interponere; inclino tamen magis in Dionysii sententiam et aliorum, si tamen alii sunt, quos ipse non nominat, et suspicor temporariâ tantùm morte Ozæ peccatum fuisse punitum. Et quidem si alias ob causas in peccato non fuit quod æterno supplicio mulctari dignum esset, de quo modò non disputo, non videtur conatus ille, qui ex religione et pietate natus est, tam grave meruisse supplicium, ut temporariæ morti etiam esset adjuncta sempiterna. Fuit sanè aliquid audaciæ et inofficiosi religionis officii arcam tetigisse eâ festinatione ac modo qui minùs arcæ sanctitatem deceret; sed deceret minùs id quod metuebat, caverequé studebat Oza, si laberetur arca, et allisa terræ, et inter boum hominumque pedes volutaretur. Neque error hic Ozæ causam premit, quia casuram putabat arcam, cùm tamen procul abesset à casu; neque enim tam judicat et damnat Deus errorem, si quis tamen sine culpâ contingat, qualis videtur hic fuisse, quàm animum ac studium; hæc autem videntur aliquod religionis ac pietatis opus spectâsse.

Neque præterea, ut ille in eo audaci atque alieno conatu aliquid censeatur admisisse mortiferum, negandum videtur potuisse cognoscere peccatum, et de illius indignitate utiliter dolere. Neque legimus sic ab irato Deo fuisse percussum, ut nihil illi fuerit temporis relictum cognoscendi atque fructuosè detestandi peccati. Nihil enim habemus aliud quàm ibi percussum fuisse et interfectum Ozam; inter plagam verò et mortem, quis neget aliquid potuisse interponi moræ? Quòd si verum est, quod putant Hebræi, aruisse Ozæ priùs manum, deinde brachium, ac tandem humerum, quem arcæ vectationi subjectum esse oportuit, satis habuit temporis, ut peccatum suum et divinam offensionem agnosceret, ac tandem ad Deum opportunâ conversione rediret. Percussi sunt à Deo Sodomitæ et qui cum Pharaone in mari Rubro demersi sunt; at illorum multi temporalem subiêre mortem, non æternam. Ita Hieronymus in illud Nahum. 2 : *Non vindicabit Dominus bis in idipsum.* Rupertus lib. 4 Comment. in Genesim cap. 16.

Neque omninò convincit oppositum, quòd Deus dicatur indignatus, aut quòd supplicium fuerit omnium rerum quæ in humanis censentur maximæ, jactura nempe vitæ. Nam sæpè Deus in aliquem dicitur indignatus, cùm tamen nihil admiserit æternâ damnatione dignum; sicut etiam pater in filium, quem neque domo ejicit, neque hostiles in illum spiritus concepit. Sanè sæpè dicitur indignatus Moysi, quem tamen à suâ amicitiâ eo ipso tempore non habuit alienum. Exod. 4, vers. 14; Deuteron. 1, vers. 34 et 36; Deuteron. 3, vers. 26, et propter unius peccatum Josue 7, vers. 1, iratus dicitur in totum populum, cùm tamen unus tantùm è populo peccâsset.

Neque hoc convincit supplicii gravitas; multi enim damnati sunt morte, quorum vitam nulla mortalis culpæ labes infecerat. Primùm Moyses, et Aaron damnati sunt morte, propter culpam, ut est communis Patrum sensus, levissimam, quam subierunt, ille in monte Nebo, Deut. 34, hic in monte Hor, Numer. 33, v. 38. De uxore Loth, quæ in statuam salis conversa est, Gen. 19, non videmus quid commiserit adeò grave, dùm ardentem civitatem

respectat, ut in eo appareat mortalis culpæ pondus; atque ideò multi, ut noster dicit Cornelius, tantùm hìc vident veniale peccatum. Prophetæ, qui lib. 3 Reg. cap. 13, occisus fuit à leone, nemo dubitat peccatum esse leve. Sanè Abulensis ibi, q. 31, liberum fuisse dicit ab æternâ pœnâ, imò et statim ad sanctorum limbum evolâsse. Cur ergo, dices, tam severè mulctatus? — Respondeo, quod alii in causâ uxoris Loth, et prophetæ, et Ananiæ et Saphiræ, qui etiam à multis dicuntur supplicium tantùm subiisse temporarium. Ita Augustinus contra Parmen. lib. 3, cap. 1; Hieronymus ad Demetriadem; Petrus Damianus lib. de Contemptu seculi, cap. 13. Idem è recentioribus multi, ut Dionysius Carthusianus, et Salmeron in Acta. Et hi eodem, quo Oza, genere mortis sublati sunt. Ut ergo alii, quanti Deus faceret arcam illam, in quâ tabulæ claudebantur legis, et quàm graviter ferret, si quis in illam auderet aliquid indecori, extare voluit publicum illud exemplum in corpore subitò prostrato, quod paulò antea animatum aspexerant. Neque aliud homines, quorum causâ id factum voluit, spectare aut cognoscere poterant; nam de æternâ morte quî possent? Hæc sententia mihi videtur non difficilis; neque tamen aliis persuadeo, sed tantùm expendendam et examinandam relinquo.

Vers. 12. — Nuntiatumque est regi David, quod benedixisset Dominus Obededom. Magnam fuisse oportet Dei liberalitatem in domum Obededom, quando tam brevi, id est, trimestri spatio, tantum rerum omnium incrementum etiam externi videre potuerunt. Quare non puto tantùm, ut Hebræi volunt, auctos esse greges fœcundâ multiplicique fœturâ, et domum masculâ atque robustâ prole, sed etiam agrorum felicem esse proventum, et possessionibus nihil accidisse non ex voto, et ab omni populo propter arcam, ad ornandam domum plurima fuisse collata. Id ergo ab his qui viderant, relatum est ad Davidem.

Abiit ergo David, et adduxit arcam Dei de domo Obededom ad civitatem David cum gaudio. Non longè aberat, ut diximus, domus Obededom à civitate regiâ; quò verò minus erat spatium, eò magis compensari voluit sumptuum et celebritatis ad illud tempus inauditæ magnitudine. Quam pluribus describit lib. 1 Paral. cap. 15, quæ hìc referre operæ pretium erit; neque cùm ad illum locum, Deo benè juvante, commentatio venerit, opus erit inculcare rursùs, sed ad hunc locum lectorem remittemus; quod etiam in aliis fiet non infrequenter.

In eo igitur cap. 15 Paralip. primùm ostenditur, ædificatam esse domum pro arcæ religiosâ custodiâ, in eâque extensum tabernaculum, ad similitudinem, opinor, illius, quod extruxit ante Moyses, et eo tempore, licet ab arcâ vacuum, erat in Gabaon. Tunc autem secum tacitè reputabat David, nequaquàm decere arcæ majestatem, si aliis quàm Levitarum portaretur humeris, quibus id negotii Dominus proprium atque perpetuum esse voluit. Ergo congregavit iterùm Israelem ut antea, cùm primum iniit de arcæ traductione consilium; sed advocavit præcipuè sacerdotes et Levitas, ne quid in eo negotio, quod sanctè obiri cupiebat, fieret non legitimè, peccareturque rursùs, sicut in priori traductione contigerat. Qui fuerint, quove numero, qui ex levitico semine ad illud pium religiosumque comitium convenerunt, non est opus hìc enumerare, quia satis dilucidè explicantur in textu. Ad quos rex orationem habuit plenam dignitatis, plenam spiritûs. Jubet inprimis, ut si quid habent quod non admittat aut loci sanctitas, aut ministerii religio, id consuetis et præscriptis à lege cæremoniis emundent, et tunc suis humeris sacrarium illud maximum reportent ad locum qui illius custodiæ ac religioni tanto ante studio præparatus est, ne quid rursùs accidat, quale nuper in Ozâ, qui subitâ interceptus morte lætitiam illam publicam diro planè spectaculo fœdavit. Quod illi, sicut erat præceptum, è vestigio complent.

Deinde ex illâ tantâ levitici ordinis multitudine cantores constituit, qui variis instrumentis, quorum eo loco nomina et usus disertè ponuntur, honestarent pompam, et diem illum tamdiù desideratum exhilararent. Hinc jam licebit ad intermissam commentationem reverti, cum respectu tamen ad ea quæ in Paralip. cap. 15 et sequentibus proximè succedunt.

Et erant cum David septem chori. Ex illo tanto sacerdotum levitarumque numero septem choros atque ordines digessit David, quos secum tulit ad sacram illam pompam, et simul vitulos et arietes, qui in ipso progressu ad sextum quemque passum erant immolandi. Cur eo numero distributi fuerint sacerdotes et Levitæ, non satis apparet ex textu, quia illorum in eâ traductione non unum est, aut simplex ministerium, sed omninò multiplex. Ab illis cantati sunt Psalmi, et eliciti numerosi

organorum soni, et mactatæ victimæ, quæ sanè cùm sexto quoque passu cæderentur, licet brevis foret illa transmissio, plurimas fuisse necesse est, atque ideò rei sacrificali plurimos è sacro illo cœtu fuisse destinatos oportuit, et in septem distributos ordines, ne qua esset in tanto sacrificiorum et sacrificantium numero confusio. Et ita putat Abulensis, quæst. 17, varios choros variis esse sacrificiis intentos.

Ego hæc non improbo; sed nomen *chori* in aliam me cogitationem adducit. *Chorus* aliquid indicat numerosum et lætum, quales sunt cantores, aut qui saltatorios motus et numeros obeunt, in certum aliquem numerum et ordinem digesti. Id porrò significari videtur lib. 1 Paral. cap. 16, ubi septem cantorum ordines numerantur. Primus ordo ponitur vers. 17, et deinde singulis versibus ad versum 24, singuli etiam ordines, seu chori respondent. Nunc de horum ministeriis et partibus aliquid dicendum ex eodem cap. 16 :

Versu 18, et iterùm 24, quidam constituuntur janitores, quos aliqui dicunt fuisse portitores arcæ, sed nomen parùm favet huic cogitationi. Ego potiùs crediderim, eos qui hoc loco janitores dicuntur, illud in hâc pompâ obiisse munus, quod obeunt ex instituto janitores in templo; illi enim aliquos submovent, alios admittunt, prout cujusque dignitas aut ordo postulat. Sic etiam in pompâ alii submovebantur, ne propè accederent, alii admittebantur. Et quidem nisi ita fieret, non videbatur satis consideratè ac providè instituta traductio. Neque minùs à prudentissimo rege consulendum fuit arcæ sanctitati atque honori, quàm suo sibi honori ac dignitati consulunt reges, et qui personam sustinent publicam, et gravem, dùm lictores secum et satellites ferunt, qui expediant viam ad regium incessum, et omnem injuriæ atque irreverentiæ aditum præcludant. Et quia illi forsitan in tabernaculo postea habituri erant janitorum nomen et officium, sic etiam modò per prolepsim *janitores* vocantur. Aut certè illi tunc janitores erant in tabernaculo, quod erat in Gabaon, unde sunt evocati. Vide Abulensem in hoc capite quæst. 21. — Versu 19. — In cymbalis æneis concrepantes. Non dubium est, quin ex variâ materiâ varia quoque fuerint instrumenta musica concinnata, ex buxo, ex ære, ex argento. Illa puto hic appellari ærea cymbala, quæ ex ære sine ullâ aliâ admixtione materiæ concussu et collisione concrepant, qualia sunt sistra, crotali, et ejusdem generis, si qua sunt alia; ad quæ etiam refero tintinnabula et pelves, quæ percussione sonant; nam de tubis, quæ non tam clangunt percussu quàm inflatu tubicinis, post agetur. — Versu 20. — In nablis arcana cantabant. *Nabium*, seu *nablium* vox est hebraica נבל, *nebel;* quid propriè sit, incertum est. Quidam *lyram*, alii *psalterium*, reddunt; quidam *chorum*, alii aliter vertunt, et *chordas* addunt, ex quibus sonos elicit plectrum. Sed si vim nominis accuratiùs intueare, aliud videtur esse instrumentum, quod aerem excipit ab utriculo, et reddit sine inflatu cujusquam cum modulato sono. Quod *utriculum* Latini, Græci ἄσκον appellant, cui addita est fistula; et qui eo utitur instrumento, *utricularius* à Latinis, *ascaules* appellatur à Græcis, ab Hispanis dicitur *gayta*. Sed ego aliquid nobilius fuisse puto, et pluribus fortassè compactum fistulis, unde etiam sonus magis varius. Neque fortassè alius est, quàm quod à Hieronymo describitur sub symphoniæ nomine in Epistolâ quâdam ad Dardanum. Quid sit *arcana canere*, obscurum est. Quidam materiam carminis esse putant, quæ mysteria continet, et ignota vulgò sacramenta, quæque apertè ad populares proferre nefas. Quare illa aut submisso cantabantur sono, aut ita obscuris involuta sermonibus, ut vulgarem intelligentiam fugerent. Ita Abulensis q. 24. Ego allusum esse puto ad titulos Psalmorum, quibus eadem vox hebraica *alamoth* præfigitur, quæ *arcanum* aliquid et *occultum* significat. Qualis est Psalmus 9, cujus titulus est, *pro occultis*, et Psalmus 45, cujus, *pro arcanis*. Si, quod multi putant, Psalmorum tituli initia sunt certæ, vulgòque notæ cantilenæ, ad cujus numeros cantandus est Psalmus, nihil hic significatur aliud, quàm in nabliis illos esse musicos modulos adhibendos, quos certæ illæ cantilenæ præscribunt. Sed puto id esse à Davide constitutum, ut ad nablia illi cantarent carmina Psalmorum, qui illis essent insigniti titulis, *pro arcanis*, seu quod idem est, *pro occultis*. Et quidem duo illi Psalmi ita sunt ad illum temporis articulum accommodati, ut in illum diem, et celebritatem à Davide videantur esse compositi. — Versu 21. — In citharis pro octava canebant epinicium. *Epinicium* carmen est triumphale, seu pro victoriâ, quale in Dei laudem cantare tunc meritò debuit David, cùm præclaras ab ejus liberali manu à Jebusæis et Palæstinis victorias obtinuit. Ad illud *epinicium* cantatos esse puto

Psalmos, quorum inscriptio est, *pro octavâ*, quales sunt Psalmus 6 et 11, nisi dicamus *epinicium* illud, quodcumque fuerit, jussum esse cantari in citharis, quæ octo chordis essent instructæ, quæ vocari potuerunt *octachorda*, sicut instrumenta alia *eptachorda* et *decachorda*, vocata sunt. Dici etiam posset *epinicium* cantari in octachordo instrumento, quia ad illud illi canebantur Psalmi, quorum titulus *victori*. Est autem *epinicium canticum* victori, seu triumphatori consecratum. Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus, putant *pro octavâ* epinicium jussum esse cantari, quia à sexto Psalmo incœperunt cantores, cujus est titulus, *pro octavâ*. — VERSU 22. — CHONONIAS AUTEM PRINCEPS LEVITARUM PROPHETIÆ PRÆERAT, AD PRÆCINENDUM MELODIAM; ERAT QUIPPE SAPIENS VALDE. Sicut *prophetare* idem est, quod *laudare*, ut multis probavimus lib. 1, cap. 10, ad illud : *Obvium habebis gregem prophetarum*, sic etiam laus et canticum prophetia vocatur. Ille ergo, utpote illius artis peritissimus, et aliorum magister, præibat in cantu, et aliorum voces ad harmonicos numeros temperabat. — VERSU 24. — PORRO SABENIAS, ET JOSAPHAT, etc., SACERDOTES CLANGEBANT TUBIS CORAM ARCA DEI. Septem hic numerantur sacerdotes, atque ideò totidem fuêre tubæ, quæ suo clangore antecedebant arcam, quod ex eo fortassè tempore fieri cœpit, quo totidem tubæ circumduxerunt arcam, cùm ad illarum clangorem, arcæque conspectum muri ceciderunt Jerichuntini, Josue cap. 6. Cùm autem sacerdotes tunc accepissent tubas, et antegrederentur arcam, sic etiam nunc in ejusdem arcæ celebri triumpho sacerdotes septem designati sunt, qui tubarum clangore gloriam personarent arcæ triumphantis. Redeamus jam ad caput 6, quod his interpositis interrupimus.

VERS. 12. — (1) ERANT CUM DAVID SEPTEM CHORI, ET VICTIMA VITULI. Quomodò sint à Davide distributi chori, jam à nobis supra dictum est. His autem aderant victimarum non exigui greges, quia non paucæ in eo progressu immolatæ sunt, cùm ad senos passus illarum fierent destinatæ cædes. Quare muti illi pecudum atque armentorum balantes atque mugientes greges pars erat illius solemnitatis non exigua. Ubi Vulgatus : *Victima vituli* (quæ verba in hebraico textu non sunt), Septuaginta legunt : *Victima vituli et agni*.

(1) *David donc s'en alla en la maison d'Obédédom, et il en amena l'arche de Dieu en la ville de David avec grande joie.* On voit dans cette seconde translation de l'arche un grand roi qui s'humilie devant Dieu, et qui ne craint point de blesser en apparence sa dignité devant ses sujets en s'abaissant profondément devant celui dont il l'a reçue. David danse en cette rencontre pour témoigner le transport de sa joie et de sa reconnaissance dans la vue des miséricordes dont Dieu l'a comblé. Il se rend même en cet état l'objet du mépris des âmes superbes. Michol, sa femme, se moque de lui en le voyant, et ne craint point de lui faire un reproche très sensible. *Que le roi d'Israël*, dit-elle, *a eu de gloire aujourd'hui, en se découvrant devant les servantes de ses sujets, et paraissant nu comme serait un bouffon!* Le démon, qui est le roi des enfants d'orgueil, parlait sans doute en cette rencontre par la bouche de cette orgueilleuse reine. Elle insulte à David et à Dieu en même temps, puisque ce prince ne s'était abaissé si profondément, qu'afin de rendre un honneur souverain à celui qui l'avait comblé de gloire. Elle oublie tout ce que Dieu et Samuël avaient dit de grand de David, qui était alors admiré de toute la terre, pour fouler aux pieds le respect qu'elle lui devait par toute sorte de raisons, jusqu'à le comparer aux derniers des hommes, qui sont destinés à être le jouet et le divertissement des autres. Elle ne pouvait pas pousser plus loin l'insolence et l'impiété. Mais la sagesse avec laquelle David lui répond est d'une grande instruction pour nous en de semblables rencontres. Elle nous fait voir que, bien loin de rougir des railleries que font de nous les gens du monde par le même esprit dont Michol était animée alors, c'est nous, au contraire, qui les devons faire rougir de leur vanité, par la fermeté de nos réponses, et par les sentiments généreux d'une humilité que saint Paulin appelle *un saint orgueil*. Car on se trompe fort, lorsqu'on s'imagine que l'humilité d'un chrétien est une bassesse. David nous fait assez voir, par la manière dont il répond à Michol, qu'il n'y avait rien de plus grand que les vues qu'il avait eues, en s'humiliant ainsi devant Dieu et devant son peuple : *Oui, devant le Seigneur*, dit ce prince, *qui m'a choisi plutôt que votre père et que toute sa maison, et qui m'a commandé d'être le chef de son peuple dans Israël : je me mépriserai moi-même, et je ferai gloire de cet abaissement devant les servantes mêmes dont vous parlez.* Ce prince s'abaisse d'une humilité d'autant plus haute qu'elle est sans réserve. *Cum omni humilitate*, dit saint Paul. Nous voulons quelquefois nous humilier en nous-mêmes, mais nous rougissons de témoigner au dehors l'humiliation de notre cœur. David est humble partout. Il est humble aux yeux de Dieu; il l'est aux yeux des hommes, il l'est à ses propres yeux. Les saints font une grande attention sur cette parole : *Humilis ero in oculis meis;* je me mépriserai moi-même. On s'humilie quelquefois superbement, et l'homme s'élève au fond de son cœur de ce qu'il a fait au dehors des actions qui l'ont abaissé devant les autres. Le vrai humble s'humilie en tout. Il se plait à paraître méprisable et non pas humble. Il ne croit jamais avoir satisfait à ce que l'humilité demande de lui. Mais il aime cette vertu de tout son cœur, et il n'y a rien qu'il ne voulût faire pour la posséder. (Sacy.)

Vers. 13. — Cumque transcendissent, qui portabant arcam Domini, sex passus, immolabat bovem et arietem (1). Hic sine dubio per synecdochen singularis numerus pro plurali ponitur. Ut enim proximè *victima vituli* pro victimâ vitulorum adhibetur, sic etiam nunc *bos* et *aries* in singulari pro *arietibus* et *bobus* usurpantur. Sic enim lib. 1 Paralip. cap. 15, v. 26 : *Cùmque adjuvisset Deus Levitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri et septem arietes.* Quomodò tot victimæ tam brevi spatio ac tempore immolari potuerint, tradit Abulensis lib. 1 Paralip. q. 36, et docet duobus modis immolari potuisse. Altero, ut tantùm in viâ jugulentur victimæ, non excorientur et crementur carnes, et aliæ præterea adhibeantur cæremoniæ, quas lex præscribit, id enim præcipuè valet *immolo*. Ubi verò jam essent jugulatæ victimæ, crembantur posteà eo in loco qui præparatus erat à Davide, ubi similia peragerentur sacrificia. Id porrò sine ullâ longiori morâ perfici potuit, cùm multi jam essent congregati sacerdotes, et aræ item comparatæ plurimæ, ubi ritè opus illud sacrificale peragi potuit. Altero, ut tantùm cremaretur et adoleretur adeps; quod licet plusculùm desideraret moræ, brevi tamen confici potuit, quod fieri posse, imò et debere dicit, quia illa sacrificia fuêre pacifica, in quibus reliqua præter adipem, quem sibi ex omnibus vindicat Deus, cedunt in aliorum usus. Utramque rationem admittit Abulensis, aut potiùs neutram improbat.

Illud etiam hìc observandum, quod eodem loco Paralip. dicitur : *Cùm adjuvisset Deus Levitas*, etc., *immolabantur septem tauri.* Quomodò Levitæ adjuti fuerint in arcâ portandâ, quærunt interpretes. Vide Abulensem q. 32, ubi refert et improbat Hebræorum sententiam qui dicunt arcam ipsam elevatam esse supra Levitarum humeros, neque illis oneri ullo modo fuisse, cùm ipsa suo se nutu ferret, quod etiam tunc contigisse dicunt, cùm super Levitarum humeros Jordanem trajecit. Alios modos adducit Abulensis, quos tu vide. Ego duo hìc video, in quibus ad pium illud onus Levitarum humeri levari potuerint. Primùm ad pondus ferendum, quia licet arcæ moles adeò magna non esset, erat tamen ex auro magna pars, et lapideæ tabulæ intùs claudebantur. Sed longè major erat difficultas et labor ab ascensu, qui erat arduus et præceps, per quem ad arcem Sionis, seu civitatem Davidis ascendendum fuit. Fuit autem mirum in tantâ acclivitate sine ullâ offensione ad summum usque fastigium arcam esse delatam. Cùm ergo adjuvante Deo sex passus esset arca progressa, subsistebat parumper; an super Levitarum humeris vel super altari ad illum usum et ministerium instructo, incertum est. Utrumque probabile, sed prius meo judicio magis, cùm magnus esset Levitarum numerus, inter quos labor ille partiri posset; tunc verò septem immolabantur tauri, et arietes totidem.

Vers. 14. — Et David percutiebat in organis armigatis, et saltabat totis viribus ante Dominum (1). In aliquibus Bibliis, neque paucis

(1) Per singula sex passuum intervalla altare stabat, ubi bos et agnus, transeunte arcâ, illâque coram altaribus subsidente, immolabantur. Innuere videtur textus Paralipomenon, immolatos esse septem boves totidemque arietes; ex quo inferas, septem fuisse per totidem intervalla sex passuum altaria, quibus totum iter à domo Obededom usque ad locum à Davide in arcæ sedem destinatum spargebatur. In eo tamen Paralipomenon loco sermo est tantùm de septem victimis, quas sacerdotes immolabant, grates Deo reddentes, quòd sibi denique pepercisset. De victimis à rege nomine suo oblatis, nihil ibi legimus. Censet Grotius, aras illas è glebis tumultuario opere congestis fuisse conflatas :

Erexit subitas congestu cæspitis aras.

Malunt alii, unicum fuisse altare, quo illarum omnium victimarum sanguis deferebatur. Nulla sanè necessitas postulabat, ut altaria starent ubique, ubi victimæ immolabantur; sed altarium major numerus pompæ magnificentiam augebat.

Hebræum *meri*, quod Vulgata et Septuaginta reddunt *arietem*, sonat, juxta Rabbinos, bovem seu vitulum, seu victimam quamcumque datâ operâ saginatam; ex aliis, bubalum seu taurum ferum. Symmachus, *ovem;* Septuaginta, *agnos;* Aquila, *animal saginatum.* Sed Bochartus contendit, accipiendum esse de bove quodam Syriæ pinguissimo et velocissimo.

Olim pagani numina et ipsos etiam principes suos eodem honoris genere persecuti sunt, quod David hìc arcæ Dei Israelis impendit. Othonem ita exceptum legimus apud Suetonium : « Cùm per omne iter dexterâ sinistrâque oppidatim victimæ cæderentur. » Et Caligula apud eumdem : « Ut à Miseno movit, inter altaria et victimas ardentesque tædas densissimo ac lætissimo obviorum agmine incessit. » Paris ita ad Helenam scribit apud Ovidium :

Ibis Dardanias ingens regina per urbes,
Teque novam vulgus credet adesse deam.
Quàque feres gressus, adolebunt cinnama flammæ,
Cæsaque sanguineam victima planget humum.

(1) Innuere videtur Hebræus, agni lasciviens instar Davidem saltâsse, vel circumsiliendo choreas duxisse. Septuaginta : *Ludebat instrumentis.* Chaldæus : *Laudabat Dominum.* Divinum illud œstrum, quo David afflabatur, et præsens rei gaudium, non licitum modò, sed laudabile in eo principe efficiebant, quod in

inveniuntur hæc verba, licet ex aliis multis, et ex nuper à Sixto correctis expuncta sint. Quare visum est in his etiam explicandis aliquantulùm operæ ponere, ne videamur anti-

aliis rebus minùs decuisset publicè à viro ejus dignitatis præstari.

DAVID ERAT ACCINCTUS EPHOD LINEO. Induendam tunc censuit David vestem, quæ unis sacerdotibus pro consueto more debebatur; sed ejus usum nulla lex regibus interdicebat. Ephod istud nihil erat fortassè, nisi cingulum quoddam lineum inferiores vestes adstringens, Præter ephod assumpserat tunc David pallium byssinum. Hæc tamen minimè continuerunt Micholem, quin exprobraret regi, nudum illum fœdè coram ancillis suis apparuisse, ut inferiùs narrabitur. Ex Patribus quidam expendentes ea quæ de David memoriæ prodita sunt, comedisse scilicet illum panes propositionis, et gessisse ephod, sacerdotis loco habuerunt, rati participem factum fuisse sacerdotii legis novæ, vel expressisse imaginem novi fœderis sacerdotum. Hoc sensu S. Irenæus sacerdotem illum appellat : *Sacerdos scilus erat David.* (Calmet.)

Nota et imitare hic insignem Davidis humilitatem, æquè ac devotionis fervorem quo meruit fieri pater Christi, qui in arcâ typicâ mentis oculis prospiciebat et honorabat Christum antitypum ex se nasciturum; ita Eucherius : « Hic, inquit, humilitas approbata, superbia « damnata et temeritas vindicata monstratur, « quia et ipse David coram arcâ Domini humi- « liter saltando non erubuit, mox promissio- « nem filii Dei ex suâ stirpe nasciturî suscî- « pere promeruit; et conjux quæ eamdem « illius humilitatem despexit, ejus semine fœ- « cundari non merita, perpetuæ sterilitatis « pœnam luit. » Porrò S. Ambros. lib. 1 Apolog. Davidis cap. 6 : « Docuit, ait, David con- « tuitum regalis potentiæ non habendum, « ubi religionis exhibetur officium. Honestum « est enim pro religione facere, etsi incon- « gruum sit potestati. » Idem lib. 4, epist. 50, ad Sabinum, causam litteralem hujus saltûs dat, dicens : « Ludebat enim Domino puer suus, et « ideò amplùs placuit, quia ita se humiliavit « Deo, ut regale posthaberet fastigium, et ul- « timum exhiberet Deo quasi servulus minis- « terium. » Idem S. Ambr. serm. 25 de Sanctis, causam hujus saltûs sublimem, sed mysticam assignat. « Elatus gaudio, inquit, in « saltationem prorupit. Prævidebat enim in spi- « ritu Mariam de germine suo Christi thalamo « sociandam. Unde ait : *Et ipse tanquàm spon- « sus procedens de thalamo suo.* Ideò ipse præ « cæteris prophetiarum auctoribus plus canta- « vit, quia lætior cunctis per hæc gaudia suos « posteros conjugabat, et ad propria vota so- « litò dulciùs invitans, docuit nos quid id in « ipsis nuptiis facere deberemus, cùm ille ante « nuptias tantâ exultatione saltaverit ante ar- « cam. »

Anagogicè, S. Ambrosius lib. 2 de Pœnit. c. 6 : « Cùm ad Baptismum venis, manus « elevare, pedes quibus ad æterna conscendas, « velociores habere moneris. Hæc saltatio fidei « socia, gratiæ comes. Hoc est ergo mysterium : « *Cantavimus vobis*, novi utique canticum Te- « stamenti; *et non saltâstis*, hoc est, non ele- « vâstis animum ad spiritalem gratiam, » Lucæ 7. Idem Ambros. lib. 6 in Lucam c. 7, docet hanc Davidis saltationem non fuisse lascivam, scenicam vel histrionicam, sed honestam, modestam et piam : « Est honesta, ait, « saltatio, quâ tripudiat animus, et bonis cor- « pus operibus elevatur. » (Corn. à Lap.)

quam illam lectionem omninò reliquisse. *Armigatus* vox est inusitata, et quod ego viderim, in hoc uno loco tantùm audita. Significare aiunt, qui hanc lectionem probant, id quod ex armis, id est, humeris suspenditur. Sicut de arcu dixit Maro lib. 2 Æneid. :

Namque habilem de more humeris suspenderat arcum.

Et de pharetrâ Claudianus 1 de Raptu :

Pendent post terga sagittæ.

Ego hic arbitror fecisse Davidem, quod hoc tempore, credo etiam et antiquis, et faciunt, et fecêre multi qui eodem tempore et digitis lyram et terram alterno quatiunt pede, dùm numeros simul obeunt saltatorios. Quod non obscurè indicat hic locus qui docet *armigata organa* percussisse Davidem, et totis saltâsse viribus. Tunc autem verisimile est, organum illud ex humeris fuisse suspensum; magnus enim fuisse labor gestare illud et pulsare manibus cum saltu frequenti, et in citato tripudio, maximè in loco acclivi atque arduo. Sic opinor.

PORRO DAVID ERAT ACCINCTUS EPHOD LINEO (1).

(1) Nous croyons devoir supprimer quelques froides railleries, quelques pitoyables objections de Voltaire au sujet de la translation de l'arche, de la punition d'Oza, etc. Nous nous contenterons d'observer que le transport de l'arche sur un chariot était une irrégularité, puisque, selon la loi de Moïse, les prêtres devaient la porter sur leurs épaules. Aussi l'accident qui arriva lorsque les bœufs qui traînaient l'arche firent un faux pas, et que le chariot ébranlé pencha d'un côté et fut en danger d'être renversé, quoique *l'arche ne tombât point*, fit si bien sentir à David qu'il avait manqué à la loi, que l'auteur des Paralipomènes observe qu'il avoua sa faute aux prêtres, lorsqu'il fallut se remettre en marche, et leur ordonna de porter l'arche, ainsi que Moïse le leur avait prescrit.

Quant à la punition soudaine et terrible infligée à Oza, ce simple lévite ne devait pas ignorer qu'il était défendu, sous peine de mort, à tout Israélite, excepté aux prêtres, de porter les mains à l'arche; encore les prêtres n'avaient-ils la permission de toucher que les barres avec lesquelles ils la transportaient, et qui, par cette raison, n'en étaient jamais séparées. Si la punition que subit ce lévite paraît très-sévère, nous pouvons supposer que Dieu en agit de la sorte afin d'inspirer à un peuple grossier, qui ne pouvait être retenu que par

Hoc lib. Paralip. 1, cap. 6, v. 27, *stola* vocatur *byssina;* sed est omninò idem quod statim v. 28, clariùs explicatur, dùm eadem adhibetur vox, quæ nunc cap. hoc 6. Porrò quid sit hoc *ephod*, quo usus est David, et quod est Levitis familiare, et quo modo ab illo distinguatur, quod gestat sacerdotum summus diximus lib. 1, cap. 2, ad illud v. 18 : *Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer accinctus ephod lineo.* Eodem autem lineo tegumento etiam erant amicti Levitæ de quibus loco citato Paral. v. 27 : *Porrò David erat indutus stolâ byssinâ, et universi Levitæ* (1).

la terreur, un plus grand respect pour l'arche, symbole sacré de sa présence.

A l'occasion de cet événement, Tindal a accusé David d'avoir dansé *tout nu* devant l'arche. Mais loin que ce religieux prince ait dansé tout nu, l'Ecriture remarque en termes exprès qu'il *était revêtu de l'éphod*, ou robe de lin que portaient les prêtres. En disant qu'il dansa *nu* devant l'arche, l'historien sacré a voulu dire qu'il avait quitté ses vêtements ordinaires et toutes les marques de sa dignité, et non qu'il dansa *tout nu.* (Duclot.)

(1) Vers. 15. — Ducebant arcam testamenti Domini in jubilo et in clangore buccinæ. Addit Joseph. lib. 8, c. 2, aitque : Ascenduntque « illò cum victimis, tam rex quàm universus « populus ac levitæ, libaminibus et multo hostiarum sanguine viam perfundentes, et infinitam vim odoramentorum adolentes, ut circumquàque totus aer suavitate repletus etiam « longè remotis sentiretur. » Additque « divino auxilio ita roboratos omnes in hâc supplicatione, ut nemo lassesceret, ex quo constans esset omnium opinio, adventare Deum « ad inhabitandum recens extructum ac dicatum sibi locum; nam neque hymnos canentibus, neque choreas ducentibus lassitudo « est oborta, dùm ad templum pervenirent.

Allegor. arca significabat Ecclesiam novi Testamenti militantem, quam Christus in Sione instituit, ad eamque gentes omnes per Apostolos adduxit, et Judæos in fine mundi adducet. Audi Eucherium : « David arcam in civitatem « David inducit, quia Dominus Henoch et Eliâ « prædicantibus convertet corda patrum in « filios, boves et arietes immolans, hoc est, « eos, qui arcam Domini triturant, et ovium « ejus ducatum gerunt, martyrii sanguine coronans, et ipse quoque suæ incarnationis et « passionis exemplum eatenùs Judæis non « creditum palàm manifestans; hoc enim significat, quòd et ipse David accinctus erat « ephod lineo, quod de terrâ procreatum multiplici labore, ad candorem vestis pervenit, « sicque veritatem humanæ carnis inter flagella triumphantis ostendit. »

Anagog. arca significabat Ecclesiam beatorum triumphantem, quam Christus in Sionem cœlestem cum triumpho deduxit, præsertim cùm ipse in illud gloriosè cum omnibus S. patriarchis et prophetis quadragesimo die post resurrectionem ascendit. Imò arca Testamenti repræsentabat Christi humanitatem gloriosam, in quâ quasi arcâ continebatur et abscondebatur ejus divinitas. Rursùm arca significabat B. Virginem, quam verus David, id est, Christus, cum jubilo angelorum omnium et sanctorum in cœlum deduxit et assumpsit. (Corn. à Lap.)

(1) Reddi posset textus : *Lasciviebat cum nisu,* et saltu. Prima originalis vox referri creditur ad saltationem lascivientium arietum, altera ad saltum caprarum. Aquila : *Agitabat se, et saltabat.* Symmachus : *Tripudiabat et ridebat cum citharâ.* Septuaginta : *Saltabat et pulsabat.* (Calmet.)

Vers. 16. — Cumque intrasset arca Domini civitatem David, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem David subsilientem (1). Non tantùm viri, sed etiam feminæ secutæ fuerant arcam, cùm traduceretur, et quo potuerant modo, triumphalem illam pompam et genialem diem honestaverant, ut constat ex v. 19. Et in his quoque fortassè fuerant aliæ uxores Davidis, quæ non sunt dedignatæ inter mediam turbam interesse, quam mariti singularis pietas evocaverat; neque locum, conventumque despexerant, quem rex et conjux non solùm ingentibus prosecutus fuerat sumptibus, sed etiam cantu, numerosoque tripudio celebrare voluit. Ergo Michol, cùm regios, id est, superbos retineret spiritus, quos à Saülis stirpe et moribus hauserat, continuit se domi, et appropinquantem prospectavit pompam per fenestram, unde cum fastidio et nauseâ intuebatur pium regis festivumque tripudium.

Vers. 17. — Et introduxerunt arcam Domini, et imposuerunt eam in loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat ei David. Non dubium, quin à pio et liberali rege præparatus sit locus, qui futurus esset arcæ non tam domicilium stabile, quàm exigui temporis hospitium, et pro regiâ majestate eximius, et arte materiâque conspicuus, et pro arcæ dignitate religiosus et lautus. Sed pro tabernaculo, in quo diù commorata est, quodque tunc relictum fuerat in Gabaon, fuit quoddam tentorium ex pellibus, aut ex aliâ materiâ, pretiosis intentum velis, de quibus in Scripturâ sacrâ non constat. Tantùm enim audimus cap. 7, v. 2, arcam Dei positam *in medio pellium.* Et 1 Paralip. 17, v. 1, *sub pellibus.* Eo tamen in loco fuisse alia quæ ad opus sacrificale pertinerent, non est dubium, ut altare holocausti; nam scimus ibi oblatas esse victimas, et Joab ibi amplexum esse cornu altaris, quasi in summo vitæ discrimine inviolabile perfugium.

Et obtulit David holocausta, et pacifica. Hoc fuit extremum, quod in religiosum arcæ cultum à Davide comparatum est, antequàm

cum bonâ gratiâ dimitteretur populus. Quid porrò sit *holocaustum*, quid *pacifica victima*, notum est, et à nobis non semel repetitum.

Vers. 18. — Benedixit populo in nomine Domini exercituum. *Benedicere* hoc loco, benè precari est, quasi optet, oretque David Deum, ut populi pietatem aliquo cœlesti dono atque humanarum rerum abundantiâ compenset. Sed quia *benedictio, donum* etiam significat, quo alios aut excipimus, aut prosequimur, qualia sunt xenia, aut hospitale convivium, ut diximus ad illud 1 Reg. 25, v. 27, ubi sic ad Davidem Abigail : *Suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua*, benedixisse dici potest David populo, cùm illum discedentem cibo illo quasi hospitali prosecutus est.

Vers. 19. — Et partitus est universæ multitudini Israel, tam viro, quam mulieri, singulis collyridam panis unam. Noluit rex pius ac liberalis tam hilare ac promptùm popularium officium omittere non compensatum aliquo grati animi vel levi documento. Quare ex tantâ multitudine nemo fuit ex utroque sexu, quem aliquo munusculo prosecutus non fuerit abeuntem. Largitus est primùm *collyridam panis*, 1 Paralip. 16, *tortam panis*. Abulensis putat, tantùm cuique porrectum esse panis, quantùm pro unâ sive mensâ, sive epulo putabatur sufficiens esse demensum. Id fortassè verum. Sed illud certum, significari aliquid supra vulgarem panem delicatius. Hebraicè est, *Chala*, quam noster interpres modò vertit *tortam*, ut 1 Paralip. cap. 16, modò *crustulam*, Exod. 29, v. 2. Quare arbitror huic generi placentæ aliquid esse admixtum ad conciliandum saporem, non tam pistorio opere, quàm dulciario, quia plerùmque video vocem חלה seu *collyridam*, cum rebus quæ gulam excitant, et palatum permulcent, esse conjunctam, quæ lagana, vel lalangia vocantur. De quibus sic Rhodiginius lib. 9 Lect. ant., capite. 16 : « Collyra dicta « minuti panes, qui dari pueris consuevêre. « alicubi tamen collyria dicuntur lalangia; « unde et κολλυρίζειν verbum, quo in sartagine « lalangiorum percoctio significatur. »

Et assaturam bubulæ carnis unam. 1 Paralip. 16, 3, *bubalæ*. Vox Hebræa אשפר *espar, frustum carnis* significat, sed animal unde sumptum fuerit, non definit. Noster *bubulam*, seu *bubalam carnem* reddit, eâ opinor adductus ratione, quia אשפר, à radice שפר, aliquid importat speciosum ; taurus autem in Scripturâ sacrâ pulcher appellatur. Deuteron. 32, v. 17, de Joseph : *Quasi primogeniti tauri pulchritudo ejus.* Aut fortassè dictionem illam in duas partes divisit hoc modo אש פר, *es par*, id est, *bos ignitus*, sive *assatus;* et ideò utramque particulam spectans reddit : *Assaturam carnis bubulæ*. Et hoc postremum magis placet. Quod si ita est, ut profectò verum esse arbitror, dedit singulis David carnem bubulam, aut assam, aut elixam; denique quam ignis tetigerat, esculentamque reddiderat. Quemadmodùm apud Hispanos, hodièque multis in locis, fit ut multitudo, quæ ad diem aliquem celebrandum convenit, cum hujusmodi esculentis dimittatur ; quod officium Hispanorum vulgò charitas, dicitur, à Græcis olim ἀγάπη, *agape*.

Et similam frixam oleo. Hebraicè אשישה, *asisah :* quæ vox nihil significat certum, sed tantùm id quod convivium, et hominum familiarem et benevolùm cœtum exhilarat. Quare pro rerum ac temporum opportunitate modò interpretes reddunt, *similam oleo frixam*, modò, *laganum*, modò, *flores*, modò, *poppana*, modò, *lagenam vini*. Quid simila oleo frixa sit, non est obscurum; puto esse illa quæ pro secundis mensis scriblita dicuntur, aut quid simile, artolagana videlicet, aut lalangia. Septuaginta sic reddunt : *Collyridam panis, et placentam, et laganum de sartagine*. Chaldæus nihil de materiâ dicit definitò; tantùm dicit, singulis datam esse portionem. Hispanica translatio : *Un pan, una buena puesta de carnes, e una ampolla de vino.*

Vers. 20. — Reversusque est David, ut benediceret domui suæ. Sicut populo ante benedixerat David, precatus illi fortunata omnia, et largitus aliquod suæ benevolentiæ atque alacritatis documentum, eodem, opinor, modo domui suæ benedixit, orans, ut quando illam tanto dono Deus voluisset ornare, sic etiam et dignum redderet habitaculum, cœlestibus cumularet beneficiis, et ab omnibus tueretur incommodis. Quomodò nos in fine Completorii Dominum oramus, ut habitationem nostram visitet, et inimicorum ab eâ repellat insidias; eodem fortassè modo, quo Salomon ædificato templo; priùs enim benedixit populo cap. 8 lib. 3 Reg. v. 14 : *Convertitque rex faciem suam, et benedixit omni Ecclesiæ Israel;* sicut modò David. Deinde à versu 29 oravit, ut super domum illam essent oculi Dei semper intenti, etc. Eodem modo arbitror benedixisse David domui suæ, id est, illi à Domino precatum esse, quod Salomon templo, aut certè illius orationi orationem habuisse non valdè dissimilem. Deinde puto, sicut in alios liberalis fuit, largiendo

esculenta dona, sic etiam in domesticos fuisse munificum, et geniale illis adornâsse convivium, dixisseque, quod in re non dissimili dixisse traditur Esdras lib. 2, c. 9, v. 10 : *Comedite pinguia, et bibite mulsum*, etc., *quia sanctus dies Domini est.*

Et egressa Michol filia Saul in occursum David, ait : Quam gloriosus (1)! etc. Jam ante spectârat Michol saltantem Davidem, et festivo tripudio præcedentem arcam. Neque diutius comprimere potuit conceptum animo fastidium, sive dolorem, quin statim, quasi virus esset acerbum, in conjugem evomeret. Quare cùm primùm dimissus est populûs, verbis illum excepit contumeliosis et amaris, dùm illum dicit parùm considerâsse, quid ab eo regium nomen, et dignitas exigeret. A quâ longè aberat, nudatum esse in conspectu totius Israel, non aliter atque si ludius esset, aut mimus, aut qui scurrilibus nugis et inconditis corporis motibus oblectare vellet nimis curiosos et avidos irridentium oculos. Addebat deinde, ad majorem regis ignominiam, vile servularum nomen, quibus se spectandum nudum et illudendum præbuerit. Quod, credo, fingebat insolens femina, ut crimen, si quod esset, magis amplificaret, non quòd reverà coram ancillis rex in eâ religiosâ ac celebri traductione saltaverit. Nam in illâ tam frequenti turbâ, ubi erat non solùm Hierosolymæ, sed etiam totius Israelis prima nobilitas, non videntur ancillæ habituræ fuisse locum juxta arcam, ubi nudatus David ad saltatorios se numeros versaverat, nisi dicas, præcessisse quoque arcam puellarum choros, inter quas David suos quoque implevit orbes saltatorios, cùm nobiles feminæ artem illam minùs ingenuam et honestam in virorum conspectu exercere non soleant. Sed neque hoc nimis probat, quod regi exprobrat insolens uxor. Nam in hujusmodi causis, quæ publicæ sunt, quæque religioni ac pietati serviunt, honestæ atque ingenuæ virgines illud quoque adhibere solent exultantis animi et gratulantis argumentum. Sanè non erat Moysis soror Maria ex vili ancillarum grege ; illa tamen, et honestarum mulierum (quod nemo, credo, dubitabit) frequentes chori transmisso mari Rubro divinam celebravêre victoriam. Neque principis Jephte ignobilis erat filia, quæ cum ejusdem ordinis virginibus victori parenti cum choris et tympanis occurrit. Sic credo, si quis in eâ pompâ fuit virginum chorus, ille non è vulgaribus, sed ex ingenuis congregatus fuit. Quòd id usitatum fuerit inter Hebræos, constat satis ex Judic. c. 21, v. 19, ubi hoc in Silo, id est, ante arcam, anniversariâ celebritate fieri solitum ostenditur. Quod etiam accidisse arbitror in victoriâ Judith, ut constat ex illius libro cap. 15, v. 15.

Dicitur David discoopertus et nudatus ; an ita fuerit, ipsa viderit Michol, quæ, ut erat impatiens, muliebri more inconsideratè hæc exprobrat. Ex historiâ sacrâ id tantùm habemus supra, v. 15, accinctum fuisse ephod lineo. Sed quia ibi etiam dicitur totis saltâsse viribus, quod sanè facere non posset, si vestes ex more regias haberet, ideò est verisimile, illas deposuisse, et earum loco sumpsisse lineum ephod, quod levissimum est, et ad saltus illos pyrrhicos opportunum, et quia religioni dabat tunc publicam operam, maximè personam regiam religiosum quodammodò decebat amiculum. Et licet in rege nihil indecorum esset, quale spectari solet in homine nudo, quodque illi exprobrasse videtur nimiùm putida ac fastidiosa conjux, eo tamen sensu discoopertus potuit, et nudus appellari, quia illud ornamentum deposuit, quod erat regiæ dignitatis insigne. Quo modo nudus dicitur propheta, sacerdos et monachus, qui licet laico sint integumento vestiti, sui tamen ordinis abjecerunt familiarem cultum. Quâ de re nos plura ad illud lib.

(1) Quasi si nudetur unus de scurris. Verbis hisce Michol modum excedit, atque obsequio in regem debito deest. Textus ad litteram : *Quasi unus stultorum*, seu circulatorum et otiosorum, qui inanibus spectaculis imperitum vulgus detinent. Septuaginta : *Sicut unus saltantium.* (Calmet.)

Et nudatus est..... *Nudatus*, non quod David omninò esset nudus, hoc enim indecens et turpe fuisset, sed quòd deposuisset extimam vestem regalem, ut indueret ephod ; perinde ac si hodiè rex deposito paludamento vestitus thorace et caligis duntaxat desuper induerit superhumeralem amictum lineum, ità que in processione vel sacrificio Missæ appareret, ac cum cantoribus superpelliceo vestitis caneret. Ita Cajetanus. Michol erat filia regis Saülis, et uxor regis Davidis ; unde indignum putabat regiâ suâ et Davidis majestate, quòd ipse saltaret ante arcam : « Nesciebat ipsa, ait Theodoret. et Procop., divini amoris stimulos, « qui magnos etiam ad parva excitant. »

Allegor. Angelomus : David transferens arcam, à Michol irrisus est. « Sic Dominus Jesus « Christus, inquit, cùm testamentum Dei in « Ecclesiam suam transferre voluit, hoc est, « ex veteri Testamento evangelica præcepta, « velut qui nova conderet, à plebe Judaicâ « comprehensus atque in cruce suspensus, ludibrium eis fuit. In quâ cruce velut nudus « eis apparuit, dùm potentiam divinitatis suæ « illis abscondens, infirmitatem tantùm carnis « ostendit. » (Corn. à Lap.)

1, cap. 19, de Saüle : *Et cecidit nudus totâ die.*

VERS. 21.—ANTE DOMINUM, QUI ELEGIT ME (1), etc. Aliqui latini codices habent : *Vivit Domi-*

(1) ET LUDAM ET VILIOR FIAM (S. Ambr. lib. 1 Apol. Davidis cap. 6, legit : *Ero nugax ante oculos tuos*) PLUS QUAM TACTUS SUM ; ET ERO HUMILIS IN OCULIS MEIS, ET CUM ANCILLIS DE QUIBUS LOCUTA ES, GLORIOSIOR APPAREBO. Vera enim gloria est humilitas quæ Davidem et sanctos gloriosos effecit, dùm per heroicam demissionis virtutem se inferioribus associant et quasi æquant, cum eisque abjecta et in speciem vilia obeunt ministeria ad Dei honorem et cultum. Audi S. Gregor. (cujus verba transcribunt Euch. et Angel.) lib. 27 Moral. cap. ult., ubi Davidis sensa sic explicat : « Vilescere coràm « hominibus appeto, quia servare me coràm « Domino ingenuum per humilitatem quæro. « Sunt verò nonnulli, qui de semetipsis hu- « milia sentiunt, quia in honoribus positi nil « se esse nisi pulverem favillamque perpen- « dunt ; sed tamen coràm hominibus despecti « apparere refugiunt, et contra hoc quod de « se interiùs cogitant, quasi rigidâ exteriùs « venustate palliantur. Et sunt nonnulli qui « viles videri ab hominibus appetunt, atque « omne quod sunt, dejectos se exhibendo, « contemnunt ; sed tamen apud se introrsùs « quasi ex ipso merito, ostensæ vilitatis intu- « mescunt, et tantò magis in corde elati sunt, « quantò ampliùs in specie elationem premunt. « Quæ utraque unius elationis belli, magnâ « David circumspectione deprehendit, mirâ « virtute superavit. » Probat idipsum dùm subjicit : « Quia enim de semetipso intùs hu- « milia sentiens honorem exteriùs non quærit, « insinuat dicens : *Ludam et vilior fiam.* Et « quia per hoc quòd vilem se exteriùs præbuit, « nequaquàm interiùs intumescit, adjungit : « *Eroque humilis in oculis meis;* ac si dicat : « Qualem me exteriùs despicens exhibeo, ta- « lem me et interiùs attendo. Quid ergo futuri « sunt quos doctrina elevat, si David ex carne « suâ venturum Redemptorem noverat, ejus- « que gaudia prophetando annuiabat, et tamen « in semetipso cervicem cordis validâ discre- « tionis calce deprimebat, dicens : *Eroque hu- « milis in oculis meis.* »

Tropol. S. Bern. epist. 87 ad Ogerium : « Ludam, inquit, ut illudar. Bonus ludus quo « Michol irascitur et Deus delectatur. Bonus « ludus, qui hominibus quidem ridiculum, « sed angelis pulcherrimum spectaculum præ- « bet. Bonus, inquam, ludus quo efficimur « *opprobrium abundantibus et despectio superbis.* « Nam reverà quid aliud secularibus, quàm « ludere videmur cùm quod ipsi appetant in « hoc seculo, nos per contrarium fugimus ; et « quod ipsi fugiunt, nos appetimus. » Et nonnullis interjectis : « Non est hic ludus puerilis ; « non est de theatro, qui femineis fœdisque « anfractibus provocet libidinem, actus sordi- « dos repræsentet. Sed est ludus jucundus, « honestus, gravis, spectabilis, qui cœlestium « spectatorum delectare possit aspectus. Hoc « casto et religioso ludo ludebat, qui dice- « bat : *Spectaculum facti sumus Angelis et homi- « nibus.* Hoc ludo et nos interim ludamus ut « illudamur, confundamur, humiliemur, donec « veniat, qui potentes deponit et exaltat hu- « miles, qui nos lætificet, glorificet, in æter- « num exaltet. » (Corn. à Lap.)

nus, quia ludam ante Dominum, qui elegit, etc. Sed Sixtiani codices habent, sicut à nobis dictum est. Sed est aut idem, aut non valdè diversus sensus, si illud, *ante Deum,* forma sit juramenti Hebræis familiaris. Ut enim *coram Deo* juramenti species est, quâ usus fuit Paulus, cùm dixit *coram Deo, quia non mentior,* sic etiam *ante Deum.* Quare sensus erit, *coram Deo,* seu *Deus vivit* (parùm enim refert, hocne, an illo modo interpretere, cùm utrumque jurisjurandi pondus habeat) qui elegit me, repudiato parente tuo, tradiditque Israelitici populi gubernaculum, quia ludam (nempe *coram Deo*) et me multò magis abjiciam, quàm hactenùs feci. Et tunc illud *et* ante *ludam*, non erit copulativa conjunctio, sed valet idem omninò quòd *quia.* Exempla sunt obvia.

Sed fieri etiam potest, ut illud, *ante Deum,* nullam habeat jurisjurandi firmitatem, sed id valeat, quod simpliciter sonat, et tunc est sensus : *Ante Deum,* à quo habeo, ut rejecto Saüle, regnem et ludam, et personam sumam multò viliorem, neque id mihi existimabo futurum esse dedecori ; imò quò vilior fuero, plus inde me putabo accepisse gloriæ.

Est quidem utralibet harum expositionum neque inepta, neque aliena à translatione Vulgatâ, sed est difficile illam ad hebraicum textum accommodare. Quare aliam ego expositionem aggrediar, id quod in rebus implexis et obscuris aliquando facio, utinam cum aliquo operæ pretio. Et primùm observo, *si*, conditionalem particulam maximè cum futuris esse supplendam, ut docuimus in nostris Commentariis super Psal. 67, ad illud : *Infirmata est, tu verò perfecisti eam.* De tempore futuro exempla sunt obvia Joan. 7 : *Quæretis me, et non invenietis ;* id est, si quæsieritis, non me invenietis. Proverb. 1, v. 28 : *Invocabunt me, et non exaudiam; manè consurgent, et non invenient me.* Id est, si invocaverint, si consurrexerint. Quæ sententia eo dicendi modo sæpiùs occurrit. Prov. 21, v. 13 ; Isaiæ 58, v. 9 ; Jerem. 11, v. 11. Sic accipio illud Deut. 28, v. 38 : *Sementem multam jacies in terram, et modicum congregabis. Vineam plantabis et fodies, et vinum non bibes. Olivas habebis in omnibus terminis tuis, et non ungeris oleo. Filios generabis et filias, et non frueris eis.* Job. cap. 31, *seram, et alius comedet.* Id est, si sementem feceris, si vineam plantaveris, si olivas habueris, si filios

genueris, si severo. Ad hunc modum te poribus hisce futuris conditionalem par culam præpono, et sic explico textum Hebrai m, qui ad verbum sic habet : *Ludam ante l minum, et vilior fiam, plus quàm factus sum, et ero humilis in conspectu meo*, etc. : Si lusero in conspectu Domini, et meipsum abjecero, et si vilis fuero in conspectu meo, ita ut non me his ancillis, quarum mihi vilem conditionem objicis, superiorem putem, et ad illarum me ministerium abjiciam; tum gloriosior apparebo, nempe in oculis Domini. Alia enim sunt Dei, alia hominum judicia; illa spectari debent, hæc cum illis composita, omninò contemni. Hæc explicatio non videtur difficilis, et est valdè ad moralem sensum opportuna.

Vers. 23. — Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius usque ad diem mortis suæ (1). Punivit Deus hoc tam superbum, liberumque convicium, eo supplicio, quod inter Hebræos censebatur esse gravissimum. Illa enim femina infelix putabatur, et quodammodò maledicta, quæ nullam suscepisset prolem. Quod cùm aliis accideret semper molestum, huic tamen non poterat non esse longè molestissimum; quia cùm esset è regio genere, et aliis Davidis uxoribus illustrior, si quem è Davide filium esset enixa, ille videbatur ad regiam dignitatem esse venturus. Quo argumento Theodoretus et Procopius utuntur ad hunc locum. An verò filium Michol sive ex Davide, sive ex alio conjuge, cui illam pater ante tradiderat, aliquando conceperit, disputant interpretes. Quam nos quæstionem expediemus breviter ad cap. 21.

(1) Symbol. Michol repræsentat paganos, Judæos, hæreticos, cæterosque impios qui Ecclesiæ fidem, cæremonias piorumque hominum facta irrident et calumniantur. Ita Eucher., Angelom. et S. Ambr. l. 1 Apolog. David c. 6, unde *Michol* Hebr. idem est quòd *omnis aqua*, ait Eucher.; aqua autem symbolum est persecutionis et persequentium, qui ut aqua in vitia carnalia diffluunt, ideòque veros, pios et spirituales quasi sibi ex diametro adversos persequuntur. (Corn. à Lap.)

C'est pour cette raison que Michol, fille de Saül, n'eut point d'enfants de David jusqu'à sa mort. Michol est punie par la stérilité, qui était alors la plus grande honte de son sexe, et l'image des âmes que Dieu rejette, comme n'étant point du nombre de ses épouses. Elle avait paru d'abord digne de David, en préférant l'amitié qu'elle lui devait à celle de son père, qui avait voulu se servir d'elle pour le perdre. Mais elle paraît en cette rencontre digne de Saül, amie du faste, ennemie de tout ce qui abaisse l'homme sous la main de Dieu, et la véritable fille de ce roi superbe. (Sacy.)

Et primùm ridiculum est, quod, ut in Tradit. Hebr. refert Hieronymus, existimârunt Hebræi; nempe concepisse ex Davide, ac peperisse filium, nomine Jethram, et in ipso partu animam egisse; qui etiam addunt Æglam fuisse vocatam. Eo verò ducuntur argumento, quia hoc loco dicitur non habuisse filium usque ad diem mortis; quasi eo die, quo filium est enixa, è vivis excesserit. Sed hanc cogitationem illud confutat, quòd Jethram ex Æglâ susceptus esse dicitur in Hebron c. 3, v. 5, multò ante hoc tempus; quare si in partu Michol interiit, non potuit interesse, aut spectâsse pompam, quæ arcam longè postea in arcem, id est, in Davidis civitatem induxit. Quomodò autem Ægla non potuerit esse Michol, eo loco à nobis demonstratum est. Neque ratio, quæ Hebræos in illam cogitationem induxit, nimis urget. Illud enim, *usque ad diem mortis suæ*, non indicat, in die mortis natum esse filium, sed nunquàm omninò fuisse susceptum. Hæ etenim particulæ, *donec, usque*, et similes, non ita excludunt reliquum temporis, ut terminum illis particulis designatum includant, quasi in illo aliquid concedatur esse factum, quod toto tempore, quo antecessit, negatur accidisse. Quale est illud Matth. 1, de Josepho : *Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum.* Ex quo dicendi genere non sequitur, quòd aliquando Virgo cognita fuerit à Josepho.

Neque novum est in Scripturâ sacrâ, ut dies, aut terminus, qui proximè antecedunt hujusmodi voces, includantur in numero, vel spatio, in quo negatur, aut affirmatur aliquid esse factum. Vulgaris enim est hæc dicendi forma, *usque ad mortem regnavit*, aut *in luxu fuit*, de illo, qui nunquàm excidit è regno, sed tantùm toto tempore ante mortem obtinuit regiam dignitatem, et luxui fuit ac voluptati deditus. Qui dixit bibendum esse calicem usque ad fæces, sine dubio ipsas quoque fæces complexus est. Sic Ezech. c. 23, cùm Ps. 112, *à solis ortu usque ad occasum divinum nomen* dicit esse *laudabile*, absque dubio non excludit occasum. In his formulis, quæ passim occurrunt in Scripturâ : *Ab homine usque ad pecus, à maximo usque ad minimum, à sene usque ad infantem omnes peribunt*, nemo dicet aliquem esse exemptum à cæde. Sic ergo neque diem mortis Michol hic dicendi modus eximit à sterilitate.

Sunt qui putent suscepisse ante hunc articulum Michol aliquos filios, sive ex Davide, sive ex alio viro; ex hoc tamen tempore pro-

pter severam illam atque superbam reprehensionem conclusam esse vulvam, neque unquàm auctam novâ prole. Quod ex eo verisimile faciunt, quia infra cap. 21, quinque filii Michol, exigentibus id obnixè Gabaonitis, in crucem dicuntur esse sublati. Nihilominùs communior est interpretum sensus, nullum ex Michol susceptum esse filium; non quidem ex Davide, quia cùm ex aliis uxoribus susceptos filios ad unum expresserit, de filiis Michol, quæ longè propter regium genus erat illustrior, nunquàm Scriptura sacra tacuisset. Neque ex priori viro, quia hoc non videbatur prætereundum esse silentio. Et quidem ita putant Hebræi, à quibus Lyra non dissentit ad illud lib. 1, c. 25 : *Saül autem dedit Michol filiam suam uxorem David, Phalthi filio Lais.* Hìc autem Hebræi, ut solent, multa confingunt, neque de illorum fide admodùm laborant. Primùm enim dicunt Phalthi virum esse peritum legis, religiosum et pium, qui cùm nôsset Michol habere tunc viventem virum, neque ab eo fuisse dato libello repudii legitimè dimissam, noluisse eam maritali copulâ cognoscere, atque ideò purum et cœlibem servâsse thalamum. Atque ideò cùm lib. 1, c. 25, vocatus esset Phalthi, postea l. 2, vocatur Phalthiel, addito Dei nomine; quod cognomentum à religiosâ castitate consecutus est. Ita Abulensis in c. 3, q. 17, citatque historiam Scholasticam, apud quam ego non invenio.

Cùm autem huic explicationi viderentur obstare Phalthielis lacrymæ, quas ablatâ uxore ubertim effudit, et studium quo illam voluit in suo retinere convictu, dicunt plorâsse quidem Phalthielem, præ gaudio tamen, quia cùm non esset illius uxor, cui posset assuescere legitimè, gaudebat vir bonus, quòd Michol legitimo foret restituta conjugi, et ipse à familiari peccandi consuetudine liberatus. Neque abnuere videtur Lyra, qui aliud etiam adducit ex Rab. Salomone, ideò nempe plorâsse, quia ablatâ Michol, videbat sibi magnæ perfectionis ablatam esse materiam, cùm contineret se ab eâ, quam assiduam habuit lectuli consortem. Ut enim ex eodem Rabbino refert Abulensis supra q. 18, inter se et uxorem ensem statuebat nudum, ne quis auderet, aut posset ad alterum impunitus accedere. Aliam historia Scholastica Phalthielis gemitûs rationem adducit in lib. 2 Reg. cap. 4, quia non cognoverat eam, quia illa cùm diligeret Davidem, tristem ad alterum virum vultum afferebat. Quòd verò Phalthiel tantoperè voluerit eam habere secum domûs thalamique consortem, eam fuisse causam nonnulli credunt, quia magnus illi ex regiæ conjugis consortio adveniebat splendor, qui, abeunte uxore, ex suâ quoque familiâ abiisse videbatur. Sic illi.

Illud porrò argumentum, quod adducitur à Lyrâ, aliquod etiam momentum habet, ut putemus intactam à Phalthiele fuisse Michol, quia si David aliter de uxore cogitâsset, non illam tantoperè repetiisset ab Abner primùm, deinde ab Isboseth. Sanè quia concubinæ, quas Jerosolymæ reliquerat, violatæ fuerunt ab Absalom, ab illarum perpetuâ consuetudine abstinuit. 2 Reg. c. 20, v. 3. *Cùmque venisset rex in domum suam in Jerusalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, et tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens, et non est ingressus ad eas; sed erant clausæ usque ad diem mortis suæ in viduitate viventes.* Scio hanc rationem infirmari optimè ab Abulensi in lib. 1 cap. 25, q. 19; aliquid tamen habet ad hanc cogitationem momenti.

At dices, infra cap. 21, v. 8, quinque filios attribui Michol : *Tulit itaque rex quinque filios Michol filiæ Saül, quos genuerat Hadrieli filio Bercellai, qui fuit de Molathi.* Josephus lib. 7, cap. 4, ex Davide dicit nullos filios peperisse Michol; ex alio verò marito genuisse quinque. Sed est communis, veraque sententia, quinque illos filios non fuisse natos è Michol, sed ex illius sorore Merob, quos ipsa, cùm careret filiis, sibi ipsi à matre jam orbatos adoptavit. Ita Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus, et communiter alii. Et docet textus ipse non obscurè; nam illi quinque filii esse dicuntur Hadrielis filii Bercellai, qui fuit de Molathi; at huic nupsit non Michol, sed ejus soror Merob, ut liquet ex lib. 1 Reg. cap. 18, v. 19. Imò ex hoc fit magis verisimile, nullos ex Michol natos esse filios; neque enim, si proprios haberet, adoptaret alienos.

CAPUT VII.

1. Factum est autem cùm sedisset rex in domo suâ, et Dominus dedisset ei requiem undique ab universis inimicis suis,

2. Dixit ad Nathan prophetam : Vides-

CHAPITRE VII.

1. Le roi s'étant établi dans sa maison, et le Seigneur lui ayant donné la paix de tous côtés avec tous ses ennemis,

2. Il dit au prophète Nathan : Ne voyez-vous

ne quòd ego habitem in domo cedrinâ, et arca Dei posita sit in medio pellium!

3. Dixitque Nathan ad regem : Omne quod est in corde tuo (vade), fac, quia Dominus tecum est.

4. Factum est autem in illâ nocte, et ecce sermo Domini ad Nathan, dicens :

5. Vade, et loquere ad servum meum David : Hæc dicit Dominus : Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?

6. Neque enim habitavi in domo ex die illâ quâ eduxi filios Israel de terrâ Ægypti usque in diem hanc, sed ambulabam in tabernaculo et in tentorio.

7. Per cuncta loca quæ transivi cum omnibus filiis Israel, numquid loquens locutus sum ad unam de tribubus Israel, cui præcepi ut pasceret populum meum Israel, dicens : Quare non ædificâstis mihi domum cedrinam?

8. Et nunc hæc dices servo meo David : Hæc dicit Dominus exercituum : Ego tuli te de pascuis sequentem greges, ut esses dux super populum meum Israel,

9. Et fui tecum in omnibus ubicumque ambulâsti ; et interfeci universos inimicos tuos à facie tuâ, fecique tibi nomen grande, juxta nomen magnorum qui sunt in terrâ.

10. Et ponam locum populo meo Israel, et plantabo eum, et habitabit sub eo, et non turbabitur ampliùs, nec addent filii iniquitatis ut affligant eum sicut priùs,

11. Ex die quâ constitui judices super populum meum Israel. Et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prædicitque tibi Dominus quòd domum faciat tibi Dominus.

12. Cùmque completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo; et firmabo regnum ejus.

13. Ipse ædificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum.

pas que je demeure dans une maison de cèdre, et que l'arche de Dieu ne loge que sous des *tentes de* peaux ?

5. Nathan dit au roi : Allez, faites tout ce que vous avez dans le cœur, parce que le Seigneur est avec vous.

4. Mais la nuit suivante, le Seigneur parla à Nathan, et lui dit :

5. Allez trouver mon serviteur David, et lui dites : Voici ce que dit le Seigneur : Est-ce vous qui me bâtirez une maison, afin que j'y habite?

6. Car, depuis que j'ai tiré de l'Egypte les enfants d'Israël jusqu'aujourd'hui, je n'ai eu aucune maison, mais j'ai toujours été sous des pavillons et sous des tentes.

7. Dans les lieux où j'ai passé avec tous les enfants d'Israël, quand j'ai donné ordre à quelqu'une des tribus de conduire mon peuple, lui ai-je dit : Pourquoi ne m'avez-vous point bâti une maison de cèdre?

8. Vous direz donc maintenant ceci à mon serviteur David : Voici ce que dit le Seigneur des armées : Je vous ai choisi, lorsque vous meniez paître des troupeaux de moutons, afin que vous fussiez le chef de mon peuple d'Israël.

9. Partout où vous êtes allé, je ne vous ai point abandonné; j'ai exterminé tous vos ennemis devant vous, et j'ai rendu votre nom aussi illustre que celui des grands de la terre.

10. Et j'établirai mon peuple d'Israël dans un lieu stable ; je l'y affermirai, il y demeurera, et ne sera plus troublé, et les enfants d'iniquité ne l'humilieront plus, comme ils ont fait auparavant,

11. Depuis le temps où j'ai constitué des juges sur mon peuple d'Israël ; et je vous donnerai la paix avec tous vos ennemis. De plus, le Seigneur vous promet qu'il vous fera une maison,

12. Et lorsque vos jours seront accomplis, et que vous vous serez endormi avec vos pères, je mettrai sur votre trône, après vous, votre fils qui sortira de vous (*car j'ai préféré ce fils qui doit vous naître à tous ceux qui vous sont nés*), et j'affermirai son règne.

13. Ce sera lui qui bâtira une maison à mon nom, et je rendrai le trône de son royaume inébranlable à jamais.

14. Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium; qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virgâ virorum et in plagis filiorum hominum.

15. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saül, quem amovi à facie meâ.

16. Et fidelis erit domus tua et regnum tuum usque in æternum ante faciem tuam, et thronus tuus erit firmus jugiter.

17. Secundùm omnia verba hæc, et juxta universam visionem istam sic locutus est Nathan ad David.

18. Ingressus est autem rex David et sedit coram Domino, et dixit: Quis ego sum, Domine Deus, et quæ domus mea, quia adduxisti me hùc usque?

19. Sed et hoc parùm visum est in conspectu tuo, Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo servi tui in longinquum; ista est enim lex Adam, Domine Deus.

20. Quid ergo addere poterit adhuc David ut loquatur ad te? tu enim scis servum tuum, Domine Deus.

21. Propter verbum tuum et secundùm cor tuum fecisti omnia magnalia hæc, ita ut notum faceres servo tuo.

22. Idcircò magnificatus es, Domine Deus (quia non est similis tuî, neque est Deus extra te), in omnibus quæ audivimus auribus nostris.

23. Quæ est autem, ut populus tuus Israel, gens in terrâ, propter quam ivit Deus ut redimeret eam sibi in populum, et poneret sibi nomen, faceretque eis magnalia et horribilia super terram (à facie populi tui quem redemisti tibi ex Ægypto), gentem et deum ejus?

24. Firmàsti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum; et tu, Domine Deus, factus es eis in Deum.

25. Nunc ergo, Domine Deus, verbum quod locutus es super servum tuum et super domum ejus suscita in

14. Je serai son père, et il sera mon fils; et s'il fait quelque mal, je le châtierai avec la verge dont on châtie les hommes et avec les plaies des enfants des hommes.

15. Mais je ne retirerai point ma miséricorde de lui, comme je l'ai retirée de Saül, que j'ai rejeté de devant ma face.

16. Votre maison et votre royaume seront stables éternellement devant vous, et votre trône s'affermira pour jamais.

17. Nathan parla *donc* à David, et lui rapporta tout ce que *Dieu* lui avait dit et tout ce qu'il lui avait découvert.

18. Alors le roi David alla se présenter devant le Seigneur, et dit: Qui suis-je, ô Seigneur Dieu, et quelle est ma maison pour que vous m'ayez élevé jusque-là?

19. Mais cela meme vous a paru peu de chose, ô Seigneur Dieu, si vous ne donniez encore des assurances au sujet de la maison de votre serviteur pour les siècles à venir; car c'est là la loi d'Adam, ô Seigneur Dieu.

20. Après cela que peut vous dire David davantage? car vous connaissez *les sentiments de* votre serviteur, ô Seigneur Dieu.

21. Vous avez fait toutes ces grandes merveilles pour *accomplir* votre parole, selon qu'il vous a plu, et vous les avez même fait connaître à votre serviteur.

22. Vous avez donc fait éclater votre grandeur, ô Seigneur Dieu, dans toutes les choses que nous avons entendues de nos oreilles; car nul ne vous est semblable, et hors de vous il n'y a point de Dieu.

23. Où trouvera-t-on encore dans toute la terre une nation comme votre peuple d'Israël, *une nation* qu'un Dieu soit allé racheter pour en faire son peuple, et se faire un nom en opérant en leur faveur des merveilles et des prodiges terribles sur la terre, en présence de votre peuple que vous avez racheté de l'Egypte, *en frappant* le peuple *de ce pays* et *les objets de* son culte?

24. Car vous avez établi Israël pour être éternellement votre peuple; et vous êtes devenu leur Dieu, ô Seigneur Dieu.

25. Accomplissez donc maintenant pour jamais, ô Seigneur Dieu, la promesse que vous

sempiternum, et fac sicut locutus es,

26. Ut magnificetur nomen tuum usque in sempiternum, atque dicatur : Dominus exercituum, Deus super Israel; et domus servi tui David erit stabilita coram Domino.

27. Quia tu, Domine exercituum, Deus Israel, revelâsti aurem servi tui dicens : Domum ædificabo tibi; propterea invenit servus tuus cor suum ut oraret te oratione hâc.

28. Nunc ergo, Domine Deus, tu es Deus, et verba tua erunt vera; locutus es enim ad servum tuum bona hæc.

29. Incipe ergo, et benedic domui servi tui ut sit in sempiternum coram te, quia tu, Domine Deus, locutus es, et benedictione tuâ benedicetur domus servi tui in sempiternum.

avez faite à votre serviteur pour lui et pour sa maison, et exécutez-la selon votre parole,

26. Afin que votre nom soit éternellement glorifié, et que l'on dise : Le Seigneur des armées est le Dieu d'Israël; et que la maison de votre serviteur David demeure stable devant le Seigneur.

27. Vous avez révélé à votre serviteur, ô Seigneur des armées, ô Dieu d'Israël, que vous vouliez lui établir une maison : c'est pour cela que votre serviteur a trouvé son cœur pour vous adresser cette prière.

28. Maintenant donc, ô Seigneur Dieu, vous êtes le Dieu, et vos paroles se trouveront véritables, car vous avez fait ces promesses à votre serviteur.

29. Commencez donc à *les accomplir,* et bénissez la maison de votre serviteur, afin qu'elle subsiste éternellement devant vous, *comme je l'espère,* parce que c'est vous, ô Seigneur Dieu, qui avez parlé; et votre bénédiction reposera pour jamais sur la maison de votre serviteur, *comme vous le lui avez promis.*

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CUM SEDISSET REX IN DOMO SUA, ET DOMINUS DEDISSET EI REQUIEM. Domuerat jam vicinos populos David, neque quid apparebat reliquum, quod armorum strepitum, et bellicam contentionem exigeret. Quare cùm ex tantâ perturbatione summum esset otium consecutus, cogitationem suam ad religionis cura et pietatis molimenta traduxit. Quare vocavit ad se Nathan prophetam, et de re totâ cum illo seriò communicavit. Porrò hoc idem tractatur argumentum lib. 1 Paralip. cap. 17.

VERS. 2. — VIDESNE, QUOD EGO HABITEM IN DOMO CEDRINA (1), ET ARCA DEI POSITA SIT IN MEDIO PELLIUM? Vidimus supra cap. 5, v. 11, missas à rege Tyri cedros et artifices, qui regiam Davidi molirentur domum pro tanti nominis majestate. Cùm ergo rex pius habitari à se videret illustrem domum, et splendido instructam apparatu; arcam verò Dei, cui multò major deberetur cultus, et domus luculentior et augustior, quasi adhuc esset peregrina atque hospes, habitare sub pellibus, non tam in domo, quàm in viatorio tabernaculo; quasi doleret de suâ priùs quàm de arcæ Domini commoditate cogitâsse, de illius habitatione commodâ cum prophetâ deliberat. Eodem, quo seipsum modo reprehendit David, impietatis coarguit Israelitas Dominus, quia postquàm ex exilio redière Babylonico, plus operæ ac sumptûs posuêre in suis domibus construendis ornandisque, quàm in templis, id est, in divinæ domûs molitione, cùm frigeret tunc templi jampridem interrupnebatur, saltem si superiora velamina spectes. (Calmet.)

David dit à Nathan: Ne voyez-vous pas que je demeure dans une maison de cèdre, et que l'arche de Dieu n'a pour couverture que des peaux de bêtes? La piété de David est tendre envers Dieu, et il n'est occupé que du désir de sa gloire. Il ne peut souffrir d'être dans un palais magnifique pendant que l'arche demeure sous des tentes, et il condamne par ce zèle si louable l'indifférence de ceux qui laissent les lieux saints qui dépendent d'eux dans une indécence honteuse, pendant qu'ils appliquent tous leurs soins à se faire des maisons superbes. (Sacy.)

(1) Cedrus lignum erat solidum, pulchrum, corruptionis expers, in Libano et in agro circa Biblon et Tripolim proveniens. Hiram rex Tyri ligna et artifices ad Davidem misit, quibus regiæ ædes ædificarentur : meritòque affirmandum est, fuisse illas pro ætate magnificentissimas. Ita verò de his agit David, eaque sunt, quæ inferiùs de Salomonis ejusque uxoris ædibus describuntur, ut facilè intelligas, maximam earum partem ex ligno fuisse. In ferventibus regionibus, eâ præsertim ætate, domus non crassis adeò parietibus cingebantur, quibus nostræ sub pluvio cœlo procellisque ac hiemi obnoxio. Describens Polybius regias Persarum Ecbatanis ædes, quæ meritissimè inter pulcherrima totius antiquitatis ædificia censebantur, illarum materiam è cupresso et cedro fuisse narrat, quæ duo lignorum genera eâ ætate inter rarissima et pretiosissima habebantur.

IN MEDIO PELLIUM. Scitum est, veterum tentoria è pellibus fuisse, ac præsertim tabernaculum vel tentorium, quo arca Domini conti-

tum opus, et privatarum domuum constructio ferveret. Sic autem Deus per Aggæum cap. 1, v. 4: *Numquid tempus vobis est, ut habitetis in domibus laqueatis, et domus ista deserta?* Et v. 9: *Quia domus mea deserta est, et vos festinatis unusquisque ad domum suam, propter hoc super vos prohibiti sunt cœli.* Vide quæ nos eo loco. Hinc constat, in eo loco, quem David præparaverat, positum esse tabernaculum pelliceis intentum velis, sicut è pellibus viatores et milites parare sibi solent tabernacula. Quod etiam notavimus supra ad versum 17.

Quia in hoc libro et in sequenti Nathan nomen sæpiùs occurrit, de illo aliquid nos præmittamus necesse est. Et primùm, quam rerum à Davide et Salomone gestarum monumentis operam navaverit, diximus in principio Proleg. 1. De illius vitâ egerunt, qui de prophetarum vitâ, et morte tractârunt. Epiphanius, Isidorus cap. 52, Theodoretus in Synopsi, et Chronicon Alexandrinum. Qui omnes dicunt, fuisse ex Gabaath Galilææ, et Davidi regi fuisse familiarem, maximè ex eo tempore, quo ab illo admonitus est, et artificiosè reprehensus de adulterino concubitu cum Bethsabee, et Uriæ injustissimâ cæde. Fuisse quoque ante illud tempus familiarem, imò et assiduum regi, cujus apud ipsum grave esset et fidele consilium, quocum partiri curas, et de summis rebus deliberare consuevisset, locus iste non obscurè docet. Observârunt autem Epiphanius, et Dorotheus, et Chronicon Alexandrinum (unde illud sumpserint, ipsi viderint) cognovisse Nathan, antequàm David Bethsabee ad turpem consuetudinem accerseret, illum aliquid aggressurum, quod minimè regem, imò neque virum pudicum et honestum deceret. Quare quàm potuit ocissimè e patriâ Hierosolymam advolavit, ut audacissimum illud et crudele facinus anteverteret. Sed diabolus, quem ibi Epiphanius *Beliar* appellat (meliùs, opinor, Dorotheus *Belial*) illi in viâ corpus objecit exanime, quod ille cùm sepulturæ, ne à feris laceraretur, ritè mandare vellet, tempus, quod ad maturum eventum assumpserat, extraxit. Cùm autem agnovisset, spiritu videlicet prophetico, à Davide jam admissum esse flagitium, in patriam è viâ mœrens reversus est. In his ego multa invenio, quæ minùs videntur cum prophetæ spiritu consentire, cujus effectum diaboli importuna calliditas elusisse dicitur. Sed quia his non admodùm assentior, neque cuiquam persuadeo, nolo me illorum propugnatorem præbere. Tandem senio jam confectus discessisse dicitur, et ad Gabaath patriam suam in agro tumulatus. Si qua præterea de Nathan dicenda supersunt, illa suis quæque locis poterunt explicari commodiùs.

Vers. 3. — Dixitque Nathan ad regem: Omne quod est in corde tuo, vade, et fac (1). Non omnia, quæ loquuntur prophetæ, spiritu dicicêre prophetico, sed interdùm sicut cæteri hominum suis ducuntur, imò et abducuntur

(1) *Nathan dit au roi: Allez, faites tout ce que vous avez dans l'esprit, parce que le Seigneur est avec vous.* David s'adresse à un prophète pour lui communiquer son dessein. Ce prophète lui donne d'abord un conseil qui ne se rencontre pas avec la volonté de Dieu. Deux prophètes cherchent Dieu sincèrement, et néanmoins ils se trompent tous deux, et ils prennent leur propre pensée pour celle de Dieu. C'est une grande instruction, selon les saints Pères, pour ceux qui conduisent les âmes. Ils ne doivent pas trop s'assurer, comme semble ici faire ce prophète, sur la longue expérience qu'ils ont que Dieu leur enseigne ce qu'ils doivent dire aux autres. « Nathan, dit « saint Grégoire, avait beaucoup de preuves « que l'Esprit de Dieu parlait par sa bouche, « et il croit un peu trop légèrement en cette « rencontre que Dieu approuve ce que David « lui propose. » La pensée de bâtir un temple à Dieu était une chose sainte en elle-même. Celui qui le voulait faire était un saint. Cette apparence spécieuse l'éblouit en quelque sorte, et son avis, qui paraît si raisonnable, se trouve contraire au dessein de Dieu. Il y en a beaucoup, disent les saints Pères, qui ressemblent à ce prophète, et qui disent comme lui avec trop de précipitation à ceux qui les consultent: *Allez, faites tout ce que vous avez dans l'esprit.* Il n'y a guère d'exemple plus remarquable dans l'Ecriture, pour nous apprendre qu'il faut craindre non seulement le mal, mais le bien même que l'on a dessein de faire, parce que l'on peut prendre quelquefois sa volonté propre pour celle de Dieu, et se suivre soi-même en croyant le suivre. C'est ce qui a fait dire à saint Paul: *Qu'il faut être sage dans le bien, et simple dans le mal. Sapientes in bono, simplices in malo.* Rom. 6, 19.

Il est aisé de discerner ce qui est mauvais lorsque l'on a le cœur simple, et que l'on ne désire que de plaire à Dieu; mais il faut une grande sagesse pour faire le bien. Car Dieu ne veut pas tout ce qui est bon en soi; il ne le veut pas de toute personne, ni en toute manière, ni dans tous les temps. Il a des personnes qu'il a choisies pour être les instruments de ses ouvrages. Il a ses règles que sa sagesse a marquées dans son Ecriture, qui sont souvent contraires à celles des hommes. Il a ses moments, qui ne sont connus que de lui seul, comme le Fils de Dieu nous l'enseigne. C'est pourquoi on doit se défier toujours de soi-même, et se défaire de toutes ses préventions, pour se rendre susceptible de la lumière de Dieu, sans laquelle la nôtre n'est que ténèbres. (Sacy.)

consiliis, et prudentibus agunt conjecturis. Unde nonnunquàm reprehenduntur à Deo, quòd aliquid fecerint, dixerintque ei minùs sanctè et non valdè attemperatum ad rem. Exemplo esse poterit Jonas, in cujus verbis multa sunt, quæ à divino atque prophetico spiritu longè recesserunt. Neque pauca sunt in aliis, quæ ex affectu humano, potiùs quàm ex spiritu prophetico prodièrе, quæ ipsi damnant, et de quibus sibi à Deo ignosci postulant. Vide S. Thomam 2-2, q. 171, art. 5, et Gregor. Hom. 1 in Ezech., ubi hæc verba Nathan in exemplum adducit : « Sciendum, « inquit, quod aliquando prophetæ sancti, dùm « consuluntur, ex magno usu prophetandi « quædam ex suo spiritu proferunt, et se hæc « ex prophetiæ spiritu dicere suspicantur. Sed « quia sancti sunt, per sanctum Spiritum citiùs « correcti, ab eo, quæ vera sunt, audiunt, et « seipsos, quia falsa dixerint, reprehendunt. « Nathan etenim prophetam sanctum virum « fuisse quis negat? Qui David regem et de « culpâ apertè reprehendit, et quæ ei pro culpâ « eâdem essent ventura, nuntiavit. Quem tamen « dùm idem David, quia templum Deo « vellet construere, requisiisset, illicò respondit : Omne quod est in corde tuo, vade, et « fac, quia Dominus tecum est. De quo illic « statim subditur : Factum est in nocte illâ, « et ecce sermo Domini ad Nathan, dicens : « Vade, et loquere ad servum meum David : « Hæc dicit Dominus Deus : Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? » Hæc verba Gregorii satis nobis hanc locum luculenter explanant, neque aliquid aliud addere necessarium est. Probat enim propheta Davidis consilium, illudque ut quamprimùm ad opus conferat, jubet; quod tamen à Deo non fuisse ipse docet Deus, dùm jubet, ut manus ab ædificando contineat, et alteri illius operis molitionem reservet.

Vers. 5. — Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum (1)? Sequenti nocte hoc per prophetam Dominus mandatum dedit ad Davidem, ut cogitationem abjiceret de construendâ domo, non quòd illam non probaret, sed quia negotium illud arduum alterius curæ servatum est.

Vers. 6. — Neque enim habitavi in domo ex die illa, qua eduxi filios Israel de terra Ægypti. Rationes reddit Deus, cur in præsens non urgeat templi fabricam, neque ferat graviter, si in aliud tempus differatur. Ut enim per multa secula, ab eo videlicet tempore, quo ex Ægyptio jugo Israelitarum cervices expedijt, in tabernaculo peregrinantium in modum habitavit, sic etiam in tabernaculo sub pellibus plusculùm temporis habitare non erit molestum. Quòd verò commoratio illa viatoria, et quasi castrensis, illi non fuerit in longâ illâ peregrinatione molesta, ex eo probat, quòd eâ de re nunquàm de populi oblivione atque inertiâ conquestus est : neque ulli è populi judicibus præcepit, ut stabilem domum ipsius habitationi construeret.

Cur verò Dominus de domo stabili et certâ, ad illud usque tempus non curârit, ea ratio est, quia dux erat populi, et pro illo variis in locis, et cum illo pugnabat. Ut autem imperator abesse neque solet neque debet à castris, nisi malit imperatoris nomen amittere, sic etiam Deus, qui *Deus* vocatur *exercituum*, abesse noluit ab illorum castris, quorum manus ad inimicorum cædem et urbium vastitatem armavit. Sanè Deum, et quæ Deum referebat, arcam, quasi excubantem sub pellibus considerabat Urias, cùm dixit 2 Reg. c. 11 : *Arca Dei Israel et Juda habitant in papilionibus, et ego ingrediar domum meam, ut comedam, et bibam, et dormiam?* Simile aliquid ex profanis dixit apud Ovidium Laodamia de viro suo Protesilao, epist. 13 :

Conveniunt matres Phylacudes, et mihi clamant:
Indue regales, Laodamia, sinus.
Scilicet ipsa feram saturatas murice vestes;
Bella sub Iliacis mœnibus ille geret!
Ipsa comas pectam; galeâ caput ille premetur!
Ipsa novas vestes, dura vir arma feret!

Sed dices, jam cessâsse populi peregrinationem et viam, atque ideò potuisse, imò et debuisse Deo domicilium extrui stabile et firmum : sicut populus ex quo in terram promissionis ingressus est, disjectis tabernaculis, stabiles domus habitavit. Respondeo, huic rei multò antequàm subjugata foret terra promissa, fuisse à Deo maturè provisum. Deuteron. 12, v. 10, ubi jubet Deus eligendum esse locum, ubi offerantur sacrificia, cùm nullus ab hoste finitimo sese metus aut turbatio ostendat: *Transibitis*, inquit, *Jordanem, et habitabitis in terrâ quam Dominus Deus vester daturus est vobis, ut requiescatis à cunctis hostibus per circuitum, et absque ullo timore habitetis in loco, quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen ejus in*

(1) Anagog. significatur Ecclesia triumphans in cœlo gloriose ædificanda à Christo pacifico, in summâ omnium beatorum pace et securitate, unione et concordiâ, æque ac puritate, innocentiâ et sanctitate. (Corn. à Lap.)

eo. Illùc omnia, quæ præcipio, conferetis holocausta et hostias, etc. Hinc, ut opinor, occasionem sumpsit David, ut de construendo Domino templo cogitaret, quia videbat nihil jam in terrâ Israelitide ab hoste turbari. Ideò enim dicitur : *Cùm sedisset rex in domo suâ, et Dominus dedisset ei requiem undique ab universis inimicis suis.* Cui objectioni responsio difficilis non est. Neque enim tunc Deus certam aliquam et stabilem fabricam commendat, cùm cessatum sit à bellis; sed cùm eò res sit deducta, ut absque ullo timore promissa terra possit ab Israelitis habitari. Hoc verò tempore, licet esset Israeliticis finibus inducta requies, non tamen sic erant res rationesque compositæ, ut non aliquis se metus, si minùs in præsens, at saltem in posterum ostenderet ab hoste. Quare bellatorem voluit Deus esse Davidem, non architectum, ut sic finitimum hostem frangeret subigeretque, ut regnum omninò pacificum traderet Salomoni filio. Hoc ipsum significavit Salomon 3 Reg. 5, v. 3, qui sic ad Hiram regem Tyri : *Tu scis voluntatem David patris mei, et quia non potuit ædificare domum nomini Domini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum ejus. Nunc autem requiem dedit Deus meus mihi per circuitum, et non est Satan, neque occursus malus : quamobrem cogito ædificare templum*, etc.

Alia ratio traditur, cur Deus noluerit à Davide sibi templum ædificari, 1 Paralip. 22, vers. 8 : *Multum*, inquit, *sanguinem effudisti, et plurima bella bellâsti ; non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.* Et 1 Paral. 28, v. 3, sic David ad principes Israel : *Cogitavi ut ædificarem domum, in quâ requiesceret arca fœderis Domini*, etc. *Deus autem dixit mihi : Non ædificabis domum nomini meo, eò quòd sis vir bellator, et sanguinem fuderis.* Quâ de re postea suo loco pluribus (1).

(1) Vers. 7. — Numquid locutus sum ad unam de tribubus Israel, cui præcepi ut pasceret populum meum? Legimus in Paralipomenis : *Numquid locutus sum saltem uni judicum Israel, quibus præceperam ut pascerent populum meum?* quod utique sensum commodiorem reddit. Discrimen hoc mutatio unius litterulæ in textu reddit. Ibi pariter plus aliquid occurrit quàm hic legitur; sed in eumdem sensum recidit. Porrò Deus Davidis voluntatem, templum sibi excitare meditantis, probat, ac vicissim sese illi domum ædificaturum spondet. *Annuntio tibi*, ait Nathan, *quòd ædificaturus sit tibi Dominus domum.* Non omnia semper quæ vel dicta vel gesta sunt, uno eodemque loco narrat Scriptura; et cùm bis eamdem historiam recitat, non iisdem usque vocibus rem persequitur;

Vers. 8. — Ego te tuli de pascuis sequentem greges, ut esses dux super populum meum Israel. Verba sunt Nathan, quibus Dei nomine Davidem alloquitur. Primò docet Deus, quòd victi toties fuerint et subacti Israelitici nominis inimici, quòdque ex pastoritio ac rustico ministerio tam gloriosum nomen obtinuerit David, opus esse non humanæ virtutis et industriæ, sed divinæ manûs. Neque esse aliquid deinde ab hoste vicino metuendum, quoniam eadem divina manus et potentia, quæ subegit hostes, in pace deinde atque otio conservabit imperium, eòque adducet populum antiquis judicum temporibus ante turbatum et afflictum, ut domum ipsi in eo stabilem constituat et diuturnam, et nomen, si uspiam alteri amplum gloriosumque conciliet. Observat autem Abulensis q. 8, non promitti hoc loco populo, cui tunc præerat David, libertatem omnem et omnimodum otium; nam ab hostibus sæpè vicinis ab hoc etiam tempore turbatum est Israelis imperium; sed non esse eo modo affligendum, quo judicum temporibus, quando Israeli dominabantur Madianitæ, Idumæi, Moabitæ, Palæstini, à quibus sic opprimebantur, ut tempus videretur Ægyptium renovari, et species quædam proponi Chaldææ servitutis (1).

discrimina sæpè occurrunt, nunquàm tamen re pugnantia. (Calmet.)

(1) Vers. 10. — Non turbabitur amplius. Longà pace, te ac successoribus tuis regnantibus, Israel fruetur; quam et perpetuam spondeo, si quidem Israel jussionibus sese meis constanti fide submiserit. Promissiones hæ sunt non absolutæ, sed conditionibus definitæ. (Calmet.)

Et ponam locum populo meo Israel. *Locum*, scilicet stabilem et felicem, ut scilicet Israelitæ ampliùs non vagentur, non abducantur captivi, non miseram vitam agant, ut fecêre hactenùs vexati à Philisthæis aliisque gentibus. Unde explicans subdit :

Et plantabo eum, q. d. : Instar plantæ et arboris radicatæ firmabo Israelem in Judæâ, ut in eâ firmiter et feliciter conquiescat, ac opulenter et hilariter vivat.

Et habitabit sub eo, id est, in eo, scilicet loco suo, quasi umbraculo, ut eo undequàque tectus, stabilis et securus permaneat.

Vers. 11.— Prædicitque tibi Dominus, quod domum faciat tibi Dominus. *Domum*, id est, prolem et familiam regiam; illa enim vocatur *domus* antonomasticè. Cajet. per *domum* accipit Messiam, sive Christum, quasi hic Deus promittat Davidi Christum ex se nasciturum. Hoc verum est, at in sensu non litterali, ut vult Abul., sed allegorico, quem tamen Deus hic unà cum litterali videtur revelâsse et patefecisse Davidi, ut patebit ex sequent. (Corn. à Lap.)

VERS. 12. — CUMQUE COMPLETI FUERINT DIES TUI, ET DORMIERIS CUM PATRIBUS TUIS, SUSCITABO SEMEN TUUM POST TE (1), QUOD EGREDIETUR DE UTERO TUO, ET FIRMABO REGNUM EJUS. Contingit aliquando, ut sublato auctore et conservatore rei alicujus, ipsa quoque res eodem intereat temporis momento. Quo modo si quis solem de cœlo tollat, idem etiam mundo tenebras inducat, necesse est. Induxit David quietem et otium Israelitidi terræ, amplificavit regnum, et quandiù vixit, si modò Absalomis tempora secludas, in otio conservavit. Timeri posset, ne postquàm ipse naturæ concessisset, extingueretur imperium, quod ab ipso robur et pulchritudinem acceperat; et moles illa tanta, labente suo conservatore ac vindice, labasceret. Ab hoc ergo metu liberat Dominus Davidem, promittitque futurum, ut filius, quem in regno successorem habebit, regnum habeat divinâ protectione firmatum.

(1) Naturalem ordinem successionis in regno mutandum censet Deus, ut Salomoni nondùm nato gratificetur. Natos jam Davidis liberos excludit, ut hæreditatem deferat nascituro deinceps filio; veluti eo typo innuens Messiam, verum Davidis filium et successorem ac hæredem promissionum ipsius, penitùs exclusis filiis carnis, Judæis scilicet reprobatis atque abjectis. (Calmet.)

Je mettrai sur votre trône après vous votre fils; et s'il commet quelque chose d'injuste, je le châtierai de la verge dont on châtie les hommes. Mais je ne retirerai point ma miséricorde de lui. Le sens de ces paroles est que Dieu conservera la couronne d'Israël dans la postérité de David et de son fils Salomon, au lieu qu'il l'a ôtée à la maison de Saül et à sa race. Mais cette promesse ne doit point s'entendre du salut de Salomon, comme si Dieu l'assurait, par ces paroles, qu'il lui ferait miséricorde, quelque crime qu'il eût pu commettre en toute sa vie. Car, outre que cette explication n'est pas assez conforme à la sagesse et à la justice de Dieu, elle est entièrement détruite par la manière dont David parle à son fils Salomon, en lui rapportant cette même promesse que Dieu avait faite en sa faveur. Voici ses paroles : « Dieu, dit-il, a choisi Salomon, mon fils, pour « le faire asseoir sur le trône d'Israël; et il « m'a dit : Salomon bâtira ma maison. Je l'ai « choisi pour être mon fils; et je lui tiendrai « lieu de père. J'affermirai son royaume pour « jamais, s'il persévère à obéir à mes lois et à « mes ordonnances, comme il fait aujour- « d'hui. » Et David ajoute : « Vous donc, Sa- « lomon, mon fils, connaissez le Dieu de votre « père, et servez-le avec un cœur parfait et « une pleine volonté. Car le Seigneur sonde « tous les cœurs, et il pénètre toutes les pen- « sées. Si vous le cherchez, vous le trouverez. « Que si vous l'abandonnez, il vous rejettera « pour jamais. » *Si quæsieris eum, invenies : si autem dereliqueris eum, projiciet te in æternum.* Ces paroles seraient plus propres à nous faire douter du salut de Salomon qu'à nous en assurer, puisqu'il est certain *qu'il a abandonné Dieu* d'une manière très-criminelle et très-scandaleuse, sans que l'on puisse découvrir, comme le remarquent et comme le déplorent les plus grands saints, qu'il ait expié de si grands désordres par les fruits d'une véritable pénitence.

Ces paroles : *S'il commet quelque chose d'injuste, je le châtierai comme on châtie les hommes,* ou ne regardent que Salomon seul, ou ne s'entendent au second sens que de l'Eglise qui est le corps de Jésus-Christ, et non du Sauveur, qui est la sainteté même; mais les suivantes, *que le royaume du fils de David subsistera éternellement,* s'entendent en un sens beaucoup plus propre et plus véritable de Jésus-Christ que de Salomon, puisqu'après quelques siècles la royauté et la maison de David ont été détruites entièrement, au lieu que le royaume spirituel de Jésus-Christ, dont il a dit lui-même *qu'il était roi, mais d'un royaume qui n'est point de ce monde,* durera véritablement dans tous les siècles, selon que l'Eglise le chante : *Cujus regni non erit finis.* (Sacy.)

VERS. 13. — IPSE ÆDIFICABIT DOMUM NOMINI MEO, ET STABILIAM THRONUM REGNI EJUS USQUE IN SEMPITERNUM. Non dubium, quin hìc de Salomone sermo sit; est tamen obscurum, an hoc quod traditur de sempiterno regno, de Salomone ad litteram sit intelligendum. Nam in Salomonis stirpe non videmus relictum à Davide regnum fuisse perpetuum, cùm à Roboam, qui primus à Salomone regnum excepit, decem tribus ad alienum dominatum abierint. Et toto Babylonicæ captivitatis tempore reliquæ tribus regem habuerint nullum è Davidico genere. Sed eâ de re instituitur statim peculiaris disceptatio.

VERS. 14. — EGO ERO EI IN PATREM, ET IPSE ERIT MIHI IN FILIUM. Magnus hìc indicatur in Davidem et illius posteritatem affectus, quando Deus et paternam sedulitatem promittit, et talem ex illius genere suavitatem capturum se esse dicit, qualem ex suâ sobole capere parentes solent. Sed fortassè his verbis aliquid subauditur conditionale. Quasi dicat Deus : Tunc ero posteris tuis pater, amplectarque illos indulgenter et molliter, cùm ipsi erga me filiorum observantiam colere voluerint. Tunc enim agam cum illis severiùs, et ab illorum intemperie pœnas exigam, sed quales ab indisciplinatis filiis exigit pater, qui id agit sæviendo, ut illos ad officium et disciplinam reducat. Quod statim magis explicat, dùm ait :

QUI SI INIQUE ALIQUID GESSERIT, ARGUAM EUM IN VIRGA VIRORUM, ET IN PLAGIS FILIORUM HOMINUM. Hìc explicatur conditio, quæ obscuriùs proximè videbatur inducta. Ait autem, si filii ali-

quid moliti fuerint improbius, esse virorum virgâ scelerum vindice mulctandos. Quod statim per epexegesim, opinor, docet explicatiùs, dùm hanc virgam plagas hominum vocat. Sed hìc occurrit explorandum aliquid, an illud, *virorum* et *filiorum hominum,* ita sit accipiendum, ut talibus Davidis posteri afficiantur plagis, quales homines patiuntur, sive à Deo, sive ab homine; vel certè quales solent homines hominibus infligere. Si priori accipias modo, id est, si plagam aut virgam passivè capias, sensus erit, subituros quidem esse plagas Davidis filios, quales homines patiuntur à Deo, quorum Deus miseretur, et sicut benevolus pater dùm flagellat, id spectat, ut pervicaces filios in officio et disciplinâ contineat; at cùm diabolum puniit, nullâ in illum misericordiâ commotus est, neque flectetur in æternum. Ad hunc sensum accommodatè subditur : *Misericordiam autem meam non auferam ab eo.* Si verò plagam activè sumas, sensus erit : Castigabo peccatores filios, aut hominum virgâ, quia homines in illorum aut cædem aut infortunium armabo; aut castigabo quomodò hominem homo castigare solet, qui ita premit, ut non omninò comprimat, neque omnia aut auferat aut deleat, quæ humanis commoditatibus serviunt, quia hominum debilis est et angusta manus.

Ex his expositionibus illa est communi omnium penè interpretum opinione recepta, quæ in hominum virgâ bella intelligit, et alia humani corporis incommoda. Ita Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus : « Virgam, inquit virorum gladium vocat inimicorum; plagæ verò filiorum hominum « sunt incommoditates corporum humanorum, « quibus propter peccatum suum homines à « Domino meritò flagellantur. » Eodem penè modo Abulensis, Cajetanus, Lyra, Dionysius. Gladius autem hominum arma sunt Dei, sicut creaturæ omnes, quas Dominus contra peccatorum armavit insaniam. Et quidem cùm à Domino defecit Salomon, et se alienarum mulierum amoribus et sacris implicuit, multi in illum suscitati sunt hostes, qui ad illud usque tempus neque ausi fuerant contra mutire, ut habes l. 3 Reg. c. 11, v. 14 : *Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni Aded Idumæum de semine regio.* Et v. 23 : *Suscitavit quoque et Deus adversarium Razon filium Eliada.* Et v. 26 : *Jeroboam quoque filius Nabat,* etc., *levavit manum suam contra regem.* Hæc fuit virga hominum, quæ Salomonem jam à paternâ pietate, imò et à patriâ religione degenerem insectata est. Quàm verò non solùm externi hostes, sed et decem cognatæ tribus jam à regio Davidis dominatu, et quasi à suo corpore diversæ Salomonis posteros pertinaciter et assiduè vexârint, sacra docet historia.

Ad extremum addo, non ut probem, sed ut alii aut rideant aut doleant incredibilem Rabbinorum stuporem, qui nihil putant sibi non licere, et quid aut sacra fides, aut sana ratio postulet, neque meditantur, neque curant. Cùm enim, ubi nos habemus : *In plagis filiorum hominum,* ipsi juxta Hebraicum textum legant, *filiorum Adam,* sic à filiis Adam inflictam Salomoni plagam somniârunt. Verba repetam Lyræ in hunc locum, quæ sumpsit ex eo, et multis confutavit Abulensis, q. 11 : « In « Hebræo, inquit, habetur, *in plagis filiorum « Adam,* quod exponunt Hebræi de Adam « primo homine, dicentes quòd Adam in centum tribus annis, quibus continuit se ab « uxore suâ Evâ propter interfectionem Abel, « dæmones succubi jungebantur ei, et concipiebant ab eo, et pariebant dæmones; et isti « fuerunt filii Adam, qui, ut dicunt, incitaverunt Salomonem ad peccandum; et per hoc « divisum fuit regnum tempore filii sui. » Quis non videat, quàm isti longè abeant non à pudore solùm et veritate, sed etiam à sanâ philosophiâ?

Vers. 15. — Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli a Saul, quem amovi a facie mea. Homines, cùm alios insectantur, quia non semper possunt, quia vires sunt exiguæ, funditùs delere, aliquod relinquunt aut vitæ subsidium, aut dignitatis ornamentum; Deus verò, cui nihil est arduum, nihil non obnoxium, sic interdùm afficit quos punire vult, ut supersit nullum sive dignitatis, sive facultatis antiquæ monumentum. Quo modo Sodomæos olim incendio, et ante universum orbem generali cataclysmo subvertit; et proximè Saülis domum, ex quâ reliquit neminem, qui regii nominis in posterum memoriam conservaret. Sed Deus mitius aliquid promittit Davidico generi, si illud aliquando peccare contingat : sic enim premet, ut non opprimat; sic afficiet, ut non omninò conficiat et perdat. Quod reverà præstitit, dùm pœnas exegit à Davidis posteris, quos ita mulctavit, ut non prorsùs erga illos desierit esse misericors. Ita ex illâ nobilissimâ plantâ ramos et luxuriem non excussit, ut omninò stirpem eliserit, ex quâ quotidiè nova pullularent

germina; ac tandem ex radice Jesse virga prodiret, et ex eâ flos, qui mille mundo usus et delicias afferret. Amovisse porrò Deus dicitur à Saüle faciem, quia illius curam videtur abjecisse prorsùs. Ex idiomate enim Scripturæ, *avertere, abscondere,* aut *amovere faciem ab aliquo,* seu, quod idem est, *aliquem à facie,* idem valet, quod, non curare, neque aliquid habere pensi, quid quisque patiatur. Sicut, *intendere oculos,* aut *ponere faciem super aliquem,* singularem aliquam curam et præcipuam benevolentiam significat.

Vers. 16. — Et fidelis erit domus tua, et regnum tuum usque in æternum ante faciem tuam. Verbum *aman,* in conjugatione niphal, quæ passivæ significationis est, idem valet, quòd, *firmum esse, robustum, fidelem* et *verum.* Fieri autem solet, ut cùm vox aliqua sit polysima, interdùm à nostro interprete in eâ significatione sumatur, quæ aut obscurior est, aut minùs ad rem propositam accommodata. Quod etiam non rarò faciunt profani, ut pluribus ostendimus ad illud Psal. 67 : *Etenim non credentes,* in defensione Vulgatæ contra Calvinum. Neque hoc tantùm loco, *fidele* pro *firmo* sumitur, ac *stabili,* ut 3 Reg. 11, 38; Isaiæ 22, v. 23; Actor. 13, v. 34. Et quidem si rectè utriusque vocis proprietatem expendas, nihil penè differt *firmum* à *fideli;* fidelis enim dicitur, cui fides non est aut levis, aut venalis, et cui te ac tua tutò possis committere. Quæ vox ad inanimata neque rarò neque ineleganter traducitur. Fidelem vocamus murum aut columnam, quibus propter firmitatem pondus imponimus, neque ipsa ponderi aut cedunt aut succumbunt. Sanè ad vetustatem *fidelem* dicit esse terebinthi materiam Plinius lib. 13, c. 6, id est, firmam, ut durat diu. Et Cicero epist. 17, lib. 16, domum appellat *fidelem,* quæ videlicet firmâ consistit structurâ; neque, quia dolum in materiâ aut constructione celat, ruinâ subitâ inhabitantes obterit. Quam nunc *fidelem* appellat domum, statim firmum vocat thronum et duraturum jugiter, quæ prioris clausulæ explicatio est.

Ante faciem tuam. Hunc locum nonnulli, quia vident Davidem spectaturum nunquàm posterorum regnum, ad quorum ætatem non perveniet, aliquid putant esse supplendum; nempe, *quæ nunc est ante faciem tuam,* quam modò vides, neque tamen postea visurus es. Ego in *ante* futurum tempus explicari existimo, sicut in *post* præteritum, id est, quod nobis à tergo relictum est. Sumitur autem, ut opinor, metaphora à viatore, cui similis est, qui vitam nunc agit, et præteritos annos post se relinquit. Nam sicut viator quod confectum est viæ, post se relinquit, et ante faciem habet, quod superest spatii, sic etiam qui vitam agit, exactam ætatem relinquit à tergo, et in futuram intentam habet mentem et faciem.

Antequàm hinc nostra emergat commentatio, observo ex usu Scripturæ non totum sæpè alicujus sermonem à sacro historico referri, sed interdùm illius brevem quamdam adhiberi summam; quod tamen in proprio loco prætermissum est, id ex aliis locis esse supplendum. Quam ego observationem adduxi in Commentariis in Acta cap. 2, ubi cùm orationem Petri retulisset Lucas, subdidit : *Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, et exhortabatur eos dicens : Salvamini à generatione istâ pravâ.* Sic sanè existimo multò plura dixisse Natham Davidi in hâc oratione, quam ad illum habuit, de quâ nuper; quorum multa ex aliis Scripturæ locis apertè deducimus. Primùm habemus, promissiones hasce de æterno Davidici generis solio, deque in ejus domo felici rerum omnium eventu, esse conditionales. Sic enim ait David ad Salomonem filium, lib. 3 Reg. cap. 2, v. 4 : *Ut confirmet Deus sermones suos, quos locutus est de me, dicens : Si custodierint filii tui vias meas, et ambulaverint coram me in veritate, in omni corde suo, et in omni animâ suâ, non auferetur tibi vir de solio Israel.* Idem lib. 1 Paral. cap. 28, v. 7. Quo modo promissio facta Heli de æterno in suo genere sacerdotio conditionata fuit, lib. 1 Reg. cap. 2, v. 30 : *Loquens locutus sum, ut domus tua, et domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus : Absit hoc à me; sed quicumque honorificaverit me, glorificabo eum,* etc.

Habemus secundò, eodem loco ostendisse Dominum per Nathan Davidi causam, cur noluerit illius manibus aut industriâ ad sui nominis religiosum cultum templum excitari. Quod ipse docuit David, dùm ad Salomonem filium, 1 Par. 22, v. 7 : *Dixitque David ad Salomonem : Fili mi, voluntatis meæ fuit, ut ædificarem domum nomini Domini Dei mei; sed factus est sermo Domini ad me, dicens : Multùm sanguinis effudisti, et plurima bella bellâsti : non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me. Filius, qui nascetur tibi, erit vir quietissimus,* etc. *Ipse ædificabit domum nomini meo; et ipse erit mihi in filium,* etc. Nisi dicamus, quod in hunc locum visum est Cajetano, aliis temporibus Deum sive per Nathan, sive per pro-

phetas alios allocutum esse Davidem, et ad priorem hunc etiam sermonem addidisse. Quod quidem in Scripturâ sacrâ non apparet, facit tamen verisimile, quia lib. 1 Paral. cap. 28, quædam specialia addidit David, quæ non videntur à Nathan prophetâ fuisse prædicta; ut quòd Salomon, qui tunc natus non erat, ex omnibus ad regnum templique molitionem fuerit electus. De quo David ad principes Israel : *De filiis meis elegit* (Deus) *Salomonem filium meum, ut sederet in throno regni Domini super Israel, dixitque mihi : Salomon filius tuus ædificabit domum meam.*

Hic quæstio occurrit multis in locis à Patribus versata, ut Psal. 88 et 71, qui de Salomone inscribuntur, in quibus cùm aliquid occurrat, quod minimè possit in Salomonis ætatem et regnum convenire, de Christi regno, qui Davidis fuit filius, quidam interpretantur. Sic etiam hoc loco, cùm æternum regnum Davidis filio promittatur, quod illi æternum esse non potuit, et à quo illius posteri tandem exciderunt, ad Christum referunt nonnulla saltem eorum, quæ hic ex Nathan prophetæ vaticinio accipimus. Unde fit, ut variæ sint de istius loci interpretatione sententiæ. Quidam hunc locum tantùm putant in Christum Servatorem convenire, et nullo modo in Salomonem, sicut et alii, qui prædictos Psalmos Salomoni eripiunt et adscribunt Christo. In his sunt Tertullianus l. 3 contra Marcionem c. 20; Angelomus, Glossa; et facit illud Pauli ad Hebr. c. 1, v. 5, qui de Christo interpretatur illud : *Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium.* Hebræorum magistri solum hic Salomonem intuentur, quibus videtur Cajetanus subscribere.

Communis est sententia, quædam ad litteram de Salomone, quædam de Christo esse intelligenda; et in regno Salomonis, licet non æterno, sempiternum Christi regnum adumbrari. Ita Augustinus l. 17 de Civit. c. 8 et 9; Lyra, Dionysius, Hugo, Serarius, et ex parte Abulensis, q. 9. Pro cujus rei intelligentiâ observandum est, quod ex Hieronymo notavit hic Dionysius, quædam de Salomone dici prout est certa quædam persona; puta, ut est filius Bethsabee, ut idola coluit, ut intemperantiùs indulsit libidini, ut alia fecit plurima, in quibus nihil apparet esse mysticum. Quædam prout Christi fuit imago, in quâ altiora quædam spectamus, quàm capere possint Salomonis angustiæ. Priora illa propria sunt Salomonis, neque à Salomonis moribus ac vitâ aliò traducuntur. Quædam ita sunt typus Christi servatoris et umbra, ut in Salomone imperfecta videantur et inchoata; in Christo verò Domino in summam perfectionem adducta. Abulensis supra, quæ hic dicuntur omnia per Nathan, de Salomone intelligi posse constanter affirmat, ut quòd regnum sit futurum pacificum et in æternum duraturum, et quòd ab illo non sit, quemadmodùm à Saule, auferenda misericordia. Et certè illius cogitatio mihi difficilis non est, tum quia promissio illa conditionata est, neque impleri debuit, cùm Salomon omninò, et illius posterorum plerique conditionem abjecerint; tum etiam, quia *æternum, sempiternum* et similia, longum spatium aliquando ex usu Scripturæ, non ab omni tempore absolutum significant. Verùm ille nihilominùs hæc eadem putat altiori quodam modo exponenda de Christo. Sunt autem aliqua, quæ ita sunt Salomoni propria, ut nullo modo debeant aut possint ad Christum accommodari, licet nonnulli id facere conentur, quale est, illum arguendum esse, si aliquid aggressus fuerit iniquè. Quod quàm absit longè ab eo qui peccare non potest, quis non videt? Vide hâc de re interpretes ad Psal. 71 et 88, qui hâc de re fusè atque accuratè disputant.

VERS. 18.—INGRESSUS EST AUTEM REX DAVID, ET SEDIT CORAM DOMINO, ET DIXIT (1). Ex capite præ-

(1) S. Simplicianus, qui S. Ambrosio in episcopatu Mediolanensi successit, proposuit hanc quæstionem S. Augustino, cur David tam prius sedendo oraverit, cùm fideles genuflexi orare soleant, uti oravit Christus in horto, Matth. 26, et Stephanus in martyrio Actor. 7, et S. Paulus in ergastulo Ephes. 5, 14. Cui respondet S. August. lib. 2 ad Simplician. quæst. 4, nullum gestum oranti in lege fuisse præscriptum, sed liberum fuisse quolibet uti, qui cujusque conditioni et devotioni foret accommodus : « Nam et stantes, inquit, oramus. « sicut scriptum est : *Publicanus autem de longinquo stabat;* et fixis genibus sicut in Actibus Apostolorum legimus; et sedentes, sicut « ecce David et Elias. Nisi autem jacentes oraremus, non scriptum esset in Psalmis : *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis « meis stratum meum rigabo.* Cùm enim quisque « orationem quærit, collocat membra sicut ei « occurrerit, accommodata pro tempore positi corporis ad moventium animum. » Davidis humiliatem celebrat S. Chrysostomus (vel quisquis est auctor, stylus enim indicat fuisse Latinum, non Græcum) : « Agnoverat, inquit « iste sanctus, quod Genes. 18 dixit Abraham « Deo : *Ego sum terra et cinis.* Et singuli ita « Deo dixerunt, ut forma esset perfectæ humilitatis : Ergo *quis sum ego, Domine mi?* Ecce « se nihil esset dixit, et servum se esse non negavit, quia omnis qui confitetur servitutem, « meretur gratiæ libertatem. Ergo dicit : *Quis « sum ego, Domine mi?* Videtis ubique regnare « gratiam, ubique pia viscera possidere, cor

cedenti didicimus, in regiâ domo, quam sibi David construxerat in arce Sion, destinatum esse locum, ubi religiosus cultus impenderetur arcæ. Extra illud, ut apparet, conclave, accepit David vaticinium istud à Nathan ; deinde illâ tam illustri promissione exultans et gratulabundus ingressus est augustum illud et venerabile sacrarium, ut gratias ageret pro singulari illâ liberalitate, et aliquid præterea oraret, quod ad promissionis illius rata et certa complementa pertineret. Dicitur autem *sedisse coram Deo*, non quia desidem sumpserit et mollem oratoris habitum ; id enim minimè decebat illum qui supplex esset, et benevolum Deum habere vellet, apud quem sciebat neque infirmam esse neque ingratam fore orationem illius qui abjectâ procul ambitione regiâ, ad terram se pronus abjecisset. Sedebat igitur non ad quietem et ignavum otium, neque sedebat propriè, sed eo dicendi modo significabatur diuturna in orando constantia, quia diutiùs homo sedendo, quàm stando, aut incurvato corpore perseverat. Nisi mavis, sedisse regem non in solio, sed humi et in pulvere, quod faciunt qui aut animi ægritudinem ostendunt, aut humilem profitentur et sordidam vitæ conditionem. Quomodò Hierosolymam sedisse dicitur, cùm orbata fuit filiis, quos Chaldæorum barbara crudelitas in exilium abduxit, Thren. 1, et senes, Thren. 2, v. 10, eamdem ob causam sedisse dicuntur, et cinere conspersisse capita. Et quidem cùm Isaias c. 47, fortunæ conversionem et ancillarem sta-

« humile illustrare, benignos sibi redigere, « confessores suos ditare. » Et paucis interjectis : « Noverat se pastorem esse ovium, et non « genere nobilitatum. Sed quando factus est « nobilis, agnovit se ex nihilo fuisse sublevatum, et quia non est oblitus, quis natus « erat, perseveravit in culmine regali. »
(Corn. à Lap.)

Alors David alla s'asseoir devant le Seigneur, et dit : Qui suis-je, ô Seigneur mon Dieu? Les saints ont remarqué, que David paraît en cet état devant Dieu, pour faire voir par cette posture même de son corps, la joie humble et la parfaite tranquillité de son âme ; comme le Saint-Esprit, pour cette même raison, descendit sur les Apôtres et sur les premiers fidèles, *lorsqu'ils étaient assis*. Ce cantique est tout plein de sentiments de la reconnaissance sincère de David pour tant de grâces qu'il avait reçues de Dieu, dont il se trouvait heureusement accablé. C'est un langage du cœur qui sera aisément entendu de ceux qui entreront dans cette profonde vénération que demande de nous la majesté d'un Dieu qui s'abaisse jusqu'à combler de grâces des créatures d'autant plus indignes de sa bienveillance, que leur indignité ne leur est jamais assez connue. (Sacy.)

tum Babyloni prædicit, monet, ut descendat è solio, et in pulvere sedeat, quod hoc tempore videtur fecisse David : *Descende*, inquit, *sede in pulvere, virgo filia Babylon; sede in terrâ, non est solium filiæ Chaldæorum, quia ultra non vocaberis mollis et tenera*. Et ita putat Josephus, qui l. 7 Ant. c. 4, tradit, procidisse Davidem in faciem suam, id est, osculatum esse terram, et stratum humi supplicantis more Deum adorâsse.

Quis ego sum, Domine Deus, et quæ domus mea, quia adduxisti me huc usque? Audierat David à Nathan, unde fuerit ad regium solium, et summum inter Israelitas ordinem sublatus. *Ego*, inquit, *tuli te de pascuis sequentem greges, ut esses dux super populum meum*. Illa igitur secum cœpit meditari primùm optimus orator David, quæ à Dei internuntio prophetâ primùm audierat. Quare refert primùm oculos et animum ad statum et locum unde assumptus est, ad familiam nimirùm humilem et tenuem, ad caulas et pascua, ubi juveniles annos et ætatis cunabula posuerat ; deinde ad regium nomen et splendorem traducit, ut ex dissimilium rerum contentione magis appareret divinæ manus profusa liberalitas. Quasi dicat : Ecquis ego quondam? ecquis ego modò? Quis mihi ex pastoritio gurgustio ad domum istam luculentam, ad cedrinam basilicam aditum aperuit? Quis me eò provexit, ut cùm paucarum ovicularum pastor fuerim, rex jam appeller, et pastor populorum? Hoc primùm modo Deus illos instituit, quos ad sublimem gradum et ad suam familiaritatem advocat. Quod secum iterùm atque iterùm versare debet, quicumque progressus in re spirituali facere voluerit. Sicut bonus discipulus illa identidem secum meditatur, et versat, quæ accepit à doctore. In illo porrò : *Adduxisti me huc usque*, videtur meditatus esse David, per quot ipsum discrimina Deus ad regiam amplitudinem extulerit ; quemadmodùm ad illud fastigium ascensum arduum expedierit, et hominem imperitum belli, et penè inermem è potentissimorum hostium manibus, et quotidianis penè insidiis eripuerit. Quod de his verbis paulò ante fuerat à prophetâ propositum. *Fui tecum in omnibus ubicumque ambulâsti*, etc.

Vers. 19. — Sed et hoc parum visum est in conspectu tuo, Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo servi tui in longinquum. Meditatur idem David, quod secundo loco audierat à prophetâ ; nempe in domo suâ æternum fore solium, ad quod ipse è rure curâque pastorali

conscenderat. Ait ergo eo Dominum affectum esse studio in abjectum hominem, ut non satis habuerit illum in summo rerum fastigio constituere, nisi etiam dignitatem illam primam in suâ familiâ vellet esse perpetuam. Videtur autem hoc loco David explicuisse, quid sit illud, *in sempiternum*, cùm de posterorum throno esset inductus sermo; nam pro voce illâ, *in longinquum* supposuit. Ex quo constat, quod non semel à nobis observatum est, *æternum, sempiternum*, et quæ immensum aliquid et perpetuum sonant, *magnum* aliquando et *diuturnum* tantùm significare. Est autem priori loco *ad olam*; in posteriori verò, *le meracoth*; quæ vox nihil sonat absolutum à terminis, sed quod conclusum finibus longè protenditur.

Ita est enim lex Adam, Domine Deus. Hic locus variè à variis exponitur. Quidam in *Adam* hominem intelligunt eximium et heroem, qui et ipse magnus sit, et ejus progenies, utpote ex nobili stirpe, existimetur nihil cogitatura sordidum, nihil non ingenuum: quod cùm de se non sentiret homo verè humilis, neque de suâ posteritate speraret, tam insignem Dei in suam familiam, tamque liberalem benevolentiam mirabatur. Alii contra in *Adam* hominem intelligunt vilem; quod ipsa nominis notatio præ se fert, cùm *Adam* idem valeat, quòd *terrenus* et *luteus*. Tunc autem adhibenda est interrogationis nota, in hunc sensum: Siccine hominem terrenum et vilem amplecteris et ornas, quasi in eo multa non essent, quæ vilissimum illum esse docent, et jure plus quàm optimo contemnendum? Nonne lex à principio lata contra Adam, à quo mortalium nemo nascitur immunis, mortem illi, laboremque minatur? Quid est ergo, quòd me, genusque meum quodam modo æternum esse vis, et gloriâ, quæ omnium censetur maxima, cumulatum? Quid est homo, quia magnificas eum? Aut quid apponis erga eum cor tuum? Alii id putant à Davide significari, nihil homini in votis esse potuisse, quod non fuerit sibi à Domino concessum. Hæc est enim rationali naturæ insita lex, hæc innata cupiditas, ut suam quisque commoditatem et vitam, deinde filiorum dignitatem et gloriam quærat tueaturque. Id autem totum à Deo consecutus est David, qui ex mille ereptus fuit periculis, et id tandem obtinuit, quod in hominum cœtu putatur esse maximum; et hoc idem posteris quasi hæreditarium et perpetuum reliquit. Huc inclinant Cajetanus, Dionysius, Hugo et Abulensis, q. 11, ubi sic locum istum exponit: non aliter Adam, id est, homo, filiorum commodis in posterum consuleret, quàm tu mihi generique meo consuluisti. Hieronymus ex sententiâ Hebræorum in Tradit. Hebr., quem Lyra sequitur, Dionysius, et Hugo, et Abulensis supra, sic exponunt: « Hæc est lex Adam, quam debet homo servare cum Deo, ut illi in simplicitate cordis et puritate serviat, et Deus de illius sit commoditate sollicitus. » Ex omnibus magis mihi probantur expositiones tertia et quarta.

Vers. 20. — Quid ergo addere poterit adhuc David, ut loquatur ad te? *Loqui* hoc loco idem esse videtur quòd *orare*. Quasi dicat David, sic Deum fuisse in largiendo liberalem, ut nihil sit reliquum (de humanis id intelligo commodis) quod ab illo deinceps aut petat aut cupiat. Aut certè non esse quid aliud loquatur, quàm quod locutus est nuper, cùm dixit, Deum eo se modo gessisse cum Adam, et illorum progenie, quo pater in filios. Cùm autem necesse non sit (cùm ipsa natura Adam, id est, hominis et lex illi cognata satis moneat et urgeat) admonere patrem, aut urgere precibus, ut filiorum commodis sedulus invigilet, sic etiam neque necesse est orare Deum, nisi ut animum in nos paternum obtineat conservetque: quia cum illâ paterni animi sedulitate, omnes nobis commoditates advenient, neque ipse ignorat, quid nobis futurum sit usui, ut maturè provideat, quidve nocumento, ut illud à nobis procul amoveat. Quare commodè subditur:

Tu enim scis servum tuum, Domine Deus. Quasi dicat: Tu me penitùs et in cute nôsti, atque scis quibus rebus aut commodis indigeam: quare necesse non est, ut tibi ego quid mihi sit necessarium aperiam. Cùm ergo quæ necessaria nobis et nôsti et inesse vis, præstare possis, non erit cur aliud abs te humana fragilitas exposcat, nisi certè nostrum esse parentem recorderis, cùm animum habeas sic in nostram utilitatem amanter affectum, ut velis, et eam potentiam, ut facilè possis paupertati nostræ subvenire quantò ociùs, et conjuratam inimicorum manum repentè confringere. Quod Christus ipse faciendum præcepisse videtur, dùm dicit Matth. cap. 6: *Orantes autem nolite multùm loqui, sicut ethnici; putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur: nolite ergo assimilari eis: scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequàm petatis eum. Sic ergo vos orabitis: Pater noster*, etc. Quasi dicat: Si Deus vobis sit pater, de omnibus erit vobis abundè provisum. Dixit hoc idem profanus quidam, qui docuit vota nostra diis esse permittenda, qui

nôrunt, quid nobis futurum sit magis ex usu, et quia multò chariores illis sumus, quàm nos ipsi nobis, illa non negabunt. Is est Juvenalis satyrâ 10, ad finem :

Nil ergo optabunt homines? si consilium vis
Permittes ipsis expendere numinibus quid
Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris;
Nam pro jucundis aptissima quæque dabunt dî;
Charior est illis homo, quàm sibi.

Hæc mihi explicatio non displicet, neque aliam quærerem, nisi in aliam me vocaret locus idem lib. 1 Par. c. 17, v. 18, qui sic habet : *Quid ultra addere potest David, cùm ita glorificaveris servum tuum, et cognoveris eum?* Quæ verba apertè significant, nihil esse reliquum, quod à Domino postulet David, cùm ita ab illo fuerit cumulatus donis, et ornatus gloriâ. Quod verò subditur : *Et cognoveris eum*, nihil esse aliud existimo, quàm superioris clausulæ subjectam explicationem : ex usu enim Scripturæ, *cognoscere aliquem*, idem valet, quòd *amare, ornare, et curam de illo suscipere paternam.* Sic Deus Oseæ c. 13, dicit ad populum, quem paternum in modum aluit in solitudine: *Ego cognovi te in deserto et terrâ solitudinis.* Et Amos cap. 3 : *Tantummodò vos cognovi ex omnibus cognationibus terræ.* Sic ergo glorificari à Deo, et cognosci Davidem, nihil opinor esse aliud, quàm Deum illum esse complexum ut filium, et ad regiæ dignitatis gloriosum gradum extulisse.

Vers. 21. — Propter verbum tuum, et secundum cor tuum fecisti omnia magnalia hæc, ita ut notum faceres servo tuo. Paulò aliter lib. 1 Par. c. 17, v. 19 : *Domine propter famulum tuum juxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc, et nota esse voluisti universa magnalia.* Nihil ex tot beneficiis David suis meritis ascriptum esse vult, sed totum benignitati divinæ refert acceptum. Fecit enim Deus, quæ supra commemorata sunt à Nathan, nempe ut è caulis ad regnum promoveret, ut ab hostili manu atque invidiâ defenderet Davidem, et quod è Davidico semine aliquis regno præesset Israelitico, ut fideiis esset in promissis. Sæpè namque Deus à Davide consultus promisit certam de hoste victoriam, ut lib. 1, cap. 23, cùm à Palæstinis obsidebatur Ceila. Et cap. 30, cùm ab Amalecitis vastata est et incensa Siceleg. Et l. 2, cap. 5, bis Dominus Davidi victoriam promisit de gente Philistinâ. Jure igitur felices bellorum eventus divinorum verborum promissioni fideli, non suis meritis, ascribit David. Quod autem addit, *secundùm cor tuum*, animum indicat Dei benignum et liberalem, quique in benè de aliis et munificè merendo delectatur. Quasi dicat David, ex fideli promissione, et naturâ ad omne humanitatis genus incitatâ et pronâ, illa tot beneficia fuisse profecta.

In loco citato Paral. dicitur : *Propter famulum tuum fecisti*, etc. Ubi alia additur causa, propter quam illa Dominus operatus est magnalia de quibus proximè, et alia, quæ non solùm apud suos, sed etiam apud externos Davidis memoriam, et ad res arduas virtutem et industriam commendârunt. Qualia fuerunt, victum penè ab inermi Goliath, et toties victos finitimos populos, in quibus id spectâsse videbatur Deus, ut magnus apud omnes haberetur David. Nisi mavis hoc à Davide fuisse dictum, quia, ut erat animo ingenuo, totum illud beneficiorum pondus in seipsum recepit, neque voluit cum aliis habere commune, ut magis se oneratum beneficiis agnosceret, et gratias pro illis ageret assiduas. Quo modo Paulus ad Galat. 2, reum se esse dicit, et causam Christi mortis, neque in alios quidquam illius ponderis derivat. *Qui dilexit*, inquit, *me, et tradidit semetipsum pro me.* Lege ibi Chrysostomum et Bernardum ad illud Cantic. 2 : *Dilectus meus mihi.* Oportet autem meminisse in libris Paralipomenon sic referri eorum plurima quæ in libris Regum continentur, ut tamen addantur alia, quæ in libris illis prætermissa sunt. Quare si quid videtur superioribus esse contrarium, contrarium non est, sed omissum priùs et nunc additum superiori relationi. Quod multis locis observato opus est, quia hujus generis occurrent non pauca. Fecit quidem Deus admiranda propter verbum suum, quod legis in hoc cap. 7, sed fecit etiam propter Davidem, ut illi bonum conciliaret nomen, et regnum redderet fortunatum, quod omissum ante fuerat, et nunc additum c. 7 Paral.

Ita ut notum faceres servo tuo. In Paralipomenon : *Et nota esse voluisti universa magnalia.* Utroque loco significantur illa magnalia, quæ supra commemoravit Nathan, et nunc secum meditatur David, manifesta fuisse. Hoc loco nota dicuntur esse Davidi, sive quia ignorare non potuit, quid esset à Deo, et quo factum consilio; sive, quod potiùs reor, quia illud Deus servo suo Davidi, id est, in Davidis gratiam, omnibus notum esse voluit, ut illum observarent, quasi aliquid à Deo concessum divinitùs, et amarent ut Deo gratum, et de patriâ bene atque prolixè meritum. Ita

ut dativus ille, *servo tuo*, ut grammatici dicunt, sit acquisitionis. Sanè in hebraico textu tam *magnalia*, quàm *servus*, in accusativo sunt. In libro Regum, *le odiahh et abdecha*; id est: *Ad manifestandum servum tuum*. Et in Paral., *le odiahh col ha geduloth*; id est, *ut manifestares omnia magnalia*. Manifestavit itaque, si utrumque locum conjungas, Dominus magnalia sua, ut per illa servum suum Davidem manifestaret.

Vers. 22.— Idcircò magnificatus es, Domine Deus, quia non est similis tui, etc. Tam ex his, quæ in Davidis causâ, quàm quæ antiquis populi temporibus operatus est Deus, quorum accepit, conservatque memoriam gens Israelitica, satis ostendit Deus, in diis gentium sibi similem esse nullum; imò et præter ipsum nullum esse Deum. Pro eo, quod in libro Regum habemus: *Neque est Deus extra te in omnibus, quæ audivimus auribus nostris*. In Paral. habemus: *Ex omnibus, quos audivimus*. Sed est aut nulla, aut non nisi levissima diversitas, quia priorum verborum, si ad posteriora referas atque componas, hæc videtur esse sententia: In omnibus, quæ audivimus aut de nostris, aut de externis regionibus, quas incolunt pagani ac barbari, et in quibus alieni dominantur dii, nihil deprehendimus quod à divinâ virtute videatur esse profectum, nisi quæ de tuis magnalibus accepimus. Quare præter te nullum esse Deum manifestè cognoscimus. Posteriorum verò illorum quos tanquàm deos coluit delusa gentilitas, nemini convenit nomen deitatis, quia illorum opera nihil olent divinum; imò illorum plurima quàm longissimè absunt ut homines deceant. Hebraicè eadem utrobique sunt verba, et significant, ex omnibus quæ audierat David, unum esse Deum, quem colit Israel; in aliis, à quibus est decepta gentilitas, nihil esse præter inane nomen et fallacem divinitatis umbram.

Vers. 23. — Quæ est autem, ut populus tuus Israel, gens in terra, propter quam ivit Deus, ut redimeret eam sibi in populum? Explicat quænam sint illa Dei magnalia, quibus populus et suum verum cognovit esse Deum, et in gentilium simulacris nihil esse divini præter alienum et inane nomen. Et orditur ab eo tempore, quo Deus populum quondam ex Ægyptio jugo ad libertatem et regium splendorem traduxit. Quo nomine felicem appellat, et supra nationes alias longè fortunatam Hebræorum gentem, in quâ tot extant, tamque præclara divinæ tutelæ atque virtutis monumenta. Vocat igitur primùm felicem terram, et cum quâ nulla alia comparanda sit, in quâ collocata fuit à Deo gens Israelitis. Quam ut Dominus è barbaro eximeret imperio, sic aggressus est Ægyptios quasi imperator, qui ut hostilem populetur civitatem, armatam invehit manum. Ubi ea dedit suæ virtutis documenta, vexatis priùs multis modis, deinde in mari Rubro demersis Ægyptiis, ut magnum sibi apud alienos etiam populos conciliaverit nomen. Talibus verò beneficiis quæ uspiam gens à Deo cumulata est? De quo Moyses Deut. c. 4: *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest*, etc.

Et poneret sibi nomen. Hic locus ad varias patet explicationes. Quidam illam probant, quam nuper adduxi, nempe ex rebus sive in Ægypto ad populi libertatem gestis, sive in terrâ promissionis, ut in illam, ejectis antiquis possessoribus, Israelem induceret, illustre sibi atque admirabile comparâsse nomen. Sic Isai. c. 63, v. 12: *Qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum*. Et statim: *Adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ*. Aut ideò posuit sibi nomen, quia ex beneficiis, quibus populum prosecutus est, quemque sibi præcipuâ quâdam largitate demeruit, vocatus est Deus Israel, seu Deus Hebræorum: quo nomine ab illis secernebatur diis, quos aliæ nationes sub aliâ atque aliâ compellatione veneratæ sunt. Utraque explicatio probabilis; utraque Dei in illum populum liberalitatem ostendit. Prior mihi potior est.

Faceretque eis magnalia, et horribilia super terram, a facie populi tui, quem redemisti ex Ægypto, gentem et deum ejus (1). Magnalia

(1) Ut scilicet Israel sit tua gens et populus, ac ut vicissim sis Deus ejus. Unde explicans subdit: *Et tu, Domine Deus, factus es eis in Deum*. Recentiores passim cum Chald. ex Hebr., vertunt in ablativo, *gente et Deo ejus*, q. d.: Redemisti Israel ex Ægypto, ac consequenter ab Ægyptiâ gente et deo, id est, diis ejusdem gentis. Alii per *deum*, Hebr. *Elohim*, intelligunt Moysen, qui à Deo constitutus est Deus Pharaonis æquè ac Israelis, utpote ejus legislator et dux vice Dei, Exodi cap. 4, 16, et cap. 7, 1 (vide ibi dicta), q. d.: Redemisti ex Ægypto gentem Hebræam, et *deum ejus*, id est, Moysen qui ejus erat princeps, dux et ductor loco Dei. Nonnulli per *Deum* sive *Elohim*, intelligunt S. Michaelem, qui vice Dei erat dux, custos et præses Israelis. Hic enim dùm Israelitæ captivi in Ægypto ex eâ liberarentur et liberi exirent, cum eis egrediens ex Ægypto quasi liberari videbatur. Sept. pro *Elohau*, id est, *Deum ejus*, per metathesim legentes *abolau*, id est, *tabernacula ejus*, vertunt, *redemisti tibi ex Ægypto gentes et tabernacula ejus*. Hebræi

hæc atque horribilia, non solùm in Ægyptio solo patrata sunt ad captivi populi libertatem, sed etiam in regione Chanaanitide, ad illius possessionem et regnum. Et hoc posterius hìc significatur fortassè præcipuè, ut fit ex citato libro Paral. c. 17, verisimile. Sic enim ibi v. 21 : *Ut magnitudine suâ atque terroribus ejiceret nationes à facie ejus* (populi) *quem de Ægypto liberârat*. Et quidem admiranda quædam atque horribilia contigerunt in eo tractu ac tempore quod filii Israel ex Ægyptiâ servitute liberi usque ad initam terram promissionis consumpserunt. Quot in deserto, quot in ipsâ Chananæorum regione prodigia contigerint, nemo nescit, quæ in Exodo, Numeris, Deuteronomio variè dispersa sunt; quæque David tum aliis, tum maximè Psalmo 77, persecutus est.

Gentem et deum ejus. Hic locus variè torquet interpretes, et ab illis ipse quoque vicissim variè distorquetur, quorum afferre hìc expositiones supersedeo, ne longiùs trahatur commentatio. Illam ego arbitrarer expeditam et veritati valdè, et reï etiam grammaticæ consentaneam, quæ præpositionem illam *super*, quæ terræ præponitur, ante *gentem* et Deum præponatur, quod neque infrequens est in omni litteraturâ; imò à bonis auctoribus, dùm elegantiam captant, adhibetur, in hunc sensum : *Fecit magnalia et horribilia super terram, et super gentem, et super deum ejus*. Et sanè in his tribus magna legimus accidisse prodigia. Nam terra concussa est motibus, et scopuli qui pro muris erant Amorrhæis, inclinati et aperti, ut per illos tutò in terram promissionis ingrederentur Hebræi, sicut ante mare Rubrum sicco trajecerant vestigio, Numer. cap. 21, v. 14, de quo nos plura in expositione Psal. 67. Apertus est Jordanis, ut liber et expeditus pateret ingressus in terram promissionis. Ad conspectum arcæ, clangentibus tubis muri ceciderunt Jerichuntini; stetit sol ad Josue votum; et alia contigêre quamplurima, quæ divinam testabantur potentiam et providentiam in illum populum paternam. Quod ad gentes attinet, scimus contra illas pugnatum esse de cœlo, ut in victoriâ Debboræ et Barac, Judic. 5, versa inimicorum arma in cognata viscera, sub Gedeone, cap. 6, et nuper cùm Samuel bellum intulit Palæstinis, lib. 1 Reg. cap. 7, et iterùm cap. 14, cùm Jonathas uno tantùm sociatus armigero castra turbavit et cæcidit hostilia. De infidelium diis, quibus etiam bellum indixerunt Hebræi, non adeò multa suppetunt exempla ante tempora Davidica; post illa fuêre sanè quamplurima. Neque ante hunc articulum desunt exempla; et illud est maximè notabile, quod accidit paulò ante, sub Samuele, quando non semel ad conspectum arcæ cecidit et contritus est Dagon. Gedeon aram confregit Baal, unde Jerobaalis cognomentum accepit. Et Judic. 10, v. 16, filii Israel idola projecerunt, sicut antea fecerant, Josue cap. 20. Et Ægyptiorum dii, cùm ex illorum dominatu emerserunt Hebræi, comminuti dicuntur usque ad pulverem, ut dicit Abulensis ad illud Num. 33, v. 4 : *Dominus in diis eorum exercuerat ultionem*. Quare optimè in terram illam, et gentem, et illius deum dicuntur horribilia contigisse magnalia.

Vers. 24. — Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum, etc. Quia Deus *sempiternum populum* illum sibi esse voluit, impedimenta omnia ex illâ regione, quam illius gentis habitationi destinârat, aut sustulit, aut fecit leviora; quid sit *æternum* aut *sempiternum* in Scripturâ, jam à nobis supra declaratum est. Item promissiones plurimas in Scripturâ sacrâ esse conditionatas. Quare hic locus, si hæc spectes, nihil habet in quo hærere possit nostra commentatio.

Vers. 25.—Nunc ergo, Domine Deus, verbum quod locutus es super servum tuum, et super domum ejus, suscita in sempiternum. Huc usque commemorata sunt divina beneficia, et singularis Dei in populum, quem suum esse voluit, benevolentia. Hinc jam orationem instituit, precaturque, ut quæ promisit, rata faciat, nempe, ut suî curam gerat constantem et sedulam, et domui suæ cui omnia prædixerat fore fortunata, in æternum provideat. *Suscitare* autem *verbum*, idem est, quòd præstare promissa : nam quamdiù suspensa est, nequedùm executioni mandata promissio, dormire existimatur. Latinus diceret : *Fac ut appareant promissa*. Hic porrò dicendi modus usitatus in Scripturâ est, cùm id præstatur, quod in pactis, aut in promissis, seu minis numeratur. Sic dicimus *suscitare arcum*, et *gladium*, *juramentum*, et *pactum*; id est, facere ne otiosa sint et vacua pacta, promissa, minæ.

Vers. 26. — Ut magnificetur nomen tuum usque in sempiternum, atque dicatur : Dominus exercituum Deus super Israel. Ingenua est illa postulatio, quæ bonum optat, et gloriam pre-

enim ex Ægypto exierunt cum supellectile non tantùm suâ, sed et Ægyptiorum, quam, commodatò, jussu Dei acceperant, ut spoliarent Ægyptum, Exodi 12. (Corn. à Lap.)

catur illi à quo postulatum exorare studet. Optat David oratque ut sibi Dominus ac domui suæ et populo Israel in æternum invigilet, illumque sicut ante tueatur et provehat; ut illius nomen in sempiternum mirificum habeatur et horribile : ut sicut priùs propter assidua et grandia beneficia, qui Deus vocabatur exercituum, id est, *Deus fortis,* in cujus dexterâ omnis erat virtus atque potentia, ille idem Deus appellabatur Israel; sic etiam in posterum nomen idem magis quàm antea, notum perseveret. Hic verò pro variâ partium dispositione varias etiam significationes invenio, quæ tamen parùm inter se differunt, neque multùm refert, hocne an illo modo capias. Nam si, ut loquuntur logici, illud, *Dominus exercituum,* subjectum est, et, *Deus super Israel,* prædicatum, hunc continebit sensum : Deus exercituum, potens nimirùm et invictus, curam suscipit Israel. Si verò contra statuas, ordinemque permutes, sensus erit : Qui Deus est Israel, ille Deus est exercituum. Quasi dicas : Aliæ nationes alios sibi deos tutelares habent; at ille Deus, quem tutelarem habet Israel, Deus est fortis, et cui nulla potest obluctari potentia.

Et domus servi tui David erit stabilita coram Domino : quia tu, Domine Deus exercituum, Deus Israel, revelasti aurem servi tui, dicens: Domum ædificabo tibi. Orat, ut stabilito, reque ipsâ confirmato promisso in regno stabiliat, confirmetque domum, ne unquàm regium nomen excidat è suâ familiâ, quando id proximè verbis prædixit, promisitque non obscuris : *Revelare* autem, seu *aperire alicujus aures,* idem est ex Hebraici sermonis proprietate, quòd alicui aliquid prædicere, præcipere, aut loqui, ut pluribus ostendimus lib. 1 Reg. cap. 9, ad illud : *Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis.*

Vers. 27. — Propterea invenit servus tuus cor suum (1). *Cordis* multiplex significatio est, illaque ad hunc locum accommodata maximè. Sed inter alia audaciam significat et robur quo aliquid aggredimur intrepidè, et constanter persequimur. Unde illi dicuntur *corde languere*, quibus animus excidit, neque parati sunt, ut labores sive adeant, sive subeant. Neque habere dicuntur cor ad aliquam sive curam, sive cogitationem, qui ab illius consecutione desperant, dùm vires suas cum negotii magnitudine aut difficultate componunt. Quomodò qui pauper est opibus, et viribus exhaustus, neque audet cum homine robusto congredi, neque rem aggredi, quam sola plerùmque pecunia tentat et expugnat. Quòd si aut vires recuperet à morbo sublatas, aut pecuniis abundet, animum dicitur invenisse, ut audeat, quod priùs horruerat, aut desperando refugerat, adoriri. Sic sanè David, cùm exigua in se merita cognosceret, et supra merita ac vires existimaret, et præesse regno tam luculento atque amplo, et illud in suâ familiâ hærere perpetuò, non putabat illud à Deo esse postulandum. Quare et animum desponderat, et cor sic abjecerat, quasi ad illam cogitationem et curam se putaret excordem. Cùm autem Deus

(1) *C'est pour cela que votre serviteur a trouvé son cœur pour vous adresser cette prière.* « Nous « devrions rougir, dit saint Augustin, en considérant avec combien peu de respect nous « nous présentons à Dieu dans la prière. Nous « sommes présents devant lui sans y être; notre cœur nous échappe à tout moment, et « nous n'avons point de liens pour le retenir « et pour empêcher qu'il ne se trouve comme « livré en proie aux fantômes de notre imagination et aux égarements de notre esprit, « afin qu'il trouve sa joie et son repos dans le « sein de Dieu. » *Vix stat cor ad Deum suum, et quodammodò fugit à se; nec invenit cancellos quibus retineat avolationes suas et vagos motus, ut stet jucundari à Deo suo.* « Chacun de nous, « ajoute ce saint, pourrait peut-être s'imaginer « que cette faiblesse n'arrive qu'à lui seul dans « la prière, et que d'autres ont plus de pouvoir sur leur esprit, si David lui-même ne « disait dans l'Ecriture: *Seigneur, j'ai trouvé mon « cœur pour vous prier.* Le Prophète, ajoute ce « saint, semble nous marquer, par cette expression, que son cœur lui échappait souvent, et qu'il courait après lui comme après « un fugitif, sans qu'il pût le reprendre, jusqu'à se voir réduit à crier à Dieu, comme il « fait ailleurs : *O mon Dieu, mon cœur m'a « abandonné.* » C'est pourquoi le même saint admire la bonté de Dieu, « qui souffre que les « prières que nous lui faisons soient interrompues de tant de distractions et d'irrévérences, » et qui attend que nous lui en offrions quelqu'une avec une véritable attention de cœur. Et alors, dit-il, il nous exauce, sans se souvenir de tant d'autres qui ont été si vagues et si peu respectueuses.

Dans le livre des Paralipomènes, au lieu de ces mots : *Votre serviteur a trouvé son cœur*, nous lisons : *Votre serviteur a trouvé de la confiance; Invenit fiduciam.* Ces deux vérités peuvent aisément s'allier ensemble. Car lorsque le cœur est vraiment attentif à Dieu, il conçoit une ferme confiance que Dieu l'exaucera, puisque cette attention même est déjà un grand effet de la grâce que nous désirons d'obtenir de lui. Mais lors, au contraire, que notre prière est pleine de distractions, nous n'y trouvons point cette confiance dont parle David, parce que nous avons lieu de craindre qu'étant si peu digne de la majesté de Dieu, elle ne lui soit pas agréable. (Sacy.)

ultrò tam prolixè et facilè omnia promisisset, recuperavit animum, quem abjecerat, et cor quod amisisse videbatur, invenit; et hâc tam liberali promissione confirmatus ausus, illud orando petere, de quo priùs cogitare neque auderet, neque posset. Hæc mihi expositio videtur expedita et facilis; cui favent illi qui *cordi* addunt *præparatum*. Quasi dicat David : Cor mihi priùs ad hanc cogitationem et orationem infirmum erat et timidum, neque aptum ut ad tanti nominis splendorem aspiraret : nunc autem paratum habeo, ut hæc non solùm sperem, sed etiam petam, et mihi atque familiæ à tuâ fide et promissione deberi putem.

VERS. 28. — NUNC ERGO, DOMINE DEUS, TU ES DEUS, etc. Cùm ergo, ô Domine, Deus sis, à quo abesse veritas nullo modo potest, neque à promissis pondus et fides; et hæc mihi bona spontè promiseris, incipe jam, ut promissorum incipiat apparere fides, incipe oculos in domum meam intendere benevolos, ita ut ab illâ eos nunquàm dimoveas, sed ut semper sit coram te. Hinc enim nunquàm ab eâ benedictio tua aberit in æternum, à quâ id habebit, ut omni ex parte fortunata dici possit, et tua (1).

(1) VERS. 29. — BENEDICETUR DOMUS SERVI TUI IN SEMPITERNUM, ut semper ex domo et familiâ meâ in regno succedant, ac super Israelem regnent posteri mei, quamdiù durabit Israelis regnum.

Abul. hìc, quæst. ult., tractat quæstionem, an Salomon sit damnatus? et respondet affirmativè, idque maximè probat ex eo quòd ipse idola à se erecta moriens non destruxerit, quod utique facere debuisset, et reipsà fecisset si verè pœnituisset; nam idola hæc trecentis ferè post eum annis destruxit Josias rex, 4 Reg. 23. Verùm moderni interpretes in Salomonem mitiores sunt, meliùsque de ejus salute sperant.

(Corn. à Lap.)

INDEX RERUM.

	Columnâ
SANCTII VITA.	9-10
IN QUATUOR LIBROS REGUM PROLEGOMENA.	*Ibid.*
§ 1. Quis horum librorum scriptor?	*Ibid.*
§ 2. De horum librorum titulo.	17
§ 3. Quæ tempora regum historia complectatur.	18
§ 4. De horum librorum divisione.	*Ibid.*
§ 5. De excellentiâ et utilitate librorum Regum.	19
§ 6. De interpretibus librorum Regum.	26
IN LIBRUM I. REGUM COMMENTARIUM.	31-32
Caput primum (Vulgata cum gallicâ versione). Historia Elcanæ et duarum ipsius uxorum. Anna filium impetrat à Domino. Hunc vocat Samuelem, ac Deo devovet.	41-42
Commentarium.	47-48
Caput II (Vulgata cum gallicâ versione). Canticum Annæ. Filiorum Heli mores dissoluti describuntur. Samuel coram Domino ministrat. Sacerdotis Heli nimia erga filios indulgentia. Huic Dominus per prophetam domus excidium vaticinatur.	87-88
Commentarium.	95-96
Caput III (Vulgata cum gallicâ versione). Vocat Dominus Samuelem, ac statuta sibi contra Heli judicia prænuntiat. Sermones Domini, compellente Heli, aperit Samuel, quem totus deinceps populus prophetam agnoscit.	175-176
Commentarium.	177-178
Caput IV (Vulgata cum gallicâ versione). Bella Philisthiim contra Israelitas. Arca in castris adducta et ab hostibus capta. Ophni et Phinees cæsi. Interitus Heli et Phinees conjugis.	201-202
Commentarium.	207-208
Caput V (Vulgata cum gallicâ versione). Philisthæi arcam in templo Dagonis statuunt. Dagon humi prosternitur. Multis confecti plagis Philisthiim arcam dimittere coguntur.	223-224
Commentarium.	225-226
Caput VI (Vulgata cum gallicâ versione). Deducta arca Bethsames advenit. Percussi cæde Bethsamitæ.	249-250
Commentarium.	253-254
Caput VII (Vulgata cum gallicâ versione). Arca deducitur Cariathiarim. Hortatur Samuel Israelitas ut ad Dominum redeant. De manu Philisthinorum liberat Israelem.	287-288
Commentarium.	289-290
Caput VIII (Vulgata cum gallicâ	

versione). Israelis judices filios suos statuit Samuel. Regem postulant Israelitæ. Samuel, jubente Domino, jus regis ipsis indicat. Prophetæ verbis nolunt acquiescere. 317-318
Commentarium. 319-320
Caput IX (Vulgata cum gallicâ versione). Saül patris asinas quærens Samuelem adit, et ab ipso nocte hospitio recipitur. 345-346
Commentarium. 351-352
Caput X (Vulgata cum gallicâ versione). Saülem in regem ungit Samuel. Prophetat Saül, et à populo rex agnitus sedem ponit in Gabaâ. 377-378
Commentarium. 383-384
Caput XI (Vulgata cum gallicâ versione). Ammonitæ obsident Jabes Galaad, quam urbem Saül, irruente in ipsum Spiritu Domini, devictisque hostibus, liberat. Saülis regnum instauratur in Galgalâ. 413-414
Commentarium. 417-418
Caput XII (Vulgata cum gallicâ versione). Samuel innocentiæ suæ testem universum populum appellat. Ingrati erga Deum animi necnon infidelis Israelitas arguit, hortaturque ut Domino constanter adhæreant. 431-432
Commentarium. 435-436
Caput XIII (Vulgata cum gallicâ versione). Bellum Philisthiim inter et Israelitas. Stationem hostium in Gabaa debellat Jonathas. Neglecto Domini mandato, Saül offert holocaustum, quam ob causam ipse cum totâ domo reprobatus à Domino per Samuelem prædicitur. 457-458
Commentarium. 463-464
Caput XIV (Vulgata cum gallicâ versione). Jonathas, armigero comite, Philisthæos aggreditur, incussoque terrore ipsorum castra dissipat. Violato, licet inscius, patris jurejurando, mortis incurrit periculum, vixque reclamante populo necem evadit. Saülis narrantur victoriæ. 507-508
Commentarium. 517-518
Caput XV (Vulgata cum gallicâ versione). Bellum indicitur Amalecitis. Regem Agag contra Domini imperium servat Saül, qui ideò à Samuele inobedientiæ arguitur, iterùmque regno dejectus declaratur. Agag regem interficit Samuel, ac reprobatum Saülem luget. 557-558
Commentarium. 563-564
Caput XVI (Vulgata cum gallicâ versione). Samuel à Domino mittitur Bethlehem ad ungendum in regem Davidem. Saül, agitante spiritu malo, Davidem accersit, quo citharâ psallente, rex leviùs habet. 615-616
Commentarium. 619-620
Caput XVII (Vulgata cum gallicâ versione). Congregatis iterùm ad pugnam Philisthæis, Goliath gigas conviciis Israelem appetit. Hunc David solâ armatus fundâ humi dejicit, ac proprio ipsum gladio interficit. 647-648
Commentarium. 659-660
Caput XVIII (Vulgata cum gallicâ versione). David et Jonathas jungunt amicitiam. Accenditur odium Saülis contra Davidem, quem lanceâ nititur configere, et Merob filiam ipsi promissam tradit alteri, Michol verò juniorem centum Philisthæorum præputiis despondet sibi David in uxorem. 701-702
Commentarium. 707-708
Apologie de David. 736
Caput XIX (Vulgata cum gallicâ versione). Saül Davidem occidere volens verbis Jonathæ placatur. Davidem iterùm rex transfigere tentat, qui ope et industriâ Michol uxoris fugiens Samuelem adit. Saül inter prophetas. 751-752
Commentarium. 755-756
Caput XX (Vulgata cum gallicâ versione). Novo fœdere Davidi jungitur Jonathas, qui causam amici apud patrem frustraneo conatu agit. Ipsum tamen indicto priùs signo è Saülis manibus liberat. 769-770
Commentarium. 777-778
Caput XXI (Vulgata cum gallicâ versione). David cum viris suis in urbem Nobe profugus Achimelechum sacerdotem adit, qui, premente fame, ipsi ac commilitonibus panes sanctificatos comedendos offert. Hinc David confugit ad Achis regem Geth, apud quem dementem se simulat. 801-802
Commentarium. 803-804
Caput XXII (Vulgata cum gallicâ versione). Fugit David in speluncam

Odollam, indeque ad regem Moab. Monente dein Gad prophetâ, in terram Juda redit. Omnes Nobe sacerdotes, excepto uno Abiathar ad Davidem profugo, occidi jubet Saül. 825-826
Commentarium. 829-830
Caput XXIII (Vulgata cum gallicâ versione). David liberat Ceilam. Fugit in desertum Ziph; proditus verò à Ziphæis, renovatoque cum Jonathâ fœdere, secedit in desertum Maon, ac tandem irruentibus subitò Philisthæis è manibus Saülis liberatur. 851-852
Commentarium. 857-858
Caput XXIV (Vulgata cum gallicâ versione). David in speluncam Engaddi latebram quærit. Solus inibi ingreditur Saül; ipsius chlamydis oram abscindens David, prohibet ne rex occidatur. Saül, agnitâ culpâ, Davidis innocentiam pœnitens laudibus extollit, eumque meritò regnaturum prædicit. 867-868
Commentarium. 871-872
Caput XXV (Vulgata cum gallicâ versione). Moritur Samuel ac plangitur. David in deserto Pharan commoratus, victum à Nabale petit, cui, duriùs acceptis nuntiis, mortem minatus, Abigail voce placatur. Moritur Nabal, cujus uxorem Abigail conjugio sibi jungit David, simul et Achinoam, Michol Saülis filiâ Phalti traditâ. 893-894
Commentarium. 901-902
Caput XXVI (Vulgata cum gallicâ versione). David rursùm in deserto Ziph latitans dormientem in tentorio Saülem invadit, servatâque regis vitâ, hastam ipsius et scyphum aufert. Culpam iterùm fatetur Saül, ac salutem Davidi pollicetur. 935 936
Commentarium. 941-942
Caput XXVII (Vulgata cum gallicâ versione). Achis regem Geth denuò adit David, à quo urbem Siceleg impetrat. Inde plurimas ex Amalecitis et vicinis regionibus prædas refert. 953-954
Commentarium. 955-956
Caput XXVIII (Vulgata cum gallicâ versione). Philisthiim adversùs Saülem arma movent. David regi Achis fidem ac subsidium in bello pollicetur. Pythonissam consulit Saül; Samuel evocatur. 965-966
Commentarium. 969-970
Caput XXIX (Vulgata cum gallicâ versione). Cogentibus Philisthinorum satrapis, rex Achis, licet invitus, Davidem remittit Siceleg. 997-998
Commentarium. 999-1000
Caput XXX (Vulgata cum gallicâ versione). David, incensâ direptâque ab Amalecitis Siceleg, invasores istos opprimit, et magnâ afficit cæde. Recuperatam ab hostibus prædam socios inter ex æquo dividit, et dona etiam de spoliis ad seniores Juda mittit. 1005-1006
Commentarium. 1011-1012
Caput XXXI (Vulgata cum gallicâ versione). Pugnant Philisthæi adversùs Israelitas. Saül cum filiis cæditur. Viri Jabes Galaad Saülis ac filiorum ejus corpora sepeliunt. 1027-1028
Commentarium. 1029-1030
Quæ profana tempora cum hoc tempore sacro concurrerunt. 1045
IN LIBRUM II. REGUM COMMENTARIUM. 1047-1048
Caput primum (Vulgata cum gallicâ versione). Auditâ Israelis cæde, David nuntium occidit de Saülis nece sese gloriantem. Saülem et Jonatham funereo planctu deflet David. *Ibid.*
Commentarium. 1051-1052
Caput II (Vulgata cum gallicâ versione). David in regem Juda, Isboseth verò in regem Israel ungitur. Pugna inter utriusque regis exercitus. Debellatur Abner, dux Isbosethi. Asael occiditur. 1079-1080
Commentarium. 1085-1086
Caput III (Vulgata cum gallicâ versione). Saülis inter et Davidis domos longa concertatio. Abner, Isbosetho relicto, Davidis partes amplectitur. Per proditionem à Joab interficitur. Hunc amarè deflet David. 1107-1108
Commentarium. 1113-1114
Caput IV (Vulgata cum gallicâ versione). Baana et Rechab, militum præfecti, occisi Isbosethi caput ad Davidem deferunt, quos David jubet interimi. 1137-1138
Commentarium. 1139-1140
Caput V (Vulgata cum gallicâ versione). David totius Israelis in regem ungitur, pulsisque Jebusæis arcem Sion expugnat. Hiram rex Tyri ad Davidem nuntios mittit. Plurimas David accipit uxores, bis Philisthæos debellans. 1151-1152
Commentarium. 1155-1156
Caput VI (Vulgata cum gallicâ versione). Reducente Davide arcam à Cariathiarim, occiditur Oza ipsam attingere volens, ideòque David eam in domo Obededom deponi jubet. Hanc postea in Jerusalem deducens, et coram Domino saltans à Michol irridetur. 1181-1182
Commentarium. 1185-1186
Caput VII (Vulgata cum gallicâ versione). David proponens ædificare templum Domino à Nathan prophetâ prohibetur. Ipsi promittitur filius illud ædificaturus. Gratias Deo agit David, orans ut promissa sibi adimpleat. 1225-1226

FINIS TOMI NONI.

UNIVERSITAS O. M. I. OTTAVIENSIS

La Bibliothèque
Université d'Ottawa
Echéance

The Library
University of Ottawa
Date Due

a39003 001796225b
BS 610 .L3M5 1837 V9
MIGNE, JACQUES-PAUL.
SCRIPTURAE SACRAE CURS

CE BS 0610
.L3M5 1837 V009
COO MIGNE, JACQU SCRIPTURAE S
ACC# 1043549

U D' / OF OTTAWA
COLL ROW MODULE SHELF BOX POS C
333 10 04 01 15 01 0